

R. 1047

COLLECTIO MAXIMA
CONCILIORUM
OMNIUM
HISPANIAE,
ET NOVI ORBIS,

EPISTOLARUMQUE DECRETALIUM CELEBRIORUM, NECNON PLURIMI MONUMENTORUM VETERUM AD ILLAM SPECTANTIUM.

Cum Notis, & Dissertationibus, quibus Sacri Canones,
Historia, ac Disciplina Ecclesiastica, & Chronologia,
accurate illustrantur.

CURA, ET STUDIO

JOSEPHI SAENZ DE AGUIRRE,

Benedictinæ Congregationis Hispaniarum Magistri Generalis, Regii,
ac Supremi Fidei Senatus Consultoris, in Salmanticensi Academia
Doctoris Theologi, ac post plures alias Cathedras
Primarii facrorum Bibliorum Interpretis.

S. R. E. PRESBYTERI CARDINALIS,
TITULI S. BALBINÆ,
PROTECTORIS REGNI SICILIAE.

*Editio altera in sex Tomos distributa,
& novis Additionibus aucta.*

TOMUS SECUNDUS.
AD EMINENTISSIMUM PRINCIPEM
NERIUM CORSINUM
S. R. E. CARDINALEM.

AUCTORE JOSEPHO CATALANO
ORATORII S. HIERONYMI CHARITATIS PRESBYTERO



ROMÆ, CID ID CC LIII.
Ex Typographia Antonii Fulgonii apud Sanctum Eustachium.

SUPERIORVM PFRMSSU.

COLLECTIO MAXIMA
CONCILIORUM
OMNIUM
HISPANIAE,
ET NOVI ORBIS,

EPISTOLARUMQUE DECRETALIUM CELEBRIORUM, NECNON PLURIMI MONUMENORUM VETERUM AD ILLAM SPECTANTIUM.

Cum Notis, & Dissertationibus, quibus Sacri Canones,
Historia, ac Disciplina Ecclesiastica, & Chronologia,
accurate illustrantur.

CURA, ET STUDIO
JOSEPHI SAENZ DE AGUIRRE,

Benedictus Congregationis Hispaniarum Magistri Generalis, Regii,
ac Supremi Fidei Senatus Consultoris, in Salmanticensi Academia
Doctoris Theologi, ac post plures alias Cathedras
Primarii sacrorum Bibliorum Interpretis.

S. R. E. PRESBYTERI CARDINALIS,
TITULI S. BALBINÆ,
PROTECTORIS REGNI SIGILIAE.

*Editio altera in sex Tomos distributa,
& novis Additionibus aucta.*

TOMUS SECUNDUS.
AD EMINENTISSIMUM PRINCIPEM
NERIUM CORSINUM
S. R. E. CARDINALEM.

AUCTORE JOSEPHO CATALANO
ORATORII S. HIERONYMI CHARITATIS PRESBYTERO



ROMÆ, CID IC CC LIII.
Ex Typographia Antonii Fulgonii apud Sanctum Eustachium.

SUPERIORUM PERMISSU.

EMINENTISS. AC REVERENDISS. PRINCIPI DOMINO
DOMINO NERIO CORSINO
S. R. E. CARDINALI.

JOSEPHUS CATALANUS SALUTEM PLURIMAM.



UAMVIS regnanti feliciter Pontifici Maximo Mæcenatum, ac Regum omnium Principi BENEDICTO XIV. Opera mea omnia, quæ vel in posterum proditura essent in publicam lucem, devoverim, non addubito tamen, quin
a 2 absque

absque ulla violatione promissi, post dedicatum jam illi primum hujus Operis Tomum, possim jure merito Tibi S. R. E. Cardinali Tomum alterum nuncupare. Testis enim mibi est Eugenius IV. Pontifex Maximus in celebri illa ad Henricum Archiepiscopum Cantuariensem Epistola de S. R. E. Cardinalium dignitate cæteris Ecclesiasticis dignitatibus præstantiori, Cardinales ipsos, pro honoris, ac dignitatis eminentia, partem sui Corporis a Summis Pontificibus appellari; indeque, sine ulla dubitatione ostendi, post Caput Ecclesiæ, quod est Papa, contigua sui Corporis Membra, qui sunt Fratres ejus Cardinales, præ cæteris Ecclesiæ Membris, ac partibus honorari debere. Porro autem licet ubi Te, EMINENTISSIME PRINCEPS, pientissima, illustrisque Congregatio Charitatis Protectorem suum renunciavit, Opus parasse de origine, ac progressu Oratorii S. Hieronymi Charitatis, & de Viris illustribus, qui in eo claruerunt, ut illud sub Tuo immortali Nominе publica luce donarem; quum tamen aliis curis dissentus, aliisque immersus edendis Operibus, Editionem illam coactus fuerim in aliud tempus transferre, ulterioris moræ impatiens statui omnino Secundum amplissimæ Collectionis Conciliorum Hispaniæ Tomum novis a me Additionibus auctæ, & in sex Tomos distributæ, EMINENTIE Tuæ dedicare; ut esset scilicet velut perpetuum, & ære perennius mei non modo erga Te nostrum amantissimum Protectorem obsequii monumentum, sed & erga Patruum Tuum felicis memoriae CLEMENTEM XII. Pontificem Maximum, cui multis nominibus debtor sum, potissimum vero quod me vel invitum coegerit, ut aliquid eximiæ liberalitatis sua, qua bona studia semper promovit, experirer, ejusque subsidio Tomum saltem primum Commentariorum in Concilia Oecumenica prælo committerem. Diligebat sane Princeps munificentissimus non verbo tenus, sed opere, & veritate literarum cultores, forteque me etiam quamvis homunculum pro innata clementia sua non inter postremos habuit, quod ejus jussi obsequitus, illico Roma,

v

ferente æstate, in Calabriam discesserim, ut alumnis Collegii, quod pro Italo-Græcis in Oppido S. Benedicti ære suo fundavit, quad idcirco CORSINUM a tanti Pontificis Cognomento illustri appellatum est, prima pietatis, ac literarum rudimenta instillarem. Tanti beneficii memor, testis est Deus, quod ex quo ille obdormivit in Domino, jam non cessarim in Sacrificiis Animam ipsius Deo commendare. Sed ut homines quoque sciant, me minime tantæ beneficentiae oblitum, solum plane, dedicatione Tomi hujus, cui Tuum celebre Nomen præfixi, eam rem manifestam omnibus fieri. Gratulor autem Tibi, quod inter cæteras virtutes, quibus Sanctissimus Patruus Tuus CLEMENS XII. non sine ingenti laude memorandus toti Orbi præfulsit, Ecclesiamque Dei sanctissime gubernavit, illam Tibi propriam, ac præcipuam fecisti, munificantiam inquam, insignem, stupendamque, ut Urbs universa testatur, cuius indigentia, oblectamento, discendique studio, multa quotannis aureorum millia erogari, Vil lamque amenissimam, ac celeberrimam Bibliothecam patere omnibus voluisti. Sed prædicent alii Tuas alias virtutes, sinceritatem illam ego admirabor semper, qua cuique hominum generi loqueris, quamque nostra hac tempestate, heroicam merito appellavero, & sapientiam justorum, que, ut verbis S. Gregorii utar, est quidem, nil per ostensionem fingere, sensum verbis aperire, vera ut sunt diligere, falsa devitare, bona gratis exhibere. Atque hic finem Epistolæ huic imponens, humillime, atque instantissime rogo, & obtestor, ut Tu quoque me pergas alti patrocinii Tui gratia honestare, quod mibi Patruus Tuus immortalis memorie CLEMENS XII. Pontifex Maximus benignè præstittit.

JOSEPHUS CATALANUS LECTORI.

Jam dictum alias fuit, ex Tomo I. hujus Operis prima editionis duos nos effecisse, posuimus enim Tomo II. nostræ novæ editionis Concilium Illiberitanum, quod Tomo I. continebatur. Cum autem Tomo II. ipsius primæ editionis initio illius legatur dedicatoria Epistola Cardinalis de Aguirre ad Cardinalem Portocarrerum, opportunum censuimus, ut Epistolam ipsam etiam nostro hoc Tomo II. describeremus; estque hujusmodi:

EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO
ECCLESIAE PRINCIPI

D.D. LUDOVICO PORTOCARRERO

S. R. E. CARDINALI

TITULI S. SABINE,

Protectori Hispaniarum, & Primati, Archipræfuli Toletano,
a Consiliis Status Majestatis Catholicae &c.

JOSEPHUS CARDINALIS DE AGUIRRE
SALUTEM PLURIMAM.

Prodit jam in lucem integra Collectio, & plenissima, quantum fieri potuit, Conciliorum Hispaniarum, & Novi Orbis. Sane illam jam diu desiderasti, & ut perficeretur, auxiliatrices manus præbuisti, Eminentissime & Reverendissime Princeps. Cum enim anno octogesimo quinto hujus sæculi opus haberem manuscriptis Conciliorum, plurium monumentorum veterum extantium in antiquissima Bibliotheca magnæ Ecclesiae tuae Toletanae, scripsi ad Illustrissimum illius Capitulum, ut omnia illa mihi ostenderet, sive eorum copiam faceret. Ita ab illo incunctanter mihi præstitum fuit, præsertim cura, & labore Cl. Viri D. Michaelis del Olmo tunc Canonici, Bibliothecarii, nunc jam delecti sacræ Rotæ Auditoris. Neque hoc tantum debui venerando illi coetui; sed & cum graviter Toleti ægrotasse in eunte Septembri ejusdem anni, mirum est, quantum amoris, comitatis, & assistentiae mihi præstiterint lectissimi illi Viri, nobilitate, pietate, & doctrina illustres, quibus præcipua Sacerdotia contuleras, in honorem, & decus ejusdem gravissimæ Ecclesiae. Nimurum ab ipso initio, sive ingressu tuo in eum Archiepiscopatum, & celerrimam dignitatem Primatis Hispaniarum, curasti usque monno, & adhuc curare pergis, ut Præbenda ipsius dignioribus conferantur, & totidem fere adamantibus, aut gemmis, quot Sacerdotibus, Chorum ipsius exornas. Floret proinde in eo mirum in modum, & supra quam dicere hoc loco possim, disciplina Ecclesiastica, religio cultus divini, rituum sacrorum observatio, & pietas morum. Hæc ego ipse non solum aliorum testimonio, & communi fana novi, sed etiam oculis ipsis usurpavi saepe, dum Toleti agerem, eaque saepius in colloquiis repeto, præsertim ubi oportere posse video, ut in aliis Ecclesiis idipsum præstetur.

At mirum non est, Ecclesiam Toletanam, quantum supereminet innumeris aliis opulentia, & magnitudine, tantundem præstare pietate, ac Religione; neque aliter faceret satis prisco, & tot sæculis continuato decori suo, Illa enim ipsa est, quæ tot Sanctissimos, & coetissimos Archipræfules habuit, præsertim Eugenios, Helladios, Ildephoncos, Julianos, aliosque similes. Sub eorum ductu, aut præsidio celebravit tot gravissima, & doctissima Concilia, quot, & qualia fortasse nulla alia Ecclesia unquam post Romanam. Hinc maxima illa omnium veneratio, & pia affectio, non modo Regum, aliorumque Principum, Urbium, & populorum, erga Toletanam Ecclesiam; sed etiam Romanorum Præfulum, quorum plurimi a tot jam sæculis eam innumeris laudibus, honoribus, ac privilegiis decorarunt. Quod cum plurimorum testimoniis, & vastis Voluminibus, præsertim Epistolarum Decreta-

lium,

lium, expressum fuerit, frustra hoc loco plenius commemorandum recipiam. Edidit quidem multa eorum, quæ in hac Collectione continentur, Illustrissimus D. D. Garia de Loaiza, Philippi III. gloriose memoria Regis Hispaniarum Magister, & postea Archipræfulus Toletanus. Edidere quoque antea, & postea pleaque eorum nonnulli alii. Sed enim parce id factum est, ob inopiam manuscriptorum Codicium, quorum tamén plura longo tempore, & labore assidue, e variis Bibliothecis, & Libris rarioribus nactus fui, cum monumentis multis Sanctorum Patrum, quodammodo ad Hispaniam spectantibus, quorum pleraque, aut nondum edita, aut parum trita erant.

Ea itaque omnia fere in hoc Opere edenda fidelissime curavi, pulchro charactere, & forma, cum Dissertationibus Ecclesiasticis, & Notis non solum meis, sed etiam plurimorum pietate, & eruditione illustrium Virorum, qui aut ex instituto, aut obiter, ea sacra monumenta, vel aliquam eorum partem explanarunt. Unicuique eorum Notas proprias, & Observationes consigno, ac tribuo nominatim, cuiuscumque nationis, aut conditionis fuerint. Omnibus enim iis honorem, & gratiam referre oportet, quoniam in decus, & utilitatem Ecclesiae, ac discipline Ecclesiastice laborarunt. Utinam ego extremus omnium aliquid in eum finem contulerim, ac de cætero qualibus evnque laboribus meis præsteti. Multa fortale invenientur in iis correctio- ne digna, aut minus accurate dicta, præsertim ob gravissimas ægritudines, quibus in Hispania, & Romæ distentus, & impeditus fui usque modo, dum editio Operis hujus vastissimi pararetur. Eandem ob caussam prætermisi nonnulla monumenta observatu digna, & Notas in illorum explanationem. Sed ubi vix vivere, aut respirare dabatur, præter quotidianas curas, & negotiorum molem in hisce sacris Congregationibus, ac tot alia Curia Romanæ impedimenta, quomodo liceret plura accuratius scribere, quæ otium, & secessum requirunt? Indulgeant itaque mihi pii, & æqui lectores, si in tam vastis Voluminibus aliquot defectus, aut naves detexerint. Id tamen fidenter pronunciare possum, nullum mihi scienti, ac prudenti contigisse, sed per imprudentiam solum, aut nimiam aliarum occupationum molem. Id etiam ex animo, & secure testor, si quid in tot, & tam variis scriptis, tam hujus Collectionis, quam aliarum quarumlibet lucubrationum mearum, minus consonum, aut devium a Fide Catholicæ, Romanæ, & Apostolicæ Ecclesiae, vel a recta, & sana morum doctrina inventum fuerit, totum id longissime fuisse, & esse a voluntate, & intentione mea, qua semper haec tenus per Divinam gratiam vixi, ac paratus sum vivere, & mori in sinu ejusdem piissimæ Matris Ecclesiae, & sub obedientia Apostolicæ Sedis, ac piorum quorumlibet, & eruditiorum correctione,

Hæc itaque, qualiacumque sint, ad te mitto, & similiter ad Illustrissimum tuum Capitulum, in signum amoris mei, ac venerationis singularis. Vale igitur, Eminentissime Princeps, & juxta insignem claritatem splendidissimi generis tui, & zelum Ecclesiastice disciplinæ, quo ardes, hæc sacra monumenta, & scripta protege, atque in usum, & functionem tot subditorum tuorum transire stude. Ita opto, & spero, ad obsequium Majestatis Divinae, & utilitatem Ecclesiae, quamvis nimium impar, & minime dignus tam sacra tractasse Mysteria. Dabam Romæ quinta die Augusti anni MDCCXIV.

CARD. DE AGUIRRE PRÆMONITIO AD LECTOREM.

I. Præter ea, quæ monui in Praefatione Tomi I. pauca quædam adjungere visum. In hoc secundo Volumine exhibeo Concilia omnia (quotquot inveniri potuerunt) celebrata in Hispania ab initio circiter saeculi IV. usque ad initium octavum, cum Dissertationibus Ecclesiasticis unicuique eorum opportunit, ac Notis, tum eruditissimorum quorumcumque hominum, cuiuscumque nationis, & status, quotquot inveni aliquid contulisse in scriptis circa Canones corundem, sive ex instituto, sive solum in transitu.

II. Idipsum fere præstisti circa Epistolas Pontificum Romanorum scriptas ad Hispaniam toto eo tempore, quarum auctoritatem, & γνωστην nemo in dubium vocat; & si fortasse quispiam nimium delicate in aliquam particulam unius, vel alterius opponit aliquod dubium, studeo illud solvere. Circa nullam ferme earum occurrant difficultates illæ propemodum insuperabiles, quas nobis ipsis objecimus Tomo I. adversus *adversari* aliarum, quæ a tot sæculis circumferuntur scriptæ nomine veterum Pontificum usque ad tempus Syricii Papæ. Porro tot illorum argumentorum pondere pressi, saepe diximus, ac fassi sumus, quamvis responderi iis utcumque possit, aut occurri, adhuc aquam nobis hærente, nec negari posse, aliquibus earum saltem, aut plerisque, decursu temporis irreproibile centones aliquos, & af-

firmem-

sumenta, quibus interpolatae fuerunt, sive ab Isidoro quodam Meratore, ut plerique volunt, sive a Theodisculo Hispalensi Antilite, quem alii censent fuisse corruptorem Scriptorum Sancti Isidori Hispalensis, ac profide earum Epistolarum, quas ipse censetur colligendas curare integras, labisque puras, sive tandem ab aliquo sciole, aut imperito, adhuc ignoto, qui circa finem saeculi octavi, aut initio noni eas vitiaverit. Sed & hoc jam satis eginus in eodem Tomo, praesertim Dissert. i. & iv. nec inculcare amplius oportet.

III. Itaque nemo existimet, nos illas integre, & quoad omnia in eis contenta recepisse tuendas, sed summum quoad precipua capitula, & cum delectu, ut ibidem latius dictum est. Eiusdem generis videtur Epitola pariter vulgata nomine Sancti Melchiadis Papae ad omnes Hispaniae Episcopos, quam infra exscribimus. Licer enim vindicemus illam a critico argumentis Dissert. iv. post Severinum Binium, qui illam censuit germanam; non possumus negare, adhuc persisteremus ingentem suspicitionem de ipsius interpolatione.

IV. Itaque omnes fere Pontificum veterum Epistole a nobis exscriptae Tomo i. & praeterea illa Me chiadis, possumus paci exceptiones, jam indicatas, & post tot objectiones, seu difficultates propositas ab eruditissimis Viris intra ipsam communionem Sedis Apostolicae (ut nihil dicam de Davide Blondello, & aliis heterodoxis) licet quadam tempore a nobis detentae, aut vindicatae fuerint, post Turrianum, Binium, & alios quospiam, adhuc suspectae sunt de interpolationibus, assumentis, & parachronismis. Quare paucæ admodum invenientur ex his ab ea suspicione immunes, nisi forte aliunde constet esse germanas, quales sunt nonnullæ existentes apud aliquos Auctores antiquos, & graves, veluti S. Dionysium Alexandrinum, Eusebium Cæsareensem, S. Athanolum, Theodoreum, aliosque similares.

V. Cur autem Epitola illa Syrici Papæ ad Himerium Antilitem Tarracensem extiterit semper, & modo extet integra, ac labis expers, præceteris Pontificum antiquorum, rationem reddidimus infra Dissert. v. ad annum Christi ccclxxv. Quod autem nonnulli interpolatam volunt Epitolem Vigilii Papæ ad Profuturum Episcopum Bracarensem, infra tejiemus in Notis ad illam.

VI. Moneo in antecessum hac occasione, abs dubio interpolatas fuisse cujuspiam veteratoris, aut scioli manu, inter alias Epistolas prisca Pontificibus exscriptas, illam S. Callisto I. tributam, sicuti & aliam, que pluribus saeculis postea circumfertur scripta nomine S. Gregorii Magni ad Secundinum inclusum; ac tandem alia tributa S. Isidoro Hispalensi ad Massanum. Nimirum et tres ab ineunte circiter nono saeculo censentur pariter virtutem alsumentis quibusdam plane contrariis veteri disciplina Ecclesiasticae aliis locis palam habilitate ab eisdem Patribus, uti cum pluribus doctissimis Viris ostendo infra Dissert. x. Excur. iii. & iv.

VII. Itaque nemo existimet, nos integre, sive ex toto probabiles, sive ad quoslibet alios, circumferri solitas in communibus editionibus, & Collectionibus Conciliorum nomine prædictorum Pontificum. Vix enim unquam illas recipimus, sive omnino authenticas, & ab omni labe liberas, nisi solum aut summum cum eo delectu, & circumspectione, ac modo, quo admisso fuerunt ab Illustrissimo Antonio Augustino Archipræfatu Tarracensi, post Turrianum, & ab aliis quibusdam post Severinum Binium; ac tandem si accurate legantur que circa id scripsimus, invenietur sententia nostra non nullum disidens ab illa doctissimorum Cardinalium Baronii, ac Bellarmini dubitantium de auctoritate eundem Epistolarum ob centones assutos ex Auctoriibus posterioribus, parachronismos, & testimonia Scriptura juxta versionem Sancti Hieronymi, que intra quatuor priora saecula Era Christianæ, aut nondum facta fuerat ab ipso, aut nosquam recepta erat adhuc. Et licet his, aliisque difficultatibus satisfacere conatus simus in allegatis Dissertationibus Tomi i. non propterea fidem integrum præstamus toti contextui eundem Epistolarum, sed adhuc hancimur, & questionem in medio relinquimus.

VIII. Nonnulla alia monumenta vetera Hispaniae promiseramus in Synopsi Conciliorum ipsius, edita Salmantice anno MDLXXXVI. Verum cum exemplaria eorum continerentur in manuscriptis antiquissimis, ac valde detritis decursu tot saeculorum, quo luctata fuerant cum blattis, & tineis; non potuerunt exscribi sine innumeris cordibus, ac defectibus passim occurrentibus; ac proinde puduit ex publica luci committere cum nullo fructu, & magno tedium lectorum. Inter alia vero erant qua statim subiungo, Sisebuti Regis Gotthorum Epistola ad Episcopum Mentesanum, qui se reclusit in Monasterio. Cæsarii Patricii ad Sisebutum Regem Epistola, de Cæcilio Episcopo capto a militibus. Sisebuti Regis ad Cæsarium Epistola rescripta per Ansemundum. Cæsarii Patricii ad Sisebutum Regem Epistola missa per Acellum. Eiusdem Epistola ad Sisebutum Regem missa per Amelium, & Theodericum. Sisebuti Regis Epistola ad Eusebium Episcopum. Eiusdem Epistola alia ad Tudilanem, cum ex laico habitum in Monasterio suscepisset. Eiusdem Regis Epistola ad Advalicaldum Regem Longobardorum, & Theodelindam Reginam, pro Fide Christi, per Totilanum directa. Passio S. Desiderii Episcopi Viennensis, scripta a Sisebuto Hispaniarum Rege anno pœnit. Huc spectat Epistola quædam Tarræ Monachi, quam, licet nimium quantum deformaram, exegit sepius, & tandem obtinuit a nobis Cl. V. Joannes Mabillonius. Denique plura alia S. Martini Bracarensis monumenta, & Opuscula apud nos sunt lectu dignissima, que paramus edenda in aliquo Libro minoris formæ seorsum.

MONITUM COLLECTORIS

Ad Illusterrimos DD. Archiepiscopos, & Episcopos Hispanie,
ac Novi Orbis.

UT CONCILIA FREQUENTER CELEBRENT.

Dum publicæ luci committimus hæc sacra Concilia, & alia monumenta ad Hispaniam spectantia, Commentariis, Dissertationibus, ac Notis recentibus explanata, praesertim in hoc Tomo ii. oportet in antecessum, præmittere nonnihil de ingenti utilitate, immo & necessitate, celebrandi Concilia, praetertim Provincialia, ad disciplinam Christianam, & Ecclesiasticam conservandam, promovendam, & restaurandam, moresque subinde corrigendos tam Cleri, quam popularum.

X. Sane videmus in hoc Volumine (ut cætera prætermittam) quanto zelo divini cultus, ac reformationis morum, extulerint gravissimi illi Praefates Ecclesiarum Hispanie, qui ab ineunte quarto saeculo usque ad initium octavi (præter Synodos Diocesanæ, quas unusquisque eorum frequenter coegeret, juxta morem ab initio statutum, & tamdiu continuari in tota Ecclesia) tot Concilia Nationalia, & Provincialia, eaque doctissima, & numerosissima, celebrarunt. Quod equidem ab iis factum fuit juxta antiquissimam traditionem ab ipsis Apololis emanantem.

XI. Certe tricesimus octavus Canon (alias xxxvi.) inter Apostolicos ita habet: Δεύτερον τὸ ἑταῖρον Σύνοδον τῶν ἀποστόλων, καὶ ἀνακηρύξας αὐλίκες τὰ δόγματα τῆς εὐαγγελίας, καὶ τὰς ἐμποτέρους Εὐχαριστίας ἀπολογίας διαλυτούς ἀπαγγείλειν, τριητάρην ιδεομάδι. τὴς Πέμπτης κοῦνις, δεύτερον δὲ ὑπερβερατή διδασκάτην. Ideo: Bis in anno Episcoporum Concilia celebrantur, ut inter se invicem dogmata pietatis explorant; & emergentes Ecclesiasticas contentiones amoveant; semel quidem quarta septimana Pentecostes, secundo vero duodecima die mensis Hiperbereti; id est, juxta computum Romanum, iv. Idū Octobris, ut habetur in ms. Vaticano. Deinde vero in Concilio iv. Toletano, cui præfuit S. Isidorus Hispalensis anno DCXXXIIII. Can. iei. statuitur: Quintodecimo Kalendarum Juniarum congreganda est in unaquaque Provincia Synodus, propter vernale tempus, quando herbis terra vestitur, & pabula germinum inveniuntur. Ita frequenter cogebantur Synodi in Hispania olim, non modo Diocesanæ, sed & Provinciales. Quin & quamplura Generalia totius nationis Concilia a tempore Eliberitani usque ad xviii. Toletan. intra quatuor ea saecula fuisse celebrata in Hispania, patet ea legenti in Tomo iii. Cumque circa annum epochæ Christianæ CDXLVI. Alipio & Ardebetre VV. CCl. Cos. in Hispania detectæ fuisse Manichæorum, & Præscillianistarum reliquæ, S. Leo Papa Epist. xciiii. alias xv. ad Turibium Episcopum Asturicensem, indxit Concilium Episcopale, celebrandum in loco opportunitiore Sacerdotibus Provinciarum. Ac propter eius subdit: Deditus Literas ad Fratres, & Coepiscopos nostros Tarracenses, Cartaginenses, & Lusitanos, atque Gallicanos, eisque Concilium Synodi Generalis indiximus. In ordine vero ad id congregandum, adjutores dat datum, ac Ceponum Episcopos eidem Turibio; qui in quadam ad utrumque Epitola, diuturnitatē ejus pestis in Hispania grallantis tribuit omissioni, sive neglectū celebrandi Concilia: Quod quidem per mala temporis nostræ, Synodorum conventibus, decretisque cessantibus, liberius crevit. Porro Epitolas ipsas Sanctorum Leonis, & Turibii ad Idatium, & Ceponium exhibemus suo loco infra.

XII. Hoc ipsum accidit circa relaxationem morum, & disciplinæ Ecclesiasticæ, in omnibus iis Regnis, ac Provinciis, ubi nec Nationalia, nec Provincialia Concilia, immo nec Diocesanæ, nisi forte raro, aut perfuncto ie, celebrantur, quibus Praefates ipsi, Sacerdotes, Clerici, & tandem subdit omnes regantur, ac se in officio contineant. Nam ipsam Conciliorum frequentiam indicunt sacri Canones, & exigit necessitas, atque utilitas publica. Quo mala, quot peccata, quot animarum detrimenta ex eorum neglectu sequantur, experientia ipsa, ubiq. ie patim docet, ac sepe post plurimos Ecclesiæ Patres observavit S. Carolus Borromæus, qui propriea tot gravissima, & doctissima Concilia Mediolani celebravit, & illustri exemplo fuit inclinante saeculo præcedenti, ut alia pariter cogenter in Hispania sub idem fere tempus Praefates Toletani, Hispalenses, Tarracenses, ac Valentini, quorum Acta exhibemus infra, similiterque alii Antistites magni nominis in Italia, Germania, ac Gallia, asq. ie in hodiernum fere dien, prout lezeret & poterit in uberrima Collectione Conciliorum Labbeana. Utinam Illustrissimi quique Primate, Metropolitani, Episcopi, id præ oculis habeant; ne forte in tremendo iudicio Princeps Patorum sanguinem animarum de manibus ipsorum requirat. Deserviant pariter exemplo tot Concilia Hispanie, ac Novi Orbis, tum Provincialia, tum Diocesana, saeculo præcedenti celebrata, eaque doctissima, ac saluberrima, que Tomi sequentibus publicæ luci committimus; utinam cum aliquo Dei obsequio, & Ecclesiæ fructu.

XIII. Huc spectat, quod plurimi eorundem Antilitum in Conciliis Provincialibus, & aliis Comitiis, praesertim apud Galliam, simul cum aliis doctissimis Viris, studiose curaverint reformationem morum, & puritatem, ac soliditatem Ethicæ Christianæ adversus laxitates multorum Casuistarum, quorum tot Theses perniciose, & scandalosæ, ut minimum damnavit Sedes Apolitica sub Pontificibus Alexandro VII. Innocentio XI. & Alexandro VIII. Laudandi quidem sunt illi Praefates, qui in cum finem plurimum laborarunt, & tot synaxes

insignium Theologorum coegerunt zelo reformatæ disciplinæ moralis ; & præsertim inter illos, quatuor Galliarum Archiepiscopi, ac duodecim Episcopi, qui tempore Urbani VIII, die 5. Aprilis, anno MDCXLIV, in unum congregati scriplerunt ad eundem Pontificem celebrissimam illam Epistolam, & ubique sparsam adverlus licentiam quorundam Casuistarum in opinando, ajetes inter plura alia de iis : *Divinorum Sacramentorum usus, qui facit omnino, ac salutaris esse debet, in perniciosum, ac piis omnibus deplorandum abusum sapissime convertitur. Depravatis denique, ac corruptis moribus, blandimenta potius, atque oportenta, quam salubria remedia comparantur ; ut e sententiis ex libris illorum fideliter excerptis, nemini non apertum, atque exploratum esse potest.* Deinde solum vehemens desiderium significat ad corruptelas morum expurgandas, effrancatamque illam quoramlibet flagitorum (qua nonquam tanta fuit) licentiam, augentibus eam in dies novitiam quibusdam casuum conscientia arbitritis. Hæc illi graviter, & magno plausu, ac fructu apud Sodem Apoliticam.

XIV. Insuper Octavius Archiepiscopus Senonensis, in Literis eodem anno, ac die datis ad gravissimum Cardinalem Franciscum Barberinum (postea Decanum Sacri Collegii) scripsit: *Eo mollitis animorum, ac disciplina clangescens dissolutio processit, ut jam de vera pœnitentia, ac sincero amore Dei loqui pene sit nefas. Hoc videlicet artificium humani generis hostis excogitavit, quo fatiscens Religionis degenerem illam laxitatem pro ipsa Religione obtruderet, quasi a diverticulis ad viam regredi, & via aberrare sit. . . Ita alitur quoramlibet licentia flagitorum, ita Crux Christi evanescat ; jam enim crimen ludus est, & pœnitentia crimini datur.* Hæc ille, & plura similia alii Episcopi, in Epistola alia ad Innocentium X. data anno sequenti MDCXLV, die 21. Julii.

XV. Nihil autem apius ad ea mala doctrinæ, & morum præcavenda, & vitanda esse potest, quam frequentia Provincialium Conciliorum, qua propere tot sacris Canonibus omni tempore commendata fuit, & tandem urgentissime in Concilio Tridentino Ses. xxiv. Decreto, *De Reformatione*, Cap. secundo, illis potissimum verbis: *Provincialia Concilia sicubi omessa sunt, pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controversiis compendit, aliisque ex sacris Canonibus permisso, renovantur. Quare Metropolitani per se ipsos, seu illis legitime impeditis, Coepiscopos antiquior, intra annum ad minus a fine praesentis Concilii, & deinde quolibet saltem triennio, post observam Paschæ Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, seu alio commodiori tempore, pro more Provincia, non prætermittat Synodum in Provincia sua cogere, quo Episcopi omnes, & alii, qui de jure, vel consuetudine interesse debent, exceptis iis, quibus cum imminentि periculo transfretandum esset, convenire omnino teneantur &c.*

XVI. Jutum autem erit, ac merito sperandum est de zelo, & pietate modernorum Hispaniæ, ac Novi Orbis Præfulum, ne in ea parte se a Prædeceſſoribus suis, & nominatim ab iis, qui seculo præcedenti floruerunt, superari patientur. In eum finem tot Concilia ab Hispanis Episcopis celebrata ab initio Ecclesie Christianæ, & præcedenti seculo, tam intra illam, quam in Novo Orbe, exhibemis toto decursu hujus vasti Operis ; præsertim dolentes, quod ab initio circiter hujus saeculi usque modo non inveniatur Concilium aliquod Provinciale editum Latine in tota Hispania, nec in Novo Orbe, quod adjungeremus præcedentibus, quamvis diu, multumque studuerimus illud invenire si quodquam esset. At enim Concilia Hispanice solum scripta, aut etiam edita, non oportuit a nobis recudi simul cum Latinis, sicut nec Gallice, Germanice, aut Anglice, vel Italice scripta, locum habent in Collectionibus aliis, sed solum, qua Latine edita fuerunt.

XVII. Sicubi autem in Observationibus, sive Notis ad illa, vel alia monumenta sacra, aut in Dissertationibus Ecclesiasticis, aut denique in toto Opere, satis prolixo, nobis aberrare contigit (sicut & in aliis quibuslibet lucubrationibus, tam editis, quam edendis) totum id judicio Sanctæ Romanae Ecclesie, sive Sedis Apostolicæ, summittimus corrigendum, moderandum, aut prorsus delendum. Quin & quoties, aut monitu doctiorum quorundam, aut studio proprio, meliora, vel alia ab iis dicicerimus, absque cunctatione ulla sententiam mutabimus. Jamdiu enim nobis alte insedit illud S. Gregorii Magni Lib. 11. Epist. XXXVII. *Ab omnibus corripi, ab omnibus emendari paratus sum, & hunc sulum mihi amicum existimo, per cuius linguam ante apparitionem distrixi Judicii, meæ maculas mentis tergo.* Valete Illustrissimi DD. mihiq; assid; is sudoribus in utilitatem publicam, & obscurum velutrum utcumque laboranti, & admodum peccatori, apud Deum veitris precibus opem forte, & superliti, & vita functo.

J O S E P H U S C A T A L A N U S,

L E C T O R I.

Quum perfecto jam hoc Tomo II. Collectionis Conciliorum Hispanie, in quo celebre, pervetustumque Illiberritanum Concilium continetur, ad manus meas pervenerint dux in ejusdem Concilii Canones xxxiv. & xxxvi. Dissertationes, ab Illustrissimo, & Reverendissimo D. D. Balthasare de Bastero, & Lledo jam Episcopo Gerundensi, Viro Clarissimo, ac doctrina, & pietate prædicto concinnata, & mihi a Viro eruditio Hispano communicata, gratiam rem me facturam censui præclarissimo Authori non modo, sed & veteris Ecclesiæ disciplinæ studiosis, si illas initio saltem hujus Tomi descripserim. Sunt autem hujusmodi.

Dissertatio I. super Can. Cereos &c. XXXIV. Illiberritani Concilii ineunte saeculo quarto apud Hispanos coacti.

I. **O** Mnima difficultus deprehenditur Illiberritani Concilii Canon 34. in quo haec habentur: *Cereos per diem placuit in Coemeteriis non incendi ; inquietandi enim Sanctorum spiritus non sunt ; qui bac non observaverint, arceantur ab Ecclesiæ communione.* Deque eo non immrito ait summa eruditio Albaspinus Episcopus: *Hic Canon difficultus sane crucem fixit Interpretibus, vix ut, aut ne vix quidem explicari, evolvi posset. Quo futurum est, ut perridicabis, & valde obscuras explicationes Interpretis excogitarint.* Hinc opere pretium me facturum arbitror, si cum primum de aliorum breviter, porro de mea sententia ita nonnulla subiectam, ut ceterorum quoque integrum sit judicium.

II. Tres in partes distribuitur Canon, quarum prima exorditur a vocatione, ne in Coemeteriis lucente die accendantur cerei, ibi: *Cereos per diem placuit in Coemeteriis non incendi.* Pars altera rationem exhibit, ne conturbarentur Sanctorum spiritus secundum ea alia verba: *inquietandi enim spiritus Sanctorum non sunt.* Et postrema denique pars anathematis ponam iis indicit, ut, qui bac non observaverint, arceantur ab Ecclesiæ communione. Difficultas plane omnis non hanc postremam, sed priores duas respicit partes.

III. Ex hoc quidem Canone gravissimum educunt argumentum pervicaces Hæretici, ut oppugnet Ecclesiasticam disciplinam de cultu, & veneratione Reliquiarum Sanctorum, deque cereis, quibus Ecclesia suis in peragendis functionibus perpetuo uitit. Illud itaque ad elidendum, profligandumque, complures orthodoxæ Fidei Interpretes non desire varias in medium proferre explications, qua facile possunt ad quinque perduci. Fuit ipsarum prima, quod Illiberritani Patres pluribus ex causis prohibuere modum evocandi Sanctorum animas, ne Religionis specie, magico rameo viderentur futura ominari ; ob idque usurparunt verbum, *inquietari, in prefato Canone : inquietandi enim non sunt* ; exemplum scilicet sequentes, quod exigit Libro 1. Regum, Cap. 28. de Pythia muliere in Endor, quæ Samuelis Prophetæ animam evocaverat, ita efflagitante Saulo Rege, cui apparens dixit: *Quare inquietasti me, ut suscitarer?*

IV. Itsi hanc plerique receperint explicationem, satis quidem constans haud est ; simo plura contra urgunt. Primum quod prohibet Canon, ne per diem fiat ; ac deceſſorum animas nocte evocari mos pridem erat, cui & illud Tertulliani de Anima, Cap. 57. convenit : *Apud virorum fortium busta bac de causa abnegare.* Nec secus egit Saul, qui, & duo simul cum eo viri, non luente die, sed venerunt ad mulierem nocte. Tum inde quod is Canon hoc unum præcepit : *Cereos in Coemeteriis non incendi.* Ello autem pluries cum cereis apud sepulcra ; sepe etiam sine illis, & procul a sepulcris fieri con-

Tom. II.

sueverat evocatio ; nec certo Pythia illa mulier e tumulo & cum cereis Samuelis animam evocaverat. Accedit inde, non sane licere Canonis verbam, *inquietari*, ad methaphoræ sententiam detorquere, ut de Samuele loquente sualit necessitas ; sed oportere magis intelligi secundum propriam cujusque nominis significationem, quam Synodales Sanctiones potissimum servant, & quam servasse coitat antiquius alterum Concilium, cujus meminile videntur Apollolorum Acta, Cap. 15. verlu 19. ibi : *Propter quod ego judico, non inquietari eos, qui ex gentibus convertuntur.* Et ad poitrem haud decet de Hispanis Christianis tam male suspicari, eosque ad magicas evocationes ita esse impense additos, ut deberet Synodali Sanctione usus damnari, qui si forte abfuillet, non ei certe ex generali, atque ex perobscura prohibitione fatis ex dignitate consultum extisset.

V. Altera eorum explicatio erat, accensos in Coemeteriis cereos eatenus prohibuisse Patres, quatenus non sincero, religiosoque ritu id fieri verebantur, sed cum aliquid superstitionis subolebat, nec iisdem Sanctis pergratum fore credebat ; explicationis itaque causa edixerunt, eos inde perturbatos, atque inquietatos videri. At ex iis etiam, quæ paulo ante expensa sunt, ne hæc quidem recipi valet interpretatio, tum maxime, cum nullum adsit monumentum tantæ apud antiquos Hispanos irreptæ superstitionis pro Martyrum celebrato cultu, ut ejus vindicandi cura teneret Concilii Patres, qui modum, quo rite agerent omnia, rectius præscriberent, nulla alia de causa, quam ne quid fieret, quod Catholicæ Fidei non conveniret.

VI. Tertio ex ordine explicationem alii in eo constituant, ut, quoad fieri possit, eludentur Genilium diligentia, & audacia, ne ex accusis cereis illico detegentur Fidelium conventus apud Martyrum sepulcra noctu saepe repetitos, neve condita corpora humi effolla educerent, atque ex dira combustione, vel ex turpissima contrectatione perturbarent. Sunt quoque plura, quæ in hac non placeant explicatione. Et profecto secundum Concilii verba quo pertinet *inquietari spiritus*, si Interpretes malunt ad corpora referre ? an non Patres, de quibus indignum foret suspicari, existimaverint, Martyrum spiritus apud sua queque corpora permanere ? Præstat amplius, non plane ignaros fuisse Gentiles, ut nescirent, ubi Fideles haberent sepulcra, & quo etiam convenienter, ut Mendoza ad hunc Canonem nos monet. Non itaque ex cereis indicio erat opus, si qua iis mens fuisset, vel in effolla inserviendi Martyrum cadavera. Et demum yehementer urget, alioqui oportueret, Fidelium quoque conventus prohiberi ad Martyrum celebrandas vigilias, quas imo Concilium sequenti Can. 35. ampliori præfinito ritu concelebrari præcepit.

VII. Emerlit hinc quarta interpretatio, ut ex Patrum sententia sub *Sanctorum nomine* intelligerentur ceteri Fideles, quos ita b 2 sepe

sepe indigitabat Apostolus, qui ad Romanos Cap. 1. versu 7. scribens ait: *Omnibus, qui sunt Romæ, Dilectis Dei vocatis Sanctis;* ac ibidem Tirinus cum S. Chrysostomo, & S. Augustino explicat: *Olim enim omnes Christiani vocabantur Sancti.* Et itaque Canonis prohibitio respiciebat, ne Gentilium more ex superstitione ritu curaretur Fidelium funus ardentibus cereis, quod maximæ perturbationis esset probatis Christianis, præcipueque Episcopis, & Ecclesiasticis. Perque interpretatione hæc eadem partitur difficultates; imo confit, Canonem unice loqui de cereis, qui in Coemeteriis accendi consueverant; at receptum ex more erat, funus ita efferi, ut præiret populus, præludentibus delatis facibus, sicuti locupletissimis auctoritatibus comprobat summa eruditio, ac incredibilis diligentia Vir Cl. P. Catalanus in *Comm. Pontif. Rom.* Tom. 3. Tit. 27. §. 1. Num. 33. & seq. Tum vero magis quod nulla erat delatio funes, nisi Sacerdos, aut is, cui Parochie cura erat, præfens adferset, qui vetasset, ne quid ex superstitione fieret.

VIII. Ab hac quarta non longè recedit postrema interpretatione, quæ hoc amplius addit, Canonis prohibitionem intelligendam de pluribus cereis, quorum ingens numerus poterat orantes Fideles perturbare; aut, ne orarent, detinere alios, qui id curabant funus. Sed neque hæc recipi valet interpretatione, quæ cum ipso pugnat Canone; ejus enim prohibitiō generalis est, nec ut numerum coerceret, debuit omnino vetare, ne in Coemeteriis accendantur cerei; quorum numerus siue per exiguum, siue amplior, perque vetitus esset. Præterea ne credi quidem potest, prioribus Ecclesiæ seculis modum excessisse Ecclesiasticas functiones, ut vel in accendendis cereis Concilii prohibitionem posuerat. Et esto denique complures adhiberentur cerei, nulla tamen causa erat tantæ perturbationis Fidelium, qui feliciori nostro aëvo ex nimium egregie adiuncto Divino cultu, atque ex innumeris prope cereis accensis potius, quam conturbarentur, se impensis addicunt spirituali devotioni.

IX. Quo res facilior visa est pro tot rejiendis interpretationibus, eo gravior urget difficultas firmiore exhibendi Canonis interpretationem. Placet quidem illud in antecedentium referre, quod mihi sepe numero cogitanti probatum est. Canonis prohibitionem nominatim perlegi, ne per diem accendantur cerei, per noctem ergo posse; nam ait: *Cereos per diem placuit in Coemeteriis non incendi.* Quoniam ergo ex parte aliqua temporis poterant accendi, res certe ingenio suo mala non erat, nusquam aliqui permittenda. Ex se itaque videbatur bona, ubi modus adhiberetur, ne scilicet per diem cerei incenderentur, cum tunc forte perturbarentur Fideles; id vero iis nocte licet, quod tunc ipsorum nulla conturbatio foret.

X. Quod probarunt Gentiles ipsi, qui falsa Religione permoti diligenter curabant, ne interdiu ducerentur funera, sed ut Servius apud Virgilium Aeneid. Lib. 11. ait: *Per noctem cadavera efferebantur.* Et qui illatum efferebant cadaver, apud ipsos vocitabantur

Vespillones, nempe ut Rosinus in *Antiquit. Roman.* Lib. 3. Cap. 31. scribit: *Ita dicti, quod vespertino tempore mortuos efferre solerent; ejusdemque funeris etymon ex eo etiam dicitur, quod funera a funeralibus, quia nocte efferebantur.* Et cum noctu fierent, ipse Author rationem profert: *Ob Sacrorum celebrationem diurnam.* Adeo enim in singulis peragendis rebus superstitioni videbantur Gentiles, ut nefas fuisse illatum contrectare mortuum, seque ob id pollutos existimabant, si vel vidissent, uti de quaue immunda re ita S. Thomas 1. 2. Q. 102. Art. 5. ad 4. de his ait: *In quo Leti attenuavit superstitionem Gentilium, qui non solum per contaminam immundi, dicebant insmundiam contrahi, sed etiam per callocationem, aut per aspectum;* ac videre est apud P. Alexandr. Hist. Eccles. Veteris Testam. Tom. 1. in 4. Mund. etat. Dissert. 3. Art. 4. §. 5. Num. 13. & Art. 5. §. 1. in fine. Propter hanc a viro funere contractam pollutionem non audebant Gentiles Tempa ingredi, ac Sacrificia, & quidquid aliud rite peragere, nisi terultrali aqua expiatu essent; atque ob id potissimum noctu, aut vespere jam die educebatur funus; nusquam vero mane, ac interdiu, quo frequens populus Tempa Deorum petebat Sacrificia celebraturus.

XI. Iis ergo primis Ecclesiæ seculis, quibus Fideles diram Gentilium persecutionem declinare cogebantur, prudens videbatur consilium, ne vel id agerent, quod gravius eosdem exacerbaret. Oportuit ergo funus per noctem quoque ducere, ne, si interdiu fieret, statim iis succenserent Gentiles, qui potuissent publicam Christianam rem summopere conturbare. Cum primum vero, ineunte seculo iv. sub annum scilicet 312. nostræ reparata salutis pax Ecclesiæ a Constantino M. Imperatore donata fuisset, statim cœperunt omni plane tempore efferriri tunera, cum nocte, tum etiam die, uti doctissimus Gothofredus in Codice Theod. Lib. 9. Tit. 17. ad Leg. 5. enarrat: *Post Christianæ Fidei, & Religionis, Constantino Magno, res stabilitas mero die Christianorum exequias celebrata;* atque ibidem refert, impium Julianum Apollatianum anno 363. Edictum contra diurna funera obsignat, quod tandem suo caruit effectu.

XII. Ad rem vero nostram conducibile est, verba exscribere ejusdem Legis 5. Cod. Theod. Lib. 9. Tit. 17. ibi: *Secundum illud est, quod efferriri cognovimus cadavera mortuorum per confessam Populi frequentiam, & per maximam insistentiam densitatem;* quod quidem oculis hominum infaustis incitat aspectibus; qui enim dies est bene auspiciatus a funere? aut quomodo ad Deos, & Tempa venientur? Ideoque quoniam & dolor in exequiis secretum amat, & diem funis nibil intereat, utrum per noctes, an per dies efferantur, liberari convenit populetoius aspectus, ut dolor esse in funeribus, non pompa exequiarum, nec ostentatio videatur. Nec itidem de ea re prætereundus P. Pagius in Critica ad Annales Cardinalis Baronii, anno 363. Num. 3.

XIII. Dignum notatu quoque est, jam pri-

pridem in Ecclesia Catholicos pie consueuisse ad demortuorum sepultra venire, proque ipsorum animabus Deum rogare, modo accensis in tumulo cereis, ilisque modo prætermis, uti constat ex testimonio Sancti Athanasii in eo Sermonе, quod plerique adscribunt S. Joanni Damasceno, de quo Gonzalez in Commentario hujuscem Canonis, ibi: *Etsamfi in area collatus sit ille, qui cum cunctate diem vita extremum egit, tamen implorata Dei ope oleum, & ceram ad ipsius sepulcrum accendere ne recuses.* Atque ipsi etiam Gentiles sepe sepultra majorum accensis lampadibus exornabant, Disque manibus inferi s. dabant, seu Sacrificio inferebant; de quo præclaræ extat dispositio mulieris, cui nomen Mævia, quæ ex testamento liberos dixit servos suos sub ea conditione, ut monumenta meo alternis mensibus lucernam accendant, & solemnia mortis peragant, ut in Lege Mævia 44. ff. *De manumis. testam.* ibique Glosa ob eas paulo ante repetitas rationes probe notat, ut noctu ea agerent, ex quo ait: *& ibi vigilent.*

XIV. His positis, statim ingenio suo se prodit interpretatione, arque firmior explicatio hujuscem Canonis. Ita enim tempore memorati Illiberitani Concilii funera nocte, aut vespere inclinata die per Catholicos ducentur, nusquam vero interdiu, quod certe fieri prohibuerunt Sacerdotes, ac Diaconi, qui funerariae rei præsulissent. Attamen nihil vetat, quominus facile credatur, decelorum consangueineos post elata, conditaque cadavera, dhuc consueuisse ad sepulcrum venire, ut justa persolverent, ac cereos accenderent, Deoque pro iis rogarent, non tam nocte, quam per singulas dici partes, uti ma-

Dissertatio II. in Canonem, Placuit picturas &c. XXXVI, ejusdem Illiberitani Concilii.

I. **Q**uum vidissim peculiari attentione duas Epistolas in Memoribus Tribulacionum editas mensibus Aprilis, anno 1750. & Julii 1752. pro intellectu Canonis xxxvi. Concilii Illiberitani, hujus tenoris: *Placuit, picturas in Ecclesia esse non debere, ne quod colitur, & adoratur, in parietibus depingatur; operæ pretium duxi historicam hanc Dissertationem scribere, in mediumque proserre variorum Scriptorum in ipsum Canonem opiniones, ut his inspectis, statut deinde de ipsa controversia Literatorum Respublica.*

II. Primo itaque quingentorum & supra annorum spatio, ab initio scilicet seculi iv. in quo laudatum Concilium fuit celebratum, usque ad exordium seculi ix. laudatus Canon cum profecto habuit sensum, quo Patres nempe Illiberitani eum intellexerunt; toto siquidem illius temporis decurso, nescio plane, quinam ex Authoribus ullam ipsius fecerit mentionem. Dixi: *cum habuit Canon sensum, quo Patres Illiberitani eum intellexerunt;* nec qualis fuerit is sensus, explicavi; hoc enim est, quod ignoratur, & quod inter duarum Epistolarum Authores contendit.

xime arbitrarentur, cum res sine solemnni rito privatim fieri potuisset. Ex hinc facile est concicere, quod paucatim incepérat, crebrius inde evaserit, modo in una, modo in alia Ecclesia; quare permoti Gentiles, ne vel auditione, vel aspectu rei funeratice poluerentur, atque in iras contra Fideles facile abirent, probatissimum apud Patres consilium fuit causam omnem vel suspicionis arcre, & Synodali Sanctiōne vetare, ne sineciant amplius per diem cereos in Coemeteriis incendi.

XV. Ex haec tenus expensis tum in aliorum rejiciendis sententiis, tum ad nostram confirmandam recens constitutam interpretationem facile quisque intelliget, quam ineptissime Novatores Hæretici ex hoc Canone rem clamamat edicunt tum ad Catholicum oppugnandum Dogma de cultu, & veneratione Reliquiarum Sanctorum, tum ad sacros iridendos ritus de cereis apud Coemeteria accensis. Enim vero Illiberitani Concilii Patres nec de una, nec de altera specie intellexere vocationem ullam indicere, ut liquido probavimus; aliterque dicendum profecto non est; nam si qua vel levissima ex eo Canone suboluisset suspicio, quid quod non alte proclamavisset impius Hæreticus Vigilantius, qui eodem seculo, quo celebratum est ipsum Concilium, cœperit omnium primus eundem cultum ac ritum singulari audacia oppugnare, ac irridere, turpe ei fuisset hunc non scire Canonem Illiberitani Concilii; quoties ipse aut Hispanus ex aliquorum iudicio, aut certe ex aliorum in finitima adnatus Provincia ignorare non debuit, & ne potuit quidem, quæ in recenti ipso Concilio apud Hispanos coacto statuta fuere.

III. Secundo, initio quidem seculi noni primum video prænarratum Canonem citatum a celebri Agobardo Archiepiscopo Lugdunensi in Tractatu, quem tunc temporis de Picturis, & Imaginibus scripsit. Ita res se habet. Jam prioribus duobus seculis accidit Massilia, quod quidam e suis finitimi tribuebant sacris Imaginibus cultum quemdam absolutum, excessivum, superstitionis, dirigendo obsequia sua, & preces materiali Picturorum, omnem suam spem in eis collocando, ac si quid Divinitatis haberent, absque eo quod nec in Deum, nec in ejus Sanctos cultum, quem praetabant, referent eodem fere modo, quo Gentiles sua Numina colebant. Intuitu namque illius facti a finitimi memoria Civitatis, necnon & consequentium, quæ ex eo poterant legitime sequi, verisimile appetit, quod observatio ejusmodi cultus aut continuata fuisset per annos plures apud aliquos eorum locorum incolas, aut timerebatur, ne denudo pullularet error ille communis, in quo Gallia, & Germania fuerunt; Concilium nempe Nicenum secundum huic cultui favere. Fortiter eum impugnavit cito loco Agobardus variis authoritatibus ad hunc finem expositis, & inter alias prænarra-

tum Canonem citavit, supponendo, ibi de sacris Imaginibus mentionem fieri, easque prohiberi superstitiosi cultus causa.

IV. En primis, qui absque ullo, examine contextus Canonis sibi facile persuasit, quod de talibus Imaginibus ibi mentio habebatur, & quod eas ob allegatam causam prohibebat; quod quidem cedit in dēdecus Christiana, atque Catholicæ nostrorum antiquorum Hispania Fidei, & discipline. Sed hic alias magnus Vir summopere allucinatus est; primo quia si in Gallia quidam obseruaverant, adhucque observabant hanc superstitionem praxim, quomodo potuit excogitare, idem in Hispania per tot retro saecula accidisse? Hæc cogitatio jam numquam venerat in mentem Auctori Librorum Carolinorum, & Patribus Concilii Francfordiensis, aliisque Parisiensis Conventus; qui omnes de hac re tractantes, eorum nullus hunc allegavit Canonem. Cæterum si percurrentur Historia Ecclesiasticae seculares, generales, & peculiares, certe in nulla earum ullum invenietur vestigium, quod in Hispania Regnis tam crassus error aliquando irrepererit.

V. Secundo, quia si in his Regnis, talis error aliquando fuisset, Episcopi, & Sacerdotes, tam docti, tamque pii, uti fuere in Concilio Illiberritano, numquam ausi fuissent excludere ab Ecclesiis Imagines sacras; sed immo procuraissent docere Fideles cultum legitimum, qui illis conveniebat, & quem ipsi tamquam veri Catholicci eisdem debebant tribuere; itemque cultum illegitimum damnasset, a quo Christiani abstinere debebant, ne in peccatum laberentur eodem scilicet modo, quo se gessit S. Gregorius Magnus Pontifex Maximus in predicto casu Masiliensem. Scribens enim Severo Episcopo, qui indiscreto zelo ductus, Sacras Imagines imprudenter ab Ecclesiis amovit, sic habet: *Tua ergo Fraternitas, & illas (Imagines) servare, & ab earum adorare Populum prohibere debuit, quatenus & litterarum nescii haberent undscientiam Historia colligerent; & Populus in pictura adoratione minime peccaret.*

VI. Tertio, ab initio saeculi xvi, coepit Lutherani, & postea Calviniani omnes renovare haereses preteritis exortis saeculis, impugnando noviter sacratoria Dogmata nostræ Religionis orthodoxæ. Irruerunt in Dogma cultus, & venerationis sacris Imaginibus debiti, & Canonem Concilii Illiberritani opposuerunt, supponentes loqui illum de talibus Imaginibus, quas causa cultus vetuit, ac si nullo cultu deberent venerari. Atque illi fuerunt secundi Auctores, qui supposuerent, Canonem esse de sacris Imaginibus locutum, quas ob præfatam causam prohibebat; siveque injuriam inferenbant puritati Fidei nostrorum Patrum Illiberritanorum, tanquam si ipsi suæ ejusdem haeresis Auctores, & fautores existissent.

VII. Quarto, eodem saeculo, & eodem serme tempore orthodoxi respondere curarunt argumento, quod ex eodem nostro Canone haereticæ perperam deducebant. Sane haud facile est invenire, quinam fuerint primi; sed tam ipsi, quam cæteri, qui eos sunt sectati sine numero, omnes supposuerunt,

quod Canon ille de sacris Imaginibus loquebatur, & quod communiori sententia Canon sacras Imagines verabat, vel quod decrutatione parietum sacrarum ædium decursu temporis sic redderentur deformatae, ut dignæ potius risu, quam devotione haberentur; vel quod furente persecutione, ethnici homines sacra intrantes Templa, in sacras Imagines iratæ sevirent, quas in parietibus viderent depictas, easque summa injuria afficerent.

VIII. Equidem non capio, quomodo illi primi homines, quos cæteri more ovium, & clausis oculis, ut dici aliolet, sunt sequuti, fuerunt ita faciles in supponendo Canonem de sacris Imaginibus loqui. Debebant enim habere suspectam talem suppositionem, quam fatebantur, & certam habebant prefati Haeretici, & ex qua formabant argumentum in nostrum Catholicum Dogma molestissimum. Suppositionem inquam talem, quam etsi tamquam certam dabant, minime ramen probabant, nec hucusque probarunt, difficiliusque probabant in posterum; suppositionem certe, quæ ita innumeris difficultatibus implicatur, ut bene possit genuino sensui nostri contextus Canonis adaptari.

IX. Porro si Canon in una, & alia parte de sacris Imaginibus loquitur, uti omnes Auctores sentiunt, neglecta opinione, quoad primam partem P. Quiros, qui tamquam destructor literalis sensus Canonis inter ejus Interpretates numerari non debet, necessario in unum horum duorum scopulorum inciditur, aut certe in absurdam sententiam; videlicet, quod in utraque parte Canon idem dicit, & quod ejus sensus sit, in Ecclesia non debere esse picturas, quia objectum cultus, & adorationis Catholicorum in parietibus non debet depingi, quod idem est, ac in utraque parte idem dicit. Sane, si in prima parte jam sunt prohibitee Picture sacrae, quid timoris esse potest in eo, quod in parietibus depingatur illud idem, quod adoratur, & colitur? Hoc absurdum non sunt veriti supponere celebres Philosophi, Theologi, & Canonistæ, qui hunc Canonem exposuerunt, ut fruenterlibet libertate quærendi extra illum causas prohibitionis, quæ cædem sunt, quas paulo ante memoravimus. Aut certe, quando locus fuisset alii diverso Canonis sensu, vi diltinctarum idearum, quas Anonymus insinuat, inciditur in turpe inconveniens, dicenscendi scilicet, quod prohibente Patre in prima parte Pictures, vel Imagines sacras, cultum, venerationemque, tanquam causam prohibitionis exprimunt in secunda. Summa profecto audacia! ad quam nullus usque ad hæc tempora pervenit, præter unicum Auctorem anonymum. Jam omnes Auctores confessi fuerant Canonem sacras prohibere Imagines, nihilque amplius explicare. Anonymus autem illud etiam afferit, in eo quoque exprimi causam prohibitionis Imaginem, quæ est cultus ipsarum. Certe gaudebunt de hac expositione istius Auctoris Sectarri, qui tam solidè confutari possunt egregiis expositionibus, quas doctissimi Scriptores concinnarunt, uti videre est in Collectione Conciliorum Hispania apud Cardinalem de Aguirre, in Commentariis, ac Notis ad hunc nostrum

Canonem Concilii Illiberritani.

X. Non est credibile, quod propter aliquam ex assignatis causis tam debilibus, voluerent nostri Patres Hispani excludere e Tempis Pictures sacras, cum neque his de causis, neque aliis eas exclusit ullum Concilium ceterarum Nationum. Nam primo ubi tñ actu temporis aliqua ex Imaginibus deformationem passa fuisset, pictoris ope pristinæ sua formæ restituí potuisse, siveque eisdem Fidelium devotione conciliaretur. Jam non urget aliud argumentum, prohibitas nempe fuisse Imagines in Ecclesiis, ne Gentilium insultibus, & contumeliis exponerentur; nam persecutionis tempore erant etiam expositi Imagines similibus irreverentiis, Imagines, inquam, Christi in sacris Calicibus depictæ; quin ob hanc causam depingi illas fuisset prohibitum; eodem etiam modo, iisdemque ludibriis exposita erant vasæ sacra, Cruces, Altaria, ipsamet Templa, uti aliquando accidit, & ex Historiis Ecclesiasticis constat. Demum, si aliqua ex memoratis causis ducti Patres fuissent ad sacras Imagines prohibendas, his utique potius terminis Canonem concepissent: *Placuit, sacras Pictures in Ecclesia esse non debere, ne decrutatione parietum, irrationi, aut ne, persecutione seviente, ludibrio Gentilium sint exposita.* His ergo terminis, aut similibus Canonem formaliter, non tamens illis, quibus jam illum Patres exprefserunt, qui nec minimam allusionem habent cum prænarratis causis, uti legenti Canonem patet.

XI. Casu tamen, quo Patres expresse voluerent prohibere sacras Imagines, videbilecet, ne Sanctorum Imagines in parietibus depingerentur Templorum, quia attentis circumstantiis temporis, uti illis congruum tunc non erat, ut de facto tribus primis saeculis usque ad pacem Conllantini, nullus, aut rarissimus erat usus pingendi in parietibus Imagines sacras communi Sapientum votio, ob causas, & motiva, quæ exponunt; in tali casu, prudentia Parrum non prohibuerit rem tam utilem, & proficiam, quin eodem temporeclare exprimeret causam, quare talis usus erat incongruus; aut potius, & hoc certius, non scripto, sed ore tenus prohibuerint, quod quidem ad effectum satis erat, conformiter ad reflexionem, & mentem eruditis Bail in alio simili facto.

XII. Illustrissimum demum, ac Reverendissimus Balterus Episcopus Gerundensis Vir Ecclesiasticae, & Canonice disciplinae peritus anno 1750. nostro huic Canonis novam expositionem dedit, afferens scilicet, Patres Illiberritanos in prima parte Canonis disponere, nullius speciei pictures in Ecclesia esse debere, ipsosque parietes omnino albos relinqui; in secunda vero parte Canonem causam exprimere, videlicet, ne in parietibus Templorum quidquam depingatur eorum, quæ Ethnici venerantur, & colunt. Qum ergo tunc temporis, tot, & tam varie essent res, quibus tribuebat cultum Gentilissimus, jam nulle poterant fieri Pictures in Tempis, quin aliqua dictarum rerum videretur depicta; quoniam & ad hoc inconveniens figiendum, necessum erat quodcumque genus Pictures prohibere. Hæc interpretatio,

quod Patres prohibent Pictures in genere, non solum est juxta summarium Canonis, qui terminis generalibus dicit, Pictures in Ecclesia non fieri: *Ne Picture in Ecclesia fiant;* sed etiam ei faveat disputationes Domini Episcoporum, qui eodem saeculo, quo Concilium Illiberritanum fuit habitum, sanxerunt, Ecclesiæ non debere ornari Pictures vanis, atque inutilibus: *Dacetar, & decernitur a Sanctis Episcopis, quod Tempa non nugacibus, & vanis Pictures ornandas sint;* uti referit Sanctus Athanasius, & inter Acta Generalis Concilii Niceni secundi poteat videri.

XIII. Hæc interpretatio quidem est, quæ mihi apparet probabilior cæteris; & quam iccirco uti cerram teneo; non enim magnas illas difficultates patitur, quibus alias expositiones laborant, magisque adaptatur literæ nostri textus, & eorum temporum circumstantiis. Magis, inquam, adaptatur literæ textus; quippe hæc vox, Pictures a nullo umquam Authore usitata fuit absque epitheto ad significandum præcise Pictures sacras, nisi vi alicujus antecedentis, aut consequentis constaret mentionem fieri de iis, & in hoc casu ea vox aliquando fuerunt usi; quia cum tunc ad tales Imagines referretur, manifestum est, ipsas sacras Imagines non vero alias ab eis significari debere; sicut eodem casu fuerunt ab ipsis usitata hæc verba: *Effigies, figura, historia, similitudines &c.* uti videre est in Actis Concilii Niceni secundi. Et quis dicit, quod hæc verba per se sumpta, & omni antecedente, aut consequente, aut concomitante spoliata, prout supra dicatum est, designent præcise Imagines sacras? Nemo hucusque id somniavit. Insuper idem Capon prescriptus est nobis firmissima regula ad non accipiendam vocem Pictures pro sacris Imaginibus; nam de Pictures loquitur, quæ in Ecclesia esse non debent: *Pictures in Ecclesia esse non debent;* modo namque quis poterit dicere, posse Canonem de sacris Imaginibus intelligi, cum locus aptior, & prior, in quo debeant collocari, juata sacros Canonem, Tempa sint? Præfato Patri Quiros jam venerat in mentem, quod per hanc vocem, Pictures, non intelliguntur Imagines sacrae, quod idem visum fuit celebri Canonistæ Emmanueli Gonzalez in Commentario hujus Canonis, quod quidem erat consideratione dignum.

XIV. Verba, colo, & adoro, sunt tam ample significationis, quæ indiscriminatim alicantur ad significandum tam cultum legitimum & sacrum, qui debita proportione debetur Deo Domino nostro, ejus Sanctis, ac sacris Imaginibus, quam illegitimum, & superstitiosum, quem Ethnici Idolis, & alios Numinibus tribuant. In his duabus significationibus usi sunt, & fuerunt illis vocibus passim Auctores sacri, & non sacri, sine ullo discrimine; quod neminem latet. Ex quo omnino evidens resultat, quod quando inveniuntur pure, & simpliciter usitata ea verba ab Authoribus sacris, non ideo semper est intelligendum de cultu sacro, & legitimo, sed de illo cultu, quem indicant circumstantiae, in quibus fuerunt usitata.

JOSEPHI CATALANI ADDITIO.

Hactenus due laudatissimi Authoris in Canones 34. & 36. Concilii Illeberitani Dissertationes, quarum primam sicut latine scriptam accepi, ita & illam fideliter hoc loco descripsi. Alteram Hispanico idiomate compositam latine reddi curavi a Viro docto Hispano, ejusque versionem non primum descripsi, quam probata fuisset ab alio Theologo Hispano, & Sacrorum Canonum, atque Ecclesiastice disciplinae peritissimo. Quod ictice dixi, ne mihi vitio verratur, siquid minus recte expremum est. Quiquid de ea re sit, ut aliquid etiam hoc loco dicam de ipsis Canonibus Concilii Illeberitani 34. & 36. in duabus laudatis Dissertationibus explicatis, prima earam addi potest, quod scribit eruditissimus Augustinus Calmet in Cap. 28. Libri 1. Regum versu 15. ubi exponens verba illa Samuelis: *Quare inquietasti me, ut suscitarer? si habet: Hinc innui videtur, Samuelem vi carminum evocatum venisse. Praefat tamen reputemus. Scripturam hic populi praejudiciis esse accommodasse. Vulgo credunt, evocationes cogere animas placide quiescentium mortuorum; quare placari illas, vel cogi vi carminum oportere. Seneca in Oedipo: Carmenque magicum volvit, & rapido minax Decantat ore quidquid aut placat leves. Aut cogit umbras.*

Addit tum mox laudatus Calmet, ex veteri bac opinione petitam esse cautionem veterum Patrum Eliberitanorum, vetantium Canone xxxi. (legendum xxxiv.) cereos per diem placuit in Coemeterio non incendi; inquietandi enim Spiritus Sanctorum non sunt. Inferna omnia loca terrore commota adventum Regis Babylonie exhibet Isaia xiv. 9. *Infernus subter conturbatus est in occursu adventus tui; suscitavit tibi gigantes. Omnes Principes terra surrexerunt de solis suis, omnes Principes nationum. Dicta eile hac per tropum, & metaphoram, idem Interpres facri Textus monet. Porro quod Canonem 36. spectat, de quo alias, sicut & de ceteris fuisse admodum dictum est infra suis locis, ut & de ipso aliiquid hoc loco dicam, non puto, adhaerendam esse opinioni Dionysii Petavii, Viri ceteroque undique doctissimi, qui Tomo vi. Theologicorum Dogmatum, *De Incarnatione*, Lib. xv. Cap. xiv. Num. viii. probabilem illorum putat esse conjecturam, qui quo tempore Synodus illa celebrata est, recentem adhuc idolatrie memoriam fuisse dicunt; ob idque nondum expedire Christianorum in Oratoriis, ac Templis Imagines statui. Aliis aliud placet, & quidem rectius, quorum expositiones legere est infra in expositionibus ipsius Canonis.*

Quoniam insuper noster Cardinalis de Aguirre in Præfatione ad hunc Tomum de necessitate, & utilitate Conciliorum presertim Provincialium disserit, opera pretium duxi de eadem re quadam scitu digna hoc loco describere, quæ docet eruditus Auctor Delectus Actorum Ecclesiæ universalis Tomo II.

i.e. in quadam sua Nota Procesiali ad Conciliorum Canones, in qua agitur de ipsorum Conciliorum auctoritate, & usu. Ergo vix alia ratione Ecclesia regi poterat, quam Conciliorum identidem cogendorum auctoritate, & usu. Sacra quidem Scripturae præcipue necessaria ad salutem complectebantur; at latenter in iis veritatem quis solus depromet? Varias, & nutantes circa eorum sensum sententias quis statuet, firmabitque? Emergentes quotidie non modo circa Fidem, sed & circa morum disciplinam difficultates quis endabit, aut decretorie, ultimoque definitiæ iis fane incommodis Christus Ecclesiæ caput prospicere debuit, & de facto prospexit, cum Matthei Cap. 18. pollicitus est, quoties duo, aut tres in ejus Nominis congregati fuerint, se in medio illorum adfuturum. His quippe verbis Christus loquens de Ecclesia, cum prius dixisset, quod ejus sententia, & auctoritate Fidelis indocilis nisi ei paruerit, sicut Ethnicus, & publicanus, & coram Deo ligatus declaratur, subdit: *Vbi duo, aut tres congregati fuerint in Nominis meo &c.* ut cunctis innotescat, quod ubi Ecclesia Pastores pro Fidei, aut morum reformandorum negotiis conciliariter convenerint, se eis, quia ratione debuerit, ne errant, interfuturum. In eo sensu Chalcedonensis Concilii Patres in relatione getitorum in Concilio ad S. Leonem I. Papam mīla, cum unanimem fuisse sententiam dixissent: *Super Celestem, inquit, Sponsum inter nos conservans cernere putabamus. Si enim ubi sunt dui, aut tre, congregati in ejus Nominis, ibi se in medio eorum fore peribuit, quantum circa quingentos, & viginti Sacerdotes familiaritatem potuit demonstrare, qui & Patrie, & labore Confessionis suæ notitiam pratulerunt. Recaredis in tertio Concilio Toletano Patrum consilium inde celebrat, quod ex adductis iisdem Christi verbis cederet, *Beatam Sanctissimam Trinitatem Divinitatem huic Sancto interesse Concilio.**

Nihil autem melius adhuc arguit, quæ fuerit Conciliorum necessitas, auctoritasve, quam quod Ecclesia initio getsum est, & Capite xv. Actorum Apostolorum refertur. Nam licet singulis Apostolis caelestis inellet mentis afflatus, & ortam questionem potuissent singuli dirimere, Concilii tamen viam, ut decretorie finiretur, inierunt. Quidam siquidem descendentes docebant Fratres, nisi circumcidamini secundum morem Moysis, non potestis salvati; in hac rerum confusione Paulus, & Barnabas cum aliis, Apostolos Jerusalem degentes adierunt, eos *super hoc questione* consulturi. Petrus Apostolici Collegii Caput, & Jacobus difficultatem explicuerunt, & ad eorum mentem cæteri Apostoli, & Seniores in unum collecti Canones ediderunt, quorum initium erat: *Visum est Spiritui Sancto, & nobis &c.* Supposita nempe Spiritus Sancti, qui ipsis collectis adeisse debuit, præsentia, & facta ab ipsis difficultatis discussione, non tantum quid circa eam sentendum, quidve a Fidelibus credendum,

c sed

XV. Est regula tutissima, & quam supponunt Interpretes illius textus Apostoli; cum Athenis, uti in Actis Apostolorum Capite 17. legitur videlicet Aram erectam ignoto Deo, dixit incolis: *Ego d' ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis;* & sentiunt variis Sacri Interpretes cum Cornelio a Lapide ibidem, intelligi prædictum locum de cultu Deo Domino nostro exhibendo, ob rationes, quas deducunt ex circumstantiis textus, quin nemo sumat pro argumento sua opinionis; quod apolitus utitur hac voce *colitis*, pura & simplici; alii contra sentiunt, loqui de cultu alicuius falsi Numinis ob alias rationes, ex eisdem circumstantiis textus depromptas, uti Pater Calmet, qui pluribus æquipollit. Eodem modo utitur S. Augustinus pure, & simpliciter hoc participio *adoratores* in his vocibus, iis, quæ sunt in nostro Illeberitano Canone, simillimis: *Sepulcrorum, & Picturarum adoratores;* atque ex circumstantiis, in quibus utitur, jam infertur, non intelligi de adoratione sepulcrorum, & Imaginum Sanctorum Martyrum, uti dicebat Dallæus hereticus, sed de adoratione, quam Ethnicorum more dabant Fideles sepulcris, & Imaginibus suorum Majorum, ut optime explicat Natalis Alexander. Utentibus ergo Patribus Illeberitanis pure, & simpliciter de verbis *colo*, & *adoro*, quando loquuntur de objectis, quæ in parietibus Templorum pingui non debent, intelligi minime possunt de cultu Imaginum Sanctorum, sed Gentilium Numinum, quæ nullo in loco debent esse, & multo minus in Christianorum Templis.

XVI. Similiter ea interpretatio est, quæ magis adaptatur illorum temporum circumstantiis. Idololatria enim tunc unita Romano Imperio dominabatur in Hispania, alisque locis plurimum vigebat, ita ut si plures erant Orthodoxi, non minores numero essent Ethnici. Conveniebat ad Ecclesiæ innumerabiles Catechumeni, & Neophyti, & non pauci ex ilis rudes, imperiti, & ut eorum animus, ut verbis utar iisdem, quibus Authors loquuntur alio simili factio, ab inanum simulacrorum consuetudine, & memoria longius evocaretur, congruum erat, ne videarent quidquam in parietibus depictum ex his, quæ ipsimet tanquam Numinia fuerunt venerati, ne hic aspectus, aut recordatio spiritualem ruinam in eis causaret, & ad votum idolatriæ redire cogeret. Ex alio capite Gentiles, & Judæi, qui tot calumnias in Catholicos evomebant, uti e.g. quia ad Ecclesiæ Dominicis diebus conveniebant, *Solem adorare* dicebant; quia ad pedes Episcoporum prostrati ruebant, res turpes adorare judicabant; quia pane, & vino utebantur

sed & quid in simili definiendæ difficultatis casu pothac observandum sit, declararunt. Inde Patres Concilii secundi Constantiopolitani volentes in subuentibus difficultatibus definiendis ad hoc Apostolorum exemplum omnia componi, sic Collatione 8. loquuntur: *Perduximus magna illa Apostolorum exempla, & Patrum traditiones; licet enim Sancti Spiritus gratia ita circa singulos Apstolos abundaret, ut non indigerent alieno consilio ad ea, qua agenda erant, non tamen aliter voluerunt de eo, quod movebatur, si uoceret Gentes circumcidit, definiuit, priusquam communiter congregati Divinarum Scripturarum testimonii unusquisque sua dicta confirmaverunt. Subduntque: Sed & Sancti Patres, qui per tempora in Sanctis quatuor Conciliis convenerunt, antiquis exemplis utentes, communiter exortis heresis, & questionibus, disposerunt, certo Constituto, quod in communibus disceptationibus, cum proponantur quæ ex utraque parte discutienda sunt, veritatis lumen tenebras expellit mendacii.* Quod persuassimum habens Cœlestinus Papa, Epitolum, quam ad Synodus Ephesinam scriptis, sic aduersus est: *Spiritus Sancti testatur presentiam Congregatio Sacerdotum. Verum est enim, quod legimus, quia nec potest Veritas mentiri, cuius in Evangelio ista sententia est: Ubi duo, vel tres congregati fuerint in Nominis meo, ibi & ego sum in medio eorum. Quod cum ita sit, si nec huic tam brevi numero Spiritus Sanctus deest, quanto magis nunc interesse credimus, quando in unum conveniunt tanta turba Sanctorum?*

Docet tum alia laudatus Auctor, ac deinde notandum monet, & quidem primo ex Canonibus, quia ad Ecclesiæ tantum disciplinam, aut diversos ritus, & non ad Fidem pertinent, quosdam vigore adhuc omnino, quales sunt, qui pro reformatis moribus, siue coercendis, vel pro præcipuis Ecclesiastica disciplina Capitibus initio instituti sunt, ut Canones de Clericorum mutilatione irregularitatem ad Ordines inducentes, de bigamia, de Episcoporum limitato districtu, & potestate, de excommunicationis legibus, de vetita bonorum Ecclesiasticorum alienatione &c. Secundo, quosdam Canones in aliquo mutatos esse, qui initio ficticius, modo latius postea observati sunt, ut in praefigenda Clericorum auctate, in statuendo Interstitionum quoad Ordines spatio, in translationibus aliquando illicitis, in pœnitentiæ statuendo laboribus, ejusque tempore, & spatio modo protractiori, modo contractiori, pro Episcoporum sententia, aut tolerancia, in Diaconiarum, & Choropiscoporum in Ecclesia ordine, & usu demum vetito, in Monasteriorum varia ab Episcopis dependentia, in statuendo consanguinitatis gradu, in Clericorum in crimen laporum pœna decernenda, qua mollior aliquandiu habita est, ipso Concilio Turonensi anni 461. sic loquente, Can. 11. *Licet a Patribus nostris emissâ autoritate id fuerit consecutum, ut quicunque Sacerdos, vel Levita filiorum procreationi operam dare suisset convictus,*

*& Communione Dominicâ abstineretur: non tamen huic distinctioni moderationem, & justam Constitutionem mollientes (ut habent ms. Codices Vatican) id decreverimus, ut Sacerdos, & Levita conjugali concupiscentia inharentes, ad altiore gradum non ascendant; ejusmodique mutata, & labantis discipline hanc rationem afferunt Patres Concilii Meldensis anni 845. Canone LXXIV. Hac constitutus, non prejudicantes, aut parvipendentes, quæ a Majoribus nostris forte severius propter rigorem Ecclesiastica disciplina sunt constituta, sed temporis servientes, & fragilitati delinquentium, sibi de multimoda Dei misericordia, si saltem his obedire maluerint, consulentes, præscripta taliter præstamus &c. Tertio, quosdam item Canones in aliquibus tantum Ecclesiæ fuisse observatos, cum aliæ, quod ipsarum moribus ex integro non congruerent, eos respuerent. Sic Electionis Episcoporum forma, Asylijus, & privilegium in Tempis &c, varie pro Ecclesiæ more observantur. Quarto denique, quosdam Canones, vel exfoletos, vel contrario Ecclesiæ Decreto arrogatos omnino desistit, quales sunt ii, qui prodierunt de sufficatorum eu olim prohibito, de Monasteriorum ingressu, quibus etiam pueri, non propria, sed parentum voluntate addicebantur; de Clericorum ordinatione ea tantum conditione olim habita, ut alicui Ecclesiæ alligarentur, & qua non possent resilire; de renovanda singulis Domini decretis in Concilio Londinensi anni 1102. adversus impudicos excommunicatione. Quod statutum, ut ait Radmerus, *issuet Anselmus rationabili dispensatione usus, postponit concessit.**

At has in re non gravi Canonum vices Ecclesiæ utpote aliis ducta rationibus, sine disciplina sua jaætura, & damno videtur admissile. Hi quippe Canones, qui præcipue pertinent, & spectant ad exterius Ecclesiæ regnum, ad morum reformationem, aut ad quamvis aliam causam, quæ sub generali Ecclesiæ disciplina comprehendendi solet, in Conciliis sancti, Legis autoritatem, & vim habent; cum horum Canonum renovata identidem frequens mentio fuit; aut cum in insignibus Ecclesiæ eorum usus viguit; aut cum non nisi ex inducto abusu, & morum corruptela, gente Fidelium pietate, Ecclesiæque tolerante, & secreto contradicente, in non usum abierant. Eto nempe ab aliquibus saeculis horum nonnulla usu intermissi videantur, non eorum proinde interit authoritas, quæ quidem ligata, & morum perverorum inundante colluvie suspensa, ac præpedita, non autem extingua est; alias deterioris estet status Ecclesiæ in spiritualibus, quam in temporalibus negotiis, & usucapienis Legi prorsus humanæ, in iis etiam, quæ sunt ad Deum, addiceretur. Adde, quod tamdiu vigore debent sancitorum semel Canonum vis, & authoritas, quandiu eorum olim sanciendrum adhuc adest ratio, & necessitas; & quamvis ex non usu eorum mentio vix fiat, stat tamen Ecclesiæ manens semper desiderium, & voluntas, quam juvat consulere in definiendis occurrentibus difficultibus,

tibus, & ad ejus mentem, ut ad normam fingi omnia debent. Absit ergo, ut ex mero Canonum non usu eorum inde dumtaxat autoritatem quis dicat infringi, & neget deberi his amplius obseruantiam. Facto quod raro occurrit, huic observantie Fideles sub peccato non adstringi, si hic non usus ita vulgaris evaserit, ut eum edocta pro tempore, & loco Ecclesiæ sustinuerit; at non propterea Canon diurno tantum usu intermissus, abrogatus dici potest; ejus siquidem inducta inobservantia ægre sic toleratur, donec Fidelium resipiente conscientia, aut monente Ecclesiæ, restituto usu, reviviscat. Hinc Canonum præsertim in morum negotio nequaquam intereuntium vigori S. Bernardus assentitur Lib. iv. De consideratione, Cap. 2. sic inquiens: *Clamabitur insuetum, nam justum negari non poterit. Ego vero ne insuetum quidem assenserim. Nempe a suetum fuisse dico, ac per hoc in dissuetum potuisse venire, sed non redire in insuetum. An vero, insuetum quis neget, quod constat non modo aliquando factum, sed aliquandiu factitum? Similia docet idem Bernardus aliis locis, quæ non opus est hic referre.*

Hæc & alia plura memoratus Auctor Deleatus Actorum Ecclesiæ universalis; sed quod spectat Provinciales, ac Diocesanæ Synodos, sciendum illud potissimum est, ad laborandum iis esse, ut vitia, abususque corrigantur, ac mores corrupti, ad optimam, sicutque Canonibus conformem disciplinam revocentur: *Sicut olim a Sanctis Patribus institutum, ait Concilium Lateranense Oecumenicum i. sub Innocentio III. Cap. 6 Metropolitanis singulis annis cum suis suffraganeis Provincilia non omittant celebrare Concilia, in quibus de corrigendis excessibus, & moribus reformatis, præfertim in Clero diligentem habeant cum Dei timore tractatum. Modum servandum in delictis corrigendis, egregie explicat S. Carolus in Allocutione ad Patres in primo Mediolanensi Provinciali Concilio congregatos, sic inquiens: In delictis corrigendis illa nobis incunda ratio est, ut pro vi, & modo morborum, egrotorumque natura medicinam accommodemus, nunc levibus admonitionis, & objurgationis remedii errata castigantes, nunc acriori curatione utentes; denique exulceratis partibus ferrum, & ignem admoventes, quemadmodum mali ratio, & contagionis periculum postulabis, memores semper, nos esse Patres, non dominos.*

Pergit Sanctissimus Antistes, ratione que in eundam in reformatione morum ita declarat: *Morum autem disciplinam facile restituemus, siqua ratione, quibusve factis primum constituta, diuque conservata est, eandem nos in restituenda adhibebimus, illorum vestigia perseguentes, qui banc bonorum amplitudinem nobis, Deo auctore, sua virtute pepererunt. Erant integri, casti, simplices, modesti, bene morati, in oratione, & lectione assidui, sui despicientes, in aliena salutis cura, & cogitatione defici, consilio, & opera benigni, hospitales, in domestico cultu, & vitiu parcii, in altis*

To. II.

benefici, & liberales. Erant vigilantes super gregibus suis, vineam Domini summa diligentia, & labore colentes, & custodiens. Pascebant affidue oves sibi commissias triplici salutis cibo, verbo, exemplo, & Sacramentis; memores quoque, & imitatores Summi Pastoris Christi, qui pro universo grege suo Sanguinem, & Vitam profudit, ipsi pro Juvarum ovium incolumente quenvis exciperet laborem, subire omnes casus, omne vim, atque injuriam perferre, denique, ut bonus ille Pastor Evangelicus, animam suam pro ovibus ponere non dubitabant, nullum inde hujus vita fructum exceptantes, ut maximos cœlestis retributio- nis fructus consequerentur. Hac si, ut debemus, Patres, ante oculos habebimus, facile intelligemus, quid in restitutione Ecclesiastica disciplina nobis sit hoc tempore agendum. In quo illud etiam animadver- tendum erit, ut, quamadmodum in confor- manda, & constituenta Ecclesiastica ratio- ne Christus Dominus ab ipsis Apostolis, quos Christianæ vita Magistros esse valuerat, initium facit; sic nos a nobis ipsis Pastori- bus, quos vivendi exempla, & præcepta alii tradere oportet, in conformatanda, re- stituendaque morum disciplina exordiamur.

Quam vero morum disciplinam rellau- rare, nostra hac præsertim temestate, aut, ut minus pre oculis habere debeant Episco- pi, ab ipso cursu Sanctissimo Antilite accipiamus: *Non adumbratam quandam (ait ad Patres in secundo Provinciali Concilio congregatos) sed expressam illam disciplinam Christianæ firmam, afflante Spiritu Sancto. Decretis nostris restituere curemus, quam nascente Ecclesiæ instituit vivus sermo Dei, & efficax, penetrabilior omni gladio ancipi, pertingens usque ad divisionem animæ, ac spiritus, compagnum quoque, ac medul- larum, & disrector cogitationum, & intentionum cordis. Nam si vitiorum semina non fuuditus tollere studemus, sed satis id esse putamus, ut externa quadam tantum, quæ oculis offendit in vulgus præbent, quasi levè manu emendemus; id nobis eveniet quod agricolis, qui dum herbas inutiles radicibus evellere negligunt, quaque solum terra extant, amputant, ne agrum qui- dem a stirpibus noxiis purgant, sed etiam, quod plane volunt, id sane efficiunt, ut ubi- riores paucis post diebus emanent. Nec vero est, cur a muneri nostri ratione deterre- mur, vel quia bis pastoralibus nostris studiis, actionibusque animos eorum exulcerari videamus, qui filii sunt perditionis; vel quia populares illæ, quibus quasi fucus foliis de- formes, pravique mores contagi solent, vo- ces audiantur. Non ferunt hæc tempora veterum Canonum severitatem; sic jamdiu vi- ximus, sic vixerunt; ita egerunt qui æstate antecesserunt; vita institutum nihil est quod mutemus. At nos hæc, atque adeo ejus no- di contemnamus, proponamusque nobis ob oculos libertatem illam spiritus, & virtu- tem, qua armati Patres nostri Apostoli, qua muniti Martyres, qua instructi nostri Ordinis Sanctissimi homines, Athanasius, Chrysostomus, Ambrosius hujus Ecclesiæ*

c 2 Ay-

Antistes ; qua effecti alii Religiosi Viri Apostolico quodam animorum ardore flan- grantes , nullis non minis , non bominum clamoribus , non furoribus quasi tribunitiis fracti , nec debilitati , pro Dei gloria pro gregis commissa salutre , forti , constantique animo adhibuerunt illam quasi censoriam virtutem , acerrimam peccatorum vindicem . Eorum fere exemplo adducti , nos quoque Apostolica illa constancia , & Evangelica virtute , qua una nihil est in Ecclesiastice Pastoribus illustris , nihil magis necessarium , sine metu . & constanter certe agamus , atque adeo perficiamus , quod Evangelium docet , quod Christus jubet , quod ratio praecepit , quod gregis salus , quod Ecclesia autoritas , dignitasque postulat .

Ad asequendam tandem Synodorum praecipuum scopum , nimirum vitiorum extirpationem , & morum reformationem , non parum efficax erit exacta obserratio Decreti Concilii IV . Lateranensis sub Innocentio Papa III . relatō in Cap . 25 . *De accusationibus* , ut Episcopi nimirum per singulas Dioceses stauant personas idoneas , providas videlicet , & honestas , qua per totum annum simplificerit , & de plano , absque ulla jurisdictione , solicite investigent , qua correctione , vel reformatio ne sunt digna , & ea fideliter perferant ad Metropolitanum , & Suffraganeos , & alios in Concilio subsequenti , ut super his , & aliis , prout utilitati , & honestati congruerit , provida deliberatione procedant . Atque hanc porro perfectam , ac integrā pristinā disciplinā normam , quam Episcopi tanquam formam sibi præscriptam continuo intueri debent , quia temporum , ac personarum conditio restitui interdum non patitur , prudenter Ecclesia instituit , ut Synodorum Provincialium , Dicecesanarumque celebratio nunquam intermitteretur ; quo fieret , ut

quod primo obtineri non potuit , sequentibus sensim obtineatur , atque ad integrā reformationē , & perfectam quandam morum disciplinā gradatim , & suaviter populus ducatur . Ita expertus fuit S . Carolus , quem admodum in sua ad Patres Concilii sui secundi Oratione aperuit ; una vel hoc titulo Coepiscopis suis persuadere studens , quam necessaria esset frequens Synodorum celebratio : *Quo tempore* , inquit , *buc primo in Concilium convenimus* , *populus nostris tanquam parvulis* , *aut certe infirmioribus* , *nonnisi prater lac escam dedimus* , & solidorem cibum tunc præbere vix potuimus ; *idque Christo Domino Magistro* , *qui multa cum baberet* , *qua Apostolis diceret* , *non omnia tam unō tempore eos docuit* , *propterea quod ad ea portanda tunc faxe effent minus idonei* . *Et quemadmodum is longo temporis proges- fa* , *tum excitatis Sanctorum Patrum mem- bus* , *tum Sacrosanctis habitis Conciliis* , *Ecclesiam suam doctrina splendore in dies magis atque magis illustrare voluit* , *cum vel momento temporis idipsum præstare pos- tuisset* ; *sic nobis* , *qui Matrem Ecclesiam colimus* , *atque observamus* , *illud ab ejus benignitate sperandum est* , *ut & nunc* , & in posterum , *prout temporum ratio requiret* , *ea patefaciat* , *atque aperiat* , *quacumque superioris nostri Concilii temporibus non op- portuna ipsius Dei Spiritus non suggerit* , *ut illa Fidelibus nostris tunc tradareremus* .

Hactenus S . Carolus , qui etiam ad rem alia plura edixit , qua supervacaneum est recensere hoc loco . Videri autem possunt , qua de Concilii Provincialibus diximus nos Tomo III . Conciliorum in Commentario ad Canonem VI . memorati Concilii Oecumenici III . Lateranensis ; itemque Tomo III . Romani Pontificalis in Commentariis ad Titulum V .

R E I M P R I M A T U R .

Si videbitur Reverendiss . Patri Sacri Palatii Apostolici Magistro .

F. M. de Rubeis Patriarcha Constantinopolitanus Vicegerens .

R E I M P R I M A T U R .

Fr. Joseph Augustinus Orsi Sacri Palatii Apostolici Magister .

INDEX SUMMARIUS

EORUM , QUÆ CONTINENTUR TOMO II . CONCILIORUM HISPANÆ JUXTA HANC NOVAM EDITIONEM .

- E**pistola dedicatoria Josephi Catalani ad Eminentissimum Principem Nericum Cor- sinum S. R. E. Cardinalem . **viii.**
Epistola dedicatoria Josephi S. R. E. Cardi- nalis de Aguirre ad Ludovicum Portocar- rerum S. R. E. Cardinalem . **vi.**
Cardinalis de Aguirre Praemonitio ad Lecto- rem . **vii.**
Monitum Collectoris ad Illustrissimos DD. Archiepiscopos , & Episcopos Hispanie , ac Novi Orbis , ut Concilia frequenter celebrent . **ix.**
Josephus Catalanus Lectori . **x.**
Illustrissimi , ac Reverendissimi Domini D. Balthasar de Bastero , & Lledo Disserta- tiones duas in Canones 34. & 36. Concilii Illiberitani . **2.**
Dissertatio I . super Can. Cereos &c. **xxxiv.**
 Illiberitani Concilii inuenire fasculo quarto apud Hispanos coacti . **x.**
Dissertatio II . in Canonem , Placuit pit- ras &c. **xxxvi.** ejusdem Illiberitani Con- cili . **xiii.**
Josephi Catalani Additio . **xvii.**
 Concilium Eliberitanum **xix.** Episcoporum .
 Admonitio ad Lectorem . **i.**
 De Concilio Illiberitano confirmando ad Clementem VIII . Pontificem Maximum .
 Ferdinandi Mendoza Libri tres , adjun- ctis diversorum novis Commentariis , & Obseruationibus . **2.**
Cap. I . De Concilio Illiberitani nomine , & Urbe , in qua habitum est . **2.**
Cap. II . De tempore Conc. Illiberitani . **10.**
Cap. III . An omissum Hispanie , & Catho- licæ Ecclesie Conciliorum Illiberitanum fuerit antiquissimum . **20.**
Cap. IV . De auctoritate Conc. Illiberitani . **22.**
Cap. V . De Canonibus veris Concili Illiberitani . **30.**
Cap. VI . De Canonibus , qui Concilio Illiberitano falso esse feruntur . **41.**
Cap. VII . De utilitate Conciliorum . **45.**
Cap. VIII . Episcopos Sanctos , & Romanum Pontificem *Sanctissimum* , ab initio Ecclesiae appellari . **46.**
Cap. IX . In Ecclesiis Concilia semper agi con- fueuisse , & cum omnissum , qua id de caufa factum . **47.**
Josephii Catalani Additio . **47.**
Cap. X . Cur nomina Episcoporum initio Con- cili præfigantur ; & Consulal nomina , vel alia temporis nota , omessa sint . Ubi de singulis Episcopis , qui huic Concilio interfuerunt , & Presbyteris , & locis illo- rum , late differuntur . **48.**
Cap. XI . Cur de plebe mentio in hoc Concilio injecta . **77.**
CONCILI ILLIBERITANI
Liber II.
Cap. I . Apostolorum Symbolum cur Patres Illiberitani initio Concilii omiserint . **80.**
Cap. II . Quæ verbi *Placuit vis* ; qui usus ejus in Conciliis . **81.**
Cap. III . Quæ sit Templorum origo , que ratio . **83.**
Cap. IV . Quæ idoli etymologia , que idololatriæ exterioris , & interioris vetustas . **85.**
Cap. V . Cur idololatria crimen capitale , vel principale dicatur . **87.**
Cap. VI . Quid *communionis* nomine conti- neatur , & an perpetua *communionis* in- terdictio iusta fuerit , nec ne ? **93.**
Cap. VII . De Flaminibus ethniconum , non de Christianorum , hic agi ; & qui *Flamines* dicerentur . **96.**
Cap. VIII . Mochæ nomine omnem illicitum concubitum comprehendendi , nunquam ipsam , ut natura turpem , licuisse in Eccle- sia ; explicata in eam rem tria , Concilii Toletani . Isidori , & Clementis loca . **98.**
Cap. IX . Qui olim *sacrificati* dicere nuntur , qui libellatici . **115.**
Cap. X . Cur Flaminibus trienni , cum reliquis bienni , ad percipiendum Baptismum tem- pus prescribatur . **125.**
Cap. XI . Quid zelus , quid zelotypia . **126.**
Cap. XII . Quæ olim flagellorum , & verberum , quæ fustium poena . **128.**
Cap. XIII . Cur de tertio die mentio hic inje- cta fuerit . **128.**
Cap. XIV . Quæ in servorum castigatione do- minorum potestas . **129.**
Cap. XV . Ob delicta casu admissa cur olim poenitentia imponeretur . **132.**
Cap. XVI . Maleficium idololatria cur perfici- dicatur . **135.**
Cap. XVII . Adulterii coercionem ad Episco- pos spectare . **137.**
Cap. XVIII . De matrimonii , & divortii an- tiquitate . **139.**
Cap. XIX . Sine causa justa , & judicio Epi- scoporum nunquam licuisse a matrimonio divertere . **141.**
Cap. XX . Connubium secundum , durante pri- mo , semper ab Ecclesia improbatum , pre- fertim ab Hispanica . Defensa Ambrosii Commentaria in Epitolam Pauli ad Corinthios . Explicatus in his locis de divor- tio , & alter Lactantii . **142.**
Cap. XXI . Eorum lapsus detegitur , qui Con- cilio huic secundum conjugium , durante primo , aut admisisse , aut permisisse impo- fuerunt . **150.**
Cap. XXII . De Catechumenorum connubis ; & cur relicta a Catechumeno alteri nubere possit , & nuptia ad Baptismum admitti . **153.**
Cap. XXIII . Cur hic quinquennii Catechume- nae feminæ , cum reliquis bienni , ad Ba- ptismum tempus definitur . **157.**
Cap. XXIV . De poena turpis lenocinii paren- tum . **158.**
Cap. XXV . Quæ antiqua lenonum poena . **158.**
Cap. XXVI . **159.**
Cap. XXVII . Virgines vota sacratas ab ipsi- Apostolorum temporibus fuisse in Eccle- sia ,

- sia, praesertim Hispanica; & cur de Virginibus hic, non de viduis, mentio injecta. 161.
- Cap. xxviii. Post votum nunquam licuisse facris Virginibus, vagam impudicitiam, vel contubernium. Explicata in eam rem duo Cypriani, & Augustini loca. 163.
- Cap. xxix. De lapsis Virginibus facris Episcoporum esse judicium. 171.
- Cap. xxx. Quam Deo accepta virginitatis oblatione. 171.
- Cap. xxxi. Quanto ethnicis Christianae Virgines praestent. Illarum breve, harum perpetuum vinculum esse; dissoluble tamen Pontificis Maximi imperio. Explicata in eam rem Innocentii III. Epistola ad Abbatem Sublaensem. 172.
- Cap. xxxii. Quæ illi feminae poenitentia imponenda, quæ post stuprum, vel nupstit, vel non nupstit. 178.
- Cap. xxxiii. Pœnitentes reconciliari debuisse, nec potuisse connubii copulari. Explicatus Canon xxi. Concilii Romani sub Sylvestro. 179.
- Cap. xxxiv. Gentilium connubia prohibita, & Ecclesiæ Decretis irrita; Lege tamen Civilis capituli poena contrahentibus non indicata. Explicata in eam rem Valentini Constitutio. 182.
- Cap. xxxv. De hereticorum, schismaticorum, & Judæorum connubis. 187.
- Cap. xxxvi. Cum Judeis matrimonia inita, ipso jure nulla. 188.
- Cap. xxxvii. Varia ethnicorum Sacerdotum privilegia. Cur speciatim connubium cum illis interdicatur. 190.
- Cap. xxxviii. De poena Episcoporum, & Sacerdotum moechantium. 191.
- Cap. xxxix. Quæ negotiatio Clericis interdicta, quæ permitta. 194.
- Cap. xl. De poena usurarii, tam Clerici, quam laici. 198.
- Cap. xli. Quæ olim, & hodie usurariis Clericis poena indicta; explicato Alex. III. Rescripto. 200.
- Cap. xlii. De laicis, non de Clericis, hunc Canonem intelligi oportere. 202.
- Cap. xlvi. De poena eorum, qui in Civitate morantes, tribus Dominicis diebus abfuerint ab Ecclesiæ; & cur de aliis mentio omisca. 204.
- Cap. xlvi. Dominici diei nomē, & festum ab ipsis Apostolorum temporibus. 205.
- Cap. xlvi. De tribus Dominicis cur hic meminerint Patres. 207.
- Cap. xlvi. Ecclesiæ divino cultui ab etate Sanctorum Apostolorum dicatas; explicatis in eam rem Lactantio, & Clemente Alexandrino. 208.
- Cap. xlvi. Lapsis non modo pœnitentiam non negasse Patres Illiberritanos, sed manifeste indulxisse. 211.
- Cap. xlvi. Quando parentum culpa redundet in filios, quando non redundet. Expensus in eam rem D. Cyprianus. 214.
- Cap. xlvi. Quid abstinentia, quid jejuniun, & qui jejunii fructus. 217.
- Cap. li. Cur mensibus Julio, & Augusto jejunia sublata. 220.
- Cap. li. Quæ cautio olim in Clericorum ordinatione adhiberetur; 222.
- Cap. lii. De privilegiis confessorum in literis indulgentiæ dandis. 224.
- Cap. lii. Jejunium Sabbathi cur in Ecclesia Occidental præceptum, in Orientali interdictum; explicatis in eam rem Clemente & Ignatio, & Canone lvi. Synodi vi. de quo, & reliquis diffuse tractatum. 230.
- Cap. lii. Extraneam feminam, & subintroductam in Conciliis eam intelligi, quæ nec matrimonio, nec sanguine conjuncta sit. 240.
- Cap. lv. Cur Virgines hujus Concilii tempore in parentum domibus habitare permitterentur. 245.
- Cap. lvi. Cur eorum, qui non communicant, munera non acceptet Ecclesiæ; explicato Canone xlvi. Concil. Laodic. 246.
- Cap. lvii. Eos solum, qui erratico spiritu actu exigitantur, hoc Canone comprehendunt. 253.
- Cap. lviii. Dæmones cur spiritus erratici dicantur. 254.
- Cap. lix. Antiquum esse in Ecclesia, offertenium nomina recitari; & an energumeni sanctæ communionis debeant esse participes. 256.
- Cap. lx. Dæmoniacos a facris Ecclesiæ functionibus semper repulso. 258.
- Cap. lxi. Moechia crimen in adolescentia commissum. Subdiaconum impedit ordinari. 260.
- Cap. lxii. Cur ille, qui in adolescentia fuit moechus, Subdiaconus ordinari prohibetur. 262.
- Cap. lxiii. Moechia crimen impedit Clericum ordinari, & ordinatum deponit. 263.
- Cap. lxiv. Moechia poenam, cælitate initi conjugii solvi. 263.
- Cap. lxv. Reconciliationem pœnitentium ad Episcopos solos spectare. 264.
- Cap. lxvi. Absolutio pœnitentium an possit deferri Diaconi; explicato in eam rem Divo Cypriano. 268.
- Cap. lxvii. Continentia legem semper ordinibus facris annexam in Ecclesia; explicata Concilii Nicæni primi historia de Paphnutio. 270.
- CONCILII ILLIBERRITANI
Liber III.
- Cap. i. Cereos in Coemeteriis incendi prohibitum ad inquietandos Sanctorum spiritus; & quid sit, spiritus inquietare. 276.
- Cap. ii. Cereos rebus Ecclesiæ facris adhibitos, semper in Hispania probatos. 287.
- Cap. iii. Inquietari Sanctorum spiritus, quo alio sensu possit intelligi. 288.
- Cap. iv. De pervigiliis, & earum antiquitate; cur hic sublate; explicata Constantii Imp. Constitutione in Lege v. Cod. Theodosiani de sacrificiis Paganorum. 289.
- Cap. v. Imagines facras ab Apostolorum temporibus fuisse in Ecclesia; & cur eas pingi hoc Canone interdictum sit. 298.
- Cap. vi. Energumenos baptizandos, si extremo urgeantur perieulo. 316.
- Cap. vii. Luminaria accendi consuevit in Ecclesia hujus Concilii tempore, eaque probata ab his Patribus, non prohibita; & cur ea accendere energumeni prohibeantur. 318.
- Cap. viii. In necessitate omnes posse baptizare, observata Ecclesiæ forma; & quæ sit hæc manus impositio, qua fideles perfici dicuntur. 319.
- Cap. ix. Extra Ecclesiam posse conferri Baptismum in necessitate. 324.
- Cap. x. Ab infidelibus posse conferri Baptismum, observata Ecclesiæ forma. 325.
- Cap. xi. Baptizare poile bigamos; in Ecclesia Romana bigamos non sedisse, nec alias irregolaritatis notam habentes. 362.
- Cap. xii. Gentilibus in extreto periculo cipientibus baptizari, nec Baptismum, nec Confirmationem negandam. 327.
- Cap. xiii. Oblatum idolis ab economis, non esse acceptum ferendum a pollentiibus; & qui possesse dicantur. 329.
- Cap. xiv. De privatis sacris antiquorum fusc tractatum; explicato Modelino, & Gordiani Imp. Rescripto. 330.
- Cap. xv. Quando servorum idola domini debent diruere. 335.
- Cap. xvi. Quando Catechumeni baptizandi, & quibus informandi. 336.
- Cap. xvii. Festum Pentecostes ab ipsis fuisse Apostolorum temporibus. 339.
- Cap. xviii. Quæ proprie dicitur meretrix; quæ olim ei pœna proposita; quando baptizari debeat. 342.
- Cap. xix. Catechumenos gravi aliquo morbo obmutescentes baptizari posse; & quid de pœnitentibus. 345.
- Cap. xx. Peccata ante Baptismum cur lenius calliganda, quam quæ post Baptismum commissa. 346.
- Cap. xi. Qui apostatarum nomine hic continetur. 349.
- Cap. xxii. Expresso Hispania Decreto errorem Novatiani improbari. 361.
- Cap. xxiii. De varia poena adulterii. 252.
- Cap. xxiv. Pro Baptismo nihil a Sacerdotibus exigendum. 354.
- Cap. xxv. De antiqua pedum lotione. 359.
- Cap. xxvi. Fruges fideliū a Judæis, vel Gentilibus beneficii non debere. 357.
- Cap. xxvii. A mensa Judæorum, & alio commercio civili fideles debere abstinere. 359.
- Cap. xxviii. Hæreticos non esse ordinandos, & ordinatos deponendos. 361.
- Cap. xxix. Hæreti notatos deponendos. 363.
- Cap. xxx. Quæ poena libelli famosi autores coercendi. 364.
- Cap. xxxi. Ab uno Episcopo excommunicatos, ab aliis non esse reconciliandos. 367.
- Cap. xxxii. Voluntate parentum contrahi olim, & disolvī sponsalia. 368.
- Cap. xxxiii. Sponsalia infringentes, mortali culpæ obnoxios. 372.
- Cap. xxxiv. Contractum sponsaliorum ab Ecclesia irritandum, ni certa solennitate celebretur, consentaneum videri. 373.
- Cap. xxxv. Parentes, si filiis sponsalia infringentes consentiant, peccare; securi si non consentiant. 373.
- Cap. xxxvi. Cur coronis uti Sacerdotibus interdictum sit; & quæ fuerint istæ corona. 374.
- Cap. xxxvii. Idololatriæ crimen in quibus contrahatur. 374.

- Cap. xxxviii. Magistratus gerere, cur Christiani sub excommunicationis poena prohibeantur. 375.
- Cap. xxxix. De munere antiquo duum-viratus. 381.
- Cap. xl. Quæ pompa olim diceretur; & cur ad pompam offerre vestimenta sub excommunicatione prohibeantur Christiani. 383.
- Cap. xli. De literis comunicatoriis, & variis illarum usu. 386.
- Cap. xlii. An Archiepiscopi, & Primates, ut hodie, fuerint olim in Hispania tempore hujus Concilii. 388.
- Cap. xliii. Capitolia fuisse in Hispania, & aliis Provinciis, ad exemplum Romani. 392.
- Cap. xliv. Ad exemplum Romani Capitoli reliqua in editis locis contrui solita. 395.
- Cap. xlvi. Idola ethnicorum diruentes, cur in numerum recipi Martyrum Hispani Patres interdixerint. 395.
- Cap. xlvi. Non teneri quemquam privata auctoritate idola Gentium infringere, posse tamen suo tempore, & loco. 398.
- Cap. xlvi. An Apostoli frigerint unquam Gentium idola, & quanti traditiones Apostolicas ab initio Ecclesiæ Hispani Patres fecerint. 399.
- Cap. xlvi. Non decerni ab Hispanis Patribus in hoc Canone, Martyrem non esse, qui idola frigerit; sed in numerum Martyrum ab Ecclesiæ non referri, & cur. 400.
- Cap. xlvi. Olim Episcopi adscribabant Martyres caelestium numero; quod justis de causis, foli Romano Pontifici reservatum est. 409.
- Cap. l. Uxore mortua, non licere cum ejus forore matrimonium contrahere. 410.
- Cap. li. De Aurigis agi in hoc Canone, non de Auguribus, & cur tam acri poena Auguris feriantur. 414.
- Cap. lii. Qui fuerint Pantomimi, & cur tam acri illis pœnitentia imponatur. 418.
- Cap. liii. Josephi Catralani Additio. 422.
- Cap. liii. De poena parentum propriis factus intermentium. 425.
- Cap. lii. De poena ejus mulieris, quæ vel semel in vita, vel ad mortem usque cum alieno viro moechatur. 428.
- Cap. lv. Cur vir uxorem adulteram retinens puniatur. 429.
- Cap. lii. Nulli licere sine iudicio Ecclesiæ uxorem repudiare. 431.
- Cap. liii. Quod innocentia, & integratitatem specimen Clerici præbere debeant. 432.
- Cap. lviii. De matrimonio interdicto cum privigna. 433.
- Cap. lix. Qui Comici, qui Scenici, & cur matrimonium cum his interdictum. 434.
- Cap. lx. Quare Catechumenæ ante lavacrum, pœnitentia, velut Christianæ, afficiatur. 438.
- Cap. lxi. De prisco more admittendi Infideles ad Baptismum; & de poena, ut non nisi in fine quis posset baptizari; & an Catechumenus sine Baptismo decedens, eterna frui possit beatitudine; explicatis in eam rem Concilii Bracarense i. Canone xxxv. & B. Chrysostomo; differitur praeterea de Cap. Catechumenum, De conser-
cratio-

- crations*, Distinctione iv. 440.
 Cap. LXII. De poena mariti adulterium committentis. 448.
 Cap. LXIII. Uter adulterio commissio magis peccet, vir, an uxor. 448.
 Cap. LXIV. De poena uxoris adulterantis, & mariti consentientis. 451.
 Cap. LXV. De poena stupri nefandi. 453.
 Cap. LXVI. Virgines, & Viduas mœchantes minori poena afficiendas, si cum eisdem viris nuptias celebrent. 457.
 Cap. LXVII. Secundas nuptias licere viduis celebrare. 458.
 Cap. LXVIII. Gravior poena viduæ imponenda, quæ aliis nabit, relicto eo, a quo semel cognita est. 460.
 Cap. LXIX. De poena Delatorum, & qui dicerentur proscripti. 460.
 Cap. LXX. De poena ejus, qui aliquem interficiendum detulit. 462.
 Cap. LXXI. De poena falsi testis. 463.
 Cap. LXXII. A tempore Apostolorum Ecclesiastam habuisse jurisdictionem forsanem, & hoc Canone comprobari. 465.
 Cap. LXXIII. De falsa Episcoporum, & Clericorum accusatione punienda. 466.
 Cap. LXXIV. Diaconus in criminis mortis detectus, etiam ante ordinationem admisso, deponitur; & quodnam esset crimen mortis. 467.
 Cap. LXXV. Levius qui se deferunt, quam convictos puniendos. 469.
 Cap. LXXVI. Quæ fuerit laica communio. 470.
 Cap. LXXVII. Jurisdictionis Ecclesiastica esse capacem Diaconum. 472.
 Cap. LXXVIII. Benedictionem hic Sacramentum Confirmationis intelligi; & cur Christiani ea perfici dicantur. 475.
 Cap. LXXIX. Solo Baptismo in necessitate posse quemquam salvum fieri. 476.
 Cap. LXXX. Gravius Fidelem virum delinquerre, si ad feminam infidelem accelerit, quam e contrario. 477.



CONCILIUM ELIBERITANUM XIX. EPISCOPORUM ERA CCCLXXII.

* Illiberitanus;
* Verius ann.
303. aut 305.
Vide infra in
Dicitur.
* Triginta.

Residentibus etiam viginti*, & sex Presbyteris, adstantibus
Diaconibus, & omni plebe, Episcopi dixerunt &c.

LECTORI ERUDITO.



N E R S Q U A M exhibeamus literam hujus celeberrimi Concilii, & aureos in illud Commentarios nobilissimi, atque eruditissimi D. Ferdinandi de Mendoza, placet præmittere judicium Philippi Labbe de iis Tomo I. Collectionis novissima Conciliorum, in qua illos recudendos curavit. Acceperit ejus verba col. 1007. Ut tuis, multorumque votis faciamus satis, Lettor Antiquitatum Ecclesiasticarum studijs, celeberrimum bic tibi exhibemus Ferdinandi Mendoza Commentarium in Libros tres distributum, ac Clementi VIII. Romano Pontifici oblatum de confirmando Concilio, ut vocat, Illiberitanum. Quam carus porro sit, & auro contra non carus iste Liber, nemo nescit eorum, qui bic lxxviii epupias vel levissimum habent usum. Quare vel hoc nomine acceptior omnibus debet esse bac nostra C llectio, quod nunc tantum thesaurum eodem pretio cum aliis omnibus undequaque collectis Conciliorum Voluminis offeramus, quo vel solus venerabilis aliquoties existit apud opulentos Librorum rarissimorum emptores. Defendit quidem, & illustravit idem Concilium eodem tempore Cl. V. D. Garrias de Loaifa, tunc Magister Serenissimi Hispaniarum Principis Philippi III. postea Archiepiscopus Toletanus; sed obiter ramen, ac brevibus Notis, quemadmodum alia Hispania Concilia. Postea doctissimi Viri, Severinus Binus, Gabriel Albaspinus, & D. Emmanuel Gonzalez Tellez, Notas plures, sive Observationes addiderunt, quibus & modo nostras adjungimus. Sed enim fateri oportet, Ferdinandum Mendozam divino illo ingenio, & accuratissimo studio omnibus palmam in ea parte præcipuisse. Ceterit itaque solum potuimus querere, non absque labore, spicas aliquot ab eo relictas.

Sane quidquid laudati Scriptores, quidquid nos ipsi adjecimus Commentariis Mendoza, exile admodum est, si cum iis conferatur. Cum jam fluxerint centum circiter anni a prima eorum editione, sumptibus Philippi II. facta, & postea prodierint Lugduni anno MDLXV. tandemque Latetiae anno MDLXXII. aucta Notis prædictorum; omnibus Viris eruditis in summo pretio, immo, audeo dicere, in admiratione fuerunt, ac sunt. Memini, quadraginta retro annis Salmantice, aliisque locis, vel unum eorum exemplar a doctissimis, & gravissimis quibusque hominibus, nulli sumptui parcentibus, exquisita diligentia queri soluit, ac difficultime inventum. Incredibile apparebat, Ferdinandum molliter, ac splendide educatum in domo clarissima parentum, Joannis Hurtado de Mendoza, & Agnetis a Ribera, quorum ille Ducum del Infantado, hæc vero Ducum de Alcala, utrumque Hispania Magnatum, notissimum germen erat, in ipso adolescentia flore usque adeo præceluisse inter Salmantenses innumeros Jurisprudentia candidatos, ut elaboraret Disputationes illas celebres in locos difficiores Tituli, *De Pastis*, justo Volumine comprehensas, edito Compluti anno MDLXXXVI. Deinde vero vix juventutem supergressus, usque adeo emicuit sacra eruditione, nec solum humana, ac politiore, & ita subacto judicio, præter insignem juris utriusque doctrinam, ut Opus adeo tersum, plenum, pulchrum, varium, numerisque omnibus absolutum brevi temporis curriculo elaboraret, dissiparetque procul, veluti solariis radiis, tot nebulas, extirpare tot nodos, eluderet tot scopulos, ac fluctus difficultatum, quibus eo usque impetebatur auctoritas hujus Concilii, non ab Heterodoxis modo, sed a Catholicis, & doctis Viris, etiam Hispanis. Sed enim, ut inquit Chrysostomus Homilia 22. in Epitoliad ad Hebreos: Τα ὀξυτά τῶν ὄψισθων, καὶ ὅπν, καὶ νότας, καὶ πελάγη, καὶ σκοτίας εἰς Εραχεῖα κακοῦ βίαιατας ἀστή. τούτοις εἰς καὶ οὐ διαφέδη. id est: Aves perniciēs, & montes, & saltus, & maria, & scopulos, brevi momento temporis illas prætervolant. Talis est etiam mens, cum fuerit alata. Ejusmodi autem fuisse mentem Ferdinandi, mecum, credo, pronunciabunt quotquot in Quatuordecim sedent; non humili repente, sed sublime volantem, & oxyssimo pennarum motu permeantem aera, instar phoenix ingeniorum, cui in hoc Concilio interpretando, vel aquila cedunt, & nemo non herbam porrigit. Mitto plura, ne videar nimius in laudando Mendoza, quem nunquam sine delectatione, nunquam sine admiratione lego. GARD. DE AGUIRRE.

DE CONCILIO ILLIBERRITANO

CONFIRMANDO

AD CLEMENTEM VIII. PONTIFICEM MAXIMUM,

FERDINANDI DE MENDOZA

LIBRITRES,

Adjunctis diversorum novis Commentariis, sive observationibus.

CAPUT PRIMUM

De Concilii Illiberritani nomine, & Urbe, in qua habitum est.

Cum acceperissim, Clemens Pater Sanctissime, inter eas curas, quas multas, & graves praeferat amplissima hæc sancti tui munera functio; in eam te potissimum incumbere, ut ad restituendam Ecclesiasticam disciplinam, & extirpandas præsentis, & antiquiæ ræculi heresies; Divini utriusque Testamenti Codices, quamemendatissimi ederentur, & sacrorum Conciliorum exemplaria, multorum studiis, & lucubrationibus emenda, illustrataque prodirent: videlicet, Beatitudinem tuam, tam acri judicio, quam summa diligentia, & religione alterum perfecide; alterum vero, ut perficiatur, parietate studio, & labore conari: an Concilii Hispanici antiquitatem, velut senio jam & vetustatem caducam vix Hispanus renovare deberet, Hispanorumque Episcoporum religionem, & externis, & domesticis telis, aut tormentis potius oppugnatam defendere, & a multorum calumniis vindicare; an vero prætermittere utrumque satius foret, sape, ac diu mecum ipse cogitavi. Constituti cursus ingredium impeditiebat ingenii tenuitas, optimarum artium exigua supellex, & tanta rei magnitudo, quam non modo facultate consequi, sed nec cogitatione complecti, vix posse eum arbitrabar, qui vereretur reprehensionem doctorum, atque prudentum. Impeditum tamen, & vacillantem animum gravi hac, & ancipiti difficultate, vel jacentem pot us erigebat patriæ studium, pietatis ratio, Religionis zelus; erectum firmabat Sanctissimi, & prudentissimi Antecessoris tui Gregorii XIV. Fidei, & Religionis grave testimonium; quo revocatos in dubium hujus Concilii Canones, non solum illata injuria eripi, defendique voluisse, sed ad honestum hoc, pium, & sanctum tutandæ Religionis officium, Hispanorum studium, operam, diligentiam, labores, & Sanctitate Pontificis, & amore parentis requisiuisse accepimus. Illud autem spe certa confirmare coepit, auxiliumque polliceri, honoris nostri, communis, & patriæ conservandi, & recuperandæ ejus pristina dignitatis, quo tractandis Ecclesiasticae Reipublicæ gubernaculis eum Calelli munere præfectum sciam, cuius singularis, & spectata clementia, cum Divine, quam obtinet, auctoritati par esse prædictetur, non patienti solum animo, sed jucundo, & grato munus videtur suscepturna, peregrinum satis, & levidente, fateor, si doctrina, & auctoritatis nostræ pretio æstimetur; religiosum tamen, & magnum, si rerum tractandarum gravitate, & dignitate pensetur. Agendum est enim, non solum de antiqua Illiberritanæ Urbis magnitudine, & celebritate, ut tam præclara, & recenti Clementis recordatione, illustrior multo, quam si Gotthorun, & Arabum irruptionibus obscurata, deletaque non fuisset, videatur: agendum non tantum de Conciliis antiquitate, ut dignitatem primi Ecclesiæ eorum, quæ extant post Hierosolymitanæ, Concilii, canescens, aut cane jam ætatis proprio iure debitam, quorundam tamen Catholicorum extenuatam incuria, & hereticorum injuryia sublatam, tua benignitate in futura Conciliorum editione, quasi postlimino recipiat; nec agendum modo de tutanda Hispanica Religione, quæ multorum calumniis debilitata, cupit æquitate tua recreari, nec de vita tandem, moribus, & doctrina Sanctorum Hispaniæ Episcoporum, qui ne infeliceriter res Christiana periret, feliciter ipsi perierunt; sed de Gallia præterea, Germania, Anglia, Græcia, & (quod pluris facio) de Romanæ, & Catholice Ecclesiæ auctoritate, cuius Legatos huic Sacro Concilio interfuisse, in Actis Suefionensis apud Sanctum Medardum legimus; Canones autem, & Decreta sepe postea ab eo repetita, laudata sepe, sepe probata, & confirmata cernimus. Agendum de Sanctorum meritis, de Sacramentorum virtute, de vana superstitione idolorum, de sacro Dei cultu, & reliquis Religionis nostra Mysteriis, quibus Christus dilectam Sponsam suam militantem Ecclesiæ instituit, eruditivit, ornavit, & tanquam quibusdam Religionis sepimentis, adversus mundi rectores, & principes tenebrarum harum singulari sapientia, & bonitate suffulgit. Ut inde igitur oratio nostra proficiscatur, unde caput harum rerum duci debet: Illiberritanæ Urbis, & Concilii in ea habiti tanta est vetutitas, ut proprium utriusque nomen temporis diuturnitate, & injuryia exsum pene sit, atque obliteratum: quo sit, ut alii aliis id appellant nominibus. Quidam enim Libertinum ^a vocant, quidam Liberinum, alii Hiberitanum; nec desunt qui Elibertinum, & Eliberinum; nonnunquam Heliberritanum, ut ^b Rabanus: ^c alii Elibertinum, ut Burchardus, ^d Ivo, & ^e Gratianus, & ante hos Concilium Coloniense ^f sub Carolo III. Imperatore cognomento Crailo, ^g Suezionense sub Carolo Rege, ^h Moguntinum sub Ludovico, & alterum i Moguntinum sub Arnul-

^a Concil. Are-
latense apud
Burchardus Li-
bro 17. Decret.
C. 53.^b Rabanus in
Pænit. Lib.^c Barci.^d Ivo, ^e^f Gratianus in
Decretor. Col-
lectionibus.^g Concil. Sue-
fion. apud San-
ctum Medar-
dum ad finem
sextæ. allionis.^h Can. 6.ⁱ Can. 22.^j Can. 26.^k Concilium
hoc Illiberry-
num nuncupâ-
dem.

pho,

pho. Mihi vero veterus Civitatis nomen, inflicitis tot, & temporis, & Dominorum sevitiæ plagis, fugitivum adhuc revocare cupienti, Illiberritanum dici magis placet. De Eliberi enim vetuli Geographi mentionem nunquam fecerunt, faciunt tamen de Illiberi non semel, sed bis; duplè enim Illibericum constituant Ptolomæus ^a, & Plinius ^b in emendatis Codicibus, tametsi negligenter exscriptorum ex gemino R.R. quod in nummis antiquis, & veteris lapidum Illibericæ inscriptionibus exstat, alterum omittatur, aut siciliæ saltem apicis nota. Docet enim D. Ilidorus ^c, veteres duplicitibus literis non fuisse aliquando usos, sed supra literam sicilicum addidisse, quo admonerentur lectors, literam in pronunciatione geminandam; quod hodie non observatur. Unam Illibericum refert in Gallia Narbonensi Ptolomæus, non procul a Ruscinone in ora Illibericæ fluvij, a quo forsan Urbi nomen, ànditum, quod & indicat Strabo ^d. De qua Plinius agens, *Oppida*, inquit, *Illibericæ magna quondam Urbis tenue vestigium*; alterum Ptolomæus in Turdulis non procul ab Acci Baltanorum, de qua Plinius: *Celeberrima inter haec (Bætim fluvium intelligit) Oceanæ oram in Mediterraneo, Segeda, qua Augurina cognominatur; Julia, qua Fidentia; Virgao, qua Alva; Ebura, qua Cerealis; Illiberi, quod Liberini; Illipula, qua Lans; Artigi, quod Julieus; Vesca, quod Faventia*. Antiquæ hujus Urbis situm hodie retinent Granatenenses; eos intelligo, qui incolunt Civitatem Granatam nobile Regni Granatenis caput; nec Regni titulo solum, sed iuridico totius Bæticæ conventu celeberrimam. Ab hac Illibericum antiquam septimam lapiðe distare, publica mihi fide conitatur Regii in eadem Civitate menoris. Exstat enim nunc (quod de Illiberic Narbonensi Plinius, & Mela scripserunt) antiqua Bætica Illibericæ, & magna quondam Urbis tenue vestigium: rudera enim dicuntur, vel cadavera potius defunctæ Civitatis, & parietinarum Ecclesiæ, in qua Concilium hoc habitum est, visuntur in colle, qui vulgo Mons-Elbira appellatur, qui sicut antiquæ Urbis, ita & nominis non obscurum retainet vestigium. Mons ergo de Elbira, & Porta Civitatis Granata ab incolis nuncupata de Elbira (quod per eam iter fit ad Illibericum) etymon antiquæ Civitatis retinere perspicue videntur. Cui & consentanea est origo nominis Civitatis Granata ^e, quam ex sparsis illius cineribus ortam, natura loci, & majorum traditione cognovimus. Non enim sic dicta est a malo punico hiantre, ut a multis creditur, sed a Granata barbara voce, quæ illius gentis idiomate horreorum domus intelligitur, peritis illius sermonis sic interpretantibus, ad id pervetutam, sive Historiam, sive fabellam recentibus de principe quadam femina antiquæ Illibericis incola, quæ sua illic frumenta solita esset recondere. Quid vero cauda sit, quæ Civitatem hanc Illiberritanam, tam diversis nominibus veteres appelleverint, eam reddi posse arbitror; quod diverse gentes, diverso utentes idiomate, in ea dominante sint. A criticis, & politioribus Latinae linguae studiosis, Illibericus præcedente I. & sequentibus dupliq; LL. & RR. antiqua Hispanorū, & Romanorum lingua hodie nuncupari debet: gemino enim RR. in Urbium, & locorum nominibus sepius usi sunt, ne nova, vel dura hæc Illibericus pronunciatione quibusdam videatur. Urbium in Hispania hæc occurunt exempla, Laberris, Turriga, Biguerra, Gracurris, Cagliurris, Veturris, Tarraco, Arruci, Arriaca, Sigarra, quibus Plinius adjungit Cerretanos populos, & Arrevacos; Sevuros Ptolomæus, & alios his similes. ILLI quoque nomen veteres Hispanos, Bæticos præstertim pro Oppido usurpari, sunt qui censemant & conjectura sumpta, quod ab ea dictione multa Bæticæ Provinciae Oppida initium habent, ut Illiturgis, Illibericis, Illipa, Illipula, ne plura complectat; quamvis non deint alii, & qui ut Hispaniam a Rege quodam Hispano cognomine; sic & Illibericum ab ejusdem Regis sorore cognomine Illiberreria, fundamenta jacta, & nomen honoris gratia susceptum contendant: adeo perhibentur Urbis incunabula. Ab Hispanis ergo, & Romanis sic olim vocata, non Eliberim, tametsi dissentiant recentiores, ex Martyrologio Romano h. appetat, quod cum meminisset Cæcilius primi hujus Civitatis Episcopi, Illiberi ^f eum in Domino quievit refert; & ex Hieronymo ^g, qui de Gregorio Bæticæ sermone instituto, Illiberi Episcopum fuisse recentet. Sed clarius multo ex antiquis inscriptionibus quorundam lapidum, quos Granata nuper repertos renuntiavit mihi Jacobus Luzer ^h idicandis nobilitatis litibus in Granateni Prætorio Præfectus Regius, cum honestarum artium, tum Juris utriusque studiis apprime eruditus: primum ait, in vico quodam ejus Civitatis (Arabum voce *Alcazava* dicitur) crux cum eis ex ædibus Sebastiani de Montalegre, cum hac inscriptione:

FURIA. SABINIÆ. TRANQVIL.
LINÆ.

AVG.

CONIVGI. IMP. CÆS. M. AN-

TONI. GORDIANI. PII. FEL.

AVG. ORDO. M. FLOR. ILLIBER-

RITANI. DEVOTVS. NVMINI

MAIESTATIQVE. SVMPTV.

PVBLICO. POSVIT.

D D

Alterius lapidis duo adhuc existare fragmenta in ædibus Christophori de Palacios cum hac inscriptione retulit:

CORNELIAE

F. SEVERINAB

FLAMINICAE

AVG. MATRI

^a In 2. Europa.

Tabula.

^b Lib. 3. C. I.^c 4.^d Lib. 1. etym.

C. 20. qui Si-

citicum ap-

censu dictu ait,

qua in Sicilia

inventus fit

eius uas.

^e Lib. 3. de fi-

tu Orbis.

Plinius Lib. 3.

C. 3.

Bætim fluvium

Guadaluquivir

Arabum voce

dicimus.

^e De voce Gra-
nata hec ex
Arabis re-
fert Alvarus
Gomezius Li-
bro 2. de geslis
Francisci XI.
meni.Orthographia
rat' onem im-
perit habendam
neque B. (in-
quit) pro V.
neque V. pro
D. neque O.
pro V. & sic
alias crebro
docte Cassio-
dorus Lib. de
Divin. Letto.
C. 15. & 30.
Hec exempla
extant in Pto-
lomeo, Plinius
Metu, Antoniu-
so, & ve-
tustis lapidum
Hispanie in-
scriptionibus.^f Ambros. Ma-
rates antiq.
Hisp. C. 1.^g Franciscus
Tarrapha de or-
igeniæ rebus
geslis Regum
Hispanie, in
Rege Hispano.
Vasseus inchr.
Hisp. C. 20. &
plures alii.^h Martyrol.

Rom. Idibus

Maj.

ⁱ D. Hierony-
mus in Catul-
go Script. Ec-
clæsticæ in
Gregorio Bæti-
co.^j Sunt ades
in Urbis regio-
ne, quam val-
gi Parochiam
de S. Nicolas
u. cont.^k Sunt illæ in
eadem Urbi
regione.

VALERII VEGETI
ONSVLIS
RENTINI ILIBERRI
D D

In earumdem aedium ruderibus inventus est alter lapis cum inscriptione his literis exarata, & lineis inducta:

II. VI. CORNE
NICIPI FLORENTINI
ILIBERRITANI DEVOTVS
ORDO NVMINI MAIESTATI
QVE SVMPTV PVBLICO
POSIT.

Probat adhuc magis quod dixi, alterius lapidis inscriptio (& his merito fides habenda est) quem extare etiam Granata in Regia, quæ dicitur *Albambra*, in latere ejus turris, quæ vocatur *de Comares*, accepi:

IMP. CAES. M. AVRELIO
PROBO. PIO. FELICI. INV.
CTO. AVG. NVM. MAGEST.
QVE. DEVOTVS. ORDO.
ILIBER. DEDICAT.

D. P.

Post Gotthorum autem adventum Eliberrim nuncupari animadverto, idque confirmant veterum numismatum inscriptiones Svinthilæ, & Silebuti Regum Gotthorum. In illis numero ex parte una hæc legitur: SVINTHILA REX. ex altera: PIUS ELIBER. In hujus: SISEBVTVS RE. ex altera: PIUS ELIBER. eorumdemque Gotthorum lingua, hujus Civitatis Episcopum Elibertanum, vel Eliberritanum dictum in vetutis CC. mfs. & in editis Conciliorum Hispalensium, & Toletanorum subscriptionibus; unde mutuati videntur Colonensis, Suezionensis, & Moguntinæ Synodi Patres citati superius. Cuius forsan ea causa fuit, quod Gotthis esset familiare I. in E. transferre, ut Ilerdam, in Elerdam; Igeditianam in Egiditaniam; Illipulam in Elepulam, & sic alias. Quod si Arabum ingreßum consideres, Eliberrim dictam Ilbiriam ejusdem gentis more, Portamque de Ilbiria, & Montem de Ilbiria, ipsi tradiderunt; nos vero lenioris gratia pronunciationis, postquam eam Civitatem Ferdinandi, & Elisabethæ Catholicorum Regum virtute recuperavimus, Montem de Ilbira, & Portam de Ilbira appellamus. Narbonensem autem Illiberim, Eliberim Pomponius Mela nuncupat, ni mavis locum corruptum, & pro E. I. reponendum, nam præter Ptolomæum, & Plinium, eam Illiberim, præcedente I. sequento gemino LL. & simplici R. (in quo hæc differt a Bætica) crebro nuncupat Livius; loquens enim de Anibalis exercitu, cum Hispanias per Pyrenæum saltum traduci cœpit: Carpetanos quoque, ait b, ab se dimissi simulans, inde, memora, atque otium animos felicitarent, cum reliquis copiis Pyrenæum transgreditur, & ad Oppidum Illiberim castra locat. Post adden.: Orationes ad Regulos eorum misit, colloqui semetipsum velle cum his, & vel illi proprius Illiberim accederent, vel se Ruscinonem processurum. Et mox: Ut vero Reguli Gallorum castris ad Illiberim extemplo motis, haud gravate ad Panum venerunt. Qui autem Eliberim cum Mela scripserunt, causam dederunt aliis, ut Concilium Eliberinum nuncupaverint, putantes, in ea Civitate non procul a Ruscinone id Concilium coactum: eam nunc Salses dici volunt, sed neutrum idoneo satis argumento. Nam ea Illiberis (sic malo eam nuncupare, Ptolomæi, Livii, & Plinii d, qui Cœsarum procurator fuit in Hispania, certiore fidem sequutus) non potuit esse, quam nunc Salses vocant; nam Mela qui de Illiberi prius, de aquam Salses dicunt, egit item posterius: Laca, inquit, accipit eum Rabrefus nomine, spatioſus admodum, sed qua mare admittit tenuis aditu. Ultra est Leucata, litoris nomen, & Salsula fons, non dulcibus, sed saltembus, quam marina sunt aquæ, defluens. Verius est ergo, quam Ptolomæus, & Plinius Illiberim, Coplibre nunc dici juxta Ruscinonem, Perpinian nostri nuncupant, caput Comitatus Rossionis. Caucoliberim compendii gratia, & hodie, & olim vocatam ex Martyrologio Romano: comperto, in quo fit mentio de Vincentio Martire Catalaunensi, qui in Civitate Caucoliberi Martyrii palmam est adeptus: dictam sic arbitror, quasi Cancorum Illiberim, ut distingueretur a Bætica Illiberi; Caucenses enim populos ad eam partem Hispania Tarragonensis Plinius refert. In qua Concilium hoc habatum, verisimile appareat, nedum verum, quamvis diffideant plures nec ineruditæ, nec indocti hujus seculi Scriptores; quia non solum Constantini ævo, quo Concilium hoc ipsi coactum volunt; sed & antiquiore Pomponii Melæ, & Plinii eam dixerunt fuisse, certum est. Plinius g sic ait: Oppida Illiberis, magna quondam Urbis tenue vestigium. Mela h Colonia Ruscino, vicus Eliberi, magna quondam Urbis, & magnarum opum tenui vestigium. In desertam, eversamque Civitatem, aut vicum Episcopos Hispania convenisse, difficile dicitu, credituque est, Episcopos præseritum Toletanæ, Bæticæ, & Lusitanæ Provinciæ, quos huic adfuisse Concilio, docent ipsorummet subscriptiones: subscripterunt enim Felix Episcopus Accitanus, Acci vulgo *Guadiæ* in Bætica: Sabinus Episcopus Hispalensis: Pardius Episcopus Mentesanus, Mentesa Montejo dicitur in Bætica: Melanthius Episcopus Tolestanus: Vincentius Episcopus Ossonobensis, in Lusitania est Osonoba, in extimis Regni Algarbiorum litoribus, a Faro non longe: Successus Episcopus Eliocrotensis, est Eliocrota Lorca in Bætica: Patricius Episcopus Malacitanus, Malaca, noſtri, *Malaga*: Osius Episcopus

a Lib. 2. C. 5.

Narbonensis
Ilberis, sim-
plici R. Bætica
geminò scribi
debet.

b Liv. Lib. 21.

c Ex Io. Poldo,
G. abii.

d Plinius Ju-
nior in Epis-
copo Geriden-
si. Vulsus in
Chronich. His-
p. C. 20. Steph-
anus Garibay in
Epitome His-
p. Lio. 7. C. 43.
Illescas in Vita
Sylvisti pp. 5
plures alii.

fMartyr. Rom.
19. Aprilis.

E Joanne Epis-
copo Geriden-
si. Vulsus in
Chronich. His-
p. C. 20. Steph-
anus Garibay in
Epitome His-
p. Lio. 7. C. 43.

Illescas in Vita
Sylvisti pp. 5
plures alii.

g Lib. 3. na-
turalis His-
p. C. 3.

h Lib. 2. Cap. 5

scopus Cordubensis: Camerinus Episcopus Tuccitanus, Tucci Martos hodie, non procul a Granata: Secundinus Episcopus Catulenensis (sic enim legi datur, non ut in editis Conciliorum Codicibus, Catraleucensis) Catulo in Bætica est, *Cazorla la vieja*: Liberius Episcopus Emeritanus, Emerita in Bætica, hodie *Mérida*: Januarius Episcopus Salariensis (si non de Fiblaria, sed de Salaria legamus) Salariam in Algarbiorum Regno, trito Provincia sermone *Alcazar de la sal* dictam ali contendunt, sed Sircuelam Bæticæ Provinciae, aut *Cazorlam* alii: Quintianus Episcopus Eborenensis, Ebora in Lusitania. Eutychianus Episcopus Baſitanus (sic enim, non Baſtetanus, nec Baſitanus, ut in excusis) Bauli in Bætica est, *Baza* dicitur. Ex undeviginti Episcopis, qui huic Concilio interfuerunt, si quindecim (ut Flavium Illyberitanum interim omittamus) fuerunt, tum ex Toletana, & Bætica, tum ex Lusitania Provincia; si quatuor & viginti Presbyteri, de quorum subscriptiōibus paulo post agendum est, ne longior, & molestior nunc progreddiatur disputatio, ex eadem Bætica Provincia fuere, cui obsecro, fieri verisimile, non illos potius in Bætica, quam in Gallia Narbonensi Synodus coegerit? si animadvertis praecipue is Theodulphi Malacitani Episcopi querelam in Concilio Hispalensi II. a qua dolenter retulit, *Antiquam ejusdem Urbis Parochiam*, sive *Diœcesim*, militari quondam bostilitatis discrimine (Conciliis verbis loquor) suisse decimam, & ex parte aliqua, ab Ecclesiis, *Aſigitana*, *Eliberitana*, atque *Agabrensi* retineri. Quarum Ecclesiarum terminam confines plane, ni fallo, pleneque ostendunt Illyberitanam in Bætica suisse Provincia, non vero Narbonensi. Quibus suffragatur vetus sententia, & finium regundorum judicium, quod Vvamba b Rex de singulis Hispanicarum Ecclesiarum Diœcessibus Concilii Toletani decreto fieri, itabilirique voluit, in quo cum terminos Ecclesie Malacitanæ Patres prescriberent, ab ultimis Ecclesiis Malacitanæ Illyberitanos exorsi sunt, & ab ultimis Illyberitanis Aligitanos: *Malaga*, ajunt, teneat de *Data*, usque *Malevacam* (sic enim legi debet, non *Malexcam*, ut in aliis CC. mfs. de *Tenna* usque *Sedes-Campo*; *Eliberi*: teneat de *Maleva* usque *Sstellam*; de *Almica* usque *Sedile*; *Aſigi* teneat de *Sstellam*, usque *Parietem*; de *Lueca* usque *Raucam*. Intellexit hoc ipsum, & docuit Rex Alfonſus X. quem præclarum sapientis studium preclaro Sapienti titulo decoravit. Inter Sedes enim Archiepiscopo Hispalensi subjectas, quinto loco Illyberitanam commemorat his verbis: *El Obispado de Elbere* (esta est Granada) *ten- ga deſte Malaga fuſta Sotela*, & *de Almica fuſta la P. ſtada*. Quare in Concilio Hispalensi II. Provincia tantum Bætica subscripti Bauli in Chriſti nomine Illyberitanæ Ecclesie Episcopus. D. præterea Gregorium olim Illyberitanum Episcopum a Clementio Gentili Constantii in Bætica Praefecto Vicario Cordubam deductum, & ab Oſio Episcopo Cordubensi damnatum, apud Isidorum Theodosius c ex Marcellino descripsit. Nec prætermittendum adhuc quod Canone XXIII. hujus Concilii decernitur, mensibus singulis sejunium esse indicendum, exceptis duobus, *Julio*, & *Augusto*, ob eorumdem infirmitatem, quod magis fervido, & exilianti solis ardori Bætica Provincia, quam Galliae Narbonensis, que temperantior est, tribui & potest, & debet; in cuius illiberi, seu Caucoliberi Episcopi Cathedram constitutam nec vidimus, nec legimus, nec reperita omnium seculorum memoria tale quidquam agnoscimus. Tres enim existant satis vetustæ Episcopatum Hispania, & Gallia quidnam divisiones, quarum prima Constantino Imperatori, altera Theodemiro Regi Suevorum, postrema Vvamba Regi Gotthorum accepta refertur: in nulla harum Episcopum reperto Caucoliberis. Nam eorum, qui subiiciuntur Archiepiscopo Narbonensi, octo Sedes sunt, Beterris, Carcasona, Tolosa, Agata, Lateva, Magalona, Nemausus, Elna, cui Caucoliberis paruit semper, & paret, & de cuius Cathedra siluerunt Rodericus Archiepiscopus Toletanus, & Rex Alfonſus X. Hispanicarum Antiquitatum accuratissimus investigator, & cum his reliqui fideles, ornati, & graves prisci ævi, vel Scriptores, vel Testes, neutquam omisi, si in eis Provincia, vel Urbe esset Episcopatus institutus. Qua de causa ms. quibusdam Codicibus D. Laurentii, Ecclesiæ Toletanæ, & Ovetensis, qui referentes antiquam Episcopatum Hispania divisionem a Vvamba Rege factam, Caucoliberim inter Sedes subjectas Archiepiscopo Narbonensi commemorant, hac in parte non satis acquiesco. Nam in aliis ms. quos habeo eximiæ vetutatis, & fidei dignitate venerabiles, nullæ alias Episcopatum Sedes recensentur, præter eas, quas Rex Alfonſus expressit in Historia Hispania generali: ideoque citatos Codices ab exscriptoribus esse depravato, eo magis, non temere divinare, sed satis probe conjicere licet; *Voletanos* quidem, & *Ovetenses*, quod cum reliquarum Sedium terminos ab Oriente ad Occidentem, a Septentrione ad Meridiem præscriberent, Caucoliberis proprios non attingunt; nec cui sit illa confinis, adsignant, nec simpliciter Caucoliberim recentent, sed Tolosam, aut Caucoliberim sub disjunctione: manifestum ignorante exscriptoris indicium, qui Tolosam appellari etiam Caucoliberum (sic enim illam nuncupat, non Caucoliberum) se scire, aut ignorare potius significavit; quod & factitavit, cum Elnæ meminit: nam illam Elnam vocavit, vel Elnam, hærens quo eam nomine appellare debuit; Codicem autem Divi Laurentii, qui dicitur Hispalensis, quod omnem Tolosæ memoriam omiserit, & ejus loco substituerit Caucoliberim, cum Tolosam sit certum Episcopatus Sedem ab ipsis Apostolorum temporibus nobilis semper habuisse, & Caucoliberim ea semper caruile, multo certius. In tam exiguo enim intervallo, quo distat ab Elna Caucoliberis (vix enim abest IV. M. P.) duas Episcoporum Cathedras Regem Vvambam constituisse, haud facile abducatur, ut credam: cum reliqua omnes multo majori spatio interjecto, & ab ipso, & majoribus semper constituta fuerint. Quam tandem sententiam inde comprobaverim, quod non solum Plinii d, & Pomponii Melæ d Lib. 3. C. 3. tempore, ut uterque adfirmat, nec Constantini, & Vvambæ, sed & multo post, usque ad Lib. 2. C. 5.

a Concil. His-
p. C. 1.

b Divisio eff.,
quam Vvamba
acceptam refert
Rex Alfonſus
decimus in His-
p. Ge-
neral. Par. 4.
Cap. 51.

c Ex Marcellino Theodosius
apud D. Ifidor.
in principiis Li-
bris de Scripto-
bus Ecclesiæ
ficiis, in Vita
Qviris Episcopi
Cordubensis.

In Illyberi
Narbonensi nec
Cœlium hoc
habitum, nec
Episcopi Ca-
thædra consti-
tuta unquam
est.

ad statum Lotharii Regis Francorum ea Illiberis diruta fuerit. Vvifredus enim Ruscinonis Comes, a quo Ruscinonenses Comites fluxere, ejusdem Lotharii Francorum Regis permisit, Gaucoliberim Oppidum desertum, eversum, prolratum, restituendum, quinto condendum denuo curavit; cui annuit Lotharius Rex, illique, & postteris ejus regia liberalitate Oppidum condonavit; quod situs accessu, & portus appulsi Ruscinonibus esset commodissimum; quod actum est anno Domini ccxxxci. ut Hieronymus Surita, a Aragonice, & totius Hispaniae Antiquitatem literate peritus teltatur.

a Hieronymus
Surita lib. 1. de
rebus gestis Re
gum Aragonie.
b Joannes Epis
copus Geran
denii, Vasse
us, Stephanus
Garibay, Il
lecas ubi sup
ra. abdora an
tiqua, seu Ab
dora, ut Ptole
meus, nunc Al
meria.
Charidemum
Promontorium
hodie.

Cabo de Ga
tes.
Leve mendum
tollitur a Con
cil. Tolet. 3. in
subscriptione
Petri Epis
copi Illiberitan
pro quo repon
endum Ab
deritanus.

c D. Gregorius
lib. 3. Dialogo
n. 3. &
lib. 7. registri,
indictione 2.
Epist. 126. ad
Reccaredum.
d D. Isidorus
in hisp. Go
thorum.
e Alfonus Rex
in hisp. gener.
Hisp. lib. 2. c. 4.
Leve mendum
tollitur a Con
sil. Tolet. 3. in
subscriptione Mu
rila Episcopi
nam non nisi
Eccl. Valen
tina Episcopos,
ut CC. quidam
m. habent nec
Amalensis, ut
graviori men
di exar apud
Sutum, & ali
os, sed Palen
tine Eccl. ex
emendationis
ms.

f D. Hispan
f. de Viris Il
liberibus in vi
ta Cononii Pa
lentini Episcop
pi, aut: Conon
nius, qui post
Meritanum,
Eccl. Palen
tine sedem a
depus est. Di
xit Meritanum
ditionem Go
thicorum om
nia finita in a
in obliquis ca
pibus terminat
in: ut Egi
canem. Viam
g. Et.

Nec pluris refert, quod recentiorum & plures non solum in Illiberi Narbonensi Se
dem Episcopalem constituerint, sed Concilium hoc in ea coactum contanter allevera verint.
Nam in re vetuta, & gravi, antiquorum, quam recentiorum auctoritas majorem mihi fi
dem facit; cum Historia praesertim Regis Alfonsi x. a qua antiquorum Episcopatum Sedes,
& Urbes illi repeterunt; de Episcopo Illiberitano Narbonensi, nullam (ut dixi superius) mentionem fecerit. Quod autem nota sunt quia id ex subscriptionibus Toletani Concilii ter
tii, in quo est una Stephani Illiberitani, altera Petri Illiberitani, utriusque (ut putant)
Illiberis Episcoporum, non satis apud me ponderis habet: nam in milioribus Codicibus,
Petrus non Illiberitanus, sed Abderitanus Episcopus legitur. Fuisse autem Abderitanum Epis
copatum in ea parte Beticæ provinciæ maritima non procul Charidemum promontorio, quam
hodie Almeriam vocant, inter noltros convenit; ejusque civitatis primus Episcopum fuisse,
S. Ctesiphontem B. Jacobi Apostoli Discipulum At Petrum non Illiberitanum, sed Abderitanum Episcopum fuisse, convincit Concilium Hispalense i. ex ejusdem provincia Hispalensis Episcopis convocatum, quod eodem fere anno, quo Toletanum tertium, habitum est, in quo ex
stat subscriptio ejusdem Petri Episcopi Abderitani, & altera ejusdem Stephani Illiberitani. Nec est consentaneum, Stephanum, aut Petrum, ex Gallia Narbonensi adventasse, ut interest et Concilium Hispalensi, in quo nulli alii præter Suffraganeos Hispalensis Ecclesias interfuisse leguntur. Interfuerunt enim Leander Hispalensis, Joannes Agabrensis, Agapitus Cordubensis, Stephanus Illiberitanus, Basilius Tuccitanus, Petrus Abderitanus, Sintius Italensis.

Sed quamquam Petrum, non Abderitanum, sed Illiberitanum Episcopum fasile per
mittams non tamen inde in Illiberi, seu Gaucoliberi, Episcopum fuisse mihi persuadebo; quod a c Gregorio Migno, d a D. Isidoro, e ab Alfonso Rege, f & Roderico Archiepisco
po Toletano percepserim, Leovigildum Gothorum Regem, ante inductionem illius Concilii, Ariane impictatis infectum errore, gravem, & acerbam in Christianos exercuisse perse
cutionem, & Episcopos Catholicos suis Sedibus exturbasse, alii Ariani in eorum locum
susfectis. Paullo autem post, cum singulari Dei providentia defuncto Leovigildo, Recare
dus Rex primus ejus filius, abjurata haeresi Ariana, Divinarum Personarum æqualitatem, &
reliqua Catholicæ religionis mysteria catholice amplectetur; piisque & religiosa tam ipsius,
quam Leandri Hispalensis Episcopi solitudine, Gothorum gens tota eandem Arii impie
tatem, qua tredecim annis supra ducentos infecta fuerat, primum abjeceret: opus tunc fuit
ad abjurationem erroris inverterati, (abjurarunt enim illum in Concilio, Episcopi, Presbyte
ri, & Diaconi Ariani resipescentes, & omnes Proceres Gothorum seculares, ejusdem antea
erroris sectatores, ut appareat ex eorum abjuratione, præcipio ejusdem Concilii Toletani
111. præfixa), ad confessionem Catholicæ Fidei exprimendam, Concilium, ut vocant, Na
tionale ex omnibus Hispaniarum provinciis convocari, & in eo Episcopos omnes adeisse, tam
haereticos, quam Catholicos; ut adfuerunt hac ipsa de causa Dertosana Ecclesie duo Epis
copi, Julianus, & Froisclus: Valentia alii duo, Vivilisclus, & Celsinus: Murila vero,
quem ejusdem Ecclesie tertium Episcopum adjiciunt editi Codices, & quidam alii ms. Palan
tinæ Ecclesie fuit, (non Valentia, ut alii ms. emendatores testantur, quibus consentit D. Ildephonsus, g) Tudensis Ecclesia Beccila, & Nitigilis, eti pro Nitigilio Panthardus Bra
carensis subscrivit, ut quosdam alios Arianos omittamus; a quibus, ut discerni, &
internoscit possent in omnem posteritatem Catholici, solebant Episcopi Hispani, cum subscri
bebant Conciliis, Sancta se, vel Catholicæ Ecclesiarum Episcopos, addito Ecclesiæ Urgellitanæ,
Bracarensis, aut aliarum nomine, subscribere: non quod putarent Ecclesias Hispanæ, Ca
tholicæ, hoc est universalis, auctoritate præstare, sciebant quippe hoc tuæ Sedi solum re
serva se Christum, sed ut Catholicæ Fidei cultores, & Catholicarum Ecclesiarum Episcopos,
non Arianarum se esse, pie, & catholicæ profiterentur; quod & in sepulchrorum monumentis
incidi, inscribique volebant. Ad conventus autem Ecclesiarum quod attinet, & subscriptio
nes in decretis, non ignorabant Episcopi Hispani Toletano Concilio convocati Canones Con
cillii Nicæni, duos in eadem Urbe Episcopos, aut esse, aut vocari, prohibentis; ideoque non
posse in eodem Concilio duos ejusdem Urbis Episcopos adesse, & subscribere, Arianum præ
sertim unum; & alterum Catholicum: sed pacis, & unitatis Christianæ gratia, illud in His
pania Catholicæ Ariani Episcopis permittebant: quemadmodum in Africa Donatitii Catholicæ.
In conventibus enim publicis, Collationes illi vocant, convenientib[us] omnes, & subscribebant
tam haereticæ, quam Catholicæ: cum, quia causa publicæ erant, & ab omnibus æque tractari
ut ab omnibus æque acceptarentur, æquum videbatur: tum ut experirentur, an lana doctrina
na, an manuetudine, & pietate Catholicorum Episcoporum ad unitatem Ecclesie, haereticæ
tandem Episcopi, & suo exemplo reliqui revocarentur. Quod ut facilius consequi posset, nor
recusarunt Catholicæ Donatitii æquorem, & utiliorem aliquando deferre conditionem: obtu
lerunt enim illis in Collatione, se dignitate abdicatu[us], si convincerentur: sin auren
tient, permisuros, & gratiam faciuros Donatitii resipescentibus, ut eundem Pontificii mun
eris honorem, & dignitatem cum ipsis retinerent, ut in eadem Ecclesia duo tolerarentur Episcop
tan-

tanquam collegæ, ut & olim Roma Consules: Ita tamen ut esset inter eos, velut jus quondam
accrescendi, ut qui prior decederet, socium relinquere in solidum sue dignitatis hæredem,
Auctore Augustino. Remedium id tunc salutare visum est, ut Episcopis Donatitidis, quos am
bitio retinebat, spes aliqua honoris, si resipiscerent, objiceretur; detrahareturque timor in
famæ, & ignominiosæ abdicationis futuræ, si ad Ecclesiam Catholicam redirent, ut Episcopi
Africanæ teiantur. Quorum judicium non displicuit Miltiadi Romanæ Urbis, & Orbis Epis
copo, refert Augustinus. a. Cum enim ex sententia suorum collegarum Miltiades Donatum, ut
Auctorem tanti schismatis damnasset, Donatitii resipicentibus sic eum pepercisse ait Augustinus;
ut sanitatis recuperandæ optionem liberam eis faceret; paratus communicatoria literas
mittere, etiam his, quos a Majorino ordinatos esse contaret; ita ut quibuscumque locis duo
essent Episcopi, quos diligenter geminaret, cum confirmari vellet, qui fuisse ordinatus prior:
alteri autem eorum plebs alia regenda committeretur. De qua sententia loquens Augustinus,
exclamat: b Quam innocens, quam integra, quam provida, atque pacifica! O virum opis
sum! O filium Christianæ pacis! O Patrem Christianæ plebis! Ipsi quoque Nicæni & Con
cili Patres cum agerent de Novatianis, idem tribui postea consili sunt. Africani, qui jam aliquot
annis Ecclesiæ gubernationem in Oriente occupaverant, & de ea possessione, si serio re luci
nolent, decidere a Theodozio jubeantur, no dissimilis conditio fuit oblata. Quo tempore
Meletius, quem Africani primum suarum partium esse conûdebat, cum ab Eudoxio Antio
chiae Episcopus inititus, repente præter spem Arianorum, Nicæni Concilii decreta ample
ctetur; & eorundem suasu a Valente Imperatore in exilium missus est: post vero, cum illo exu
lante, Lucifer Caracallorum Episcopus Romanæ Sedis Legatus Antiochiam ventisset, ut civium
sedaret dissidia, in eaque Paulinum Episcopum secundum crearet; quod Meletii in institutionem,
& ab haereticis factam, vanam, & irritam esse duceret, regnanteque Gratiano, Meletius ab ex
ilio revocareretur, gravissimi tumultus duorum Episcoporum imperio in civitate, & Ecclesia exci
tati sunt, quos similis pacavit concordia: conventum enim est inter eos, ut societatem ejusdem
Episcopatus ambo retinerent, ea lege, ut altero mortuo, alter qui supereret esset, in soli
dum maneret Episcopus; ut Socrates d. tradit, Nicæphorus e, Sosonius f & alii.

Nec solum liberalerem hanc honoris, Pontificiæque dignitatis communionem soliti sunt Epis
copi Catholicæ haereticis deferre; sed & alteram aliquando addiderunt, non relatu tantum, sed
exemplo, & imitatione dignissimam, quam idem Augustinus & recenset. Aucelii enim Sylvani,
& Catholicorum Episcoporum epistolam, cum ad Marcellinum referret, hoc ad finem
commemorat: Quod si fratre populi Christiani singulis delectantur Episcopis; & duorum con
sortium instata rerum facie trare non possunt: utrique de mediis discedamus; & Ecclesiæ sin
gulis dampnata schismatis causa in unitate pacifica constitutis, ab his singulis in Ecclesiæ sin
gulis annuentibus unitati factæ per loca necessaria, singulis constituantur Episcopi. Augusti
nus Episcopus dixit: Dicam charitati vestre, & commemorem rem dulcissimam, & suavis
quam, Domino adjuvante, sumus experti: cum ante ipsam collationem inter nos
aliqui Fratres de hac re colloquerentur, quia pro pace Christi Episcopi debent esse, aut debent
non esse: quod vobis futendum est: circumspicientes omnes Fratres, & Episcopos nostros, non
facile nobis occurrebat, qui hoc velle suscipere, & de hac humilitate Domino sacrificare:
dicebamus, ut fieri solet, ille potest, ille non potest, ille consentit hoc, ille non tolerat:
loquentes magis pro suspicitionibus nostris, qui corda illorum minime videre poteramus. Qyan
do autem ventum est, ut hoc palam fieret, in Concilio universorum, tam frequenti pene tre
centorum Episcoporum; sic placuit omnibus, sic exarserunt omnes, ut parati essent Episcopos
cum Christi unitate deponere, & non perdere, sed Deo tutius commendare; duo ibi viri
inventi sunt, quibus dispergeret, unus annos senex, qui hoc etiam dicere liberius ausus est;
alter voluntatem suam tacito vultu significavit: sed postea quam illum senem liberias hoc dicen
tem obruit omnium fraterna correptione, illo mutante sententiam, vultum etiam ille mutavit.
Hæc Augustinus. Quæ ideo lubentis recitavi, quod non præclarum tantum, & illustre præ
beant exemplum modestia, & charitati Christianæ, sed in primis utile, quoties de Pontifica
tu certetur, & ambitio contendentium perturbanda Ecclesiæ causam dederit.

Fuit & altera eligendi secundum in eadem civitate Episcopum ratio, ut priorem estate,
morbo, vel debilitate confessum, consilio levaret, auctoritate foveret, & auxilio confirma
ret. In Africa enim D. Augustinum, Valerii Episcopi Hipponeensis collegam, & Coepiscopum
creatam esse quis nesciat? etsi ignotum sibi Canonem Concilii Nicæni ille postea asseverasset.
Eaque de causa Posidius h narrat, eum cum Episcopus esset, publice recitari sepius Canones
Nicæni voluisse, dedisseque operam, ut cum Clerici, vel Episcopi ordinarentur, decretum
Conciliarium eis ab Episcopis ordinatoribus repeterentur, quod statutum est Concilio i Car
thaginensi III. sancta, & docta Augustini ignorantia decreto cauam dante, & propria deinde
auctoritate confirmante.

Ex quibus palam consequitur, nec documentum certum, nec conjecturam probabilem ex
subscriptionibus Concilii Toletani 111. erui posse, ad probandum Illiberis Narbonensis Epis
copatum, quod duplex in illo sit Episcopi Illiberitani subscriptio, quod animadvertis, & observa
ri cupio, ad eam ambiguitatem tollendam, quam duplices hujus, & aliorum Conciliarium sub
scriptiones doctis aliquando hominibus pepererunt.

Quod si acrius instent, urgeantque subscriptionem Orontii Illiberitani Episcopi in Con
cilio Tarracensi, existimantes, illum Narbonensis Illiberis, non Beticæ Episcopum fuisse, quod
in Concilio provinciali Tarracensi Episcopus Beticus interesse non posset; nihil magis impe
diat: quod Concilium illud ex aliis, quam Suffraganeis provinciæ Tarracensis coactum, ipsius
Orontii Illiberitani Episcopi subscriptio probet, & confirmet. Inter Sedes enim subjectas Ar
chiepi-

Cur Sancte, &
Catholicæ Ec
clesie Epis
copos, scilicet Spa
ni aliquid
nuncupaverunt
in Concilio To
letani z. 3. &
7. Hispalensi 1.
Emeritensi, &
Narbonensi,
quod eodem
tempore Rec
caredi Regis
habitum est,
non dum edic
ta manucripta
apud nos. Con
To. et. 12. can.
4. hujus Can
onis m. m. n. :
extat integer
apud Alionum
Pisanum, lib.
3. de Actis Cö
c. 1. Nicæni .
Can. 12.
Donatistas sub
scripti, in Col
lat. onibus, Au
tor est D. Au
gustinus, post col
lationem. Cap.
11. ne propri
is ipsorum li
teris consigna
da resercent
aderent, postea
inflat, & inci
pientes plo
priis potest
revinxi subsec
ptionibus.
a D. Augustin.
in Breviculus
collationum in
princip. Cap. 5.
Episcopi Afri
cani in Concil
io, quod vor
cam Africanu
Can. 35.
b D. Aug. in
Epist. 162. ad
Glorium, &
Eusebium.
c Concil. Nicæ
num Can. 8. sed
Iuberius C. 18.
corum quos ex
Aravica lin
guam in Latinu
convertit Al
fonius Pisanus
lib. 3. de Actis
Concil. Nicæni.
d Socratis lib.
5. Hisp. Eccle
sia. Cap. 5.
e Nicæphor
Lib. 12. cap. 3.
f Sosom. Lib.
7. Cap. 3.
g D. Aug. in
Lib. de Gessis
cum Limerito.
h Poffidius in
vita D. Aug.
Cap. 8.
D. Aug. Epist.
110. Poffidius
ibidem Cap. 8.
i Concil. Car
thagin. III.
Quod in Con
cilio Tarraco
neni Illiberi
tanus Epis
copo,

pus interfuerit & alii Conciliis, ex diversis Provinciis ali.

chiepiscopo Tarragonensi, Illiberis, aut Caucoliberis mentio non fit. Illæ enim sunt, Dertosa, Cæsarautigula, Turiaso, Calagurris, Auca, Pamplona, Osca, Ilerda, Barcino, Egara, Aufa, Gerunda, Empurias, Urgellum. In vetusto Codice manucripto adduntur Ictosa, & Insula Baleares, Majorica, Minorica, Formentera, Uzeta: Illiberis autem, vel Caucoliberis memoria nulla. Quinimmo idem qui Episcopatum in ea Illiberi fuisse contendunt, subiectum Narbonensi Archiepiscopo, non Tarragonensi asseverant. Utcumque ergo sit, conitat sane, Tarragonense illud Concilium, ex ejusdem solum provincie Episcopis convocatum non fuisse: cum Hector Episcopus Carthaginensis Metropolis in illo pariter subscripterit: quem parvise Tarragonensi, aut Narbonensi, nemo eruditus affirmaverit. Quare autem Hector, & Orontius diversarum provinciarum Episcopi Tarragonensi interfuerint, expedita ratio est. Cum Gothorum eni, Suevorum, Vandalorum, vel quod gravius fuit poitea, Arabum irruptionibus Urbes Hispania, & Ecclesiæ everterentur, remanebant Episcopi eis ante praefecti, & qui denuo creabantur, nomine tenus, & titulo insignitæ cumque proprie Diœceseos finibus exterminarentur, cogebantur interdum vagari, Regum, & aliorum Principum Ecclesiasticorum patrocinium requarent; & quibus singulari benevolentia, humanoque, & civili cultu peregrinos Episcopos suscipiendo, antiqua fuit, & benigna satis Oii Episcopi Cordubensis sententia, universi Concilii Sardicensis consensu, & auctoritate comprobata: quam cum pari humanitate in Hispania nostrates Episcopi, ut a Christo primum, & ab Hispano postea Episcopo traditam receperint, omnia pietatis officia peregrinis Episcopis semper exhibuerunt, & si in ipsorum Ecclesiæ Concilia interim cogerentur, ad consultationem, & sententiam ferendam ipsos titulares Episcopos nonnunquam invitabant, quorum utrumque testatur Rodericus b Archiepiscopus Tolitanus: recensens enim eos, qui ad consecrandam Ecclesiam S. Jacobi convenient, & qui interfuerint Ovetensi Concilio, ea de causa, & pluribus aliis coacto, haec ait: *Rex itaque, vixi episcolis, gaudio est gavisus, constituit diem, in qua convenirent nobiles, & Mignates, & Pontifices, qui Ecclesiam beati Jacobi dedicarent, & celebrata Dedicatione, omnes cum gaudio ad propria redierunt, & fuerunt ibi in Dedicatione multi Episcopi, V. centus Legionis, Gomellus Asturicensis, Hermegildus Ovetensis, Didacus Tudensis, Ezilo Auriensis, Sifnandus Irensis, Reccaredus Lucensis, Theodoreus Britonensis: horum Civitates jam per Dei griam a Christianis possidebantur. Fuerunt ibi aliis Episcopi, quarum Civitate aliquæ ab Arabibus tenebantur, Janes Aucensis, Dulcidius Salmanticensis, Jacobus Cauriensis, Faustus Coimbricensis, Ardimirus Lamencensis, Theodemirus V. sensis, Guimagus Portugalensis, Argimirus Bracarensis, Heleca Cesarium gustinus: horum Urbes, eti aliquando Asturiarum Reges obtinuerunt, propter impotentiam retinendi, ab Arabibus occupatae, aut retensa, aut diruta remanserunt usque ad tempora Aldephoni, qui cepit Toletum. Et eorum Episcopi ad Asturia fugientes, tam in Civitate, quam in Diœcesi Ovetensi, partitis sibi territoriis, ut pterant, vicitabant. Vide in aliis Litteris antiquis Oveten dicuntur Civitas Episcoporum; transactis autem XI. mensibus, predictus Rex una cum uxore, & filiis, Episcopis, Comitibus, & Magnatibus, auctoritate Domini PP. Joannis Ovetum ad celebrandum Concilium convenerunt: in quo cum univerali convenientia, Civitas Ovetensis dignitate Metropolitica insignitur, & Hermigildus in Archiepiscopum sublimatur, quia Hispania captivatis quinque Sedibus Metropoliticis, filebat offici. Metropoliticus desistuta. Invictantur enim b. stilitate fugati intra Asturianum angustias Prælati, qui gladium effugerant, confugerunt, & ut tanta angustia tolerabat, antiqua Toletani Conciliæ instituta feliciter contulerent, Ovetensem Ecclesiam, & ceteras, quibus jam ut Metropolis præmirebat, ordinabant, juxta Canonum suæctiones, multisque secundum Deum utiliter ordinatis, soluto Concilio, ad propria redierunt. Quod si nomine simul, & dignitate Episcopi potirentur, soleba it aliquando, vel cura, & solicitudine negotiorum Ecclesiæ, vel exilio ab Ariani indicti causa, ab Ecclesiæ propriis absente, & in aliis commorari, temporum vicissitudini, & gravi rerum necessitati cedentes. Si vero Concilia in his indicabantur, ut eis intercesserit, a Metropolitano rogari solebant, hi præfertim, qui pietate, prudentia, & literis præstisserint. Quia de causa in Concilio Toletano II. coacto ex ejusdem solum provincia Episcopis, subscriptis Maraciniæ Episcopum hac formula comperimus: *Maracinus in Christi nomine Episcopus, ob causam Fidei Catholicae, in Toletana Urbe exilio deputatus, sanctorum Fratrum meorum constitutionibus interfui, relegi, & subscripsi, die, & anno, quo supra*. Cum exule Maracino subscripterunt Nibridius, & Jutus: alter Egarenensis, alter Ugellitana Ecclesia Episcopus. Nibridius sic: *Nibridius in Christi nomine Ecclesia nostra Egarenensis Episcopus, hanc constitutionem Sacerdotum meorum in Toletana Urbe habitan, cum p. aliquantum temporis advenisse, salva auctoritate prætorum Canonorum relegi, probavi, & subscripsi*. Jutus autem sic: *Jutus in Christi nomine Ecclesia Catholicae Ugellitana Episcopus, hanc constitutionem Confessorum meorum in Toletana Urbe habitan, cum p. aliquantum temporis advenisse, salva auctoritate prætorum Canonorum, relegi, probavi, & subscripsi*. Qui Egarenensis, & Ugellitana Ecclesia Episcopos Tarragonensi Metropoli sciens subjectos, & exilio, vel negotiorum causa a propriis Ecclesiæ absentes, Concilio Provinciali Toletano interfuerit; cur miretur Tarragonensi Concilio, & Gerundensi Orontium adfuisse Illiberitanum? cum idem Nibridius Egarenensis, qui adfuit Tarragonensi, huic II. Toletano non multo post interfuerit: neque in reliquis Conciliis Tarragonensis provincia, Illiberis, aut Caucoliberis Episcopum subscriptis, aut inter nissे observo: nec in his, quæ in Gallia Narbonensi coacta sunt. Si in Caucoliberi enim Episcopatus fuisse in statu, nonne Conciliis Agathensis, Lugdunensis, Valentini Galliæ, Matronensis, Arauicanis,*

a. Ofiis in Concilio Sardicensi Canone XXI.

b. Rodericus Archiepiscopus Tolitan. Lib. 4. Histor. Hispan. Cap. C. 18.

Cur Ovetum dictum civitas Episcoporum. Episcopos etiam peregrinos. Episcopis civitatis sed quan veniente invitati ac concionandum, & consecrandam oblationem organica iacet Ecclesia confundendo, Concil. Carthagin. iv. confirmata Canone 33.

vel Arelatensis saltem, aliquando ejus Antistites interfuerint? cum non ex proximis Tarragonensis, aut Narbonensis, sed ex ultimis Bæticæ, & Lusitanæ provinciæ finibus illis interfuerit sciamus? ex Emerita Liberum Episcopum, Florentinum Diaconum; ex Civitate Orcellis Najalem Presbyterum, Ceterum Diaconum; ex Bætica Sabinum Presbyterum, ut omittamus ex Corduba Olum, & ex aliis provinciis aliis, quos præsentes fuisse primo Arelatensi a, auctor est Augustinus b. Omnia igitur vetusta antiquitatis monumenta, quæ Illiberi Narbonensi honorem hujus Concilii, aut Sedis Episcopalis auctoritatem non obscure denegant; eadem profecto Illiberi Bæticæ apertissime illa deferunt, tribuunt, concedunt, confirmant.

COMMENTARII NOVI.

Sunt, qui duas in Hispania hoc nomine fuisse Urbes putent: unam, quæ in provincia Bætica propria Granatam, insignem nunc apud Hispanos civilium refum convenientem in culmine montis Elviræ sita est, ut ex multis ejus ruinis constat: alteram in provincia Narbonensi nunc Colibre appellatam. Alii vero inter utramque distingunt, ut ea, quæ est in Bætica Elberis tantum, sive Elberio, cum E. dicatur: Narbonensis vero illa Illiberis. Sedem, quæ quæ nunc Granata est, probant D. Barrientos nostri Lyæsi Salmanticensis Matheus Cathedra moderator, Lib. De Comitiis, Cap. 11. Moya Lib. 2. Astronom. Cap. 1. A. Nebrixa in Diction. De nomin. Civit. L. Marin. Sicul. in Historia Reg. Cathol. Cap. De nomin. Gran. Joann. Molan. in Not. ad Usuard. 15. Maij, Illescas 2. p. Pont. Cap. 20. §. 2. Alii quos cumulat Bermudez de Pedraza, in Hisp. Grau. Cap. 6. 1. p. quibus addo egregium Virum Tamayum a Salazar in Martyrolog. Hisp. die 1. Febr. 4. Maij, & 17. Augusti, & Gregorium Lopez Madera in Sacro suo monte Gran. Cap. 23. ad quem tanquam digito ad fontem intentio te remitto. Quorum sententia suadetur ex vetustis lapidibus, non ex Illiberi collis, sed ipsius Urbis Granatae visceribus erutis, quos præ magnitudinè, & pondere aliunde asportatos non feres. Ultra exaratos in præsentiæ Mendoza, duorum inscriptions transcribere non gravabor; est aliud in via publica prope Cartusianorum Cœnobium, cuius hæc epigrapha:

ILLIB. VESP. IN HON.
HIEROS. BELL. DE
LIT. GEN. HVMAN.

Alius est in Regia Maurorum Albambre turri, qui ita habetur:

SER. PERSIVS. OB. HONOREM,
VI. VIRATVS. FOR. II. BASILI.
CAI. III. CONS. ITER. BLICIS.
HOSTIBVS. PECUNIA SVA
EX. V. NAIADI. RESTITVTIS.
NATAIDI.

Alios recenset lapides P. Higuera in Not. ad Luitprand. anno ccii. & plures audivi esse Illiberitani nominis in ipsius Civitatis publicis viis, multisque domibus, qui Illiberim ibi fuisse commonstrant, unde ipsi eruntur; sed nullum ex Illiberito colle emersisse, audivimus, quo ibi unquam Urbs Illiberis sita probetur. Præter inscriptos lapides, idipsum muta etiam mœnia, columnæ, Templorum rudera, & Divorum imagines convincunt, quæ tellus ipsa, ut testes pro antiqua Illiberi in dies parturit, & ejus situm, solumque alium non esse, quam quod caput exercit Granata, deducet facile, qui fines Illiberitanos ex

B.

Mauri

a. Ex subscriptionibus Concil. Arelaten. II. que primo et a restituende sat.
b. D. August. Lib. 1. contra Epist. Parment. Cap. 4.

Mauri Rasis historia, cuius titulus, *Terrarum Hispanicarum divisio*, perpendat. Hec ejus verba sunt: *Eliberia Ciudad grande, erica por la multa seda que bi se trae de todas partes de Espana cita se fenza mil passos de Cordova, e seis mil passos de la Sierra de la Glazada, e por medis de ella passa el río Salón (nunc Daurus) que nace del mont del Arrayham, e entre sus arenas se ballan granos de oro con el se iauia lug, otro mayor llamado Singilis (Genil) que bana del minto de Blada.* Refert Bernard. Alderet. In orig. ling. Cufst. Lib. 3. Cap. 13. quæ omnia solo ipso, ac situi, quo nunc Granata, convenire quis dubitat? Sed rem mihi satius probaram reddidit Julian. Petr. in *Advers* num. 163. *Granata nomen impositum a conditoribus Damascen. id non retinet a tempore Julli Cæsaris, dictus ejus Praeful Sanctus Cecilius, nunc Episcopus Granatensis, nunc Illiberitanus.* Scio, de antiquitate nominis *Granata* dubitare non nullus; sed eis satis superque respondent eruditissimi Viri Gregorius Lopéz dicto Cap. 23. Tamayus a Salazar in *Martyrol.* die 7. Januar. 5. & 24. Aprilis, die 7. Maii 7. Iulii, & 17. Augusti. Nec favet Auctoribus contraria sententia porta, quæ eit hodie *Granata*, & vulgo appellatur *de Elvira*, quasi per eam ducerentur viatores in Illiberim, seu Eliberi: nam insolens non est, ut *Civitates habeant portas eisdem nominis, ubi sunt, ut de porta Romana dicta in ipsa Romæ Urbe refert Varro lib. 4. De lingua Latina.*

Constat ergo, Concilium hoc Illiberitanum fuisse celebratum Illiberi, Illiberisque esse, ubi nunc extat Regia Urbs Granatensis, quod expreſſe fatentur Carolus a S. Paollo in *Geographia sacra*, Lib. 2. verbo, *Illiberis, in hac verba: Illiberis fuit in ea parte Bætica, ubi nunc est Granata, in qua Civitate celebratum fuit Concilium Eliberinum, seu Illiberinum anno Christi CCCV.* Marieta Lib. 22. *Histor Hisp.* Cap. 148. illuc: *Cum esset Pontifex Sylvester, celebratum fuit Concilium Provinciale XIX. Episcoporum in Granata,*

C A P U T S E C U N D U M.

De tempore Concilii Illiberitani.

Sicut nonnunquam nimia celebritas rebus maximis oblivionem inducere, quod illas consilium literis, tanquam vulgo notissimas, ejus aetatis Scriptores contemnunt, putante illum, & egregiam rerum gestarum memoriam, infixam hominum animis sempiternam fore, nullaque temporis diuturnitate delendam. An autem tempus ea de causa in hoc Concilio prætermilium fuerit; an vero Episcoporum, Notarii scriptoris, aut exscriptoris notanda negligentia, an data opera, prudentique consilio, ne ethnicis Imperatoribus, & hos sacros conventus sub gravi poena interdicentibus, notum foret ex temporis adjectione, Decreta non antiqua, sed recens edita fuisse, facile non dixerim. Ut cumque res habeat, illud sane conitat, de tempore hujus Concilii, ut de re multis vetustatis tenebris involuta, Scriptores adhuc non immerito dubitare; quod profecto eruditus non mirabitur, qui novit, nec ipsos Romanos olim de annis Urbis condita inter se ipsos consentire potuisse; veroque esse consentaneum, quod inter gentes scripsit ille, solos Deos, neque aetate senescere, neque mori, reliqua omnia tempore obrui, consumi, atque perire. Magdeburgenses omnes, tam vero impietatis crimen damnandi, quam fallo eruditonis nomine glorioli (adeo enim de communi, & propria eruditione, antiquo Gnosticorum more gloriantur, ut vetustissima Omnia Ecclesiæ monumenta e tenebris reddidisse luci, vanissime se venditent, & imprudenter) tempus hujus Concilii, teite Arnaldo Pontacho a Episcopo Vasetenensi ad annum Domini DCC. referunt, non dispari, ut opinor, impietatis, quam infectiæ errore obsecrati. Dolentes enim, & Divinas, & Apostolicas traditiones, quas graviter ipsi impugnant, & ins-

D. Aug. refert in Libro uno ad *Donatistas*, post collationem, Cap. 17. in quibdam Cœliorū Codicibus, dicim, & Cōfides desiderati, exscriptorū magis, quam Episcoporum negligentia.

^a In *Chronographia*, sub anno Christi

DCC.XLIV.

stantur, unius hujus Concilii, utpote antiquissimi, auctoritate defendi, & confirmari: ut elevata veneranda antiquitatis majestate, Divinarum etiam traditionum vetustatem, dignitatemque elevarent, annos CD. & his, & illi impissime sustulerunt. Angli tandem callidiores usi mendacio, dignitati, & vetustati Concilii densiores tenebras conuant offundere. Adserunt enim, Patres hos Illiberitanos quadringentis abhinc annis vita defunctos, ut non gentorum spatium ex debita summa temporis detraherent. Sed adeo cratus, & putidus uterque hic error est in Historia adeo indignus, vel unius, nedum multorum lucubrationibus, ut proprio mihi jure poltulari videatur, non qui verbis reprehendat, sed Heractum potius aliquem, aut Democritum, quorum hic illorum rideat impudentiam, ille deploret incitiam: ut ex his, quæ mox sunt tradenda, vel ipsi Angli, & Magdeburgenses, si ignorant, addiscent; si non ignorant, erubescentes forsitan agnoscent. Inter Catholicos non etiam desunt, qui ut incertum Concilii nomen, sic tempus incertum, auctoritatem incertam, & incertam tandem scribant Religionem. Quæ omnia nos, & Cœlestis Numinis, & clementis tuæ auxilio, certiora paulo, & rationibus, & argumentis certioribus, vel evincere, vel indicare saltem conabimur. In antiquis Conciliorum editionibus, & recentiori Veneta nullum tempus certum prescribitur, sed habitum solum refertur circa tempora Concilii Nicæni, an ante, vel post, omittitur. Ambrosius Morales b ex duobus exemplaribus Tolestanis ms. Era ccclxi. coactum affirmat, quod incidit in annum Domini cccxxiv. Antonius Augustinus c ad annum Christi ccxxxv. plus, minusve rejicit, sed neutrum satis probaverim. Nam Concilium Nicænum, cui præfuit, postquam interfuit huic Osiris Episcopus Cordubensis, cœptum fuisse Coss. Paullino, & Juliano s. tum ex ipsius principio, tum ex Concilio Chalcedonensi dicitur est. Dum enim Nicænum Fidei Symbolum referret, hæc ex illo desumptum: *Consulatu Paullini, & Juliani Virorum Clarissimum Coss. anno post Alexandrum sexcentesimo trigesimo sexto, mensi, secundum Gracos Desii, die nono decimo, quod est usq; decimo Kalend. Juliarum, in Nicæa Metropoli Provincia Bitynia, Credimus in unum Deum &c. finitum vero Sylvestro Pontifice, ex ejusdem Rescripto ad Synodus Nicænam, qd Decretis subscriptis v. Kal. Novembri, liquido perspicitur.* Ut hinc preterea notetur antiquorum Scriptorum in inquirenda rerum, & temporum notitia perexiguum studium, dum Sozomenus^e, Nicephorus^f, Photius^g, Beda^h, & hunc sequutus Gratianusⁱ, Concilium Nicænum habitum dicant sub Julio Papa I. qui post Sylvestrum, & Marcum Ecclesiæ præfuit Romanæ, Constantino vii. (sic enim legi debet, non vii.) & Constantio Cæsare iv. Coss. Quia cum Constantius cum eodem Constantino iv. fuit Consul, jam vii. Consulatum implaverat Constantius cum eodem Constantio, anno Domini cccxxvi. Cum vero Constantius vii. & Constantius iv. fuere Consules, annus Domini agebatur ccxxix. Osiris autem non potuisse adesse Concilio Illiberitanum anno uno, vel duobus ante Nicænum, inde non colligi tantum, sed probari contendem, quod ante Nicænum Synodus, ante Arianam heresim, illum, & præsentem, & maxime familiarem habuerit Constantinus Magnus, auctore Socrate k, & eodem fere tempore Constitutionem de manumissionibus in Ecclesiæ ad Osium Episcopum direxerit datum xiv Kal. Maji, Crispo ii. & Constantino ii. Coss. Bos autem Consules fuisse anno Domini cccxxxi. Factorum Scriptores fidem faciunt. Multo etiam ante, cum contentio inter Arium, & Alexandrum Episcopum Alexandrinum de æqualitate Filii cum Patre excitata eis anno Domini cccxvi. ad eam sedandam, tum & illam, quæ inter Orientales orta fuerat de Pascha celebratione, missus Osiris est a Constantino, eodem Socrate teste, Sozomeno l, & Nicephoro m. Missum autem Osium anno Domini cccxviii. opinor, quod in Epistola Constantini ad Alexandrum, & Arium, quam reconsit Eusebiusⁿ, nuntios de dissidiis Alexandri, & ARII tunc ad se adfavit adventasse, cum iter, & profectionem ad Orientem pararet; at profectionem illam paratam eo anno, quo extincto Licinio Imperio competitor, summa totius Reipublicæ ad solum Constantinum delata est (quod in illud tempus incidit) ipse Constantinus est auctor in Edicto misso ad Provinciales Palæstinae relato ab Eusebio o. Seditiōne ergo sedare conatus est Osiris, Concilio generali Alexandria convocato, ut D. Athanasius q testatur. Sed eam cum sedare venerabilis senex non potuisset, reversus est ad Constantinum, quem de statu, in quo res erant, edocuit. Constantinus autem, re cum Sylvestro Pontifice Romano communicata, Episcopis universis Concilium Nicænum in sequentem annum ex illius auctoritate indixit. Nec eo tempore tantum, sed multo antea, ab Hispania Osium abfuisse constat. Cum enim Cœcilius Episcopus Carthaginensis, & Donatus a Cassis-Nigris hereticus, & schismaticus de cauſa Librorum, & schismate contendenter, cauſamque perlatam ad Constantinum per Annulimum Africæ Proconsulam ad Miltiadem Episcopum Urbis Romæ Imperator remitteret; eaque in favorem Cœciliiani contra Donatum definitur in Concilio Romano sub Miltiade, appellavit Donatus ad Constantinum; Constantinus vero, ut vel hac ratione lite terminata, pax redderetur Ecclesiæ, Concilium congregari curavit in Civitate Arelateni, ad quam ducentos, & eo amplius Episcopos, Hispanos, Gallos, & Italos confluxisse cum Episcopis Africanis, qui partes Donati, & Cœciliiani sequebantur, & quos adesse Concilio Imperator Constantinus præceperat, ex Augustino repetto Lib. i, contra Epistolam Parmeniani, Cap. 4. Et eam aliquando putaram fuisse cauſam absentia Osii ab Hispania, & Cordubensi Episcopatu; accersitum enim eum a Constantino Magno ad cauſam Cœciliiani discutiendam, definientiamque cum Episcopis Gallicis, Italicis, & Africanis, erat verisimile, nisi ante cauſam hujus exordia Osium cum Imperatore fuisse, ex Nicephoro comparsum, ut mox ostendam; cum Afros etiam, transacto Gaditano freto, iuxter Imperator, per Bæticam, & Tarragonensem in Galliam Narbonensem proficiſci, ut ex Epistola illius

Tom. II.

B 2

^a *Annales Cospus Anglorum Dialogo 4. de Anglis id testatur.*

^b Lib. 10. *Histor. Hisp. Capite 3.*

^c *Epiph. ad Hieron. Blancans rerum draconis Scriptorum, que subiungit illius Historie.*

^d *Aff. 1. De tempore Concilii Nicæni.*

^e *Sozomenus Lib. 1. Hisp. Eccl. Cap. 16.*

^f Lib. 8. Capite 14.

^g Lib. de *De temporibus Cap. 65.*

ⁱ Cap. Sexta Synodus 16. diffinit.

^k Lib. 5. Eccl. Cap. 4. *Constitutio Constantini ad istum extat in C. Theodos. Lib. 4. Tit. 7. de manumissionib. in Ecclæsa.*

^l Lib. 5. Cap. 15.

^m Lib. 8. Cap. 12.

ⁿ Lib. 2. de *Vita Constantini, Cap. 63.*

^o 2. *Apolog.*

^{Can} *Causa hec Ecclæsa ad Constantium sepe, tam a Donatis, quam Cathol.*

eis delata est, non jure ordinatio, nam Constantinus, & Principes omnes seculares omni potestate, & jurisdictione carebant Ecclesiastica, ut docet D. Athan. in Epistola ad fortitiam vita agentes, sed extraordinario & singulari exemplo ob temporis iniquitatem, & necessitatem, que non sine lege, legi carere dicitur, id eoque ab hereticis, hodie ad exemplum trahi non debet: quod ex eodem Constantino Aug. referit Lib. 3. contra Cref. 61. & epist. 162. scribit, id est Aug. Constantium Im. Arelat. judicium aliorum videbile Episcoporum redidisse: non quia jam necesse erat, sed Donatistarum perver- tam tantam im- putentiam co- libere. Quod & ipse Constantinus palam te status est, cu post sententia a Miltiade latam Donatistis rescripsit: O rabida furoris audacia: Et rursum: Petitis a me in seculo iudicium, cum quo ipse Christi iudicium expectemus.

Aug. d. Epist. & Optat. lib. 1. contra Parm. a. D. Aug. d. cap. 4.

b. D. Aug. in eodem lib. contra Parmen. cap. 5.

c. Sozom. lib. 1. h. Epist. Eccl. c. 15.

d. Aug. lib. 1. contr. Parmen. c. 8.

e. D. Aug. ubi supra c. 5.

f. D. Aug. in lib. mire Donatis c. 33.

g. Constantinus Imp. in lib. 1. tit. 1. de ace- u- lation. lib. 2.

C. Theodosian. h. Optatus lib. 1. contra Parmen. Nicoph. lib. 7. b. Epcl. Eccl. c. 42.

Concilium Illyrianum

12

ad Alasium, quam refert Massonus in Miltiade, compertum habeo. Cum Osio præterea ex Hispania alios evocatos fuisse, indicat querela Parmentani generalis adversus Hispanos, quam D. Augustinus dicto Lib. 1. contra Parmentanum recenset. Nisi dicamus, sicut Cæciliandum ab Afris, sic Osium ab Hispanis, vel de traditione Librorum, vel de favore præstito Cæciliiano, vel de alio simili criminis falso accusatum fuisse; nam inibi ejus causam, sicut alteram Cæciliandi finitam, scribit in eodem Libro, & conqueritur D. Augustinus: Quod enim, ait, de Osio dicunt Cordubensi quodam Catholico Episcopo, flagitandum est, ut provent, non solum talem illum fuisse, quem dicunt, sed quod talis fuerit, manifestum illis fuisse, quibus eum communicare afferunt: hoc enim nisi probaverint, frustra dicunt, se scis- se, qualis fuerit, quia nescientibus obesse non potuit, a quibus se ipsi innocentius separando, propter ipsam separationis sacrilegam iniqutatem, innocentes esse non possunt: hoc enim magis credibile est, si tamen Osus ab Hispanis damnatus, a Gallis est absolutus, sic fieri potuisse, ut falsis criminalibus Hispani circumventi, & callida insidiarum fraude decepti, contra innocentem ferrent sententiam, & postea pacifice in humilitate Christiana, cederent sententia collegarum; quibus illius innocentia comprobata est, ne perpicaci, & animoso perveritate priores suas sententias defendendo, in sacrilegium schismatis, quod omnia scelera supergraditur, cæcitate impietatis irruerent; sicut isti miseri fecerunt, & nec sero saltum toties divisi, atque concisi sentiunt quod fecerunt. Hispanos autem, qui Osium accusaverant, cessisse Concilii Arelatensis judicio, Osium aequo, ac Cæciliandum absolventes, addidit ipse Augustinus a contra Parmentanum: Nusquam isti se tam aperte indicarunt (loquitur de Donatistis) cur nec separati corrigi voluerunt, quam cum detestantur Hispanos, quod post sententias suas aliter prolatas, collegarum discussione, posteriori- rique iudicio cesserunt; quam enim hoc factum est de mansuetudine Christiano, tam illud de contentione diabolica, & ideo non mirum, quod ista humilitate pax cum stolidita est, illa elatione disrupta. Quod autem favisset Osus Cæciliiano, testatur ipse Augustinus b: Cum enim diceret (ait adversus Parmentanum) per Osium Hispanum ad iustorum præstum Cæciliano, ut ad eorum communionem, Sanctorum, & illibatorum numerus cogeretur; & huic impieati fidem servorum Dei integrum restitisse, ultra fassus est, suos ipsos adiisse Constantinum. Hæc de Osio absoluto a Gallis Augustinus recenset, accusato prius ab Hispanis, & ob accusationem multa mala perpeccito. Quare cum de Osio mentionem faceret S. Sozomenus eo tempore, quo ad sedandum seditioinem Arii a Constantino Imperatore nullus est, illum ob Fidei confessionem superioribus annis multa perpeccum est, ob idque admotum nobilitatum narrat: quod ad accusationem Hispanicam (communia erant multa, & crimina, & virtutes tunc Hispanis cum Afris) cum Datiani crudelitate conjunctam, referri posset. Tandem ergo cum in Concilio Arelatensi, ut in Romano, Patres Donatum damnasset, absolvientesque Cæciliandum, appellavit iterum Donatus ad Constantinum, qui causa cognita, Cæciliandum innocentem pronunciavist, comprobatoque, & Romani, & Arelatensis Concilii iudicio, Donatum, ejusque fautores improbissimos judicavit; præceptumque ab eo conquetus est Parmentanus, auctore D. Augustino d, quod vieti apud Ecclesias iustifices, ne apud ipsum, que dicebant, probare potuerint; ad campum, hoc est, ad supplicium ducentur; hoc enim cum tanquam immuniter iussisse, Hispano Osio suggerente, criminabatur, suspicionibus videlicet suis, sicut semper damnando inauditos. Erat ergo Osus cum Constantino tempore sententiae prolatæ, nec cum eo tantum, sed ab ejus consilio; nullam enim Ecclesia causam absque consultatione, & iudicio Osii decernebat Imperator; quare ab eodem Osio persuasum, leniorem, quam mererentur, tulisse in Donatistas sententiam, Augustinus his verbis commemorat: Quasi vero non humanius, ac probabilius alius creditur, Osio tanquam Episcopo suggerente, potius factum, ut in leniorem coercionem, quamvis immanissimi sceleris, id est, sacrilegi schismatis, sententiam flecteret Imperator. Hanc autem Constantini sententiam, qua damnavit Donatum (etsi illum gratia corruptum fuisse conquestus fuerat Parmentanus, uti refert idem) Augustinus, sicut in Miltiade, a quo in Concilio Romano damnatus fuerat, traditionis crimen simili pertinacia, & errore contulerat) latam quarto Idus Novembris, Sabino, & Ruffino Cos. memorie prodidit Augustinus, quorum Consulatum ad annum Domini cccxvi. rejicit Onuphrius; anno autem sequenti Constitutionem misit ex Oriente Constantinus g ad Octavianum Comitem Hispaniarum, quæ data fuit Sardice, pridie Nonas Decembris, accepta autem Cordubæ v. Nonas Marrias, Gallicano, & Ballo Cos. in qua decrevit Imperator communis Osii Episcopi Cordubensis, ut solebat, consultatione, ut omnes, qui tam Cordubæ, quam in reliquis Hispaniæ Urbibus (volebat patriæ recte fore consultum Osium) quacunque dignitate, vel nobilitate illustres deliquerint, poena statim sequeretur, neque ad eum relatio mitteretur, neque uterentur illi fori præscriptione; quod ideo Constantinus Magnum vera virtutis, & æquitatis laude ornatum sum edixisse autumaram, ne, ipso absente, tam longis, & difficultibus ex Occidente ad Orientem itineribus punitorum criminum, aut differretur, aut omitteretur. Concilium ergo Illyrianum, cui Osus adfuit, cogi non potuit anno Domini cccxxiv. cum iam eo tempore, & antea in Asia fuisse cum Constantino, vel in Africa, & Alexandria ad componendum Arii schismatis, & controversiam Orientalium. Nec eo tempore tantum Osium cum Constantino vixisse certum est, sed & antequam Cæciliandi causam Donatus ad Imperatorem detulisset, quod factum est anno Domini cccxi. ut colligitur ex Optato h; antea enim Osium in comitatu Imperatoris fuisse, probat Nicophorus, hanc Constantini Imperatoris constitutionem, quam numero quartam dicit, referens.

CON-

Variorum Commentariis illustratum.

13

CONSTANTINUS AUGUSTUS

Cæciliiano Episcopo Carthaginis.

Quandoquidem visum nobis est, per Provincias omnes Africa, Numidia, & Mauritaniam, certis quibusdam ministris legitime, & Sacrosanctæ Catholicae Religionis aliquid ad sumptus tolerandos largiri, Literas ad Ursum Catholicum Africam dedi, eisque significavi, ut ter mille podes dinumerandos tibi curaret. Quapropter, ubi quam diximus pecunia summarum recipiendam mandaveris, omnibus eis, qui in brevi ad te ab Osio missi designati sunt, distribui eam jubeto.

Post hanc quartam constitutionem, quintam adjicit Cap. seq. de causa Cæciliani Nicephorus. Si ergo ante causam intenta accusationis Cæciliano (quod cura etiam illi commissa distribuendi munera in causas pias demonstrat) Osus cum Constantino erat, illaque agitari coepit anno cccxi. constabat plane, anno illo Concilium hoc, cui Osus adfuit, peragi minime potuisse. Ut hinc etiam obseruemus, verum non esse quod scriptit Onuphrius a: comedem videlicet anno cccxi. Concilium hoc habitum fuisse, minusque probable fit, quod in Petrus Gregorius b scriptit, cum ad extatam Constantini Magni, & Julii Papæ Synodus hanc rejecit ad annum nimurum cccxxxvi. multoque minus, quod Vaseus c. Ait enim, Imperatorem Constantinum in Hispaniam tunc adventasse, magnis copiis adductis, ut barbaras nationes, quæ Gallæcam, Bæticam, atque omnem oram maritimam varie occupaverant, expelleret, atque Hispanos in montes, & inaccessa loca profugos sedibus suis restitueret, quod ut fecit, ad componendas res Ecclesiasticas animum adjunxit, jussisse celebrari Concilium hoc Illyrianum a xix. Episcopis, in ea libri, quæ est in radicibus Pyrenæi, non in ea, quæ fuit prope Granatam: cui Concilio interfuisse ait Helenam, Magni Constantini matrem, cum Constante nepote, ac tandem in eo Concilio divisam fuisse Hispaniam in quinque provincias, Tarraconensem, Carthaginem, Bæticam, Lusitaniam, & Gallæcam, & singulis provinciis assignatos fuisse Episcopos Metropolitanos: quæ, ut ait, a Joanne Episcopo Gerundensi desumpti, & ab his plures alii recentiores d. Ea tamen nec veri specimen habent: quia Constantinus Magnum Hispanie fines ingressum, a nullo antiquorum Scriptorum memoriae proditum est; nec ab his, qui recentidis, quæ ille singulis annis gessit, insignem navarunt operam. Et ut omissimus exterios, a quibus illud fortasse negligi potuit, Divus Isidorus, cum in historia Gotthorum Constantini Magni memoriam celebrat, adventum illius in Hispaniam miro silentio præterit, ut & Lucas Episcopus Tudensis, & Rodericus Archiepiscopus Toletanus, ac postremo Paulus Orosius Hispanus, qui non multos annos post Constantinum vixit: non equidem omnium (ut verisimile eit) si ille in Hispaniam venisset, & in hoc Concilio de tanti momenti rebus egisset, quales a Joanne Episcopo Gerundensi, & a Vaseo, magnifica hac, & gloriosa ostentatione representari videntur. Nec illum eo anno in Hispania, sed nec in Gallia, Europa, Asia, vel Africa fuisse, inde liquido cernitur, quod Nicomedie celebritatis Pentecoltes extremo fere die, vita defunctum ad Cœlites commigrasse, Kal. Junii anno cccxxxvii. Feliciano, & Ticiano Cos., comprobent cum Socrate, Russinus e, Sozomenus f, Eutropius g, & aliis h. Quod vero quidam configunt, Castellum Helenæ vulgo vocatum Euna, seu Helna, ab Helena cum filio Constantino in eo adventu edificatum fuisse, incerta res est: certa autem, illud a Constante Imperatore filio Constantini, in gloriam avia constructum, & in eo occisum esse tertio decimo imperii anno. Quod si tandem ad vivum resecare conemur tempus, quo Osus absuit ab Hispania primo, & absentie rationem exquirere, absuit enim bis, in retam obscuram vix divinare potero: in mentem ramen venit, quod ex Epistola ejusdem Osii ad Constantium Imperatorem Arianum apud Athanasium i legi. Inter alia enim hoc addit: Ego confessionis munus explevi, primum cum persecutio moveretur ab avo tuo Maximiano: quod si tu quoque persecutionem moves, etiam nunc ad quidvis potius sustinendum paratus sum. Prae ceteris namque Diocletiani & Maximiani persecutio diffusior locis, immanior cruciatus, annisque diutinior fuit: Diocletiano enim in Oriente, & Maximiano in Occidente, trigesima dierum spatio per diversas provincias, decem & septem millia hominum utriusque sexus martyrio coronata fuisse, præter eos, qui in Insulas sunt relegati, vel ad metallum damnati, (quorum infinita prope multitudo habita est) scribit Damasus k. Nicophorus l autem viginti millia Christianorum nocte Natalis Christi combusta ob Fidei confessionem commemorat. Inter alia autem, quæ eorum persecutione patrata sunt, Libros sacros incensos, desolatas Ecclesiæ, earum Antistites, vel coniectos in vincula, vel relegatos; Chirillanos omnes, vel afflictos, vel interfectos, si idolis Gentium sacra non facerent, Eusebius m, Orosius n, Nicophorus o, & Ado p testes locupletissimi sunt. Hujus persecutionis maiorem Hispaniam, quam reliquis orbis provinciis, laudem deberi, auctoritate possem, & exemplis multis demonstrare, eorum, qui pro turanda semel suscepit Christi Fidei, adversus Imperatorum Edicta, Daciani Præsidis tunc in Hispania saevitia, & crudelitate, acerbissimo, sed glorioso martyrio decorati sunt. Inter alios autem, qui persecutionis tempestate, ob confessionem Fidei in exilio, vel tormentis factam, nobile, & illustre Confessorum nomen sibi pepererunt, Osus unus est, ut ipse de se tellatur, scribens ad Constantium Imperatorem, & D. Athanasium q ad solitariam vitam agentes, dum ait, Osium eo tempore sexagesimum annum a confessione sua egisse, & eo amplius; quod incidit in tempus persecutionis Maximiani, de qua postea. Tunc ergo relegatum Osium ab Hispania in ejusdem ad solitariam vitam agentem.

a. Onuphrius in Fassis Pontificum & Imperatorum anno CCCXIII.
b. Petrus Gor. Tolosan. lib. 22. Syn. tagmat. c. 13.
c. Vajclus in Chronico Hil. sub. aia Dom. CCCXVIII.
d. Stephanus Garibayus lib. 7. compen. hist.
e. Hilpan. c. 48.
f. Gilbertus Ge- nebrarius in Chronographia generali, & ali.

e. Rufinus lib. c. 11.
f. Sozom. lib. 2. c. fin.
g. Eutropius lib. 10.
h. Carol. Siginatus lib. 4. de Imp. Occident. ad fin.
i. Offi epistolæ refert Athan. in sua ad solitariam vitam agentes.
k. Damasus in vita Marcellini.
l. Nicophorus lib. 7. h. hist. Eccl. c. 6.
m. Euseb. lib. 3. c. 2.
n. Orosius lib. 7. c. 25.
o. Nicoph. lib. 5. c. 3.
p. Ado. 6. estate fuscronica.
q. D. Athana- fuis in ejibz. ad solitariam vitam agentem.

spa-

spania mihi persuadeo; quod Diis sacrificare nolle. Si pagani Marcellinum Romanæ Ecclesiæ Episcoporum idolis sacrificare coegerunt, Marcellumque tentavit Maxentius, & illum recusantem damnavit in catabulum, ut a Damaso ^a traditum est, cur non Olium Ecclesie Cordubensis Episcopum cogere tentassent? Illum tentasse Dacianum Hispania Præside, mihi est probabile; sed id a sequi non potuisse, multo probabilius; ob eamque causam, vel quod sacros Libros tradere noluisset, ab Episcopatu Cordubensi relegatum, neq; relegatum modo, sed ligatus, & notis insignitus, Nicophorus ^b tradit, & propter illas Constantino Magno fuisse charilatum: quæ forsitan causa fuit, ut Lega lata hanc notarum inscriptionem in fronte idem Constantinus cœlulerit. Vincentium etiam Diaconum, quod Diis sacrificare nolle, nec Libros tradere sacros, a Daciano Præside tormentis affectum, ac tandem præclara sanguinis, & vita profusione admirabilem martyri coronam percepsisse, eleganter cecinit Prudentius ^c. Monet præterea, eo tempore, vel paullo ante, Concilium hoc habitum, quod Sancta Russina Martyris Hispalensis Corpus Daciani iussu tunc in amphitheatro combustum a venerabili Sabino Episcopo ejusdem Civitatis, in cœmeterio suburi Hispalensis sepultum memoret Breviarium Eborense: at Sabini Episcopi Hispalensis subscriptio in principio hujus Concilii existat, post Felicem Episcopum Accitanum. Confirmat tandem eandem sententiam confessio Sanctæ Leocadiæ, quam passam scimus eadem persecutione, Toletanam Ecclesiam Melantio Episcopo gubernante: sed multo magis obitus Sancti Valerii Episcopi Cæsaraugustani, quem in ejusdem persecutionis initio, quod Diis sacrificare, & Libros tradere noluisset, relegatum traditur ab eodem Daciano Diocletiani in Hispania Præside. A quo dura illa, & insolens exilio Valerii adjecta conditio est, ut in Cœmeteriis, Oppidive, plusquam viginti domos habentibus, nec morari posset, nec ingredi. Verum quo major Dacianæ impietatis fuit impudentia, eo major sanctitas Valerii, patientia, & obedientia fuit; eaque de causa primum in hortulo quodam, non procul a Valentia habitare coepit, illum a Mauris vocatum Ruzafa testatur Antonius Beuter ^d, in eoque extare Templum tanto Martyri dicatum, postea autem ad aliud oppidulum (vulgo dictum Aedo) non procul a ripa Cinca fluvii se contulit, a quo non discessisse, sed in eo extremum diem oblitus, cum præclara nominis celebritate, & præterita confessionis gloria, ex Annalibus Aragoniæ, & Valentia, quos summam diligentia collegit, idem Beuter adfirmat: quod mihi sane probatur, nec Valerium Cæsaraugustam, vel Iliberim ingredi posse potuisse. Accedit postremo Innocentius PP. I. f perspicue docens, ante Diocletiani persecutionem (ut contendit) Concilium hoc habitum fuisse: dum renovata tacite ejus memoria, & pœna, quæ Canone hujus Concilii vii. continetur, sic scribit ad Exuperium Episcopum Tolosanum, quem primum Hispaniarum præfectorum gesse, & post ad tranquillioris vitæ portum cessisse, testatur Ausonius Gallus ^e, & inter Divos tandem relatum celebrat Ecclesia: Et hoc quæstum est, (ait Innocentius) quid de his observari oporteat, qui post baptismum omni tempore incontinentia voluptatibus dediti, in extremo fine vita sua penitentiam simul, & reconciliationem communionis exposcunt. De his observatio prior, durior; posterior, interveniente misericordia, inclinior est. Non in coqueta, prior tequit, ut concederetur penitentia, sed communione negaretur. Nam cum illis temporibus crebre persecutus essem, ne communionis conceputa facilitas homines de reconciliatione securi non revocaret e lapsu, negata merito communio est, concessa penitentia, ne totum penitus negaretur, & duriorem esse remissi nem fecit temporis ratio. Sed postea Dominus noster pacem Ecclesiis suis reddidit, jam depulso errore, communionem dari obeyuntibus placuit, & propter Domini misericordiam &c. Si priorem ergo hujus pœna severitatem, quæ nullo tunc alio Ecclesia Decreto, præter hoc Iliberritanum, a quo acceperat Exuperius, sancta erat, Innocentius PP. adseverat, communi Ecclesia usu receptam, non modo ante restitutam Ecclesia pacem, sed tempore, quo crebre grassabantur Gentium persecutions in Ecclesiam; consequitur plane, non solum ante Constantini Imperium, & pacem, Innocentium PP. facti, Concilium hoc peractum fuisse, sed & ante poitem Diocletiani, & Maximiani persecutionem, cum post illam, nec crebris, nec raris afflictionis Ecclesiam a Constantino Constantini parte sit certum. His etiam certiore addunt, atriunque fidem ipsius Concilii Canonem h, in quibus de Flaminibus ethniconum, de coronis Sacerdotum, de literis Martorum, & Confessorum, quas lapsi illi impartiri solebant, de domesticis laribus, & de his, qui confringentes idola Gentium occiderentur, speciatim decernitur, quæ ante Constantini, & Constantii atatem, flagrante adhuc persecutione, peractum comprobare videntur. Quibus etiam appareat, verum esse non posse, quod eruditus quidam recentiores scripserunt, Concilium hoc habitum paullo post Nicænum, cum in Concilio hoc nihil de Nicæni memoria, nihil de Arii impietate, nihil de Eustachii sordibus, nihil tandem de heresibus eo tempore, iam enatis decretum, actum, vel insinuatum legant. Quod autem D. Isidorus scrip sit: Canones Conciliorum a temporibus Constantini Imperatoris cœperunt: nam in precedentibus annis persecutione servente, docendarum plebium minime dabatur facultas; de Generalibus intellexit, ut ex subsequentibus ejusdem Isidori verbis sit manifestum: Sub hunc Sancti Patres in Concilio Nicæno de omni Orbe terrarum convenientes juxta Fidem Evangelicam, & Apostolicam, secundum propterst Apostolos Symbolum tradidérunt; inter cetera autem Concilia, quatuor sunt venerabiles Synodi, quæ totam principaliter Fidem complectuntur; quasi quatuor Evangelia, vel totidem Paradisi flumina. Harum prior Nicæna Synodus 318. Episcoporum, Constantino Augusto imperante, peracta. Sei multo clarius ex his, quæ in ejusdem Libri exemplari, & in Præfatione Conciliorum scripti: Canones, inquit, Generalium Conciliorum a temporibus Constantini cœperunt; in precedentibus namque anni &c.

Nec

Nec in tota Historia Conciliorum subsequenti, nisi de Generalibus meminit Isidorus. Sed cum verbum illud (Generalium) parum fideliter ab Isidoro abstulissent Scriptores; dederunt ipsi, non Isidorus, de vetustate hujus Concilii dubitandi occasionem, quam restituto verbo, Generalium, ex originali, & manuscriptis, conitabit certo sublatam. Cum autem de Provincialibus egit Isidorus, si Isidori ea Præfatio sit, non sensi modo, sed docuit aperiisse, alia Nicæna fuisse priora: Primo anno anno, inquit, Ancyranæ Synodi, quæ ante Nicænam fertur fuisse; sed propter auct. ritatem maiorem postponitur, in qua Patres XVIII. statuerunt Canonem XXIV. quorum Auctor maxime Vitalis Avrochenus Episcopus extitit. Secunda Neo-cesareensis, quæ propterst Ancyram, & ante Nicænam legitur fuisse, in qua Patres sexdecim statuerunt Canonem XVI. quorum Auctor maxime Vitalis Episcopus Salaminius. Sed sive Isidori ea Præfatio sit, live alterius cuiuscumque Scriptoris, liquet ex ea, Ancyranum, & Neo-cesareense ante Nicænum acta fuisse, quod Isidorus diffiteri non potuit. Quicumque autem ille Auctor fuerit, Iliberritanum Concilium omisit, quod illi per spicuum non foret, qua illud atate est peractum; maluit enim Concilium celebre, & Hispania Generale omittere, quam in re sibi incerta, aliquid certi adfirmare. Tempus autem illius ideo incertum fuit semper, quod ab Episcopis Hispanis prætermis fuisse, ea forsan, ut dixi, ratione, ne Imperatorum Edicta, & Leges judicarentur violasse, quibus illi sacros hos conventus ante Constantini Imperium acerbissimis propternis interdixerant. Quod si omisum tempus ab Episcopis Hispanis non fuit, ea Concilii pars perit, cum bellum atrox a Diocletiano, & Maximiano Libris sacris indictum scribit Prudentius ^b; vel hereticorum impietate est intercepta. Nam eos solitos in propriis iporum Concilii Consules temporis indices expungere, ne de tempore Conciliorum constaret, sed antiqua, vel recentiora pro temporis conditione interpretantes, in aliqua fraude non possent facile deprehendi, D. Augustinus ^c recenset.

Codices manuscriptos D. Laurentii, in quibus coactum hoc Concilium dicitur eodem tempore, quo Nicæna Synodus habita est, & alios duos Toletana Ecclesiæ, in quibus additur, habitum esse eodem tempore, quo Nicæna, Era ccclxi. non moror, certo persuasus, tempus additum ab exscriptoribus Gotthi, seu Longobardi, quorum characteribus ea exemplaria transcripta sunt. Vetustum Codicem D. Laurentii, qui dicitur Vvigilanus, a Vvigila Monacho Alvedensi, Era mxiv. exscriptum esse appetit, ut & secundum, qui vocatur Hispalensis, quod Hispal conscriptus sit, anno Domini cmlxii a quadam Velasco, quem Episcopum postea fuisse ferunt: tertium denique nuncupatum Lucensem cœteris antiquiore (etis de tempore nihil certi sit) descriptum fuisse opera Aystrulphi, aut Michaelis Dens, quod nomen Gotthum redolet, vel Gotthum fuisse exscriptorem, aut Gotthicis characteribus usum necesse est. Nam Acta, & Scriptura omnes, sive publicæ, sive privatae, ante Alphonsum VI. Regem, qui Toletum recuperavit a Mauris, characteribus Gotthicis exaratæ sunt: quæ vero post Alphonsum, non Gotthicis, sed Gallicis sunt consignatae: quia in Concilio Hispania tempore ejusdem Alphonsi Regis, Legione præcipua regni Urbe habito, cui præfuit Raynerius ex Cluniaciensi Monacho Presbyter Cardinalis, & Apostolica Sedis Legatus, cum Bernardo Archiepiscopo Toletano, & aliis Episcopis Hispania, sanctum est, ut usus Gotthicorum characterum, quos Gulfilas Gotthorum Episcopus, antequam illi in Hispaniam venissent, primum excoitaverat, desuetudine in polterum aboleretur: receptis in usu Gallicis solum, quod præter manuscriptorum Codicum certam fidem, testatur Lucas Episcopus Tudensis ^d, & Rodericus Archiepiscopus Toletanus ^e. His ergo Codicibus di vi Laurentii, & Ecclesia Toletana, ut integrum in hac temporis notatione fidem habeam, multis impediatur. In primis enim eo tempore, & multo post, in provinciis Populo Romano subiectis, annos a COSS. numerari, non ab Imperio commune erat. In Concilio Milevitano ^f decretum est, ut ab Episcopis ordinati literas accipiant propria ordinatorum manuscriptas, non Imperatorem, sed diem, & Consulem continentem. Quinimmo cum inter dum Consules non essent, vel ordinarii, vel suffici, tempus designari solebat a COSS. jam officio defunctis, & cum Concilium literis mandabatur, addebant: Post Consulatum NN. ut ejusdem Concilii Milevitani Patres sanxerunt. Quod antea fuisse in usu Ecclesiæ, probat Concilium Agripinense, seu Colonensi paullo post Nicænum, tempore Julii Papæ; sic enim incipit: Post Consulatum Amantii, & Albini IV. Idus Majas, cum confidissent, &c. Diviso autem Imperio, cum alter Constantinopoli, alter Romæ Consul designaretur, cum de altero nondum constaret, in temporis notatione, designati Consulis nomen exprimi, cum hac additione, Et qui fuerit nuncius, ex multis liquet juris Sanctionibus h.

Qua de causa non solum in Carthaginensis, Milevitano, Hippoensis, Cirtenibus, & reliquis Africæ Provincialibus Conciliis, sed in reliquis Orientis, & Generalibus Ecclesiæ, Consulrum nomina præfigebantur. Nicænum enim, cui Constantinus Augustus interfuit, & cui is honor a Concilio, tam juvitis, quam multis de causis tribui poterat: omisso ejus Imperio, Consulatu Paullini, & Juliani convocatum dicitur, confirmatum vero Constantini viii. & Constantio Cæsare iv. Coll. Quod si Osium, & reliquos Episcopos Hispaniæ Constantini Imperatoris amor allexit, ut ejus Imperium adderent initio Concilii, non ne Imperii annos sibi sat cognitos addidissent, ut posteriori Gotthorum Imperio additos in Conciliis Toletanis, Hispalensis, Bracarenibus, & reliquis Hispaniæ Provincialibus legimus? aliter enim quam distinguere contendant, & illufrare temporum rationem, multo magis obscurarent. Huc & illud facit: nam Osium & reliqui Hispaniæ Episcopi si dixerunt indictum hoc Concilium tempore, quo Nicæna Synodus est habita: aut intellecerunt de anteriori, aut eodem, quo Nicæna coacta est, aut posteriori: nam quartum aliud adjici non

^a Apud Gra-
tian. in c. Pri-
ma adnotatio
16. Diffinitorie.

^b In Perife-
phano, Hym-
no in landem
S. Vincentii
Martyris.

^c Collat. 3. dici
C. 15.

Characterum
Gotthicorum
usus quando
cepimus, quan-
do subiactus sit.

^d Lucas Tu-
densis Episco-
pus in His-
pan. manu-
scripta.
^e Rodericus Ar-
chiep. Tolet. L.
g. Hisp. Hisp.
f Can. 14.
C. 30.

^g Idem Can. 20

^h L. fin. C.
Theod. de hec-
ret. & N. velia
i. C. Theod. de
Theodosiani Co-
dices auditori-
es & novel-
la z. de confi-
mai ne legi
novellorum D.
Tucuofisi.

non potest. Si de anteriori, & eodem; illud repugnat, quod Osium in Gallia, Africa, & Asia fuisse non paullo tantum, sed multo ante Nicenam, repetita jam altius antiquitatis memoria doceamus. Si potest Nicenam habitum dicamus; repugnat etiam, quod Osium, absolu-
to Concilio Niceno, profectus fuerit in Paphlagoniam, ut adeste Concilio Gangreni, in quo adfuisse, & subscriptisse, ipsius Concili Epitola, Osii nomine, & reliquorum con-
scripta ad Episcopos Armenie probat. Concilium autem Gangrense factum post Nicenam,

^a D. Isidor. in
Prefat. Concil.
ior. vel Ansel-
mori. vel qui-
cumque is sit
Auctor apud
Grat. in cap. I.
adnot. 16. dift.
^b D. Athan. in
Ep. ad solitaria
vitam agentes.
^c Idem in ea-
dem Epist.

ex eo iem Gangreni appetat, & ex D. Isidoro ^a vel Anselmo comprobatur Gratianus. Nec Osium in Hispaniam reversum, ante Constantini obitum, mihi adhuc compertum est. Quinimmo ex Divo Athanasio ^b didici, eum mortuo jam diu Constantino Imp. tempore Constan-
tii Arianam impietatem, & Constantii lenocinia detestantem, ad patriam, & Ecclesiam Cordubensem rediisse. Nec sit profecto verisimile, eundem Osium Nicenam Concilii no-
men in principio Illiberitani praefixisse. Nicenam autem Fidei Symbolum (cujus formu-
lam, Athanasio ^b teste, ipse Osium considerat) & reliqua ejusdem Concilii Nicenae Decre-
ta tanta oblitione obruisse. Illud præterea majoris adhuc momenti est, quod Concilium
hoc habitum dicatur post Nicenam, Era cccxii. cum Nicenam referatur in omnibus Co-
dicibus habitum anno sequenti Era ccclxii. Fateantur ergo oportet, aut Concilii Nicenae
Eram falso additam, quod est probatum difficile; nam Era computatio (quam ut propriam
Hispanie ab Hispano Episcopo Osio Concilii Præside adjectam, conjectura dixerim non
improbabili) congruit cum Consulatu Paullini, & Juliani; idque eo magis verum judica-
rim, quod Eusebius Cæsareensis, gravis, & locuples rerum ea tempestate gestarum testis,
prodit habitum anno Domini cccxix. quod congruit etiam cum Era adjectione ccclxii. aut
concedant necesse est, eam que exstet in duobus manuscriptis Toletanis, exscriptorum ar-
bitrarii suppositam fuisse: quod adstruunt etiam non Osii solum, sed Melantii, Sabinique
subscriptio, & Sancti Valerii exilium, & mors. At si non Divum Valerium hunc, qui in
persecutione Diocletiani exilio multatus obiit, sed secundum alium Valerium fuisse objiciant
illud facile refutari, quod Osium antiquitate ordinationis ante secundum hunc Valerium
recens creatum sexto loco subscribere debuisset; at Osium undecimo subscriptisse in editis
exemplaribus cernimus. Quod si manuscriptorum se fide tueantur, in quibus Osium i. loco
post Felicem Accitanum dicitur subscriptisse, Valerius vero undecimo, ordinem centeo
inversum esse in ms. nec D. Valerium vixisse post Concilium Nicenam; nec secundum fuisse
Era ccclxii. sed multo post, ut subscriptione Valerii explicabo.

Ex longa igitur hac disputatione illud primum ad hujus Concilii antiquitatem compro-
bandam, commodum est observare, Concilium Arelatense i. decem & eo amplius annos ante Nicenam fuisse: nam cum illud coactum fuerit ad causam Cæciliani, & Donati definien-
dam, & ea post Concilium hoc iterum definita a Constantino anno Domini cccxi. (ad eum
enim a Concilio appellavit Donatus) conficitur profecto, decem (ut dlxi) annos, & eo
amplius, fuisse ante Nicenam: nec verum esse posse; quod principio illius refertur, con-
gregatum fuisse tempore Sylvestri Papæ, & Constantini circa annum Domini cccxvi. cum
verius sit, illud habitum paulo post Miltiadis obitum, a cuius sententia provocavit Dona-
natus, accusato prodictionis Miltiade, repetitoque Constantini Imperatoris iudicio: a quo
Concilium illud Arelatense fuisse coactum, in locis jam citatis saepe Augustinus commemorat,
constatque ex Præfatione ejusdem Concilii, cuius meminit Papirus Maltonus in Vira Sylve-
stri Papæ; & Episcopi in illo coacti fatentur. Fuisse autem Concilium illud, quod Con-
stantini consilio indictum, & habitum est ad causam Afrorum Cæciliani, & Donati, quod
fuit initio Pontificatus Sylvestri, Canon. viii. abunde declarat, in quo agitur de Afris; sic
enim legi debet, ut in vetustis, & emendatis Codicibus, non Arianis, ut perperam in
communibus, & in Decreto Gratiani, non antiquo, tantum, sed in recentiori Gregoriano
legitur, quod emendandum est. Nam quamvis Ariani, rebaptizationes admiserint, ut ipsius
Decreti censores ex Augustino a scite, & literate annotarunt; tempore Concilii Arela-
tensis, Arii heresis non modo in Gallia, sed nec Alexandriæ, in qua orta primum est,
agnosci potuit, nedum coerceri, & puniri: causam autem dissidii inter Alexandrum, &
Arium anno Domini cccxv. vel, ut alii volunt, cccxvi. ortam esse, superius memini. Do-
natus vero ut ex Divo Augustino liquet, multo ante rebaptizationem in Africa admiserat,
& ante Donatum, Divus Cyprianus, & ante Cyprianum, Agripinus Charraginensis
Ecclesiæ Episcopus. Is enim primus fuit omnium mortalium, ut Auctor sit Vincentius Liri-
nensis ^e, qui contra divinum Canonem, contra universalis Ecclesiæ regulam, contra sen-
sum omnium Sacerdotum, contra morem, atque instituta majorum, rebaptizandum esse
censebat in Africa, a quo postea multa Ecclesiæ pars contaminata est. Quem errorem refu-
tare voluit primum Concilium Arelatense, ut acriori sententia, & graviori tot Episcoporum
iudicio damnaretur Donatus Afer, qui pertinaciter in eo persistebat. Sed multo clarius id
perpicuum redditur ex Can. xiiii. in quo causa Cæciliani, & Donati acta: Tamen his,
inquit, qui Scripturas sanctas tradidisse dicuntur, vel Vusa Dominica, vel nimis Fra-
trum suorum, placuit nobis, ut quicunque eorum ex Aëris publicis fuerit detectus, non
verbis nudis ab ordine Cleri amoveatur. Hæc enim propria sunt schismatis Donati, & con-
troversia illius cum Cæciliano, sicut & reliqua, quæ in fine illius Canonis, & Canone xiv.
sequuntur: pertinent enim ad accusationem, quam Donatus Cæciliano, & Felici Aptungi-
tano Episcopo illius ordinatori oblecerat, quam saepe tentans tam in iudicio Miltiadis, quam
in eodem Concilio Arelatensi, probare non potuit. Hæc ergo Synodus Arelatensi prima,
eadem prorsus est cum illa, quam Constantinus Magnus ad causam Cæciliani, & Donati in
Gallia tunc coegit. Indictam fuisse ad Kalendas Augusti, scribit Eusebius ^f, & ex Rescripto
ad

Quando pera-
ctum Concil.
Arelat. I.

^a Emendatur
Can. 8. Consil.
Arelat. i. qui
etiam exlat. a-
pud Grat. in
C. de Arianis,
de. conserat.
dist. 4.
^b D. Augu-
st. de Heresi-
bus ad Quodvult-
deum c. 49.

^c Vincen. Li-
rinen. adver-
sus profana-
heres. neu-
tiones:

^d Enjeb. Lib.
zo. c. 5.

ad Ablavium, annum integrum post sententiam Miltiadis, Volusiano, & Anniano Cos.
quod incidit in annum Domini cccxv. In ea minime præfediti Sylvetrem, ut quidam vo-
lunt, ex principio ipsius Concilii appetat, in quo summa totius Marinum Episcopum
Arelatensem, & reliquos Episcopos in eo coactos ad Sylvestrum Papam misere refertur: quod
ex vetusto etiam Codice profect Papirus Maltonus ^a, idque nos latius in Commentariis il-
lius Concilii sumus comprobatur.

Quod secundo loco ex superioribus observaverim, illud est, Concilium hoc Illiberitanum non solum Niceno, sed & Arelatensi primo, temporis antiquitate præstigiis; ideo-
que non posteriori, ut in Collectionibus Conciliorum solet, sed priori loco constitui debe-
re; cum Osium Episcopus Cordubensis, & Liberius Emeritensis multa ex hoc in primum.
Arelatense transtulerint, ut translatis in Sardicense Osium Cordubensem, mox indica-
bo. In Arelatensi enim extat Canon. iv. de Agitatoribus. v. de Theatricis. vi. de his, qui
in infirmitate credere volunt. vii. de his, qui Magistratus Gentilium gerunt. ix. de lite-
ris Confessorum. xi. de Matrimonio infidelium. xxiiii. de Apostatis; quos omnes desump-
tos fuisse ex hoc Illiberitano, tam manifeste ipsimet testantur, ut nullus nisi veritatis ex-
pers, illud possit inficiari. Si quis autem certiore adhuc a me hujus rationem exigat, di-
catque, Arelatense prius Illiberitano esse potuisse, & Canones præcedentes potius Illiberitanum ab Arelatensi, quam Arelatense ab Illiberitano mutuatum; illud respondendum
videbitur, Osium, qui Concilio Illiberitano interfuit, accusatum ab Hispanis fuisse, &
absolutum a Gallis, ut Divus Augustinus b recenset: quod esse non potuit, nisi in eo Con-
cilio Arelatensi, in quo & Osii, & Cæciliani agitata definitaque causa est; posteaque secu-
tum fuisse Osium comitatum Constantini, & Alexandri missum ad componenda in dissen-
sionem inter Arium, & Alexandrum, indeque præfuisse in Bithynia Concilio Niceno, &
potius Nicenum interfuisse Gangreni in Paphlagonia, ac tandem Sardicensi postea in Thra-
cia. Non potuit igitur Concilium hoc, cui Osium adfuit, & Valerius, non modo ante
Arelatense, sed & ante persecutionem Diocletiani, & Maximiani non cogi: cum in illa cer-
tum sit, Divum Valerium periisse. Persecutionem autem factam Diocletiano vii. & Maxi-
miano vii. Cos. in quadam veneranda antiquitatem Chronicorum libello incerti Auctoris se
reperiisse dicit Cuspinianus ^c, quod verum esse non potest: nam duabus annis nondum
integre elapsi, eosdem depositis Imperium, repetit saepe Eusebius in sua Historia: at us-
que ad Consulatum Constantii vi. & Maximi vii, quibus illos se abdicasse Imperio liquet,
tres annos intercedere, ipsa Consulum nomina, que Cæsiodorus, & Cuspinianus referunt,
docent apertissime. Alii ex Damaso a contendunt, persecutionem referandam ad Consula-
tum ix. Diocletiani, & Maximiani viii. quod & D. Augustinus c sensisse antea videtur;
sed nec horum sententiam probo, nam Damasus, & Augustinus non initium persecutionis,
sed progressum attigerunt: ille enim, cum tempus vite Marcellini Papæ velle perscribere, hec
ait: Marcellinus natione Romanus ex patre Projecto sededit annos IX. menses XI. dies XVI.
Fuit autem temporibus Diocletiani IX & Maximiani VIII. quo tempore fuit magna persecu-
tio, ita ut intra XXX dies, XVII. millia hominum permiscui sexus, per diversas provincias
martyris coronarentur. Hic autem, cum collationem Donatitarum cum Catholicis refer-
ret, illis negantibus, tempore persecutionis Concilium cogi potuisse, quo coactum fuerat
Cirtense: ut palam fieret, quo anno persecuti facta esset, gesta Martyrum ejus persecu-
tionis ^d Notariis collecta, lecta sunt & quibus ostendebatur, persecutionis factæ tempus fuisse
Consulibus Diocletiano ix. & Maximiano viii. pridie Idus Februarias: gesta autem
Episcopalia Decreti Cirtensis p olt eorundem Consulatum, iiii. Nonas Martias, ac per hoc
tredecim menses interesse inveniantur, inquit, plures utique quam undecim, quos prius
Catholici minus diligenter computando responderant. Tradit ergo Augustinus non initium
persecutionis, sed progressum, martyria videlicet collecta a Notariis, facta iisdem Consuli-
bus: non tamen negit, antea persecutionem cœpisse; neque si initium referret, pluris inter-
rat, quod narraret initium persecutionis consecutæ in Numidia. Cirtensem enim Civita-
tem in Numidia constituit Plinius, Ptolemaeus g, & Strabo ^e: Numidia autem, cum in-
terior pars Africa sit, mirum non est, si statim ad ejus intima persecutio non penetraverit,
nec tantopere favierit, ut leviter maxime anno sequenti. Verius est ergo, quod scribit Di-
vus Augustinus i, persecutionem inceptam Diocletiano vii. & Maximiano vii. Cos. cum
Dominica festum salutaris Passionis jam pro foribus esset, addidit Eusebius: in ipso die Pas-
sionis Christi, Cæsiodorus: quod incidere in annum Domini cccvi. ait Cuspinianus; sed magis placet, q uo scribit Onuphrius, eos Consules in annum Domini cccvii rejeciunt. Addu-
cor etiam ex Optato Afro Milevitanio, cuius tempore cum persecutio Diocletiani, & Maxi-
miani jam in Africa, & Numidia pervagata esset, ut colligitur ex eius Libro, dum de tra-
ditis, & accensis Libris Divinis verba facit, in eodem sic ait: Trecenti sunt anni minus, vel
plus aliquid, ex quo cœpimus esse Christiani, & terrarum in Orbe censeri. Quod ad eum
annum referendum ceuferim probabilius. Concilium igitur hoc cum ante persecutionem
Diocletiani, & Maximiani habitum sit, non potuit anno Domini ccc. vel ccc. cogi: nam
posteriori Diocletiani, & Maximiani ætate cogi potuisse; vel quod minus est probable,
Constantii, & Galerii successorum Imperio, ut Caesar Baronius k contendit: vel ante pa-
cem Ecclesiæ a Constantino redditam, & ejusdem Imperio, ut sensisse videtur Antonius
Beuter, & Concilii Suelsonensis apud S. Medardum Notarium in Actis ejusdem, ipsa rerum
antea geltarum Historia, Daciani Præsidis immunitas, Vincentii Diaconi martyrium, Va-
lerii exilium, & mors, Osii confessio, & stigmata, ipsiusque tandem Concilii Illiberitani
Canones, & Decreta omnino repugnare videntur.

To. II.

^a Papirus
Massonus in
vita Sylvestri.

^b D. Augu-
st. Lib. i. con-
tra Parmenia-
num.

^c Cuspinianus
in Cæsiodori
Confites.

^d Damas. in
vita Marcelli-
ni.

^e D. Augu-
st. in Brevicilo
collat. 3. dici
Cap. 5.

^f Plinius Lib.
5. cap. 3.

^g Ptolemaeus ,
&

^h Strabo Lib.
ult.

ⁱ D. Aug.Lib.
3. contr. Cre-
monium.

^j Euseb. Lib. 8.
cap. 2. Cœsio.
Tripart. Lib.
10. cap. ult.

^k Cœs. Baron.
2. To. Annal.
Eccles. int. Reut.
1. par. Hipp. r.
Hipp. Cap. 25.

Hæc de anno, quo Concilium habitum est, si non quæ volui, debuique, saltem quæ potui. De mense autem, quod certi affirmem, nihil habeo, silentibus Codicibus editis, & ms. Divi Laurentii, & Ecclesie Toletanae. In vetusto solum Ecclesie Urgellensis reperio, habitum Idibus Maii, quod fere congruit cum eo, quod omnibus Conciliis Provincialibus cogendis præscriperunt poitea Hispaniae Episcopi in Concilio Toletano a IV. Quinto decimo (ajunt) *Kalendarum Funiarum congreganda est in unaquaque provincia Synodus propter vernalē tempus, quando herbis terra vestitur, & pabula germinum investiuntur.* Quo tempore coacta sunt plura Hispaniae Concilia. Hora autem prima diei ante sois ortum inchoandum, ordine, & forma ab eisdem expresa, Isidorus b docet, & Concilium Toletanum IV. c quam antea etiam observasse noitri Concilii Episcopos, non est improbatæ.

a In Concil. Tolet. IV. Can. 3.
b D. Isidor. de modo cele- brandi Concil. e Conc. Tolet. IV. Can. IV.

COMMENTARII NOVI.

Absoluta Nicæna Synodo a trecentis decem & octo Patribus, qui ex toto terrarum orbe eo convenerant: qui inde recedentes veluti flumina ex paradiſo manantia totas Ecclesias doctrinæ sanctæ salutari aqua irrigarunt, & quam acceperant in illa magna, atque universali Synodo ipsa Nicæna orthodoxæ sapientia regulam a Summo Romano Pontifice confirmatam, Episcopis, Sacerdotibus, & populis observandam tradiderrunt. Quare non acquiesco sententiæ Petri Antonii Beuter diligenter rerum Hispanicarum scriptoris, qui auctor est, Illiberitanum Concilium ante Nicænum fuisse habitum: neque Joannis Episcopi Gerundensis, qui affirmat, in eo esse in quinque provincias, five metropoles Hispaniam totam partitam: nimur Tarraconensem, Carthaginem, Baeticam, Lusitaniam, & Galliacam: cum ex Canone LVII. constet, jam ante primam Cathedram esse constitutam. Joannes Vasanus anno Domini CCCXXXVII. coactum, Ambrosius Morales ex Codice vetusto ms. adnotat Era CCCLXII. qui est Domini CCCXXIV. quam sententiam sequutus sum. Idem quoque Stephanus Garibabus antiquitatis Hispaniae investigator eximus. LOAISA.

Anno Domini CCCV. Marcellus Pontifex Ecclesie, Constantius, & Galerius Imperii gubernacula tenebant, quique est vicefilius annus ante celebratum Concilium Nicænum, hanc Synodum habitam esse præter auctoritatem Innocent. Lib. 3. Cap. 2. aſcripti Canones evidenter ostendunt. Primo enim, & quibusdam aliis sequentibus Canonibus, Fidelibus in persecutione lapsi penitentia quidem conceditur, sed ad terrendum alios communio negatur. Item Can. xxv. agitur de illis, qui adferebant Literas a Confessoribus scriptas, quarum interventu lapsi faciliter reciperenetur. Apparet igitur, Episcopos Hispanie eo tempore, quo pax Ecclesie nondum reddita, & persecutio nondum proorsus extincta erat, Constantii, non Constantini, temoribus Illiberim convenisse, & contra imminentem furoris gladium, arma, & scuta hæc præparare. Constantinus omnes Ecclesie persecutores devicit, & tranquillissimam pacem eidem redditum: nulla igitur ratio, aut necessitas urgebat, ut ab eodem bellum aliquod sibi inferendum Ecclesia metueret, qui pacis, & tranquillitatis reddita auctor extiterat. Galerius tempore Constantii erga Christianos optime affecti, Christianorum alios exilio, alios morte dirissima in Oriente multarunt. Tempore igitur supradicto, nimur Christi CCCV. quo Constantinus cum Galerio collega ultimi-

mum annum Imperii sui agebat, hanc Synodum provincialem habitam esse, verior est sententia. Maxime quod Innocentius illis verbis (quæ in Notis ad Can. I. allegabimus) hæc a nobis dicta evidentissimo testimonio confirmet; illud nimur Concilium, quo lapsi, ac gravibus peccatoribus in extremo vita periculo penitentia conceditur, communio negatur, tunc habitum esse, quando crebris persecutionibus Ecclesia affligeretur, eique pax nulla redidit esset. Si quis dicat, Innocentium non de Concilii Illiberitini, sed potius Cypriani temporibus locutum fuisse, aliquid forte dicere, si Cyprianus cum Patribus hujus Concilii de lapsi tempore persecutionis ad Ecclesiam recipiendis non aliter sensisset. Cyprianus enim Epist. 8. ad Cornelium scribens, existimat, cum lapsi tempore persecutionis remissus, atque indulgentius agendum esse: Patres vero hujus Concilii contrario modo sentiunt. Innocentius ergo prædicto loco de his, non de Cypriani temporibus locutus est. Ita Baron. anno Christi CCCV. num. 40. & 43. Bellarm. lib. 2. *De Imag.* Cap. 9. Habes causam, lector amice, cur de tempore habitu Concilii, Illiberit. Card. Baronii sententiam amplectamur, & sequamur, a Garla Loaiza diligentissimi Conciliorum Hispanic collectoris, atque iinterpretis doctissimi, sententia discrepemus. Hæc de tempore hujus Concilii. De ejus auctoritate Scriptores mirifice variant. Quid 1. 2. 6. 8. 12 17. 13. &c. Canones lapsi communionem in fine vita adiumentes, Novatian: quodque CCCXIV. Canon Vigilantio: XXXVI. Ionomacius favere videbuntur, nonnulli etiam Viri doctissimi hanc Synodum, vel reprobarunt, vel erroneam esse fenserunt. Melchior Canus Lib. 5. *De locis*, Cap. 4. scribit, Canon. CCCXVI. hujus Concilii erroneum esse. Illustr. Card. Bellarm. lib. 2. *De Imag.* Cap. 9. ait, hoc Concilium provinciale fuisse, & minime confirmatam, frequenter errasse, ideo quod lapsi, alioisque plures peccatores graves, licet penitent, nequidem in mortis articulo absolviri concedat: putat enim Vir solidissime doctus, per denegatam communionem, non Eucharistiam, sed sacramentalem reconciliationem, & absolutiōnem intelligi debere: propterea quod Canon. LIX. reconciliationis, & communio significatu eodem accipiuntur. Baroniū cum ob prædictam causam, de hoc eodem Concilio, quasi prope Novatiani fines attigisit, Tomo I. anno Domini LVII. num. 119. & tribus seqq. paulo liberius, & aevius scripsisset, ea deinceps Tom. II. anno Christi CCCV. num. 41. valde mitigavit; ita enim ibidem de Patribus Con-

Concilii, & lapsorum reconciliationis scribit: Cum quæ ab illis de ea res sunt statuta, ab Innocentio Rom. Pont. excusentur, nemo si qui accusare presumat. Existimat igitur, hanc Synodum legitimam fuisse, atque ab omni erroris culpa liberam: addens, illius nullam, sicut de aliis, apud antiquiores nominatim mentionem fieri, ideoque prope antiquatam remansisse, ea de causa, quod hæc de lapsi constituta, male forte ab ipsis accepta, displicuerint. Novatiani lapsos simul a communione, & penitentia excludebant: Patres hujus Concilii eosdem, quod frequentia lapsorum, ac traditorum eo tempore exigebat, ad terrendum alios, a communione dumtaxat arcebant; a penitentia autem & peccatorum absolutorie non prohibebant. Ita Baron. num. 41. & 43. Reliqui vero Canones, quomodo explicandi, & ab erroris nota vindicandi sint, infra patebit. SEVERINUS BINIUS.

Circa annum, in quo hoc Concilium celebratum fuit, non solum cum hæreticis a Catholicis disceptatum invenio, sed etiam inter Catholicos ipsos, tam historicos, quam juris peritos. Sed jam Arnaldus Pontachus in sua Chronologia anno Christi CCCIV. feliciter expugnavit Magdeburgenses, qui asserabant, celebratum fuisse circa annum Domini CCC. Anglos vero debellavit docte Alanus Capus Dialog. 4. de Angl. & utrumque deliramenta aperta fecit Mendoza in praesenti. Inter Catholicos communis historicorum sententia est, coactum fuisse Concilium hoc anno Christi CCCV. Ita referunt Morales Lib. 10. Hisp. Cap. 11. Padilla 1. par. Hisp. Eccles. Hispal. Cent. 4. Cap. 5. Baron. tom. 2. Annal. anno 305. nu. 38. Gordonus, & Coriolanus eodem anno, Saavedra in Chron. Gotb. Cap. 2. pag. 21. & ex Jurisperitis illis consentit Joannes Dartis ad Decret. Dilt. 15. pag. 42. Antonius Augustinus, *De emendat. Gratiani*, Dial. 8. n. 6. contendit, celebratum fuisse anno CCCXV. Petrus Gregor. Lib. 12. Syntagm. Cap. 13. num. 12. rejicit illud ad annum CCCXXXVI. Sed verius censeo, coactum fuisse anno Christi CCC. quo illud refert Flavius Dexter, qui proximis illis temporibus floruit in suo Chron. in hac verba: *Illiberi in Baetica Concilium multorum Episcoporum contrabitur; præst Felix Episcopus Accitanus; cogitur jussu, mandatoque Melancii Toletani Pontificis, & Hispaniarum Episcopi prima Sedis. Julianus in Chron. anno 300. num. 133. Jam docuerunt Pater Higuera in Diptych. Tole. num. 58. Bivar. & Roder. Caro in Comment. ad Flavium Dextrum, dicto anno 300. Bermudez de Pedraza 1. par. Hisp. Granat. Cap. 11. Sane Concilium hoc celebratum fuisse vigente adhuc persecutione, nec pace Ecclesie data, & per consequens ante Constantium, sub Imperatoribus Diocletiano & Maximiano, liquet ex nonnullis Canonibus ipsius Concilii, præcipue ex Can. II. XV. XVI. LIX. & LX. ubi hujus persecutionis crebra mentione fit, & expressius conlat ex nobili testimonio Innocentii Papæ in Epistola ad Exuperium, ubi suppresso nomine Concilii Illiberitani, ait Cap. 2. *Quid de iis observare oporteat, quæ post Baptismum omni tempore incontinentia vel lapsum dediti, in extremo vita suæ pa-**

Tom. II.

C A P U T T E R T I U M

An omnium Hispanicæ, & Catholicae Ecclesie Conciliorum, Illiberitanum fuerit antiquissimum?

Concilium Illiberitanum vetustissimum adeo semper mihi visum, ut reliqua omnia, quæ non in Hispania modo, sed in reliquis Provinciis coacta sunt, antiquitate vincat. Non defuerunt tamen qui non primum quidem, sed quintum fuisse affirmant eorum, quæ ad id usque tempus Hispania convocabat. Inter eos Ambrosius est Morales^a, quem honoris causa nomino, quod Historiam Hispanicæ perire quidem meo iudicio, & diligenter conscriperit. Ait enim, Epistola Anteri Papæ^b ad Episcopos Provinciæ Bæticae, & Toletanae rescriptam esse ad eorumdem consultationem, quam fieri non potuisse dicit, nisi coacta Synodo omnium utriusque Provinciæ Episcoporum. Quæ quidem non satis idonea ratio est: nam adhuc certo non conitat, eam Epistola Anteri Papæ fuisse, quinimmo illi falso adscriptam suppicor. Nam ut omittamus, Episcopatus Hispanicæ in Bæticam, Toletanam, & reliquias Provincias tunc non fuisse ea forma divisos, ut suo loco probabitur; si Anterus eam rescribit ad Episcopos Bæticæ, & Toletanae Provinciæ, ut ex Epistola apparet, dum in principio ait: *De mutatione ergo Episcoporum, unde Sanctam Sedem Apostolicam consulere voluisti, scitote, eam communi utilitate, atque necessitate fieri littere; sed non libitu cuiusquam, aut dominatione;* qui fieri potest, ut uno mense, quo ille in Pontificatu vixit, statim enim gloriose martyrio extimam vita æternæ coronam consequutus est, Auctoribus Eusebio^c, Nicophoro^d, & aliis^e, qui, inquam, fieri potest, ut Episcopi Provinciarum Bæticæ, & Toletanae ad illum scripferint, & ille rescribere potuerit? Nonne antequam in ea persecutionum tempestate, fama de electione Anteri ad aures Episcoporum Toletanae, & Bæticæ Provinciæ pervenire potuisset, Integer Pontificatus Anteri labi potuit? Ho præstet tempore, quo in usu privatorum non erant Hispania Itationes vicedorum, ut hodie. Nec satis consonant tempore, quo tyraanni Imperatores tam audacter, & temere grafsabantur in Ecclesiis, in Episcopos, in Sacerdotes, in Clericos, in omnes tandem Christianos, potuisse Episcopos utriusque Provincia nullis armatorum militum præsidii munitos, nullis certis ad sumptus faciendo in itinere adjutos opibus, nullo Præsidio, & Proconsulum favore privato, vel publico innixos, relicta Sediibus, in tam distantibus locis positis, in unum commigrasse ad eam solum relationem mitterendam Pontifici, unde certiores gentes redderentur de caussis Ecclesiæ, de Christianorum conventibus, quos illi pro viribus conabantur interdicere. Et si tam de levibus caussis Hispaniæ Episcopi Sedem Romanam Apostolicam consoluerint; quare tam brevi tempore, causa graviori exorta, de depositione Episcoporum Asturicensis, & Emeritenensis, Basiliidis, & Martialis crimine idololatriæ contaminatorum ad Señum Carthaginem, & ejus Episcopum Cyprianum^f recurrerunt, non autem ad Romanum^g; ex qua & illud constat, non solum eos deposuisse Basiliidem, & Martialem, sed in eorum locum substituisse Sabinum, atque Felicem sine aliqua tunc Apostolicæ Sedis relatione; quod itinerum forsitan difficultatibus, & Præfectorum ethniconum metu impedirentur: et si ipse Basiliides ad illam postea confugerit. Suppositam ergo Epistolam fuisse necesse est, aut alii Pontifici tribuendam. Quod si ea vere fuisset Anteri, causæ nostra quidquam non obesse; nam quamvis Episcopi tunc una convenienter ad scribendum Pontifici de dubiis questionibus in Hispania excitatis (concedamus interim hoc Ambrosio Morales) is tamen concutus Concilium proprie dici non posset; quia nihil in eo, vel de Fide, vel de moribus decernebant. Oportet enim ad hoc, ut Concilii nomen congregatio sustinere possit, ut in ea aliquid vel ad Fidem, aut mores spectans decernatur. Quod si nihil decernitur, nisi relatio ad Pontificem, congregacionis potius, quam Concilii nomen sortiri debet, ut satis dilucide Marcellus^g & Papa I. docuit ad Maxentium his verbis: *Synodum ergo absque hujus Sanctæ Sedis auctoritate Episcoporum (quamquam quosdam Episcopos possitis congregare) non potest regulariter facere.*

Concilium secundum Hispanicæ, ait idem Ambrosius Morales^h, tempore Lucii Papæ coivile, quia ab illo Epistola in forma Rescripti missa extat ad Episcopos Galliæ, & Hispanicæ. Sed hujus me auctoritas non magis premit, quam quæ præcessit Anteriⁱ; video enim, illam coagmentatam esse ex fragmentis, quæ nomine Callisti, Cornelii, & Felicis circumfueruntur. Quod si Lucius statim ab ordinatione sua missus est in exilium, Decii Galli & Volusiani persecutione, ut attestatur D. Cyprianus^k ad eundem Lucium; cur Fratres & Coepiscopos Hispanicæ Ecclesiæ, & Gallicanæ Lucium Papam persecutione afflictum, & in exilio delitescentem consulere voluisse dicamus, neque de suo exilio, & calamitate quidquam in Epistola, pietatis, & commiserationis Christianæ gratia, meminisse? Quod si post redditum Lucii consultationem factam, & Rescriptum missum velimus confingere, Gallo jam & Volusiano Imperatoribus fraude Æmiliani interfectis, obstabit temporis ejusdem Epistola conscripta nota, eisdem Gallo & Volusiano Coss. Illud autem impostura suspicioneum auger multo magis, quod Epistola scripta dicatur Kalendas Aprilis, Gallo & Volusiano Coss. cum in confessis, Cornelium^l Papam Lucii antecessorem martyrio affectum xviii. Kalendas Octobris. At sive Lucius Papa octo vix menses egerit in Pontificatu, ut ex magni illius, & illius Alexandrini Episcopi Dionysii Epistolis, in quibus res quasque suo tempore, & illo præstertim gelas singulatum commemoravit, Auctore Eusebii^m, Nicophoroⁿ, & aliis^o, sive annum unum, menses tres, dies quatuordecim, ut Onuphrio^p, & Pamelio^q placuit

& dies

& dies quinque & triginta, vel sexaginta sex a martyrio Cornelii Sedes Romana vacavit ante electionem Lucii, ut scribit Damasus; qui fieri potest, ut Kalendis Aprilis Epistola scriptam possint vere adfirmare? Si enim ejusdem anni rationem faciant, occurrit non Aprili mense, ut in Epistola dicitur, sed Decembri Lucium electum Papam fuisse; sin vero sequentis anni tempus obseruent, obitabunt Consulatum nomina; nam in eo Consulatum non gesserunt Gallus & Volusianus; sed Volusianus & Valerius Maximus, ut Fasti Consulares testantur. Sive ergo Consules crearentur eo tempore principio mensis Martii, sive Januarii a quod verius est, quidquid eorum malint affirmare, tempus obitum Cornelii obitus, & electio Lucii, sed multo magis martyrum ipsius Lucii, quod ad quartum diem Martii referunt Martyrologium Romanum, & reliqua Bedæ, Usuardi, Adonis, & Pontificalis Damasi. Quatuor, vel quinque dies, antequam Epistola hæc scripta dicitur, vel configitur, lucis usura privatus est Lucius; non potuit ergo ab homine mortuo Epistola describi. Quod si vere illa a Pontifice scripta est, alium eum fuisse cogimus necessario fateri.

Tertium affirmat idem Morales^b tempore Stephani Papæ indicatum ad depositionem Basiliidis Asturicensis Episcopi, & Martialis Episcopi Emeritenensis; de quorum criminis idololatriæ, & blasphemiae, & depositione, cum consulerent Divum Cyprianum Carthaginem, in Africa Episcopum. Virum ea actate literis, prudentia, & sanctitate insignem, Felix Presbyter, & Lælius Diaconus, & Plebs Legionis Asturicæ, & Emeritæ, & alius Felix Episcopus Cæsarugustanus, illis super ea depositione respondit Divus Cyprianus, Clerum, & plebem earum Provinciarum laudans, quod in locum eorum, Sabinum, & Felicem legitima electione substituerint, quos ad eundem Cyprianum^c, ut Legationem obirent, miserant. At quamvis Ambrosio Morales adeo placuerit eo tempore Concilium habitum, ut Hispania Generale esset, & dixerit, & postea sæpe inculcarit: quo id argumento probet, non video; nam si in Concilio Generali Hispania depositio Martialis, & Basiliidis facta fuisse (quod etiam sat esse non poterat, ut ex congregatione Concilii nomen posset mereri, si alia Decreta edita non sunt, ut dixi) nonne Concilium universum, Cyprianum consuleret, & in nomine Concilii relatio Cypriano proponeretur, & Cyprianus universo Concilio rescriberet? At utrumque deesse competit; nam Concilium nec habitum perhibetur, nec nomine Concilii Epistola ad Cyprianum missa est, sed nomine Felicis Presbyteri, & Lælii Diaconi, & plebium Legionis Asturicæ, & Emeritæ. Nec Concilio respondit D. Cyprianus, sed illis tantum, a quibus fuerat consultus.

Quartum idem censet habitum tempore d. Miltiadis Papæ, quod ad omnes Episcopos Hispanicæ literas dederit de diversis caussis Ecclesiasticis, utpote de judiciis Episcoporum, sive de majoribus Ecclesiæ caussis ad Sedem Romanam deferendis, & de Sacramento Baptismi, & Confirmationis, de jejunio Domini diei, & quinto Ferie; non inde tamen colligitur, Generale fuisse Hispania Concilium; nec si convenienter Episcopi ad proponendam eam relationem Miltiadi; inde probare liceret, Concilium fuisse Hispania Generale, si alia Decreta de Fide, aut moribus in illo edita non sint. Consequitur ergo ex his, Illiberitanum omnibus Hispania Conciliis temporis antiquitate præstare; si memoria præsternit teneamus, Concilium hoc, ut nuper dicebam^d, non solum tempore Sylvestri (ut sibi perfuerit Morales) sed ante Sylvestrum, & Miltiadem convocatum; quocirca quamvis ad mittendam relationem Miltiadi Concilium habitum fuisse, illo tamen hoc Illiberitanum antiquius esse, rerum antea gestarum historia manifeste satis comprobatur. Non tamen inficias eo, antehoc Concilium sæpe inter se Episcopos Hispania convenisse, ut de caussis pro tempore emergentibus alios consulerent, ut conflat ex Epistola superiori Cypriani, & Miltiadis: vel ipsi inter se quod sentirent, exponerent, & optato fine exequerentur.

Nec omnium Hispanie tantum antiquissimum hoc Concilium arbitror, sed & reliquorum, quæ in Ecclesia, vel Latina, vel Graeca, adhuc existant. Excipio semper quæ Hierosolymis de abroganda Lega Moysis, de sanguine, suffocato, & scortatione, & idolothytis prohibendis, exordio religionis Christianæ Apostoli celebrarunt. Nam etiæ multa ante hanc Diocletiani, & Maximiani persecutionem habita fuisse, Ecclesiastici Scriptores tradiderint, ut Cæsareense I. in Palæstina sub Ælio Pertinace a Theophilo ejusdem Civitatis Episcopo, & a Narciso Episcopo Hierosolymorum de die Paschatis: Romanum sub Victore Papa; aliud Episcoporum Ponti sub Palma: Gallicanum sub Ireneo: Achaicum sub Bachilo Corinthiorum Episcopo de eadem controversia: & alia, quæ eodem tempore per varias Christianæ Religionis Provincias acta sunt, ut Eusebius^e, & Nicephorus^g tradunt, Romanum scilicet sexaginta Episcoporum, & totidem Presbyterorum ad condemnandum Novatum ex Epistola Cornelii Papæ ad Fabium Episcopum Antiochenum tempore Aurelianum Imperatoris, & Dionysii Papæ contra Paullum Samosatenum, ex Eusebii^h; & aliud Carthaginense Concilium (ni mavis Conciliabulum) sub Cypriano ejusdem Civitatis Episcopo, actum tempore Stephani Papæ, triaque postea, ut a Pamelio i. notatum est. Hæc, & alia, quæ in reliquis Christianis provinciis, eo tempore, & anteriori peracta sunt, nihil hujus Concilii vetustati officiant, vel detrahunt dignitatem; partim quod illa non extant, vel edita non sint in illis Decreta; partim etiam quia quedam erroribus fuisse conspersa gravissimis, ut de Carthaginensis D. Augustinus, Optatus Milevitanus, Stephanus Papa, & alii attestantur. Et ex his tandem fit, Concilium hoc Illiberitanum, Niceno, Arelatensis, Ancyrano, Neocæsareensi, Romano, & reliquis, si quæ sunt, quæ modo ante hoc recentiores Ecclesiastice Historiae Scriptores prodiderint, in ordine Conciliorum esse præponendum; & hoc ipsum superiora (ni me opinio propria, aut patriæ, aut negotii suscepsti fallat amor) satis dilucide videntur comprobasse.

^a Docuit Augustus Lib. 3. de Civ. Dei Cap. 16. Plutarcb. Probl. 28. Tullius contra P. Servilium Rullum de Lega Agraria in principiis Orat. 1. b Cap. 45.

^c Que omnia exstant in Ep. 68. D. Cyprian.

^d Moral. d. Lib. 1. e. C. 30.

^e Cap. 2. superiores.

^f Lib. 5. His. Eccl. Cap. 22.

^g Lib. 2.

^h Lib. 4. Cap. 36. & 37.

ⁱ Lib. 7. Cap. 23. & 25. Ni-

cep. Lib. 6.

^j Cap. 28. & 29.

^k In Vita Divi Cypriani.

COMMENTARII NOVI.

Inde conjectare licet, fuisse hoc primum Concilium in Hispania celebratum. Nam ut D. Idorus auctor est, *Etymolog. Lib. 6.* Cap. 18. Canones Conciliorum a temporibus Constantini cooperunt. In precedentibus namque annis, persecutione fervente, decimorum plebium nemini dabatur facultas. Idem Gratianus in *Collect. Decreti. Dist. 15.* Unde non probo eorum sententiam, quia ante hoc quatuor alia Concilia in Hispania esse coacta, ex nudis tantum conjecturis, & Epistolis adstruere conantur. LQALSA.

Licet multi conventus, Conciliaque fierent a Prefulibus Hispanis tribus Ecclesiæ faculis, ut Illiberitanum anno LVII. quod refert Flavius Dexter dicto anno LVII. in hac verba: *Horum S. Jacobi Discipulorum noui nulli sub Aloto, Neronis judice, dum ad Concilium Illiberri conveniunt, flammis exusti, spoliati suis, suorumque bonis omnibus, generose morientes pro Christi Fide coronati sunt.* Toletanum primum anno CCCXXXVIII. teste Ambrosio Moral. Lib. 9. *Hist. Hispal.* Cap. 42. Toletanum secundum anno CCCLII. referente Padilla in *Hist. Ecol. Hisp. Cent.* 3. Cap. 7. Toletanum tertium anno CCCLVII. Quartum anno CCCLVIII. ut tradit ipse Morales Lib. 9. Cap. 45 & illa agnoverunt Bavarrius ad Flavium Dextrum anno CCCLXXXVI. Vasaeus in *Chron. anno cxvi.* Brito & p. Monarchia Lib. 5. Cap. 17. & aliorum meminit Julian in *Chron. anno CCXXX.* pag. 32. dum ait: *Habentur etiam frequentes Synodi Tarracone, Hispali, Carthaginæ, Bracara, Toleti, Emerita, an Baptismus collatus ab hereticis cum intentione faciendi, quod Ecclesia prætendit, validus sit? conclusit validum, nec sic ab hereticis baptizatos, baptizandos.* Quia vero eorundem Conciliorum Acta non reperiuntur, ignotumque est, qui Antistites interfuerint, quive Præses fuerit, recte ut primum recensetur a Mendoza, & aliis hoc Concilium Illiberitanum. GONZALEZ.

Satis ostendimus in Apparatu ad Concilia Hispanie Dissert. ix. præsertim Excursu

i. & ii. potuisse contingere, ut anno Christi LVII. aut circiter, aliquod Concilium in Hispania a Discipulis S. Jacobi Apostoli celebretur. Quod autem re ipsa celebratum fuit, incertum est: cum tantum nitatur testimonio Dextri suspecto, aut subditio. Idemque est de pluribus aliis, quæ in illo pseudo-Chronicæ memorantur habita intratia priora scula Eræ Christianæ. Legendus ea de re Papebrochius (post Bollandum, & Henschenium) plurimis locis inventus adversus Hieronymum Roman de la Higuera (quamvis sodalem suum) tanquam fabulatorum, & artificem infinitarum fictionum, quæ nomine Dextri, Maximi, Juliani &c. circumferuntur. *Lege illum præcipue Tomo vii. Maji pag. 392. & 394.* Neque omnes Episcoporum congressus (quos dubium non est habitos fuisse eo temporis spatio) merentur nomen Concilii, sed ii tantum, in quibus de Fide, moribus, aut Ecclesiastica disciplina agitur, ut jure monuit supra eruditissimus Mendoza.

Quod autem ipse Epistolam Anteri Papæ nomine scriptam ad Episcopos Hispanie rejicit veluti suppositum, omnino probare non possumus, licet plerique recentiores Catholici post Davidem Blondellum, aliosque Heterodoxos, contra illam invehantur. Satis enim ostendimus in Apparatu Dissert. X. syncretis ejus Epistole, quamvis intercalata sit, aut appareat quibusdam centonibus, & assumtis ab aliquo sciollo. Præterea ibidem ostendimus ex quibusdam antiquissimis Codicibus Bibliothecæ Vaticanae, Anterum duodecim annos in Pontificatu vixisse, quamvis multi ex Eusebio illum ad unum mensem restringant. Unde sat temporis fuit, ut literas acciperet ab Episcopis Hispania consulentiibus Sedem Apostolicam, & iis responderet. Vide eo loco plura hue spectantia.

Circa Epistolam quoque Lucii Papæ & martyris, quam eruditiss. Mendoza hoc loco pariter vobis arguit, satis diximus in Notis ad illam. CARD. DE AGUIRRE.

C A P U T Q U A R T U M

De Autoritate Concilii Illiberitani.

^a De Calvinis testatur Robertus Bellarmius in Lib. 1. De controversiis Christianæ Fidei.

^b Hiemairus in Lib. quem aduersus Imaginum calumniator scripti, auctor est Xystus Senensis Lib. 5. Bibliotheca Sanctæ Annos. 247.

^c De Anglis testatur Alanusopus Dia-log. 4.

^d De Magdeburgensis tebis est.

^e Arnaldus Pontiacus in Chronographia

Mstrandum sane, vel dolendum potius est, Pater Beatissime, eo rem rediisse, ut aucti-gostam, & sanctam hujus Concilii auctoritatem, non Calvinus a solum, non Bal-thasar Hiemairus b, non Anglici, non Magdeburgenses d, & hereticci alii, quos reterre pudet, ementitis erroribus; sed & Catholici etiam, & inter Catholicos, qui eam maxime suspicere deberent, vel propria, falsaque ducti opinione, vel solo aliorum præjudicio eandem minuant, elevent, infringant. Bartholomæus Carranza, Archiepiscopus poltea Toletanus, Summa Conciliorum compilator, quem Christiana modestia, patriæ amor, Religionis cultus, cura, & studium, quo in colligendis Conciliorum Canonibus se elaborasse, & insudasse, præfatur, non movere tantum, ut curreret, sed currentem, ut ajunt, possent acrius incitare; ut fidem illius labebatam ab aliis erigeret, erectam defenseret, defensamque ut sacrofanciam veneraretur, quoniam pacto munus expleverit, quæ ad Concilii principium præfixit, indicabunt: *A multis, inquit, revocantur in dubium, & merito aliqui Canones hujus Concilii, ut XXXIV. XXXV. XXXVI. & LX. qui prohibet usum Imaginum, quod non recipit Ecclesia Catholica: unde neceesse est, Patres in Concilio Provinciali errasse; quod & aliis tanto auctoritatis scimus contigisse, aut recte ab eis definita, ab hereticis depravata sunt; quod nec novum est, nec mirandum.* Carranza auctoritatem magis, quam Concilii (quod doctis hominibus & novum videri posset, & mirandum)

dum) secuti sunt alii asseverantes, Concilium hoc tanquam multis conspersum erroribus ab Ecclesiastico Sacrorum Conciliorum Canone rejiciendum. Inter plures autem, quos ante, & post huic opinioni adhæsere video, primus est Melchior Cahus a Episcopus Canariensis,

^a Lib. 5. De locis Thelographic. Cap. 4.

Vir inter nos, & acumine ingenii, & multiplici literarum cognitione clarus; agens enim auctoritate Conciliorum, docet, Concilium Provinciale sine Pontificis auctoritate coactum, nec confirmatum, errare posse, post alia exempla, illud adjicit: *Illa rursum non imprudenter modo, verum etiam impie a Concilio Elibertino lata est de tollendis Imaginibus Lex, Can. XXXVI.* Et post alia: *Nec mihi Concilium Elibertinum officias, nam in ea parte, qua erravit, semper a Catholicis explosum est.* Post hos, recentiores alii b, Canones xxxiv. xxxv. xxxvi. & lx. damnatos esse ab Ecclesia Catholica libertus multo, quam par esset, affirmant. Si ab Hispanis, quorum intererat, Hispanici Concilii, & Hispanorum omnium antiquissimi auctoritatem tartam testam custodiri, ut suspectam improbari legimus: novum certe videri non potest, si exter Scriptores in idem intemperantius inventi sint. Nostra enim aetate Cæsar Baronius c, in illustrandis Ecclesiasticis Annalibus præclare versatus, agens de sanctarum Imaginum picturis, contra objecit Canonom xxvi. Concilii Illiberitani, & postquam illud ut perexigui momenti adversus Ecclesiæ universalis Decreta in sancto Imaginum usu esse dixisset, hæc adjicit: *Porro Concilium illud in multis esse irritum, multa sunt, qua manifeste declarant: pleraque enim in eo sunt, qua sinceris Ecclesiæ Catholicæ Dogmatibus adversari videntur & dum eiis, qui capitalia quædam crima perpetrassent, nec in fine communionem esse dandam, pluribus Canonibus statuerat. Sapere hæc barefam Novationam, qui Cypriani, & aliorum de ea re Scripta legerint, facile cognoscunt: ab Ecclesia enim Catholicæ usu, illud omnino alienum esse reperitur, quod in eo statutum est, ut nec in fine communicet, qui post paenitentiam mænachatus fuerit.* Et post alia: *Sed non tantum (inquit) ex jam dictis adducor, ut existimem, Concilium illud in his irritum factum esse: sed eo maxime, quod Canonum antiquissimi Collectores, Fernandus Diaconus, Dionysius cognomento Exiguus, & Cresconius, quantumlibet egregiam navarant operam, ut omnes tam Græcos, quam Latinos Canones colligerent, nullus tamen ipsorum bujusmodi Concilii Eliberini Canonis, vel saltem nomine tenus meminit. Itaque suspicor in illo Cavone imposturam. Qui etenim fieri poterit, ut cum non tantum complures Orientalium, sed & Occidentalium turma adversus sacras Imagines bellum moverent, & ad eas impugandas, arma undique compararent, a potissimum omnium telo, si extitisset, abstinuissent?*

^d Can. 1. 2. 6. 8. 12. 17. 18.

Anne latuit bujusmodi Decretum Concilii Vigilantium f, & ipsum Hispanum, sacrum Rituum Ecclesiasticorum eversorem, qui, cum quæ erant Ecclesiasticae economia, pervertiebat antiquas consuetudines, tacisset ne, in sacras Imagines potissimum inveti, si aliqua prætensa saltem Ecclesiasticorum Virorum auctoritate id posse effere conspexisset? An non saltem unus, vel alterius ejusdem Synodi Canonis auctoritate sua validare, ac robore potuisse, ut quæ ipse primus de non incendendis cereis in Ecclesia ausus est affirmare? An etiam præterist ea non ille Claudius item Hispanum Presbyterum, inde vero Episcopum Taurinensem, maximum Iconoclastam, Felicis Urgelitanus discipulum? Evidem dum hæc pauli consideratius apud meipsum perpendo, in eam suspicionem adducor, ut aliquis ex Claudii prædicti discipulus, atque sectator (quod proprium est hereticorum partus supponere) ejusdem Canonis auctor fuerit, & talis impostura regius concinnator: nec quidem, qui hæc mecum accurate poveridet, me falsum conjectorem temere arguet. Sed esto, absit fraus & impostura; quam tandem fidem meretur tam paucorum Episcoporum Canon, quem totius Catholicæ Ecclesiæ usus contrarius continuo abolevit, & antequam nascetur, extinxit? Hac Cæsar Baronius. Post Baronium, ejusdem Instituti, & Congregationis Oratoriæ collega Thomas Bozius g, cum de sacrarum Imaginum cultu ageret, non similia tantum, sed eadem, & graviora his, quæ Baronius, ad labefactandam hujus Concilii auctoritatem scripsit: *Quocirca (ait) & Concilium quadratum, quod hanc ita pridem prodit in lucem, Eliberinum, Episcoporum novemdecim, nullo modo audiendum, nam Fernandus Diaconus, Dionysius Exiguus, & Cresconius, qui diligissime Canones omnes collegerunt, ejus nihil omnino meminere. Quid? quod neque Vigilantius, qui omnia, quæ adversus Sanctorum Reliquias in unum confert, cum sit Hispanus, Hispanici tamen bujus Concilii nullam mentionem fecit, neque Claudius similiter Iconomachus Hispanus. Adde, in illo esse Novationorum decretum, cum negat communionem quibusdam. Nulla igitur illius fides.*

^f Can. 34. ^g Tom. 2. Lib. 15. Hieron. aduersus Vigilantium. Joan. Aurelian. in Prefat. comen. in claud. & Lib. 1.

Robertus etiam Bellarminus h, nonnullus de auctoritate hujus Concilii detrahit, dum Disputatione, *De Ecclesiæ triumphantie*, disserens, de Imaginibus ait, Concilium hoc sive Provinciale, & in aliis Decretis videri errare, præsentim cum in plurimis casibus, ne in articulo quidem mortis poenitentem velit absolvit. Sed tantum majori irreverentia, ne dicam audacia, Concilium nunquam ab Ecclesia receptum ob Canonem XXXVI. & forte etiam ob XXXIV. (sic ille loquitur) scripsit, & principio hujus Concilii præfixi nescio quis, qui recentem Conciliorum editionem Venetam paravit. A quo, & reliquis graviora in Concilium dici vix potuerunt, etiam si illius, Auctores, vel certo tuiscent hereticci, vel illius Decreta, ut suspecta, & apocrypha, tua Beatus dñmns, aut majores tui Catholicæ Ecclesiæ Episcopi. Sed quia hæc postea fuisus propriis in locis sum tractatus, hujusmodi labore nunc supersedebo, si prius illud monuerim, gravem, atque eximiam hujus Concilii auctoritatem multo pluris habendam esse, atque estimandam. Et enim in primis merito veneranda magna ejus, ac longeva vetustas, quippe quod mille, & trecentos fere ante nos annos Concilium habitum non diximus nos modo, sed fidelissimi antiquitatis testes ex veterum Annalium monumentis excitati, superius luctenter,

lenter, mea quidem sententia, diserteque comprobarunt. Quod si non scriptas Ecclesiae traditiones ob reverendam earum antiquitatem magnificant, idque jure optimo, quoquot sunt Catholicae Ecclesiae Doctores; non equidem video, cur his Decretis, quae publicis sunt literis commendata, eandem fidem, auctoritatemque negemus, cum illa praesertim sint tam singulari pietate condita, tam praelata doctrina sanctitate conspersa, tam prætanti Episcoporum fide firmata, ut non solum communem, & publicam mereri possint approbationem, sed videri, & haberi dignissima, quibus nec jacturam temporum iniquitas, nec pernicien hereticorum audacia, nec oblivionem affere debet unquam posteritas. Quod enim (si singula expendamus attentius) officium est hominis civilis, quod munus viri Christiani, quod ii non descriperint? Quæ Clericorum, & Presbyterorum honestas, quæ vita Episcoporum, quæ sanctitas, quam hic non exprefserint? Quæ Matrimonii fides, quæ leges, quæ hic non tradiderint? Quæ Baptismi, & Confirmationis, quæ Poenitentiae, & Communio-nis Sacrae, quæ Ordinis, & reliquorum Sacramentorum Ecclesiae ratio quævis, quam hic non retulerint? Quæ Circi Hispanici immanitas, quæ impudicitia Theatri, quæ Scena turpitude, & infamia, quam hic non eluerint? Quæ Idolorum vanitas, quam hic non detexerint? Quæ tela hereticorum, quæ hic non retuderint? Quæ Christianæ doctrinae, quæ Divinae Religionis præcepta, aut ab heroicis Apostolorum temporibus, aut posteriori hominum ætate in reliquis Ecclesiae Conciliis edita, quæ ab Hispanis Episcopis expressa non sint hic, aut faltem adumbrata? Fere omnia enim, quæ a Deo Patre Christus, a Christo Apostoli, ab Apostolis ipso, aut ore proprio, aut communis Discipulorum traditione acceperunt; eadem ad concordem Ecclesiae Catholicae pacem, & civilis, Christianaque politia conservationem, non solum pie constituerunt, religiose auxerunt, & sancte conservarunt; sed singulari præstentia laude ad sempiternam hominum memoriam publicis monumentis consignata; ad posteros transmiserunt. Tam pias igitur, & sanctas Hispanorū Episcoporum constitutions, nec explorata Decretorum veritate, nec contestata Auctoriis lite, nec citatis idoneis vetutatis testibus, nec adhibito tandem gravioris aliquibus sententiæ prejudicio, damnare quis tam consili, rationis, & pietatis expers audebit? Si repetat præsertim animo, quod in simili alio Hispanie Concilio Nationali^a, Rēccaredus Rex Catholicus sensit, dixit, prædicavit: *Credo, ait, Beata Sanita Trinitatis Divinitatem huic Sancto interesse Concilio; & ideo tanquam ante conspectum Dei, ita in medio vestri fidem meam protuli.* Quem Sanctum, atque Divinum Spiritum, omnibus Conciliis Provincialibus adeisse, si non certis documentis (ut in Generalibus) justis tamen, & probabilibus argumentis conjici, intelligi, & credi a piis omnibus, & religiosis dignissimum est. Deus enim suorum Sacerdotum Concilio tunc interesse credendum est [ait Concilium Toletanum IV.^b] cum tumultu omni abjecto, sollicito, atque tranquille Ecclesiastica negotia terminantur. Quod certius multo, firmiusque reddit sacra illa Divina pollicitationis memoria, qua Christus primus Conciliorum Institutor, Auctor, atque Magister Episcopis in sancto ejus Nominis, & Spiritu convenientibus, non solum opem, & patrocinium præstiturum, sed se ipsum a futurum singulari benignitate promisit: *Obi fuerint, ait, duo, vel tres congregati in Nomine meo, ibi ego sum in medio eorum.* Itemque: *Si duo ex vobis confenserint super terram, de omni re, quancunque petierint, fieri illis a Patre meo.*^c Ni forsitan velint, gratiam Sancti Spiritus, ut cum Africanis Patribus a loquar, reliquarum Provinciarum Episcopis, non Hispanis promisi; vel ejus iustitiam duobus, aut tribus tantum concessam; decem vero & novem Episcopis, & triginta sex Presbyteris denegatam; que quidem cogitatio in nullius sapientis, pil, aut religiosi animum cadere potest. Nam si illud culpandum docuit D. Augustinus^d, sic ille loquitur, cum vel de Deo indignum aliquid creditur, vel de homine facile creditur: qui de Deo quodammodo, & mirabiliter ejus providentia; & de hominibus, non dicam facile, sed temere, & sine causa turpissimam opinionem, vel suspicionem haereses movit, injectit, auxit, firmavit, qua culpa non erit dignus? Nec homines, qui huic Concilio interfuerunt, si homines nuncupandi sunt, levis fuisse literaturæ, aut vulgaris existimationis conitatis; quinimmo doctrina illorum insignis, suspicienda gravitas, mira innocentia, fervens religio, ac denique incomparabilis vita sanctitas in hac sententia nos est confirmatura. Præter alios enim, Osius Episcopum Cordubensem in eo adfuisse, satis superque scimus; de cuius fidei integratitate, de moribus, de literarum cognitione, de prudentia, de auctoritate Athanasius^e prædicator, & testis est ejusdem ætatis locupletissimus: *De maximo autem, ait, & gravissima aetatis Viro, eodemque Confessore Osius, qui vere Osius est, idest, Sanctus, superfluum arbitror mentionem facere: cum nullus fortasse sit, qui non cognitum habeat, cum ab ipsis quoque in exilium missum est; non enim quidquam latere potest in Viro illo tanto claritudinis.* In qua enim Synodo ille non Dux, & antesignanus fuit? quem non ille recta tuendo, in sententiam suam pertraxit? que Ecclesia illius præsidentia non pulcherrima monumenta retinet? quis illum maestus adiit, ut non latus abierit? quis indignus ab eo postularit, qui postulatum obtinuerit? Nec Athanasii solum de auctoritate Osius tam grave extat judicium, sed & trecentorum decem & octo Episcoporum, qui in Nicænam Synodum convenerunt^f. Ab his enim Osius Beatus, & Sanctus Episcopus non semel est nuncupatus, & aliis præclaris suis virtutis, doctrinae, & pietatis ornatus testimoniis. Quod si de his Episcopis, quos Synodus Nicæna, vel reliqua Generalia probarunt, quid sentire necesse sit, placat spectare, audiamus Gregorium Magnum^g ad Joannem Episcopum Constantiopolitanum his verbis scribentem: *Cunctas vero, quas præfata veneranda Concilia perfidas respuant, respuo, quas venerantur, amplector: quia dum universalis sunt consensu constituta, se, & non illa destruit, quisquis præsumit, aut solvere quos religant, aut rela-*

^a Conc. Tolet. III. in principiis.

^b Can. IV. in fine.

^c Matth. 18. d In Epist. ad Cœlest. Papis que extat in eo Concilio, quod vulgo Africano dicatur cap. 105.

^e Ioh. 1. De utilitate credendi, Cap. 11. f Apologia, De fuga.

^g Patres Nicæni, ut refertur Lib. 2. De A&C Concil. Nicæni apud Alphonsum Pisanum.

^h lib. 1. in Ep. 24. responsum, responsum, quas venerantur, amplector: quia dum universalis sunt consensu consti-tuta, se, & non illa destruit, quisquis præsumit, aut solvere quos religant, aut rela-

gare quos solvunt: quisquis ergo aliud sapit, anathema sit. Nicæni Patribus accedunt Sar-dientes, quos trecentos quadraginta & quatuor fuisse, scribit^a Athanasius; hi enim de-Olio mentionem faciunt non minus honorificam: *Et non semel, ajunt, non secundo, sed etiam frequenter citati vocationibus obedire noluerunt [tractant de hereticis] congregatis videlicet in Concilio Osi longævæ, qui propter ætatem, atque confessionem, tantumque laborem, omni honore dignus apparuit.* Præciaram Fidei confessionem ab Olio factam Dio-cletiani persecutione, quod Libros sacros tradere, & Diis sacrificare noluisset, intelligit Concilium, de qua & ante b actum est. Ea enim adeo benevolum reddidit Olium Constan-tino Imperatori religioso, & Religionis, Fideique Auctori Christo Deo, ut graviores omnes Christiana Reipublica cauſas, auctore Olio, impulsore, vel tractatore, non solum agi-tatas prudenter, sapienter, graviterque defensas, sed expeditas feliciter, peractas, ob-tentas cum æterna nominis sui memoria, omnis contetur vetustas. Illum siquidem ad defi-niendam exortam inter Cœcilianum, & Donatum causam ordinationis gravissimam, & ad detegendos Donati errores Concilio primo Arelateensi interfuisse, & ejus primum consilio, pietate, & prudentia sententiam damnationis in Donatum, & Donatistas latam a Constanti-no Imperatore, c Angultinus recenset. Paullo autem post ad tollendum Arii schisma, & fe-dandam Orientali controversiali, primum omnium Alexandriam missum, deinde vero remissum in Bythiniam, ut Concilio Generali Nicæno, loco Sylvestri Papæ præfasset; ad ejusdem Arii heresim, & Novatianorum errores confutandos, probat ipsius Osi Epistola, qua ille cum Vito, & Vincentio Conlegatis Concilii confirmationem ab eodem Sylvestro poltu-lavit; post Nicænum Gangras Paphlagonie profectum adversus Eustachii Monachi fordes, deinde in Thraciam ad restituendam in Concilio Sardicensi Generali Athanasio Sedem, & extinguidas Arianorum reliquias, certis Annalium monumentis veterum teitatum eit; quæ certe Episcopo extero, nisi ob summam illius religionem, cum antiquitate ordinationis, cum vita integratæ, & literarum cognitione conjunctam, a pio, & prudentissimo Imperatore, doctissimo, sanctissimo Pontifice, tuto non posset committi, ni pluribus, ille, quam Conciliis interfuit, antecessisset virtutibus: ob quarum eximium splendorem, & præclaræ confessionis gloriam, tanti olim, & a Catholicis, & ab hereticis habitum accepimus, ut Ariani illum Synodorum Principem dixerint, & Nicæni Symboli formulam concepitè prodidit D. Athanasius d. Quod si ab Olio error aliquis in Religione admittus, confirmatusve fuisse, nonne Donatista, & Parmenianus, qui Constantiū Magnum ab Olio Episcopo persuasum fuisse conquerti sunt, ut severiorem in eos sententiam proferret; nonne illum erroris in Imagines quovis quæsiro colore accusant, ut accusarunt etiam falso Miltiadem PP. de tra-ditione Librorum, & Constantiū gratia corruptum? Omiserunt sane Donatista hanc er-roris notam, & labem Olio impingere, non dissimili ratione, & consilio, ab eo, quo Vi-gilantius, & Claudius heretici Decreta hujus Concilii citare omiserunt ad infringendum ve-nerablem sacrarum Imaginum cultum, & plium cereorum usum, quem conabantur inverte-re: quod heretici illi tanquam canes sagaces, astuti, & catidi præ lente subolfacerent, sanctissimis hujus Concilii Decretis elidi, & capi se posse potius a Catholicis, quam contra Catholicos utile quidq; am venari.

Nec Osi auctoritate solum, Fidei, & Religione, hujus Concilii dignitatem tuebor: cum in illo etiam adfuerit D. Valerius Cœsaraugustanus Episcopus, & Confessor; cuius vi-tæ sanctitas, & mirabilis in preferendo martyrio constantia, illum & faltis Martyrum, Cœle-stiumque numero inferuit, ut Romani Martyrologii^e, & reliquorum certissima fide constat: & cum ipso (ut est verosimile) D. Vincentius g Martyr extimus, ob Religionis, & sacrarum Literarum cognitionem perpetuus Valerii comes, & ob ejusdem lingue impedimentum in-terpres fidelissimus: qui cum obeundis præclare certaminibus admirabile itudium, singularem animi propensionem pro Fide, pro Regno Dei, pro cultu Religionis, pro conservandis sa-cris Codicibus, adversus impia Imperatorum Edicta, saevissimam Praefectorum immanitatem, constantissime declarassent, divina morte, divinae victoriae præmium, divinitus reporta-runt. Quomodo igitur, ut docet Ambrosius, illorum fidem juste negare audebimus, quo-rum gloriofas victorias justissime prædicamus? Prædicamus, inquam, Sanctissime Clemens, grataque & jucunda divinarum laudum commemoratione admirarunt: aut quis ille tam de-mens, ut Lirinensis h utar fernone, qui eos eti adsequi non valeat, sequi tamen non exop-tet, quos a defensione Fidei majorum nulla vis depulit, non minæ, non blandimenta, non satellites, non Imperator, non homines, non demones: quos, inquam, pro Religionis veritate tanto munere Dominus dignos judicavit, ut per eos prostratas repararet Ecclesiæ, extinctos spiritales populos viviscaret, dejectas Sacerdotum coronas reponeret, nefarias il-las novellæ impietatis non literas, sed lituras, infuso cœlitus Episcopis fidelium lacryma-rum fonte deleret; universum postremo jam pene mundum proprie idolatriæ, & aliena-hereses tempestate percussum, ad Apostolicam Fidem ab idolatriæ perfidia, ad veram sa-nitatem a novitatis vesania, ad antiquam lucem a novitatis cœcitatem revocaret. Neque enim fas est, ut eos intelligamus in summa pace lapsos, & coram Romane tue Ecclesia Legatis, unius, aut duorum hereticorum profanas, contrariaisque sententias, abjecta omni vera Religioni approbase, qui turbulentissimis persecutionum fluctibus excitatis, omnium sanctæ Ec-clesie Sacerdotum, Catholicae, & Apostolicae veritatis Decreta constantissime, glorioseque festantes, maluerunt semetipsos publice prodere, quam vera Fidei vetustatem, & vetutæ universitatis Fidem privatim defere, aut aliquo alio modo labefactare. Sed ut omitamus tandem, quæ de Melantio dici possunt, quæ de Sabino piissimo Hispaniensium Episcopo, quæ de Flavio Illiberitanu, & reliquis quatuordecim Episcopis, qui illi Concilio cum sex &

^a D. Athan. 2. Apologia Sar-dientes Patres in Epist. ad omnes Episcopos.

^b Superius Cap. 2.

^c D. August. Lib. 1. contra Epist. Par-me-niani Cap. 4.

^d D. Athan. in Ep. ad solita-riam vitam a-gentes.

^e D. August. Lib. 1. contra Epist. Par-me-niani Cap. 7.

^f Rom. Mar-tiri. 29. Janu-ar. De Vicen-tio Martire.

Martirolog.

Rom. 22. Janu-ar. Extant 5 de ipsis pas-sione præclare laudes apud B. Leonem Papæ.

Sermon. ult. quem aliqui parum recte tribuunt. D. au-gust. & apud Aug. in aliis duabus, quos e-didit ac ipso.

g Acta de eo-dem Vincentio Mari. D. am-bro. Lib. 3. De Fide Cap. 7.

h Vincentius Lirinensis ad-versus profa-nas heretiq; novationes.

triginta Presbyteris, & pluribus aliis Diaconis interfuerint, quorum omnium, vel sola memoria, & recordatio deberet efficere, ut Hispanie, vel Dco potius Opt. & Max. rerum, & bonorum omnium liberalissimo largitori, quantas maximas mens nostra capere posset, gratias redderemus; quod a principio Ecclesiae profugatis lupis rapacibus, eos dederit Hispanicis Ecclesiis Paatores, quibus nec rerum Ecclesiasticarum usu peritiores, nec doctrina celebritate clariores, nec vita sanctitate meliores ipsa tunc optare potuerint cogitando: ut omittamus, inquam, hæc, quæ ad tutandam hujus Concilii auctoritatem, ut reliquorum Conciliorum provincialium facere satis poterant: nonne illam confirmant etiam antiqui Decretorum Collectores, non Gratianus modo in sua discordantium Canonum Concordia, non Anselmus, non Joannes Gallensis, in prima Epistolarum Pontificum, & Conciliorum Collectione; sed & Ivo doctus, & sanctus Carnutum Episcopus, & in Epitome, quam Pannomiam vocant, & in Libro cui ille Decretorum nomen inscripsit? & ante Iwonem, Burchardus Episcopus Vvormaciensis? In suis enim Constitutionum, & Canonum Collectionibus, nullum fere eorum, quos hujus Concilii Patres considerunt, omittunt, ut varia que complexa sunt argumenta, horum ope, & subficio firmius presumunt. Nec eos tantum illi acceptos referunt, sed & alios diverorum Conciliorum, quibus, ut major auctoritas accederet, nomen hujus Concilii, vel ipsi, vel ante ipsos alii praefixerunt, ut deinceps a dicturi sumus. Dionysium vero cognomento Exiguum, Ferrandum Diaconum, & Crescionum hæc omisit, non urget; quod magis ad Graecorum, quam Latinorum Conciliorum compilationem illi aspiraverint: & si aliquando de Latinis meminerint, omiserunt alia multa, quæ fortasse ad eorum manus non potuerunt pervenire: quod mirum esse non debet in tanta, quanta olim erat, Codicum, & Librorum inopia: ob eam enim causam, tam Provincialium, quam Generalium Conciliorum exemplaria communia esse desierunt. Nicænum enim primum, in quo universus, ut Athanasius b loquitur, coactus est Orbis, quamvis Constantinus Magnus transcriptis Codicibus multis, per omnes Provincias divulgari fecerit, idque summe conatus fuerit; non tamen potuit efficere, ut intra brevissimum annorum spatium, non in Ægypto solum de Concilio Nicæno, eodem Athanasio teste c, sed & in Africa tota de numero Canonum illius fuerit dubitatum; eaque ratione exemplaria fuisse necesse a Romana Ecclesia, Alexandrina, & Constantinopolitana mutuari, ut Concilii Carthaginensis d Patres testantur. Quod si Generalia omnibus nationibus ob Codicum penuriam, cum Arianorum impia tyrannie conjunctam, communia esse non poterant; quid de Provincialibus censendum, & his praesertim, quæ in ultimis fere Hispaniæ finibus coacta sunt? cum in his omnibus colligendis Crescionum, Ferrandum, & Dionysium Exiguum nullum lapidem movisse constiterit. Quod si acres, severique Censores, ut mollissime loquar (nihil enim temere, & intemperanter dicere hic velim) Hispanorum Episcoporum auctoritatem judicio Italorum, Gallorum, & Germanorum confirmatam (ex his enim Provinciis oriundi sunt Joannes Gallensis, Gratianus, Ivo, Burchardus, & reliqui) parvi duxerint; quod animi potius gratia privatim, quam publica alicujus Pontificis id fecerint auctoritate, & quingentorum annorum tempus rem nimis recentem dixerint; nihil nocuerit, quod facile possim auctoritatem hujus Concilii altius multo repetere. In Concilio enim Vvormaciensi, sub Ludovico Rege, anno Domini ccmlxviii. Germani Patres Canonem hujus Concilii verbis eisdem nullo mutato transtulerunt: *Si qua fæmina, inquit, furore zeli accusa, flagris verberaverit ancillam suam, ita ut intra tertium diem animam cum cruciatu effundat; eo quod incertum sit, voluntate, an casu occiderit; si voluntate, septem annos; si casu, per quinque annorum tempora legitimam peragat paenitentiam.* Hunc autem Canonem a quinto Concilii totidem verbis desumptum, liquido appetet. Sed clarissimo Concilium Moguntinum f sub Rhabano Archiepiscopo, quod non solum hujus Concilii testimonio libentissime frequentissimeque utitur, sed integra adhuc Decreta ab hoc repetivit expresse, & derivavit: *De mulieribus, ait, quæ fortificantur, & partus suos necant, vel quæ agunt secum, ut utero conceptus executant, antiqua quidem definitio usque ad exitum vita eis ab Ecclesia removet; humanius autem nunc definiimus, ut eis decem annorum tempus secundum præfixos gradus paenitentia largiatur.* Item in Concilio Eliberitanum, Cap. lxii. scriptum est de his, quæ filios ex adulterio necant: *Si qua per adulterium conceperit, idque post factus occiderit, placuit nec in fine ei dandam esse communionem, eo quod geminaverit scelus.* Et post alia: *Si quis servum proprium sine conscientia judicis occiderit, excommunicacione, vel paenitentia bienni reatam sanguinis emendabit.* Item in Concilio Eleberitano, Cap.v. scriptum est de domina, quæ per zelum ancillam suam occiderit: *Si qua fæmina furore zeli accusa flagellis, verberaverit ancillam suam, ita ut intra tertium diem animam cum cruciatu effundat, eo quod incertum sit, voluntate, an casu occiderit; si casu, per quinque annorum tempora, affta legitima paenitentia, ad communionem placuit admitti.* Quod si vero intra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem. Concilium etiam aliud Moguntinum f sub Arnulpho, quod anno illius primo, & Incarnationis Domini ccmlxviii. habitum est, Canonem xii. hujus ad verbum descripsit: post alia enim sic inquit: *Quod si a proposito deviaverint (viduæ scilicet Sanctimoniales) Canonicas institutionis censura corrigantur: quid & de Virginibus, si mochatae fuerint, statutum, sicut in Concilio Eliberitano Cap. XIII. scriptum est: Virgines que se Deo dedicaverunt, si pactum prodiderint virginitatis, atque eidem libidini servierint, non intelligentes quod amiserint, placuit, nec in fine dandam eis esse communionem. Quod si semel persuaserit, ad infirmi corporis via lapsa, toto tempore vita sua ejusmodi feminae egerint paenitentiam, ut abstineant se a coitu; placuit, eas nec in fine communionem accipere debere.* Eundem Canonem, & ver-

*Quos Canones hujus Concilii recitarent
bi auctores, propriis locis dicentes.*

a Cap. 6. hujus Lib. 1.

b D. Athanasius in Libro de Synodis Africani, & Seuencie, & in Epistola ad Episcopos Africanos.

c Idem in Epistola ad Marcius Papam.

d Concilium Carthaginense. 6. Can. 4.

e Concilium Vvermac. Canon. 39.

f Concilium Moguntinum, sub Rabano Archiepiscopo. Can. 21.

g Concilium Moguntinum, sub Arnulpho. Can. 26.

bis iisdem, citato nominatim hoc Concilio Illiberitano, retulerat etiam, & confirmaverat antea Concilium Colonense a sub Carolo iii. Imperatore, cognomento Craffo, & ante illud Rhabanus Maurus b Archiepiscopus Moguntinus in suo Poenitentium Libro: a quo plementa que alia hujus Concilii exprompta sunt a Theodoro Graeco: quæ extant in suo Poenitentiali, & alia multa in illo, quod Romanum nuncupatur. Non renuit Concilium Arelatense c hujus Concilii Canones renovare: *Mulieres quadam (inquit) ut audivimus, quæ en fornicatione concipientes, metuentes, ne scelus quod occulte perpetraverunt, manifestum ferent;* infantes, quos pepererunt, occiderunt, & terra congerie operuerunt, aut in aquas projecterunt: quod quantum nefas sit, Canones Ancyrani, Eliberitani, atque Ilerdensis Concilii testes sunt: his itaque vix in fine dandam esse communionem decernunt: sed humanius tractantes, post decessum paenitentiam, tales placuit ad communionem recipi. Ancyranii eit Ca. on xx. Illiberitani lxi. i. Ilerdensis ii. Nonne Patres etiam Suesionenses in Concilio d apud Sanctum Medardum tempore Caroli Regis anno Domini ccclii. ad definiedam, causam gravem subortam inter Hinemarum Rhemorum Archiepiscopum, & quosdam alios, subsidium a Canone lxxv. hujus Concilii invocasse his verbis, asserit Synodi Notarius? Unde & idem Fratres, qui selle amicitudinis maiores natu criminati sunt, quorumque vox mutata est judicata, juxta Canonicae auctoritatem secundum Concilium Eliberitani, quod actum est tempore Constantini, cum Missis Apostolicæ Sedis, Cap. LXXV. Si quis, inquit, Episcopum, vel Presbyterum, sive Diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem. Canonem xxix. de Bergumenis, ne in Ecclesia ministrarent, nonne laudavit, nongentis ab hinc annis, & eo amplius, Concilium Tolitanum e undecimum, sub Vvamba Rege Gotthorum? Bene siquidem (ait) majorum regulis definitum est, ut dæmoniis, aliisque passionibus irretitis mysteria sacra tractare non licet. Majorum regulis definitum, dixerunt Tolitanii Concilii Patres, quod hoc Illiberitano f prius, Nicæno & deinde, & alii postea decreto est. Ante hos omnes mille fere ab hinc annis D. Ilidorus Archiepiscopus Hispalensis in vetulta Canonum, & Conciliorum compilatione, nonne plura hujus Concilii Decreta probavit, ut & Martinus Papa, sive Episcopus Bracarense in Graecorum, & Latinorum collectione? Ante hos Patres, & Concilia, auctoritatem hujus Illiberitani, nonne mille & ducentos ante nos annos sacrosandram fuisse adhuc in Græcia ipsa ex Concilio Sardicensi h Generali compemimus, quod Constantini Imp. ratoris suus, ut sua Ecclesia Athanasio restitueretur, indicum eit? In illius enim Canone xv. Osius Episcopus Concilii Praeses, cum de residentia Episcoporum ageret, hæc post alia adjectit: *Memini autem, inquit, superiore Concilio Fratres nostros constituisse, ut si quis laicus, in ea, in qua commoratur, Civitate, tres Dominicas dies, idest, per tres septimanas, non celebrasset conventum, communione privaretur: si ergo bac circa laicos constituta sunt, multo magis Episcopo nec licet, nec decet.* Superius autem Concilium, in quo hæc Fratres suos constituisse dicit (vocat Fratres suos Hispanos Episcopos) de hoc Illiberitano esse intelligendum, non is inficiabitur, qui Canonem vicecum primum hujus Concilii, vel leviter tantum perlegerit: *Si quis, inquit, in Civitate positus, tres Dominicas Ecclesiæ non acceperit, tanto tempore abstineat, ut correptus esse videatur.* Nec Decretum hujus Canonis solum, sed & alia, eundem Osius propoulisse, & in eis reliquos omnes Episcopos mire acquiescisse, satis liquet. Canonem enim xvi. *De excommunicatis non absolvendis, nisi a proprio Episcopo excommunicante, acceptum ab hoc Illiberitano indicat eorumdem verborum similis contextus;* & suadet principium Canonis, quod habet: *Osius Episcopus dixit.* Et in fine: *Hoc omnibus placet.* Ante Sardicensi, Nicænum primum Generale, Odo Episcopo presidente, Canonem i. De subintroditius, v. De excommunicatis, a proprio Episcopo reconciliandis, x. De hereticis ordinandis, & ordinatis deponendis, xiiii. De cætachunenis peccantibus, xvii. De Clericis usuras accidentibus, nonne ex hoc nostro Illiberitano tanquam a fonte accepit, hæsit, expressit? Ante Nicænum, Arelatensis primi Concilii Patres, & postea secundi, non unum, aut alterum, sed omnes fere Canones, ex hoc in illo totidem pene verbis descripserunt. Quæ omnia licet cumulate, abundeque sufficerent ad obruendam falsam Concilio huic impositam calumniam, ne quid tamen amplificanda excellenti ejus dignitatì deesse videatur, adjiciam postremo geminam Apostolicæ Sedis auctoritatem: unam Adriani Papæ, alteram Innocentii, ut faciamus missos Romanæ Ecclesiæ Legatos, quos huic Concilio interfuerint, ex Actis Concilii Suesionensis apud Sanctum Medardum notum est. Adrianus i enim PP. hujus nominis primus, in ea Collectione Decretorum, quam ad tuitionem sua caussa ex Graecorum, & Latinorum Conciliorum Canonibus collegit, Canonem lii. hujus Concilii non est deditagnatus perscribere: *Siqui, inquit, inventi fuerint, libri famosos legere, vel cantare, excommunicentur:* Et antea retulerat Canonem lxxv. *Siquis Episcopum, ait, aut Presbyterum, aut Diaconum falsis criminibus appetiverit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem.* Multis ante Adriani annis, Innocentius k primus Canonem vii. hujus Concilii non retulit modo, sed suo tempore, ut utilem, justissimumque probavit; eti postea lenitate sedari oportere dixerit, ad D. Exuperium scribens Episcopum Tolofanum: *Et hoc quæsumus est, ait, quid de his observari oporteat, qui post baptismum, omni tempore incontinentia & voluptatibus detinunt, in extremo sine vita sua, paenitentiam simul, & reconciliationem communionis expopscunt.* Di bis observatio prior, durior: posterior, interventente misericordia, inclinatior est. Nam consuetudo prior tenuit, ut concederetur paenitentia, sed communione negaretur. Nam cum illis temporibus crebrae persecutiones essent, ne communionis concessa facilitas, homines de reconciliatione securos, non revocaret a lapsu, negata merito communione est,

To. II.

a Concilium Colonense, sub Carolo 3. Imp. cognomento Craffo, & ante illud Rhabanus Maurus in suo Poenitentium Libro: a quo plementa que alia hujus Concilii exprompta sunt a Theodoro Graeco: quæ extant in suo Poenitentiali, & alia multa in illo, quod Romanum nuncupatur. Non renuit Concilium Arelatense c hujus Concilii Canones renovare: Mulieres quadam (inquit) ut audivimus, quæ en fornicatione concipientes, metuentes, ne scelus quod occulte perpetraverunt, manifestum ferent; infantes, quos pepererunt, occiderunt, & terra congerie operuerunt, aut in aquas projecterunt: quod quantum nefas sit, Canones Ancyrani, Eliberitani, atque Ilerdensis Concilii testes sunt: his itaque vix in fine dandam esse communionem decernunt: sed humanius tractantes, post decessum paenitentiam, tales placuit ad communionem recipi. Ancyranii eit Ca. on xx. Illiberitani lxi. i. Ilerdensis ii. Nonne Patres etiam Suesionenses in Concilio d apud Sanctum Medardum tempore Caroli Regis anno Domini ccclii. ad definiedam, causam gravem subortam inter Hinemarum Rhemorum Archiepiscopum, & quosdam alios, subsidium a Canone lxxv. hujus Concilii invocasse his verbis, asserit Synodi Notarius? Unde & idem Fratres, qui selle amicitudinis maiores natu criminati sunt, quorumque vox mutata est judicata, juxta Canonicae auctoritatem secundum Concilium Eliberitani, quod actum est tempore Constantini, cum Missis Apostolicæ Sedis, Cap. LXXV. Si quis, inquit, Episcopum, vel Presbyterum, sive Diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem. Canonem xxix. de Bergumenis, ne in Ecclesia ministrarent, nonne laudavit, nongentis ab hinc annis, & eo amplius, Concilium Tolitanum e undecimum, sub Vvamba Rege Gotthorum? Bene siquidem (ait) majorum regulis definitum est, ut dæmoniis, aliisque passionibus irretitis mysteria sacra tractare non licet. Majorum regulis definitum, dixerunt Tolitanii Concilii Patres, quod hoc Illiberitano f prius, Nicæno & deinde, & alii postea decreto est. Ante hos omnes mille fere ab hinc annis D. Ilidorus Archiepiscopus Hispalensis in vetulta Canonum, & Conciliorum compilatione, nonne plura hujus Concilii Decreta probavit, ut & Martinus Papa, sive Episcopus Bracarense in Graecorum, & Latinorum collectione? Ante hos Patres, & Concilia, auctoritatem hujus Illiberitani, nonne mille & ducentos ante nos annos sacrosandram fuisse adhuc in Græcia ipsa ex Concilio Sardicensi h Generali compemimus, quod Constantini Imp. ratoris suus, ut sua Ecclesia Athanasio restitueretur, indicum eit? In illius enim Canone xv. Osius Episcopus Concilii Praeses, cum de residentia Episcoporum ageret, hæc post alia adjectit: Memini autem, inquit, superiore Concilio Fratres nostros constituisse, ut si quis laicus, in ea, in qua commoratur, Civitate, tres Dominicas dies, idest, per tres septimanas, non celebrasset conventum, communione privaretur: si ergo bac circa laicos constituta sunt, multo magis Episcopo nec licet, nec decet. Superius autem Concilium, in quo hæc Fratres suos constituisse dicit (vocat Fratres suos Hispanos Episcopos) de hoc Illiberitano esse intelligendum, non is inficiabitur, qui Canonem vicecum primum hujus Concilii, vel leviter tantum perlegerit: Si quis, inquit, in Civitate positus, tres Dominicas Ecclesiæ non acceperit, tanto tempore abstineat, ut correptus esse videatur. Nec Decretum hujus Canonis solum, sed & alia, eundem Osius propoulisse, & in eis reliquos omnes Episcopos mire acquiescisse, satis liquet. Canonem enim xvi. *De excommunicatis non absolvendis, nisi a proprio Episcopo excommunicante, acceptum ab hoc Illiberitano indicat eorumdem verborum similis contextus;* & suadet principium Canonis, quod habet: *Osius Episcopus dixit.* Et in fine: *Hoc omnibus placet.* Ante Sardicensi, Nicænum primum Generale, Odo Episcopo presidente, Canonem i. De subintroditius, v. De excommunicatis, a proprio Episcopo reconciliandis, x. De hereticis ordinandis, & ordinatis deponendis, xiiii. De cætachunenis peccantibus, xvii. De Clericis usuras accidentibus, nonne ex hoc nostro Illiberitano tanquam a fonte accepit, hæsit, expressit? Ante Nicænum, Arelatensis primi Concilii Patres, & postea secundi, non unum, aut alterum, sed omnes fere Canones, ex hoc in illo totidem pene verbis descripserunt. Quæ omnia licet cumulate, abundeque sufficerent ad obruendam falsam Concilio huic impositam calumniam, ne quid tamen amplificanda excellenti ejus dignitatì deesse videatur, adjiciam postremo geminam Apostolicæ Sedis auctoritatem: unam Adriani Papæ, alteram Innocentii, ut faciamus missos Romanæ Ecclesiæ Legatos, quos huic Concilio interfuerint, ex Actis Concilii Suesionensis apud Sanctum Medardum notum est. Adrianus i enim PP. hujus nominis primus, in ea Collectione Decretorum, quam ad tuitionem sua caussa ex Graecorum, & Latinorum Conciliorum Canonibus collegit, Canonem lii. hujus Concilii non est deditagnatus perscribere: *Siqui, inquit, inventi fuerint, libri famosos legere, vel cantare, excommunicentur:* Et antea retulerat Canonem lxxv. *Siquis Episcopum, ait, aut Presbyterum, aut Diaconum falsis criminibus appetiverit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem.* Multis ante Adriani annis, Innocentius k primus Canonem vii. hujus Concilii non retulit modo, sed suo tempore, ut utilem, justissimumque probavit; eti postea lenitate sedari oportere dixerit, ad D. Exuperium scribens Episcopum Tolofanum: *Et hoc quæsumus est, ait, quid de his observari oporteat, qui post baptismum, omni tempore incontinentia & voluptatibus detinunt, in extremo sine vita sua, paenitentiam simul, & reconciliationem communionis expopscunt.* Di bis observatio prior, durior: posterior, interventente misericordia, inclinatior est. Nam consuetudo prior tenuit, ut concederetur paenitentia, sed communione negaretur. Nam cum illis temporibus crebrae persecutiones essent, ne communionis concessa facilitas, homines de reconciliatione securos, non revocaret a lapsu, negata merito communione est,

c Concilium Arelatense, ad Burchardum, apud Lib. 17. decret. Cap. 101. Paenitentiale Romanum apud Anton. aug. sit. 1. Cap. 27.

d Concilium Suesionense in Actis Texte actionis, que extari ad finem Canonis utilimi.

e Concilium Tolet. xi. can. 13.

f Concil. Illiberit. Can. 19

g Conc. Nic. Can. 1. apud Alphonsem Pif. Lib. 3. de dæsi ejusdem.

h Concilium Sandic. Canon. 14.

i Adrianus PP. I. in collectione Decretorum cap. 60. & 61.

k Innocentius I. in Epistola 11. ad Exuperium Episcopum Tolofanum cap. 2.

concessa pœnitentia , ne totum penitus negaretur : & duriorem esse remissionem fecit temporis ratio : sed postea Dominus noster pacem Ecclesie suis reddidit , jam depulso errore , communionem dari obœuntibus placuit : & propter Domini misericordiam , quæ viaticum profecturis , & ne Novatiani heretici negantis veniam , asperitatem , & duritiam subsequi videamur . Tribuitur ergo cum pœnitentia extrema communio , ut homines bujusmodi , vel in supremis suis , permittente Salvatore nostro , a perpetuo exitio vindicentur . Hæc Innocentius , quibus exprestè firma habuit , & rata , quæ Canonice VII . hujus Concilii continentur : Si quis forte fidelis (inquit) post lapsum mæcia , post tempora constituta , acta pœnitentia , denuo fuerit fornicatus , placuit , eum nec in fine habere communionem . Hanc enim priorem Ecclesie observationem , dixit Innocentius persecutionis Ecclesie tempore latam : quia tempore hujus Concilii , jam octo , ni mavis novem , persecutionibus afflita Ecclesiæ , a Nerone primum , a Domitiano postea , a Trajano , ab Antonino , a Severo , a Maximino , a Decio , Valeriano , & Aureliano affirmant hi , qui rerum eo tempore geistarum historiarum Ecclesiasticis monumentis tradiderunt . Quod si horum omnium Tyrannorum Leges , si Tiberii , Caligulae , vel Heliogabali Constitutiones , vel alterius cujuscumque Principis secularis (ut Justinianus ait) Placita intemperata , augusta , religiosa , & sacrosancta visa sunt semper omnibus : cur Decreta gravissimi hujus sanctissimique Senatus , non judicio unius , aut alterius ethnici , vel Tyranni , sed undevigint Episcoporum sapientia , pietate , religione , & martyrio consecrata , insequentium Conciliorum Decretis repetita , & expressis Romanorum Pontificum Constitutionibus confirmata ; cur , inquam , levissima , profana , superstitiosa , & impia ad eos temere censemur , & prædicantur ? Si juxta pli Imperatoris Marcianus iudicium , qua semel Synodis judicata sunt , & recte disposita , disputando non licet revolvare : quod illud nihil sit aliud , quam post veritatem repertam mendacium querere ; impiusque , & sacrilegus habeatur ille , qui post tot Sacerdotum sententiam , opinioni sua aliquid tractandum , seu inquirendum relinquit : quo illi nomine , quo sermonis pondere , qua censure gravitate redargui possunt , & debent , qui illata hac una dignissimo Hispanicæ Ecclesiæ Concilio , indignissima sane , contumelia dixerim , potius , quam injuria , plures simul inferunt , non Diaconis tantum , non Sacerdotibus , non Episcopis , non Confessoribus , & Martyribus Hispanicæ , quorum illustri vita , & morte gloriose illustratam hujus Concilii , & Ecclesiæ dignitatem fatentur , & agnoscunt omnes , sed Gallorum , & Germanorum , & , quod gravissimum est , Romanorum Ecclesiæ ; quod omnia pene , ut dixi , hujus Concilii Decreta , ab his probata , laudataque sciamus ? Non est ergo de hujus Concilii auctoritate cur magis , quam de reliquis Hispanicæ , Gallicæ , Germanicæ , & Græcicæ Concilii dubitemus ; sed tanto pluris astimandam securius pronunciabimus , quanto reliqua , & temporis antiquitate , & Episcoporum , qui illi interfuerunt , doctrina , religione , & sanctitate , communique Conciliorum , & Pontificum approbatione antecellit . Nam testes illos , qui fama , vel auditione aliquid a suspectis perceperant , absurdum fore si admitterentur , quorum repelli possent Auctores , docuit Innocentius c III . in Concilio Lateranensi Generali ; multo quidem magis tam ab Oecumenicis , & Provinciis Conciliis , quam a Pontificibus Summis , id mature præcavendum fuisse , pieque , & sapienter obserendum in recipiendis , probandisque ejus Concilii Decretis , cuius Auctores , vel suspicione notabiles , vel errorum gravissimorum , & hæreseos turpitudine censuerint infames . Neque a Decretis tantum referendis , & confirmandis , sed ab ipsa Concilii memoria omnino abstinuerint . Quod cum hactenus non solum non fecerint , sed plura , aut omnia fere ejus Decreta , rata , firma , fixa , sana , & religionis plena habuerint , retulerint , probaverint , cur tantam Concilii auctoritatem , ut sacrosanctam non venerabimur ; si revocemus præsertim in memoriam Acta Concilii Suezionensis apud Sanctum Medardum , quibus traditum est , tua Sedis Legatos plenario huic Hispanicæ Concilio præse diffe ; quod indicat , & demonstrat sumnum antiquorum Hispanicæ Episcoporum in inquirenda Catholica veritate studium , in retinenda vera Religionis constantiam , in recognoscenda Romanæ Sedis amplitudine iudicium , cum Decreta de Fide , & moribus Ecclesiæ , non publicare , aut absolvire ; sed nec Concilium ipsum , sine consultatione , & obsequio tuae Sedis inchoare voluerint . Quod si Legatorum præsentia haec , & assensus , vel consensus potius augusta , & sacrosancta tua Sedis potestate suffulteret , plenum fidei pondus , & auctoritatem integrum Concilio huic eo tempore non tribuit : hanc fausta , & felici tuae Beatiitudinis astate Sabinus Episcopus Hispalensis , ob insignem hominis pietatem in colligendis , sepeliendis , & honorandis Martyrum Reliquias ; hanc Sanctus Valerius Cæsaraugustanus Episcopus , & Confessor , ob exilium , & mortem pro Christi gloria constantissime , & jucundissime toleratam ; hanc D. Vincentius Martyr illius Diaconus ad compensationem tormentorum , & sanguinis , pro conservandis Divinarum Literarum Codicibus gloriose profusi ; hanc Osiris Episcopus , & Confessor ob stigmata Religionis ergo fronti imprevisa , a tua Sanctitate obnoxius exposcut ; hanc Illiberitana Sedes ex Hispanicis Ecclesiis in Religione antiquissima cum Sancto Cæcilio , cum Flavio , cum D. Gregorio ejusdem Sedis Episcopis summe precatur ; & horum denique præclaris meritis exiguitas nostra protecta , atque suffulta , eam etiam a benignitate tua supplex deprecatur , sperat , expectat . Quis enim a Clementis admiranda clementia , quæ pertinent ad confirmandam Sanctorum Conciliorum auctoritatem , ad comprobandom nascentis Religionis disciplinam , ad exornandam Romanæ Sedis amplitudinem , ad amplificandum Catholicae Religionis cultum , ad compescendam recentium hæreticorum impudentiam , ad tutandam Hispanorum Episcoporum existimationem , impetrare dubitaverit ?

a In Aucten.
de ordinatione
Episcoporum ,
& Cleric. Col-
latione 10.

b Marcius in
Imperator in
Concilio Chal-
cedonensi .

c In Concilio
Lateran. Cap.
52.

C O M M E N T A R I I N O V I .

Dejus auctoritate Scriptores mirifice variant . Quod i. 2. 6. 8. 12. 17. 18. &c. Canones lapsi communionem in fine vita adimentes , Novatiano ; quod que 34. Canon Vigilantio ; 36. Iconomachis favere viderentur : nonnulli etiam Viri doctissimi hanc Synodum vel erroneam esse senserunt . Melchior Canus Lib. De locis , Cap. 4. scribit , Canonem 36. hujus Concilii errorem esse . Cardinalis Bellarminus , Lib. De Imag. Cap. 9. ait hoc Concilium Provinciale fuisse , & minimè confirmatum , frequenter errasse , ideo quod lapsos , aliosque plures peccatores graves , licet pœnitent , ne quidem in mortis articulo absolviri concedat : putat enim Vir solidissime doctus , per denegatum communionem , non Eucharistiam , sed sacramentalem reconciliationem , & absolutionem intelligi deberet : propterea quod Canonem 69. reconciliatio & communio significatu eodem accipiuntur . Baronius cum ob prædictam causam de hoc eodem Concilio , quasi prope Novatiani fines attigisset , Tom. I . anno Domini LVI . num. 119 . & tribus seqq. paullo liberius , & acutius scriptisset , ex deinceps Tomo 2. anno Christi ccv . num. 42. valde mitigavit ita enim ibidem de Patribus Concilii , & lapsorum reconciliatione scribit : eum quæ ab illis de ea re sunt statuta , ab Innocentio Romano Pontifice excusentur , nemorūt , qui accusare presumat . Existimat igitur , hanc Synodum legitimam fuisse , & ab omni erroris culpa liberam , addens illius nullam , sicut de aliis apud antiquiores nominatim , mentionem fieri ; ideoque prope antiquatam remansisse , ea de causa , quod hæc de lapsis constituta male forte ab ipsis accepta displicerint . Novatiani lapsos simul a communione , ac pœnitentia excludebant . Patres hujus Concilii eodem , (quod frequentia lapsorum , ac traditorum eo tempore exigebat ad deterrendum alios) a communione duntaxat arcebant , a pœnitentia autem , & peccatorum absolutione non prohibebant . Ita Baronius num. 41. & 43. reliqui vero Canones quomodo explicandi , & aberroris nota vindicandi sint , infra patebit . CORIOLANUS .

Subscripterunt Mendoza , seu potius illum transcriplerunt , Bivar . ad Flavium Dextrum anno cccxi . Hurtado , De Martyr. vero Refol. 33. Sect. 2. Pedraza D. i. p. Hist. Granat. Cap. 14. Concilium Tolerantum celebratum fuisse in confirmationem Illiberitanum , constat ex Flavio Dextr. d. anno cccxi . Concilium Tolerantum contrahitur in defensione Illiberitanum . Cum enim fidelibus ad modum severum videretur , denegari communionem lapsis , idolatria , homicidis , & mœchis , etiam in fine ; opus fuit , ut Presules Hispaniæ iterum severam illam disciplinam in novo conventu , seu Concilio fierarent : in quo conjecturatur Bivar . ubi proxime , Osius Episcopum Cordubensem falso accusatum condemnatum fuisse , illumque postea innoxium declarasse Patres Ecclesiæ Gillicane in Con-

cilio Arelatesi , ea occasione , quod Donatista , quos olim in capite Osius exagitaverat utpote Cæciliani defensor existens , de ipsis condemnatione gloriabantur ; eleganter Augustinus contra Parmen . Cap. 4. Quod enim dicunt de Osiio Cordubensi , flagitandum est , ut probent non solum talen illum fuisse , qualem dicunt (nam hoc falsis conductis testibus probari poterat) sed quod talis fuisse , manifestum illis fuisse , quibus eum communicare afferunt : hoc enim nisi probaverint , frustra dicunt , se scire , qualis fuerit ; quia nescientibus obesse non potuit , a quibus se isti innocentibus separando , propter istam separationem sacrilegam iniquitatem innocentem esse non posse . Hoc enim magis credibile est , si tamen Osius ab Hispanis damnatus , a Gallis est absoltus , sic fieri potuisse , ut falsis criminoribus Hispaniæ circumventi , & callida insidiarum fraude decepti , contra innocentem ferrent sententiam , & postea pacifice in humilitate Christiana cedent sententia collegarum , quibus illius innocentia probata est . Et paulo inferius : Nunquam isti se tam aperte indicarunt , cur nec separati corrigi voluerunt , quam cum detestantur Hispanos , quod post sententias suas alter prolatas , discussori , posteriori que judicia coferunt : quoniam enim hoc factum est de mansuetudine Christiana , tam illud contentionem diabolica . GONZALEZ . Auctoritatem hujus Concilii semper magnam fuisse apud Hispanos , constat , tum ex præstantia Patrum congregatorum , præsertim Valerii , & Osi , quibus semper summus honor habitus est : tum præterea , quia multa in his Canonibus statuta , confirmantur in aliis posterioribus Hispanicæ Conciliis : tum rursus , quia ex ipsorum Actis habemus , præsertim ex Toletano 11. in Præfatione , & Bracarense 1. alias 11. initio Synodorum legi solitum Patribus Codicem illum Canonum , quo Ecclesia tunc , præsertim Hispana , utebatur . In eo autem Codice palam , ac nominatim continebantur , & laudabatur Canones Concilii Illiberitanum ; ut patebit attenuatus consideranti Indicem omnium Canonicum , sive Capitum ejusdem Codicis , quem nunquam hactenus prælo editum , in hoc Opere luci publicæ damus . Denique ex Concilio 11. Toletano , Capite xi. colligitur , multis ex Canonibus Pœnitentialibus in hoc Concilio statutis , postea in ea Synodo instauratos fuisse . Porro insignis eruditissimo , & pietas Ferdinandi Mendoza in tuendo hoc Concilio , id saltem obtinuit , ut a tempore ipsis nemo doctorum , aut Scriptorum aliquius nominis intra finum Catholicæ Ecclesiæ illius rejecerit , aut in sinistram partem interpretatus fuerit , quoad mihi legere , aut rescire contigit . Itaque labes illa Novatianismi , Iconomachismi , & alia similes , quarum insimulabatur Patres Illiberitani , iam diu evanuerunt . Quod evidentius apparet ex Commentario , & ex Notis ad singulos Canones . CARD. DE AGUIRRE .

C A P U T . Q U I N T U M

De Canonibus veris Concilii Illiberritani.

Sunt nonnulli, qui Concilio huic partim incertos Canones ad augendam eorum dignitatem affingunt; partim ob suspectam Patrum religionem germanos, & certos detrahunt: siccirco non abs re me facturum putavi, si primum de veris, quos in vetutis, & probatae fidei exemplaribus in hoc cum editis consentientibus deprehendi, seorsum egerim: & alias deinde huic Concilio falso adscriptos, suis Conciliis restituerim. In veris autem remendandis juxta vetusta exemplaria mss. qualemcumque a me operam novatam propriis locis indicabo.

C O N C I L I U M I L L I B E R R I T A N U M

^{*Confidissent.}Cum * convenissent Sancti, & Religiosi Episcopi
in Ecclesia Eliberina, hoc est:

Felix Episcopus * Auxitanus.
Sabinus Episcopus * Spalensis.
^a Sanagius.
^b Pardus.
^c Cantorius.
Smagius Episcopus * Bigerrensis.
^b Pardus Episcopus Menesfanus.
Catorus Episcopus * Corsicanus.
Valerius Episcopus * Cesaugustanus.
Melanthius Episcopus Toleranus.
Vincenius Episcopus Offonabensis.
Successus Episcopus * Eliocroensis.
Patricius Episcopus Malacitanus.
Osius Episcopus Cordubensis.
Camerinus Episcopus Tuccitanus.
Secundinus Episcopus * Catraluenensis.
Flavius Episcopus * Eliberinus.
Liberius Episcopus Emeritanus.
Decentius Episcopus Legionensis.
Januarius Episcopus * Sibariensis.
Quintianus Episcopus * Elborensis.
Eutychianus Episcopus * Baffitanus.

JOSEPHI CATALANI ADDITIO.

Lubet hoc loco subscriptiones describere ejudem Concilii Illiberritani, prout extant in mss. Codicibus Gotthicis Escorialibus, & Toletanis, quas mihi novam hanc Conciliorum Hispania Editionem adornanti communicari fecit Vir Cl. Sacrae Theologie Magister Fr. Henricus Florez incliti Ordinis Eremitarum S. Augustini Alumnus, antiquitatum Hispaniarum investigator diligentissimus, atque egregiorum Operum Scriptor. Sunt autem hujusmodi.

Felix Episcopus Accitanus.
Olius Episcopus Cordubensis.
Sabinus Episcopus Spalensis.
Camerinus Episcopus Tuccitanus.
Sinagius Episcopus Epagrensis.
Secundinus Episcopus Caetolonenensis.
Pardus Episcopus Menesfanus.

* Accitanus.
a Aquitanus.
B Spalensis.
B Bigerrensis.
B Pardus.
C Cantorius.
* Urcitanus.
* Cesaugustanus.
* Melanthius.
Vincenius.
Successus.
Patricius.
Osius.
Camerinus.
Secundinus.
Flavius.
Liberius.
Decentius.
Januarius.
Quintianus.
Eutychianus.

Flavianus Episcopus Eliberritanus.
Cantonius Episcopus Urcitanus.
Liberius Episcopus Emeritenensis.
Valerius Episcopus Cesaraugustanus.
Decentius Episcopus Legionensis.
Melanthius Episcopus Toletanus.
Januarius Episcopus de Fiblacia.
Vincentius Episcopus Odonobensis.
Quintianus Episcopus Elborensis.
Successus Episcopus de Eliocroca.
Euticianus Episcopus Baffitanus.
Patricius Episcopus Malacitanus.

Juxta hanc variam lectionem jam non modo aliqua varietas in nominibus Episcoporum cernitur, sed in locis etiam subscriptionis, ut exempli gratia Olius Cordubensis, qui in editione Mendozae undecimo loco subscribit, in memoratis autem a nobis Codicibus subscribit loco secundo.

Residentibus etiam XXXVI. Presbyteris, adstantibus Diaconibus, & omni plebe, universi Episcopi dixerunt.

C A N O N E S C O N C I L I I.

C A P U T P R I M U M

De his, qui post baptismum idolis a sacrificant.

^a Immolare-
rant.

Placuit, b ut quicunque post fidem baptismi salutaris, adulta aetate ad templum idoli idololatrurus acceperit, & fecerit quod est crimen ^c capi-
tale, nec in fine eius ad communionem d suscipere.

^b Inter eos, qui
post.^c Principale.^d Accipere.

C A P U T II.

De Sacerdotibus e Gentium, qui post baptismum immolarebant.

^e Gentilium.

Flamines, qui post fidem lavaci, & regenerationis ^f sacrificaverint, eo quod geminaverint scelera, accidente homicidio, vel triplicaverint facinus, coharente moechia, placuit eos nec in fine accipere communionem.

^f Sacrificave-
runt.

C A P U T III.

De eisdem, si idolis tantum munus g dederint.

^g Dederunt.

Item Flamines, qui non h immolarebant, sed munus tantum i dede-
runt, eo quod se a funestis abstinerent sacrificiis, placuit in fine eis pra-
stare communionem, acta tamen legitima poenitentia. Item ipsi si post poe-
nitentiam fuerint moechati, placuit ulterius k eis non esse dandam commu-
nionem, ne l lusisse de Dominica communione videantur.

^h Immolare-
rint.ⁱ Dederint.^k His,
Inclusi C. Al-
vel.

C A P U T IV.

De eisdem, si catechumeni adhuc immolant, quando m baptizabuntur.

^m Baptizentur.

Item Flamines, si fuerint cathechumeni, & se n a sacrificiis o abstine-
runt, post triennii tempora placuit ad baptismum admitti debere.

ⁿ a deest.^o Abstinerint.

C A P U T V.

Si domina per zelum ancillam occiderit.

^p Domina.

Si qua p femina furore zeli accensa, q flagellis verberaverit ancil-
lam suam, ita ut intra r tertium diem animam cum cruciatu effundat: eo
quod incertum sit, voluntate, an casu occiderit: si voluntate, post septem
annos: si casu, s per quinque annorum tempora acta legitima poenitentia,
ad communionem placuit admitti. Quod si t infra tempora constituta fuerit in-
firmata, accipiat communionem.

^q Flagris.^r In tertium.

C A P U T VI.

Si quicunque per u malitiam hominem interficerit.

^s Post quinque
nisi tempora.

Si quis vero x maleficio interficiat alterum, eo quod sine idololatria per-
ficere scelus non potuit, y nec in fine imparienda esse illi communionem.

^t Intra: Grat.^u initia tertium^v diem fuerit.

C A P U T VII.

De paenitentibus moechia, si rursus z peccaverint.

^w Maleficium.

Si quis forte fidelis post lapsum moechia, post tempora constituta, a
acta poenitentia, denuo fuerit fornicatus, placuit eum nec in fine habere
communionem.

^x Veneficio.^y Ivo. Burch.^z Nisi in fine^{imper. non es-}^{se. Ivo. Burch.}

C A P U T VIII.

De feminis, quæ adulteros maritos relinquunt, & aliis nubunt.

^{aa} Reliquerint.

Item femina, quæ nulla precedente causa b reliquerunt viros suos, &
alteris se c copulaverunt, d nec in fine accipient communionem.

^{bb} Copulaver-
rint.

C A P U T IX.

De feminis, quæ reliktis viris suis, aliis nubunt.

^{cc} Reliquerint.

Item fidelis femina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum e duxerit f, non prius accipiat communionem g, quam is, quem reliquit, de seculo exierit, nisi necessitas infirmitatis dare compulerit.

^{dd} Duxerit.^{ee} Prohibeatur,^{ff} ne ducat, si^{gg} duxerit.

C A P U T X.

De reliktis catechumeni, si alterum duxerit.

^{hh} Nisi quem

Si ea, quam catechumenus reliquit, duxerit maritum, potest ad fontem
lavaci admitti. Hoc & circa feminas catechumenas erit observandum. Quod
si fuerit fidelis, quæ ducitur ab eo, qui uxorem inculpatam reliquit, h &
cum cluerit illum ab uxore, quam sine causa reliquit; placuit i hujusmodi
in fine dari communionem.

ⁱⁱ prius de fuc.^{jj} Et cum scie-^{kk} sit illum habe-^{ll} i Huic nec in^{mm} finem dandam
esse Communi-
onem.

C A P U T XI.

^a De catechumenis.

^a De relitta catechumeni, si graviter agrotaverit.

Intra quinquennii autem tempora, catechumeni si graviter fuerit inframata, dandum ei baptismum placuit, non denegari.

C A P U T XII.

^b In C. Alyel. De mulieribus, quae ^b lenocinium fecerint.

Mater, vel parentes, vel qualibet fidelis, si lenocinium exereuerit, eo quod alienum vendiderit corpus, vel potius suum, placuit ^c eam nec insinem accipere communionem.

C A P U T XIII.

^c Eas. De virginibus Deo sacratis, si adulteraverint.

Virgines, quae se Deo a dedicaverunt, si pactum ^c perdididerint virginitatis, atque eidem libidini servierint, non intelligentes quid ^f ad miserint, placuit, nec in fine dandam eis esse communionem. ^g Quod si semetiphas poenituerint, quod infirmitate corporis lapsa fuerint, & toto tempore vita sua hujusmodi feminæ egerint poenitentiam, ^h & abstinuerint se a coitu, eo quod lapsa potius videantur, placuit, eas in fine communionem accipere debere. C A P U T XIV.

^d Dedicavent. De virginibus secularibus, si mœchata fuerint.

Virgines, quae virginitatem suam non custodierint, si eosdem, qui eas violaverint, ⁱ duxerint, & tenuerint maritos, eo quod solas nuptias violaverint, ^m post annum sine poenitentia reconciliari debebunt. Vel si alios cognoverint viros, eo quod mœchata sint, ⁿ placuit, per quinquennii tempora acta legitima poenitentia, admitti eas ad communionem.

C A P U T XV.

^j Martos acceptant. De conjugio eorum, qui ex gentilitate veniunt.

Propter copiam puellarum, Gentilibus minime in matrimonium dandæ sunt virgines Christianæ, ne ætas in flore tumens, in adulterio resolvatur animæ. C A P U T XVI.

^k Violaverunt. De pueris fidelibus, ne infidelibus conjungantur.

Hæreticis ^p qui errant ab Ecclesia Catholica, nec ipsis Catholicas dandas puellas; sed neque Judæis, neque hæreticis dari placuit, eo quod nulla possit esse societas fidelis cum infidi. Si contra interdictum fecerint parentes, ^r abstinere per quinquennium placet.

C A P U T XVII.

^l Martos. De iis, qui filias ^s Sacerdotibus & Gentilibus conjungunt.

Si qui forte Sacerdotibus idolorum filias suas junxerint, placuit, nec in fine eis dandam esse communionem.

* C A P U T XVIII.

^t Gentilium. De Sacerdotibus, & ministris, si u mœchati fuerint.

Episcopi, Presbyteri, Diacones, si in ministerio politi, detecti fuerint, quod sint mœchati; placuit, & propter scandalum, & propter ^x nefandum crimen, nec in fine eos communionem accipere debere.

* C A P U T XIX.

^y Profanum. De Clericis negotiis & u nundinas se fiantibus.

Episcopi, Presbyteri, & ^z Diaconi, de locis suis negotiandi causa non discedant, nec circumneentes provincias, quaestuosa nundinas se fiantur. Sane, ad victum sibi conquirendum, aut filium, aut libertum, aut mercarium, aut quemlibet mittant; & si voluerint negotiari, intra provinciam negocientur. C A P U T XX.

^z Diacones. De Clericis, & laicis usurariis.

Si quis Clericorum detectus fuerit usuras accipere, placuit ^a degradari, & ^b abstinere. Si quis etiam laicus accepisse probatur usuras, & promiserit ^c correptus se jam cessaturum, nec ulterius exacturum; ^d placet ei veniam tribui. Si vero in ea iniquitate duraverit, ab Ecclesia ^e sciat se esse projiciendum. C A P U T XXI.

^f Tardius. De his, qui ad Ecclesiam ^f tarde accedunt.

Si quis in civitate positus, per ^g tres Dominicas Ecclesiam non accesserit? ^h paucò tempore abstineat, ut correptus esse videatur.

C A P U T XXII.

^g Tardus. De Catholicis in heresim transiuntibus, si non i revertuntur.

Si quis de Catholica Ecclesia ad heresim transitum fecerit, rursusque ad

ad Ecclesiam recurrerit; placuit, huic poenitentiam non esse denegandam, eo quod cognoverit peccatum suum. Qui etiam decem annis agat poenitentiam, cui post decem annos præstari communio debet. Si vero infantes fuerint transducti, quod non suo vitio peccaverint, incunctanter recipi debent.

C A P V T XXIII.

^a Jejuniorum De temporibus jejuniorum.

Jejunia ^a seu abstinentias per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium Julii & Augusti, ob ^b eorundem infirmitatem.

C A P V T XXIV.

^c In peregrinatione. De his qui paregre baptizantur, ut ad Clerum non ventiant.

Omnes qui ^c paregre fuerint baptizati, eo quod eorum minime sit cognita vita, placuit ad Clerum non esse promovendos in alienis provinciis.

C A P V T XXV.

^d Confessionis. De Epistolis communicatoriis Confessorum.

Omni qui attulerit litteras ^d confessorias, sublato nomine Confessoris; eo quod, ^e sub hac neminis gloria ^f partim concutiant simplices, communicatoria ei dandæ sunt literæ.

C A P V T XXVI.

^g Tò De hoc, De hoc, & ut omni sabbatho jejunetur.

Errorem placuit corrigi, ut omni sabbathi die jejuniorum ^h superpositionem celebremus. C A P V T XXVII.

ⁱ Extraneas feminas. De Clericis, ut ^j extraneam mulierem in domo non habeant.

Episcopus, vel quilibet clericus alius, aut sororem, aut filiam virginem dicatam Deo, tantum secum habeat: ^k Extraneam vero nequaquam secum habeat. C A P V T XXVIII.

^l Extraneas nequaquam habere placuit.

^l Episcopos. De obligationibus eorum, qui non communicant.

Episcopum ^l placuit ab eo qui non communicat, ^m munera accipere non debere. C A P V T XXIX.

^m Munus. De hoc, & ut habeantur in Ecclesia.

ⁿ Enargumen- De energumentis, qualiter habeantur.

Energumenum ⁿ, qui ab erratico spiritu exagitatur; hujus nomen neque ad altare cum oblatione esse recitandum, neque permitendum, ut sua manu in Ecclesia ministret.

C A P V T XXX.

^o Habeantur in Ecclesia. De his, qui post lavacrum mœchati, fuerint, ut nec subdiacones sunt.

Subdiaconem ^q eum ordinari non debere, qui in adolescentia sua ^r fuerit mœchatus, eo quod postmodum per subreptionem ad altiorem gradum ^s non fit promovendus. Si autem aliqui sunt in præteritum ordinati, amoveantur.

C A P V T XXXI.

^t Subdiaconos. De adolescentibus qui post lavacrum mœchati, fuerint.

Adolescentes, qui post fidem lavaci salutari fuerint mœchati, cum duxerint uxores, acta legitima poenitentia, placuit ad ^u communionem eos admitti debere. C A P V T XXXII.

^u Ad Comm. De excommunicatis Presbyteris, ut in necessitate communionem dent.

Si quis ^y gravi lapsu in ruinam mortis incidit, placuit agere poenitentiam non debere, sine Episcopi consultu, sed potius apud Episcopum agat, cogente tamen infirmitate. Non est Presbyterorum, aut Diaconorum, communionem talibus præstare debere, nisi eis iussit Episcopus.

C A P V T XXXIII.

^z Sed potius apud Episcopum; cog. tam inf. neceſſe eſt. De Presbyteris ut excommunicatis in necēſſe.

^z Apud Presbyterū si quis Sed potius apud Episcopum; cog. tam inf. neceſſe eſt. Placuit in totum prohibere Episcopis, Presbyteris, & Diaconibus, ac Subdiaconibus positis in ministerio, abstinere se a conjugibus suis, & non generare filios. ^c Quod quicunque fecerit, ab honore Clericatus exterminetur.

C A P V T XXXIV.

^d Se abſt. Ne a cerei in cœmeteriis ^e incendantur.

Cereos per diem placuit in cœmeterio non incendi. Inquietandi enim sanctorum spiritus non sunt. Qui hæc non observaverint, arceantur ab Ecclesia communione. C A P V T XXXV.

^f Cereum. Ne feminæ in cœmeteriis pervigilent.

Placuit prohiberi, ne foeminae in cœmeterio pervigilent, eo quod sape sub obtentu orationis, sclera latenter committant.

^g Incendacur. ^h Se abſt. ⁱ Se abſt. ^j Se abſt. ^k Se abſt. ^l Se abſt.

^l Se abſt. ^m Se abſt. ⁿ Se abſt. ^o Se abſt. ^p Se abſt.

^q Se abſt. ^r Se abſt. ^s Se abſt. ^t Se abſt.

^u Se abſt. ^v Se abſt. ^w Se abſt. ^x Se abſt.

^y Se abſt. ^z Se abſt. ^{aa} Se abſt.

^{bb} Se abſt. ^{cc} Se abſt. ^{dd} Se abſt.

^{ee} Se abſt. ^{ff} Se abſt. ^{gg} Se abſt.

^{hh} Se abſt. ⁱⁱ Se abſt. ^{jj} Se abſt.

^{kk} Se abſt. ^{ll} Se abſt. ^{mm} Se abſt.

ⁿⁿ Se abſt. ^{oo} Se abſt. ^{pp} Se abſt.

^{qq} Se abſt. ^{rr} Se abſt. ^{ss} Se abſt.

^{tt} Se abſt. ^{uu} Se abſt. ^{ww} Se abſt.

^{xx} Se abſt. ^{yy} Se abſt. ^{zz} Se abſt.

^{aa} Se abſt. ^{bb} Se abſt. ^{cc} Se abſt.

^{dd} Se abſt. ^{ee} Se abſt. ^{ff} Se abſt.

^{gg} Se abſt. ^{hh} Se abſt. ⁱⁱ Se abſt.

^{jj} Se abſt. ^{kk} Se abſt. ^{ll} Se abſt.

^{mm} Se abſt. ⁿⁿ Se abſt. ^{oo} Se abſt.

^{pp} Se abſt. ^{qq} Se abſt. ^{rr} Se abſt.

^{ss} Se abſt. ^{tt} Se abſt. ^{uu} Se abſt.

^{vv} Se abſt. ^{ww} Se abſt. ^{xx} Se abſt.

^{yy} Se abſt. ^{zz} Se abſt. ^{aa} Se abſt.

^{bb} Se abſt. ^{cc} Se abſt. ^{dd} Se abſt.

^{ee} Se abſt. ^{ff} Se abſt. ^{gg} Se abſt.

^{hh} Se abſt. ⁱⁱ Se abſt. ^{jj} Se abſt.

^{kk} Se abſt. ^{ll} Se abſt. ^{mm} Se abſt.

ⁿⁿ Se abſt. ^{oo} Se abſt. ^{pp} Se abſt.

^{qq} Se abſt. ^{rr} Se abſt. ^{ss} Se abſt.

^{tt} Se abſt. ^{uu} Se abſt. ^{vv} Se abſt.

^{ww} Se abſt. ^{xx} Se abſt. ^{yy} Se abſt.

^{zz} Se abſt. ^{aa} Se abſt. ^{bb} Se abſt.

^{cc} Se abſt. ^{dd} Se abſt. ^{ee} Se abſt.

^{ff} Se abſt. ^{gg} Se abſt. ^{hh} Se abſt.

ⁱⁱ Se abſt. ^{jj} Se abſt. ^{kk} Se abſt.

^{ll} Se abſt. ^{mm} Se abſt. ⁿⁿ Se abſt.

^{oo} Se abſt. ^{pp} Se abſt. ^{qq} Se abſt.

^{rr} Se abſt. ^{ss} Se abſt. ^{tt} Se abſt.

^{uu} Se abſt. ^{vv} Se abſt. ^{ww} Se abſt.

^{yy} Se abſt. ^{zz} Se abſt. ^{aa} Se abſt.

^{bb} Se abſt. ^{cc} Se abſt. ^{dd} Se abſt.

^{ee} Se abſt

C A P V T XXXVI.

Ne picturae in Ecclesia fiant.

^{a Et.} Placuit, picturas in Ecclesia esse non debere; ne quod colitur, aut adoratur, in parietibus depingatur.

C A P V T XXXVII.

De energumenis baptizandis.

^{b Non bapti-}zatis.
^{c Tvero abef.} Eos, qui a spiritibus immundis vexantur, si in fine mortis fuerint consti-tuti, baptizari placet.
^{d Hi publ.} Si vero fideles fuerint, dandum eis esse communionem.
^{e Abstineantur} Prohibendum etiam, ne lucernas a publice aescendant.
^{f C. A. & reli-}qua defantur. Si facere contra interdictum voluerint, abstineant a communione.

C A P V T XXXVIII.

Ut in necessitate & fideles baptizent.

^{f Loco pera-}gre nav. C. A. Peregre & navigantes, aut si Ecclesia in proximo non fuerit, posse fidelem.
(qui lavacrum suum integrum habet, nec sit bigamus) baptizare, in neces-sitate infirmitatis positum catechumenum, ita ut si supervixerit, ad Episcopum
g Proficere. eum perducat, ut per manus impositionem & perfici possit.

C A P V T XXXIX.

h U: Gentilibus desiderantibus manus imponatur.

Gentiles, si in infirmitate desideraverint sibi manus imponi; si fuerit eorum ex aliqua parte honesta vita, placuit eis manum imponi, & fieri Chri-stianos.
^{i Manum.}

C A P V T XL.

^{k Ne id, quod} idolothrytū est,
^{fd. acc.} Placuit prohiberi, ut cum rationes suas accipiant possessores, quidquid
^{l Reierant, se-} ad idolum datum fuerit, acceptum non inferant. Si vero post interdictum
runt. C. A. fecerint, per quinquenniū spatia temporis a communione esse arcendos.

C A P V T XLI.

Ut prohibeant domini idola colere in servis.

Admonere placuit fideles, ut quantuni possint, prohibeant, ne idola in domibus suis habeant. Si vero vim metuant servorum, vel seipso puros conservent. Si non fecerint, alieni ab Ecclesia habeantur.

C A P V T XLII.

De his qui ad fidem veniunt, & quomodo baptizentur

Eos, qui ad primam credulitatis fidem accedunt, si bona fuerint con-versationis, intra biennium temporis placuit ad baptismi gratiam admitti debere: nisi infirmitate compilente coegerit ratio, vel & socio subvenire per-
litanti, vel gratiam postulanti.

C A P V T XLIII.

De celebrazione Pentecostes.

Pravam institutionem emendari placuit juxta auctoritatem Scripturarum,
^{x Post Pascha} ut cuncti diem Pentecostes celebremus. Quod qui non fecerit, quasi novam
^{s Convertan-} bagresim induxit esse notetur. C. A. P. V. T. XLIV.

De meretricibus paganis, & convertuntur.

Meretrix, que aliquando fuerit, & postea habuerit maritum, si postmo-dum ad credulitatem venerit, incunctanter placuit esse recipiendam.

C A P V T XLV.

De catechumentis qui in Ecclesiam non frequentant

Qui aliquando fuerit catechumenus per infinita tempora, & nunquam ad Ecclesiam accesserit, si eum de clero quisquam agnoverit voluisse esse Chri-stianum, aut testes aliqui extiterint fideles, placuit baptismum ei non negari, eo quod in veteri homine deliquisse videatur.

C A P V T XLVI.

De fidelibus, & apostataverint, quamdiu paenitent.

Si quis fidelis apostata, per infinita tempora ad Ecclesiam non acceperit, si tamen aliquando fuerit reversus, nec fuerit idololatra, post decem annos placuit eum communionem accipere.

C A P U T XLVII.

De eo qui uxorem & habet, & sepius mœchatur.

Si quis fidelis habens uxorem, non semel, sed saepe, fuerit mœchatus, in fine mortis est convenientius. Quod si se promiserit cessatum, detur ei communio. Si resuscitatus, rursus fuerit mœchatus, placuit ulterius non edere eum de communione pacis.

CA-

C A P U T XLVIII.

De a baptizandis, ut nihil accipiant Clerici.

Emendari placuit, ut hi qui baptizantur (ut fieri solebat) riuummos in concham non mittant, ne Sacerdos, quod gratis accepit, pretio distrahere videatur. Neque pedes eorum lavandi sunt a Sacerdotibus, ^b vel Clericis.

C A P U T XLIX.

De frugibus fidelium, ne a Judæis benedicantur.

Admoneri placuit possessores, ut non patientur fructus suos, quos a Deo percipiunt ^c cum gratiarum actione, a Judæis benedici, ne nostram irri-tam, & infirmam faciant benedictionem. Si quis post interdictionem facere usurpaverit, penitus ab Ecclesia abjiciatur.

C A P U T LI.

De Christianis, qui cum Judæis vescuntur.

Si vero ^d aliquis Clericus, sive fidelis fuerit, qui cum Judæis cibum sumperit, placuit eum a communione & abstinere, ut debeat emendari.

C A P U T LI.

De hereticis, ut ad Clerum non promoveantur.

Fx omni hæresi qui ^e ad nos fidelis venerit, minime est ad Clerum promovendus. Vel si qui sunt in præteritum ordinati, sine dubio ^g de-ponentur.

C A P U T LII.

De his qui in Ecclesia libellos famosos ponunt.

Si qui inventi fuerint libellos famosos in Ecclesia ponere, anathemati-zentur.

C A P U T LIII.

De Episcopis, qui excommunicato alieno communicant.

Placuit cunctis, ut ab eo Episcopo quis ^h recipiat communionem, a quo abtentus in crimine aliquo fuerit. Quod si i aliquis Episcopus præ-sumperit eum ⁱ admittere, illo adhuc minime ^j sciente, vel consentien-te, a quo fuerat communione privatus, sciat se hujusmodi caussas inter Fra-tres esse cum status sui periculo præstaturum.

C A P U T LIV.

De parentibus, qui fidem sponsalitorum frangunt.

Si qui parentes fidem frangerint sponsalitorum, triennii tempore ^m ab-sineant se a communione. Si tamen iidem sponsus vel sponsa ⁿ in illo gravi crimine fuerint deprehensi, excusati erunt parentes. Si vero ^o in eo-dem fuerint vitio, & polluerint se p consentiendo. ^q superior sententia servetur.

C A P U T LV.

De sacerdotibus & Genitiliis, qui jam non sacrificant.

Sacerdotes, qui tantum ^p sacrificantium & coronam portant, nec sacrificant, nec de suis sumptibus aliquid u idolis præstant, placuit post bieni-um accipere communionem.

C A P U T LVI.

De Magistris, & dominanis.

Magistratum vero, anno quo agit duumviratum, y prohibere placet, ut se ab Ecclesia cohibeat.

C A P U T LVII.

De his, qui vestimenta ad ornandam pompam & dederint.

Matronæ, vel earum mariti, vestimenta sua ad ornandam sæculariter pompam non dent. Et si fecerint, ^a triennii tempore abstineant.

C A P U T LVIII.

De his, qui communicatorias literas portant. ^b

Placuit, ^c ubique, & maxime in eo loco, in quo a primæ Cathedra constitutus est Episcopus, ut interrogentur hi, qui communicatorias literas tradunt, an omnia recte habeant, & suo testimonio comprobent.

C A P U T LIX.

De fidelibus, ne ad Capitolium causa sacrificandi ascendant.

Prohibendum, ne quis Christianus ^d aut Gentilis, ad idolum Capito-lii, sacrificandi causa ascendet, & videat. Quod si fecerit, pari crimine teneatur. Si fuerit fidelis, post decem annos, acta poenitentia, recipiatur.

C A P U T LX.

De his, qui destruentes idola occiduntur.

Si quis idola fregerit, & ibidem fuerit occisus; ^g quia in Evangelio non est scriptum, neque invenitur ^h ab Apostolis unquam factum; placuit in ⁱ numerum eum non recipi martyrum.

To. II.

E 2

CA-

^a De baptiza-tis ut nihil ac-cipiat Cleri-cus.
^b Sed.

^c Pecc. a Ju-dæis benedic-i.

^d Quis Cleric. vel fid. cum Jud.

^e Abstineri. C. Alv.

^f Heret. fidelis si ven.

^g Deponantur.

^h Accipiat. i Alius.

ⁱ Admitti. l Faciente.

^m Abstinean-tur.

ⁿ In gravi.

^o Si eisdī fue-rit vitium.

^p Consentien-do, deest.

^q Superioris. r Gentium.

^s Sacrifican-tium, deest.

^t Coronas. C. A.

^u Ad idola. x Duum viras.

^y Prohibenda placuit.

^z Pomp. facili-d.

^a Triennio ab-stineantur.

^b Ut de fide interrogentur.

^c Ubique.

^d Prima Ca-thedra confi-puta est Episco-patus.

^e Suo testimo-nio comproba-ti.

^{ut.}

^g Quatenus.

^h Sub.

ⁱ In numero.

C A P U T LXI.

De his, qui duabus sororibus copulantur.

Si quis post obitum uxoris suæ, fororem ejus duxerit, & ipsa ^a sit fidelis, ^b quinquennio a communione placuit ^c abstinere, nisi forte velocius dari pacem, necessitas coegerit infirmitatis.

C A P U T LXII.

De ^d auguribus, & pantomimis, si convertantur.

Si ^e augur, aut pantomimi credere voluerint, placuit ut prius ^f artibus suis renuncient, & tunc deum fusciantur, ita ut ulterius non revertantur. ^g Quod si facere contra interdictum tentaverint, projiciantur ab Ecclesia.

C A P U T LXIII.

De uxoribus, quæ filios ^h de adulteris necant.

Si qua ⁱ mulier per adulterium, absente ^k marito, conceperit, idque post facinus occiderit, placuit ei nec in fine dandam esse communionem, eo quod geminaverit scelus.

C A P U T LXIV.

De feminis, quæ usque ad mortem cum alienis viris adulterantur.

Si ⁿ qua mulier, usque in finem mortis suæ, cum alieno fuerit viro moechata, placuit in fine dandam ei esse communionem. Si vero eum reliquerit, post decem annos ^o recipi ad communionem, acta legitima poenitentia.

C A P U T LXV.

De adulteris uxoribus Clericorum.

Si cuius Clerici uxor fuerit moechata, & p sciatur eam maritus suus morchari, & eam non statim projecerit, nec in fine accipiat communionem: ne ab his, qui exemplum bonæ conversationis esse debent, ^p videantur magisteria scelerum procedere.

C A P U T LXVI.

De his, qui privignas suas ducunt.

Si quis privignam suam duxerit uxorem, eo quod sit incestus, placuit nec in fine dandam esse communionem.

C A P U T LXVII.

De conjugio catechumenæ feminæ.

Prohibendum, ne qua fidelis, vel qua catechumena, aut ^r comicos, aut viros scenicos habeant: quæcumque hoc fecerit, a communione arceatur.

C A P U T LXVIII.

De catechumenæ adultera quæ filium necat.

Catechumena si per adulterium conceperit, & ^s conceptum necaverit, placuit eam in fine baptizari,

C A P U T LXIX.

De viris conjugatis, postea in adulterium lapsis.

Si qui forte habens uxorem, semel fuerit lapsus, placuit eum ^t quinquennio agere debere poenitentiam, & sic reconciliari, nisi necessitas infirmitatis coegerit ante tempus dare communionem. Hoc & circa foeminas observandum.

C A P V T LXX.

De feminis, quæ consciis maritis ^u adulterantur.

Si conscio ^x marito fuerit moechata uxor, placuit nec in fine dandam esse communionem. Si vero eam reliquerit, post decem annos accipiat communionem, & si eam, cum scierit adulteram, aliquo tempore in domo sua ^y sequitur, defunxit, retinuit.

C A P V T LXXI.

De stupratoribus puerorum.

Stupratoribus puerorum nec in fine dandam esse communionem.

C A P V T LXXII.

De viduis mæchis, si eundem postea maritum duxerint.

Si qua vidua fuerit moechata, & eundem postea haberet maritum, post quinquennium tempus, acta legitima poenitentia, placuit eam ^z communione reconciliari. Si alium duxerit, relicto illo, nec in fine dandam ei esse communionem. Vel si fuerit ille fidelis, quam a accepit, communionem non accipiat, nisi ^b post decem annos, acta legitima poenitentia, ^c nisi infirmitas coegerit velocius dare communionem.

C A P U T LXXIII.

De delatoribus.

Delator, si quis extiterit fidelis, & per delationem ejus ^d aliquis fuerit

proscriptus, vel imperfectus, placuit eum ^a nec in fine accipere Communionem. Si levior causa fuerit, intra quinquennium accipere poterit Communionem. Si catechumenus fuerit, ^b post quinquennii tempora admittatur ad Baptismum.

C A P U T LXXIV.

De falsis testibus.

Falsus testis, prout crimen est, ^c abstinebit: si tamen non fuerit a mortis, quod objicit. ^d Et si probaverit, quod diu tacuerit, biennii tempore abstinebit ^e. Si autem non probaverit ^f in conventu Clericorum, placuit per quinquennium ⁱ abstinebitur.

C A P U T LXXV.

De his, qui Sacerdotes ^k accusant, nec probant.

Si quis autem Episcopum, Presbyterum, vel Diaconem falsis crimini bus appetierit, & probare non potuerit, ^l nec in fine dandam esse Communionem.

C A P U T LXXVI.

De Diaconibus, si ante honorem peccasse ^m probantur.

Si quis Diaconum se permiserit ordinari, & postea fuerit in criminis detectus mortis, quod aliquando commiserit; si sponte fuerit confessus, placuit eum, acta legitima poenitentia, post triennium accipere Communionem. Quod si alias ^o detexerit, post quinquennium, acta poenitentia, accipere Communionem laicam debere.

C A P U T LXXVII.

De baptizatis, qui nondum confirmati moriuntur.

Si quis Diaconus regens plebem sine Episcopo, vel Presbytero, aliquos baptizaverit, Episcopus eos per benedictionem perficere debebit. Quod si ante de sæculo ^p recesserit, sub fide, qua quis crediderit, poterit esse justus.

C A P U T LXXVIII.

De fidelibus conjugatis, si cum Judæa, vel Gentili mœchati ^q sint.

Si quis fidelis habens uxorem, cum Judæa, vel Gentili fuerit mœchatus, a Communione arceatur. Quod si alias eum derexerit, post quinquennium, acta legitima poenitentia, poterit Dominicæ sociari Communioni.

C A P U T LXXIX.

De his, qui tabula ludunt.

Si quis fidelis ^s alea, idest, tabula ^t luserit, placuit eum ^u abstinebitur. Et si emendatus cessaverit, post annum poterit ^x Communione reconciliari.

C A P U T LXXX.

De libertis.

Prohibendum est, ut liberti, quorum Patroni in sæculo fuerint, ad Clericum non ^y provehantur.

C A P U T LXXXI.

De feminarum epistolis.

Ne foemina suo potius, ^z quam maritorum nominibus, laicis scribere audieant, ^a qui fideles sunt, vel literas alicujus pacificas, ad suum solum nomen scriptas accipient.

JOSEPHI CATALANI ADDITIO.

Ad illustrandam magis magisque novam hanc Conciliorum Hispaniarum editionem, ac præfertim Iliberritanii Concilii, opera pretium duco describere hoc loco, quod ad ipsum Concilium notavit eruditissimus Scriptor Joannes Dominicus Mansi Lucensis, Clericus Regularis Congregationis Matris Dei in Supplemento ad Veneto-Labeam Conciliorum collectionem, Tomo i. pag. 126. & seqq. ubi hæc habet.

Cujus in Præfatione memini, vetus Collectio nostra Lucensis annorum circiter non gentorum, inter cetera Concilia, quorum Canones in Epitomen redactos complectitur, magnum Iliberritanum Concilium offert, quo defunctis se eius Synopsis Auctori in ipsa Concilii fronte testatur ex Libro quadam Gabueni. Quis sit Gabrensis iste Liber, ubi locus iste jaceat, incomptum mihi est, quamvis non ignoro, Gabrensi nomen fuisse loci in Gallia siti. Sed ambigendi causam præbet Collectio illa, num locus aliquis Hispanie designetur, cum tota illa Collectio ex Hispanis Libris deducta sit; nam primo exhibet Martini Bracarense Canonum Collectionem; dein succedit ex Gabrensi Libro excerpta; tandem ex Complutensi Libro reliqua. Ut cumque res habeat se, ex hoc Gabrensi Libro desumpti Iliberritani Canones, seu Canonum epitomes. Ex his nonnulli in quibusdam ab editis variant; desunt etiam nonnulli, siue quod ab Auctore Synopsis nostræ rejeti sunt, quod minus utiles ad præsentem disciplinam judicarit, sive quod in Gabrensi Codice defuerint. Quos vero desiderari deprehendi, sunt Canon XL. XLV. L. LVI. LXXI. LXXII. LXXIII. LXXIV. LXXXII. LXXVIII. LXXIX. LXXX. Ordo est etiam in plurimis ab editis diversus; & qui interdum in editis geminos in Canones disjectus est, hic unus

^a Ali. non nisi
in fine. Burch.
^b Grat.
^c Post quin-
quennium. Gr.
^d Mortale.
^e Objicit, &
probaverit. Ex-
probaverit. C.
^f Quod non ta-
cuerit.
^g Abstinebitur.
^h C. d. d. Ab-
stineatur.
ⁱ Conventui.
^j Abstineri.
^k Vel ministros.
^l Hanc letio-
nem probat De-
cretum Grego-
riani. Apud
Adrianum, &
Ivonneum eff.
Nonnulli in fine
dandam etesse
comm.
^m Qui.
ⁿ Probentur.
^o Eum derex.
^p Receserint.
^q Fuerint.
^r Sia & C. A.
^s Alcam, idest
tabulam num-
mis. C. A.
^t Lus. nimmos.
^u Abstineri.
^x Communi-
onem.
^y Promovean-
tur.
^z Absque.
^a Quæ.

unus repræsentatur. Sic Canonis XXV. & XXVI. in unum conjuncti sunt. Ac denique Canon unus, qui ibi est LXIX. in editis nupciam legitur. Cavetur in eo, ne mulieres venatum eant, cuius sanctionis causas afferrem tres. Primo, quod mulieres minus decet circumcurare. Secundo, quod periculorum habetur, illas, dum feras infectantur, longius ab aliorum conspicu remotas, ut saepe accidit venantibus, excurrere. Denique venatorum professio seva tunc, & sanguinaria censebatur; quare gladiatores venatoriam exercabant, ut ex Actis sinceris SS. Perpetue & Felicitatis XVIII. & ex Adnotatione Holstenii ad eundem locum discimus. Res igitur postulabat, ut a re minime muliebri Christianæ feminæ arcerentur. Canon XVI. qui Canonis edito XV. respondet, sensum plane oppositum ab eo, quem ferunt vulgati, exhibet quo enim loco vulgatus edicit, ne puellæ Christianorum cum Gentilibus copularentur, nostrarum conjunctionem hanc admittit, ut inferiorius patebit. Et quidem si res ipsa spectaretur, vix fieri potuisse videbatur, ut quo tempore Christiani erant rariores, & tota Provincia Gentilibus inundabat, interdici penitus Christianis potuisse, ne connubia cum Gentilibus, saltem iis, qui moderatores essent, jungerentur. At cum Arelatense Con-

Ordo Canonum vulgarium.

I.	I.
II.	II.
III.	III. * f. Sacrificaverint, * f. Fecerint.
IV.	IV. * Mæcatus. * Sic.
V.	V.
VI.	VI.
VII.	VII.
VIII.	VIII.
IX.	IX.
XI.	XII.
XII.	XIII.
XIII.	XIV.
XIV.	XV.
XV.	XVI.

(a) Post quinquennium accipias Communionem. Desint postrema hoc in editis, & sensus forte est: Si non sum illam maritum dimiserit, post quinquennium ad Communionem admittatur. Vel forte: Etiam priori viro intra quinquennium mortuo non communicet, nisi eo quinquennio elapo.

Ordo Epitomis.

EX CONCILIO LIBERRITANO.

Si quis post Baptismum Idolis immolaverit, nec in finem accipiat Communionem.

Flamines si post regenerationem Baptismi sacrificaverit*, vel homicidium fecerit*, aut necatus fuerit, ne in finem communicet.

Flamines, si * mussimus dederit Idolis, acta poenitentia communicet.

Flamines si conversi fuerint, post triennium baptizetur.

Si qua Domina ancillam pro zelo baptederit, & mortua fuerit, quinque annis poeniteat.

Si quis per maleficium alterum occiserit, nec in finem communicet.

Post poenitentiam moechæ si quis fornicatus fuerit, nec in finem communicet.

Fœmina, qui sine causa dimiserit maritum, & alterum duxerit, nec in finem communicet.

Si qua mulier dimiserit maritum unum, & alterum nupserit, antequam moriatur, quem dimiserit, non communicet absque necesse mortis. Post quinquennium accipiat communionem. a

Decimus Canon est idem, ac Canon VIII. repetitus. Deest XI. sed suppletur inferiorius.

Si quis cathecumena graviter si fuerit infirma, infra quinquennium baptizetur.

Qui lenocium faciunt, nec in finem communicent.

Devota si adulteraverit, nec in finem communicet.

Virgines si adulteraverint, quinque annis poeniteant.

Propter copiam puellarum gentilibus in ma-

Ordo vulgatus. Ordo Epitomis.

XVI.	XVII.
XVIII.	XVIII.
XIX.	XIX.
XX.	XX.
XXI.	XXII.
XXII.	XXIII.
XXIII.	XXIV.
XXIV.	XXV.
XXV. XXVI.	XXVI.
XXVII.	XXVII.
XXVIII. XXIX.	XXVIII.
XXXII.	XXX.
XXXIII.	XXXI.
XXXIV. XXXV.	XXXII.
XXXVI.	XXXIII.
XXXVII.	XXXIV.
XXXVIII.	XXXV.
XXXIX.	XXXVI.
XL.	XXXVII.
XLI.	XXXVIII.
XLII.	XXXIX.

(a) Editus Canon ita concipitur: Propter copiam puellarum Gentilibus minime in matrimonium dandas sunt Virgines Christianæ, ne etas in flore tumens, in adulterio anime refrovatur. Vulgatus haec lectio optimum sensum reddit, & sensus est. Puellarum copia fraudare nequaquam debet, ut Gentilibus puella elocentur; nam juvenula illa etas facile illas ad anima adulterium, idest, ad crimen idolatriæ admittendum inducit. Sed & nostra haec lectio sensum reddit plane non inceptum; edicit enim, ut puella, cum multæ sint, elocentur potius Gentilibus, quam innuptæ perseverent propter impudicitia periculum. Utta lectio genuina habenda sit, viderint docti. Vide & quæ de hoc Canone superiori animadverteri.

(b) In finem communices. Vulgatus, nec in fine &c. cui lectio totus contextus plus favet.

(c) Siquis Presbyter tres septimanæ &c. Vulgatus: Siquis in Civitate positus. Sunt qui vulgatum hunc Canonem ad Clericos tantummodo referant, de quibus videndus Mendoza in Opusculo, De confirmando Concilio Eliberitanus, ad hunc Canonem. Iuic opinioni lectio nostri Codicis favet. Idem Mendoza interdictum hoc ad laicos refert, quam in rem adducit Olli testimonium, qui in Concilio Sardicensi testatus est: Memini in superiori Concilio Fratres nostræ constituisse, ut siquis laicus in ea, in qua commemoratur, Civitate tres Dominicæ dies, idest, tres septimanæ non celebrasset conventum, Communione privaretur. Quibus verbis Canonem hunc Eliberitanum indicari, Vir idem Clarissimus confit. Sed cum ab anno 309. quo Eliberitanum Concilium est habitum, ad annum 347. vel 344. ut ego inferius demonstrabo, quo Sardicense convenit, sic longum annorum spatium intercesserit, fieri potuit, ut in alio quopiam Concilio, quod ad nos nequaquam pervenit, similis quod laicos sanctio statueretur, idemque Concilium, non vero Eliberitanum, Ollus præ oculis haberet.

(d) Totus iste Canon ex dupli vulgato Canonie XXVIII. & XXIX. coalescens latius, & clarius explicat, quod in illis subscutis continetur. En duos illos, XXVIII. & XXIX. Episcopus placuit ab eo, qui non communicat, munera accipere non debere. XXIX. Energumenus &c. hujus nomen neque ad Altare cum Oblatione recitandum, neque permittendum, ut sua manu in Ecclesia ministret.

matrimonium dandas sunt Virgines, ne etas in flore tumens in adulteriis inde resolvatur* a. * f. luto resol- varur.

Hæretici si conversi fuerint, filias si de- derint Judæis, vel hæreticis, quinque annos poeniteant.

Si quis fidelis filiam suam Sacerdoti Ido- lorum junixerint.

Similiter & fœmina si dimiserit adulterum maritum, & alterius copulaverit, excommunicetur.

Episcopus, Presbyter, Diaconus, si mo- catus fuerit, in finem communicet. b

Episcopus, Presbyter non agant negotium.

Si quis Clericus usuram acceperit, degra- detur, si laicus, excommunicetur.

Si quis Presbyter tres septimanas non fuerit ad Ecclesiam, corripiatur. c

Si Catholicus in hæreſe fuerit, & rever- sus fuerit, decem poenitentia agant.

Jejunare oportet per singulos menses, excepto Julio, & Augusto.

Qui in peregrine fuerit baptizatus, in Cle- ro non admittendus.

Epistola communicatoriae simplice dan- da. Omni Sabbato jejunetur.

Episcopus, vel quilibet Clericus extra- neam mulierem domi non habeat.

In ergomenos non communicet, nec Epis- copus munus ab eo accipiat, nec in Clero promoveatur, vel si ordinatur, deponatur. Nec Episcopus munus accipiat non communi- cante*. d

Excommunicatus * Presbyter in necessi- tate communione det.

Episcopus, Presbyter, Diaconus, vel Clericus abstineant ab uxoribus suis.

Cereos in Cymeteriis non incendi, quod siquis fecerit, excommunicetur. Mulieres non pervigilent in Cymeteriis.

Picturas in Ecclesiis fieri non debere.

In ergomeni in fine positi baptizentur, & communicent. Pœnitentes non incendant pu- blice lucernas.

In necessitate bigamus, aut quilibet fidelis baptizet, & ab Episcopis confirmetur.

Gentiles in infirmitate politi, si deside- raverint, Christianos efficiat.

Quod datur ad Idola, fideles non acci- plant.

Domini vetent servis suis Idola colere.

Qui ad primam credulitatis fidem ve- niunt

*f. a non com- municante.

*f. excommuni- caris.

Ordo vulgatus .	Ordo Epitomis .	nunt , post duos annos baptizari . Post Pascha quinquagesima teneatur , non quadragesima .
XLIII.	XL.	Meretrix , si conversa fuerit , recipiatur . <i>Deeſt Canon XLV. editus .</i>
XLIV.	XLI.	Fideles apostatas per multos annos , si conversus fuerit , per decem annos communiceat .
XLVI.	XLII.	Uxorem habens si necatus * fuerit in necessitate , danda ei communio , si promiterit jam non moecare .
XLVII.	XLIII. *mœcatus .	De baptizatis nihil accipiat Cleros . Ne potissimum fructus suos Iudeis dent benedicendo . <i>Deeſt Canon L. editus .</i>
XLVIII.	XLIV.	Hæreſe ad Clerum non promoveantur .
XLIX.	XLV.	Qui inventi fuerint famosa in Ecclesia ponere , anathemantur .
L.	XLVI.	Episcopus excommunicatum alterius non recipiat .
LIV.	XLVII.	Parentes sine culpa si sponsos sequestraverint , triennio poenitentiam agant .
LV.	XLVIII.	Sacerdotes Idolorum post biennium recipiantur . <i>Deeſt Canon editus LVI .</i>
LVII.	LI.	Nullus fidelis ad pompam ſacculi videntem ſuum det .
LVIII.	LII.	Qui communicaturi has literas Episcopo deferent , interrogantur , si omnia recte ſuo testimonio comprobant .
LIX.	LIII.	Ne quis Christianus Capitulum ascendat , quod si fecerit , decem annos abſtineatur .
LX.	LIV.	Qui Idola fregerit , & ibidem recifit , inter Martyres non recipiendus .
LXI.	LV.	Qui duas ſorores habuerit uxores , quinque annos poeniteat .
LXII.	LVI.	Auriga , vel Pantomima , si conversi fuerint , recipiantur .
LXIII.	LVII.	Siquæ maritata adulteraverit , & filium occiderit , ne in finem accipiat Communionem .
LXIV.	LVIII.	Siqua foemina fidelis mœcata fuerit , poſt decem annos communicet , si eum dimiserit .
LXV.	LIX.	Uxor Clerici , si mœcata fuerit , & non eam dimiserit , nec in finem communicet .
LXVI.	LX.	Siquis prævignam ſuam duxerit uxor , nec in fine communicet .
LXVII.	LXI.	Fidelis , vel Cathicumenſa ſcarios viros habeat . *
LXVIII.	LXII. *Deeſt aliquid .	Cathicumenſa , si adulteraverit , & ſuffocaverit filium , in finem baptizetur .
LXIX.	LXIII.	Uxoratus , si lapsus fuerit , quinque annos poeniteat .
LXX.	LXIV. *f. marita .	Si cum conſientia marita * uxor adulteraverit , nec in finem accipiat communionem . <i>Deeſt Canon editus LXXI .</i>
LXXII.	LXVI.	Siqua vidua mœcata fuerit , & poſt hæc maritum illum habuerit , quinque annos poeniteat . <i>Defunct Canones LXXIII. LXXIV. editi .</i>
LXXVI.	LXVII. * Alia manu antiqua emendatur , nec in finem .	Siquis Sacerdotem in crimen accusaverit , in finem communicet . *
LXVIII.	LXVIII.	Diaconus detectus fuerit fuerit , ante ordinationem crimen admisit , ut laicus poſt quinque annos communicet . <i>Defunct reliqui Canones editi LXXVI. LXXVII. LXXIX. LXXX. LXXXI.</i>
		Atque hæc libuit describere ex nova Additione facta ab eruditissimo Mansi ad hoc Con-

Concilium Illiberitanum , ejusdemque Authoris fuit Notæ , quas ad quodam ejusdem editionis ornameſto .

C A P U T VI.

De Canonibus , qui Concilii Illiberitani falſo eſſe feruntur .

Hactenus de Canonibus veris Concilii Illiberitani , de his ſcilicet , quos certo ab Hispanis Paribus editos , & exemplaria impella docent , & vetusti Codd. mſ. confirman : alios etiam præclara , & honestatis , & pietatis doctrina plenos , acceptos huic referunt Burchardus , Ivo , Gratianus , & antiqui Pœnitentium Libri : sed quia hujus Concilii proprii illi non sunt , suis locis eos reſtituere curabo . Ut veram enim , debitamque hujus Concilii laudem deteri , aut imminui tu'ērim moleſte , ita incertam , aut fictam illi importiri , nūquā probaverim . In primis ſe offert is , quem citat Gratianus in Cap. *Omnis homo* , De consecratione , Dilt. 2. *Omnis homo* (ait) ante ſacram communionem a propria uxore abſtinere debet tribus , aut quatuor , aut oſto diebus ; nec inter Catholicos connumerabitur , qui in iſis videlicet temporibus , Pafcha , Pentecofte , & Natali Domini non communicaverit .

Sed germanum eſſe Concilii Illiberitani , vix , ac ne vix quidem crediderim ; nec unum , ſed contextum ex duobus diverſorum Conciliorum , quod prima , & ſecunda pars non ſatis coherēcant , ideoque diverſis Canonibus erat utraque conſtituenda . Quare Burchardus , qui cum Canonem primus Concilio Illiberitano Cap. 3. tribuit , priorem ſolum retulit partem *Omnis homo* (inquit) ante ſacram communionem a propria uxore abſtinere debet , tres , aut quinque , aut ſep̄tem dies . Eandem retulit Ivo Part. 2. Cap. 32. uterque tamen poſt hunc Canonem , citarunt alterum Concilii Agathensi Canonem xvi. i. qui ſic habet apud eodem ſecundum ſacrales vero , qui in Natali Domini , Pafcha , & Pentecofte non communicaverint , Catholici non credantur , nec inter Catholicos habeantur . Quod non animadverterns Gratianus , utrumque aliut non recte , & Concilio Illiberitano tribuit ; cum poſterior hæc pars quæ Concilii Agathensi eſt , reperiturque Can. xxviii. illius , nec fit , nec eſſe Concilii Illiberitani potuerit : nam tempore hujus Concilii , fervente adhuc antiqua naſcentis Eccleſia devotione , non ter in anno , ſed quotidie communicaſe ſolitos Hispanos , teſtis eit D. Hieronymus in Epiftola 18. ad Lucinum Baeticum : nec acceptam fuifſe ab Epifco oblationem , ſeu munus illius , qui in Milla non communicateat , dicendum ad Canonem xxviii . Quod ſi dia Pentecofte communicandum in hoc Concilio deſerneretur , id Can. xlxi. eſt conſtituendum , in quo de festivitate illius diei ſpeciatim actio eſt proposita . Cum certum ſit ergo , illum in Concilio Agathensi extare , Burchardumque , & Ivonem illi acceptum tulisse ; cui ſola Gratiani auſtoritate illum Illiberitano adſcribemus ? cum non ſolum hunc , ſed pleroque alios ex diversis ſciamus in unum fine delectu conjunxiſe , ut mox indicabo . His autem tribus festis communicandum , præter Concilium Agathense , decrevit etiam Concilium Turonense II. Can. l. *Ut non frequentius* (ait) *vel ter laici homines in anno communient , niſi forte quis majoribus quibuslibet criminibus impeditur* . Quem Canonem falſo etiam Fabiano Papa alignarunt Burchardus Lib. 5. Cap. 17. Ivo Part. 1. Cap. 27. & Grat. in Cap. *Eſt non frequentibus , De confarat .* Dilt. 4. quod & a Sylvorio Papa conſtitutum refert Burchardus d. Lib. 5. Cap. 29. & Ivo Part. 2. Cap. 29. quod hodie Viri pii cupiunt renovari . Nec ter tantum , ſed & quater olim ſolitum communicari , patet ex Pœnitentiali Romano apud Antonium Augustinum Tit. 7. Cap. 10. *Neglexiſti* (ait) *ut non acciperes Corpus , & Sanguinem Domini iſiſ quatuor temporibus* , ide. t. in Cena Domini , & in Pafcha , & poſtea in aliis praedictis temporibus , aut ſep̄tem dies , aut quinque ante acceptiōem ſacri Corporis Domini , viginti dies debes paenitere in pane , & aqua . Extat etiam apud Burchardus Lib. 19. Decretorum . Partem autem priorem , a quo Burchardus , & Ivo defumperint (ab illis enim accepit Gratianus) certo affirmare non auſim , quod in obſcuro reſit : ſcio tamen . D. Augustinum abſtinere a conjugiis in ſolemnitatibus Eccleſia , & quoties communicandum eſt , ſepe docuile . In Sermone enim 216. *De tempore , Dominica decima poſt Penteſcoſen* , Sermonē ſecondo *De Chriſtiano nomine* , ſic ait : *Ille bonus Chriſtianus eſt , qui quoties ſanctæ ſolemnitatis veniant , ut ſecurius communiciet , ante plures dies caſitatem cum propria uxore cuſtodiſt , ut ſincera , & ſecura conſientia ad Altare Domini caſto corpore , & mundo corde præſummat accedere* . Quod ſi panes Propositionis (inquit Hieronymus) non poterant ab hiſ , qui uxores ſuas tetigerant , comedit : quanto magis panis ille qui de Celo descendit , non potest ab hiſ , qui conjugaliſbus paullo ante haſtere complexibus , violati , atque contingit ? non quod nuptias condennamus (hoc enim non dicimus) ſed quod eo tempore , quo carnes Agni manducaturi ſumus , vacare operibus carnis non debeamus . Idem conſultit B. Ambroſius , Chryſtostomus , & Gregorius in locis citatis a Gratiano 33. Quæſit. 4. Pœnitentia etiam itaruitur decem dierum in illum , qui die Dominicō cum uxore concumberet , in Pœnitentiali Romano antiquo , quod retulit Antonius August. Tit. 3. Cap. 20. corum quæ ille compilavit . Erga quem diem tanta fuit antiquorum reverentia , ut in illo matrimonium contrahere ſine pœnitentia non licet , ut ex Concilio Triburiensi refert Burchardus Lib. 10. Decretorum Cap. 157. Multo tamen mirabilius eſt , quod memorie tradidit Augustinus Serm. 244. *De temporibus . Qui uxor ſuam* , inquit , *in perfluviis poſtam agnoverit , aut in die Dominicō , aut qualibet , & alia ſolemnitate ſe continere noſuerit ; qui tunc concepiſt fuerint , aut leproſi , aut epileptici , aut etiam forte dæmoniaci naſcentur .*

Decretum aliud retulit ex Concilio hoc Illiberitano Gratianus, quod in his Canonibus desideratur, in Cap. *Pueri*, 22 Quæst. 5. *Pueri*, ait, *ante annos quatuordecim non cogantur jurare. Puer quoque si in puerili aetate sita in domo patris, illo nesciente, juramento se constrinxerit; & pater ejus, ut audierit, statim contradixerit; vota ejus, & juramenta irrita erunt;* & facilius emendabitur.

Sed hoc etiam ex diversis congesit Gratianus; versiculus enim primus, *Pueri ante quatuordecim annos non cogantur jurare*, etsi non his verbis, sententia tamen eadem habetur in Capitularibus Lib. 1. Cap. 9. & huic Libro tribuit Ivo Parte 12. Cap. 23. *Parvuli*, inquit, qui sine rationabili aetate sunt, non cogantur jurare. Sequentem autem versiculum: *Puer quoque, usque in finem, Concilio Hibernensi assignat Burchard. Lib. 12. Cap. 26.* & antiquum *Poenitentiale Theodori*, ut ex illo retulit in id, quod nuncupavit Romanum, Antonius Augustinus Titulo 2. Cap. 17. Similia citantur ex Aurelianensi Cap. 2. ab Ivone Part. 12. Cap. 28. etsi non vere idem Ivo, ut Gratianus, hanc secundam partem Illiberitano tribuerit, cum tam in editis, quam in vetustis mss. desit.

Tertium Decretum hujus Concilii asserit Gratianus 22. Quæst. 4. *Difinitio incanta laudabiliter solvenda est, nec est pravaricatio, sed temeritatis emendatio.* Decepimus ab Ivone Part. 12. Cap. 80. qui eidem Concilio adscribit. Sed verius est, Concilio Hibernensi, ut superiorius referendum, ut retulit Burchardus Lib. 12. Cap. 25. & *Poenitentiale Theodori* apud Antonium Augustinum Tit. 2. Cap. 16.

Quartum ex Concilio hoc Illiberitano se deprompsisse ait Palea in Cap. *Si qua mulier* 31. Quæst. 1. *Si qua mulier*, ait, *in mortem mariti sui cum aliis consiliata sit, & ipse vir aliquem illorum, se defendendo occiderit: si probare potest ille vir, eam ream esse consiliata, potest, ut nobis videtur, ipsam uxorem dimittere; & si voluerit, aliam ducere; ipsa autem insidiatrix penitentia subiecta sine spe conjugii maneat.* Ex Concilio Eliberitano apud Vermerias, ante legebatur tam corrupte, ut nihil magis; cum Illiberris Hispania, Vermeria Gallic Civitas sit, & utraque in ultimis utriusque Regni finibus. Verba autem ex Illiberitano, quæ præfixa sunt Canonii sequenti: *Si qua mulier*, irreperunt in precedentiis epigraphen parum recte, quod notatum est in editione Decreti Gregoriani.

Quintum huic Concilio adscribunt Burchardus Lib. 6. Cap. 39. Ivo Part. 10. Cap. 168. antiquo Theodori *Poenitentiali* decepti, quod in Romanum translulit Antonius Augustinus Tit. 1. Cap. 12. a quo Canon hic Concilio Illiberitano tribuitur: *Si mulier maritum suum cauffo fornicationis veneno interficit, aut quacumque arte perire fecit, quia dominum, & seniorem suum occidit, sacerdum relinguat, & in Monasterio paniteat.* Sed non esse germanum hunc Concilii Illiberitani Canonem, indicant multa: quia tempore hujus Concilii non erant extracta Monasteria, in quibus recluderentur poenitentes ob gravia crimina; cum & Virgines sacra in dominibus parentum custodirentur, ut Can. xxvii. hujus Concilii itabilitum est: nec poenitentia reclusionis in Monasterio eo tempore in Hispania usurpabatur, nec de ea fit mentio in toto hoc Concilio, nec maritos dominos, & seniores vocari in Hispania receptum fuit: ea vox propria est Gallia, sive ex Concilio Gallico desumptum videri potest.

Sextum Decretum retulit huic Concilio Illiberitano Can. ix. Burch. Lib. 6. *Decretorum Cap. 67.* Ivo Part. 14. Cap. 115. *Decrexit sancta Synodus, ut Episcopus, ac ministri Episcoporum pro criminibus colonos flagellare cum virginis, potestate habeat, propter metum aliorum, ut ipsi criminosi corrigantur, vel inviti poenitentiam agant, ne aternaliter perireant.* Si vero seniores ipsorum colonorum indigne tulerint, & aliquam vindictam exinde exercere voluerint, aut eosdem colonos, ne disstringantur, defendere presumperint: sciant se excommunicationis Ecclesia sententia feriendas. Sed nec huic Concilio Canonem hunc tribuendum censuerim, quia formula loquendi in principio, propria non est hujus Concilii; verbo enim, *Placet*, & aliis similibus Decreta sunt multa; nullum autem his, *Decrexit sancta Synodus*; quia posteriori aëvo Græcorum usu primo usurpari coepit: & quia colonos habuisse tunc Episcopos in tanta Imperatorum ethniconum, & persequentium atrocitate, mihi compertum non est, nec eam verberum poenam tunc fuisse communem.

Septimum Decretum falso huic Concilio adscriptum lego apud eundem Burchardam Lib. 29. *Decretorum*, Cap. 255. & Ivonem Par. 15. Cap. 163. & *Pœnit. Rom.* apud Antonium Augustinum Tit. 7. Cap. 9. his verbis: *In tribus Quadragesimis anni, & in die Dominicæ, & in quarta feria, & in sexta feria conjugales continere se debent, nec illis diebus copulari, quamdia gravata fuerit uxor, id est, a quo die filius in utero motum fecerit, usque ad partum, a parte post XXXIII. dies, si filius est: si autem filia, post LVI.* Eo autem tempore tres suile in Hispania Quadragesimas, aut quoquam alio nusquam legimus: in aliis autem Provinciis legimus, unam ante Nativitatem Domini, aliam ante Resurrectionem, ut hodie, alteram ante Nativitatem Joannis Baptiste, de quibus in Concilio Tribuensi, Canone quinquagesimo octavo, vel Quadragesima pro quadraginta diebus sumitur, quia pena olim erat frequens in delictis levioribus. Extat autem hoc Decretum apud Bedam *De remedio peccatorum*, Capit. 2. & 10. probabileque est, ab illo defumplibile reliquos, & cum originem Decreti ignorassent, huic tandem tribuisse, ut aliqua ellē Canonis auctoritas. Similem Constitutionem Liberii Papæ ex Codice vetusto 16. Librorum, Lib. 13. Cap. 10. refert Surius ad finem Epistolarum ejusdem: *Ahfinendum*, inquit, est in his sacratissimis quadraginta diebus a conjugibus, & castæ, & pie vivendæ, ut sanctificato corde, & corpore, isti dies transfigantur, donec perveniantur ad diem sanctum Paschæ: quia pene nihil valet jejunitum, quod conjugali opere polluitur, & quod orationes, vigiliae, & eleemosynæ

ne non commendant. Adeo est vetus hujus continentiae quadragesimalis observatio. Sed cui honorabile sit conjugium, & toru, immaculatus, cum honestus cum uxore concubitus, quare Paulus prius, & Pontifices, Conciliaque a concubitu avocent eos, qui preceptionibus daturi sunt operam, D. Chrysostomus a quo solet, aureo orationis flamine, & docet, & ditierit. Illudque inter alia refert, non placare oratione, sed irritare Deum, qui segniter Deum precatur: quod si eos qui paullo remissiores a Rege quid poitulant, ut asequantur quod poitulant, digni non sunt; quid miseris nobis fiet, qui ad communem omnium Dominum, ac Deum ita remisile, dilectio que accedimus? Hac ipsa de causa, & ut majori reverentia Sacramentum tantum sumatur, consuluit Timotheus b sanctus Alexandrinus Episcopus, ut foeminæ menstrua patientes ab hoc Sacramento sumendo sibi temperarent: *Si mulier, ait, sibi accidisse viderit quod solet mulieribus, debet ne ad sancta mysteria accedere, an non?* Respondetur, non. De pluribus autem Quadragesimis, mentio etiam extat apud Bedam, ubi supra Cap. 8. 9. & 13.

Octavum Decretum refert huic Concilio Burchardus Lib. 19. *Decr. Cap. 75.* Ivo Part. 15. Cap. 88. ante hos *Pœnit.* Rom. apud Anton. Augustinum Tit. 7. Cap. 8. his verbis: *Qui in Quadragesima ante Pascha cognoverit uxorem suam, & noluerit abstinere ab ea, unum annum presitiat, aut pretium, videlicet viginti quinque solidorum od Ecclesiam tribuat, aut pauperibus dividat; si per ebrietatem, & sine confutacione accesserit, quadraginta dies presitiat.* Sed nec hunc esse hujus Concilii, ipsius contextus ratio indicat; nunquam enim poenitentiam nummariam hujus Concilii Patres indexirunt, sed interdicta communionis: neque communionem interdixerunt quadraginta diebus, vel per dies illam imposuerunt, sed per annos, ut ex omnibus Concilii Decretis apparat.

Nonum Decretum huic Concilio falso etiam ab Ivone adscribuntur Part. 15. Cap. 164. his verbis: *Si mater filium suum sponte occiderit, XV. annos presitiat, & nunquam mutet, nisi die Dominicæ. Mulier autem paupercula, si fecerit pro difficultate nutriti, VI. annos presitiat.* Sed non sicut hujus Concilii, inde colliguntur, quod Canone LVIII. poenitentia perpetua communionis interdicta imposita sit his, qui filios encaverint, etiam si id fecerint, & occultent partus furtivos a marito. Neque probabile est, tantum facinus poenitentia quindecim annorum coerceri, si animadvertisamus antiqui sæculi severitatem.

Decimum retulit ex hoc Concilio Illiberitano Burchardus Lib. 19. *Decret. Cap. 133.* his verbis: *Adiectum est etiam, quodam Christianos ad apostasiam, quod dici nefis est, transfentes, & idolorum cultu, ac sacrificiorum contaminatione profanatos, quos a Christi Corpore, & Sanguine, quo dum redempsi fuerant resuscitando, jubemus abscondi: & si resipiscientes forte aliquando fuerint ad lamenta conversi, bis quamdiu vivunt, agenda penitentia est; & in ultimo fine suo reconciliationis gratia tribuenda, dicente Domino: Nolu mortem peccaturis, sed ut convertatur, & vivat.* Sed non esse hujus Concilii, perspicue constat ex Epistola 1. Sircii Papæ ad Himerium Episcopum Tarragonensem, in cuius Cap. 3. hoc eadem extant.

Undecimum huic Concilio tribuit Xystus Senensis Lib. 6. *Biblioteca sanctæ, Annal. 81.* his verbis: *Quædam cum fratre viri sui dormivit, decretum est, ut adulteri non quam conjugio copulentur: illi vero, cuius uxor stuprata est, licita conjugio non negentur.* Sed nec in editis, & mss. Codicibus Decretum hoc reperio. Simile legitur Lib. 5. *Capitul. Cap. 19.*

Dodecimum huic Concilio adscriptum Burchardus Lib. 19. *Decret. Cap. 134.* his verbis: *De his, qui apostatant, & raro se ad Ecclesiam representant, nec quidem penitentiam agere querunt, & postea infirmitate arrepti petunt communionem, placuit, non dannam eis communionem, nisi revelaverint eorum Fidem, & egerint fructus dignos penitentia. Neque hunc esse hujus Concilii Canonem appareret, quod de his apostatis, qui Ecclesiæ non frequentabant, peculiaris tractatio iniuncta, & pena hac eadem in Concilio Arelateni 1. sit, Can. xxii. cui Decretum hoc restituendum est, & pro verbo, revelaverint, revaluerint legendum.*

COMMENTARII NOVI.

E Osdem LXXXI. Canonem tribuunt huic Concilio, & ex ipso congererunt Caranza in *Summa Conciliorum*. pag. 64. Coriolanus in eadem *Summa* pag. 34. D. Garcia Loaiza in *Collect. Concil. Hisp.* pag. 91. Severinus Binius To. 1. *Conciliorum*. pag. 235. Saavedra in *Crona Gotth. G. 2.* Albaspinus in *Notis ad ipsos Canones*, & vernacula idiomate edidit Bermudez de Peñaranda d. 1. Part. *Histor. Granat.* Cap. 14 Suppositum etiam, & huic Concilio falso acceptum esse Canonem relatum a Gratiano in Cap. *Ornes.* 21. *De consecr. Diit. 2.* post Mendoza notavit Balilius, *De matrimonio* Lib. 10. Cap. 9. Priorem illius Canonis partem firmat Divus Hieronymus in *Apologia ad Pammachium* pro Libris contra Jovianum: *Illorum conscientiam, inquit, condemnno, qui eodem die post coitum* *To. II.* *F. 2.* *Qua-*

a D. Chrysostomus.
Lib. De virginitate. Cap. 30.
¶ 31.

b Timoth. ad interrogatio-
nem 7.

Quadragesimam non concubuerit. D. Thomas 3. part. q. 8o. art. 7. S. Bonaventura dicit. 12. art. 2. quæst. 3. Cassianus Collat. 22. Alii Patres congettati a Thoma Sanchez lib. 9. *De matrimonio* disp. 13. Hurtand. *De vero Martyr.* refol. 7o. §. 1. Laurentius Landmeter Lib. 2. *De vetero Clerico & Monach.* Cap. 76. Quare Liberius Papa decrevit, ut fideles totum tempore Quadragesimæ abstinerent se ab uxoribus, donec perveniret ad diem sanctum Paschæ, in quo erat communicandum: quod firmarunt Nicolaus, Ambrosius, & alii Ecclesiæ Patres transcripti a Gratiano in Causa 33. q. 4. Si enim in his conjunctionibus excedatur, peccatum committitur. B. Augustin. Lib. *De decem Chord.* Cum ipsa uxore, si exceditur concubendi modus, procreandis liberis debitus, jam peccatum est. Ad hoc autem dicitur *uxor*, id etiam tabula indicant, ubi scribitur: liberorum procreandorum causa. Clemens Alexandrin. Tertullianus. quorum verba refert Frider. Lindemb. in *Gloss. Legum*, verb. *conjunctio*. Quare & apud Gentiles arcebantur a sacrificiis, qui cum uxore proxima nocte concubuerant. Tibullus Lib. 2. *Eleg.*

Vos quoque abesse procul jubeo, discendas ab aris,

Cui tulit hesterna gaudia nocte Venus.

Prosequuntur alia Ayala, *De traditione Ecclesiast.* pag. 237. Crefolius Lib. 3. *Mystag.* C. 23. & si non excedatur modus, ad eum ratio polluta mentis: unde saltum peccatum veniale esse, post copulam conjugalem sequenti die ad communionem accedere, plures existimarentur, licet contrarium defendant Joan. Sanchez in *Select. q. 22.* Diana part. 10. tr. 16. refol. 33. GONZALEZ.

Verum nec Diana, nec Joannes Sanchez, nec alii quidam similes Probabiliter audiendi sunt in ea re, ubi summa dignitas sacrosancti, ac tremendi Sacrifici, cui nullum aliud aequalis unquam Deo offerri potest, & auctoritates Scripturaræ, ac SS. Patrum testimonia oppositum suadent, & non nisi puro corde, ac mundo corpore ad Eucharistiam recipiendam accedere sinunt. Expendantur, quæsto, in eum scopum testimonia nuper a D. Gonzalez allegata, præter plura alia, quæ legi possunt apud Joannem Morinum Lib. 4. *De Penitentia*, Merbesium *De Eucharistia*, Joannem Castoriensem Episcopum in *Amore Penitente*, & doctissimum Covarrubiam ad Cap. *Si furiosus*; ut plures alios prætermittant, qui disciplinam Moralem, hoc scâculo potissimum, a multis laxonibus corruptam, & plane contrariam aperitissimis testimoniis SS. Patrum, communique veterum Theologorum sensui, reformare satagent doctissimis scriptis. In quo sane morem gerunt Sedi Apostolica, quæ tot opinionum perniciosarum monstra abscondit sub Pontificatu Alexandri VII. Innocentii XI. & Alexandri VIII. Vide quæ circa materiam hanc diximus Tomo 1. Theologie S. Anselmi Disp. 11. Sect. 6. CARDIN. DE AGUIRRE.

Secunda pars illius Canonis supposititii reperitur in Can. xvi. 11. Concilii Agathen. & valle consona est disciplina illius scâculi: si quidem olim in Ecclesia omnes fideles a communione non seclusi sacro Missæ mysterio interfidentes communicabant Corpus Domini ac-

cipiendo. D. Clemens, seu quisvis auctor est Condit. Apostol. C. 6. & Lib. 9. C. 20. Justinus Apolog. 2. Lyra ad illa verba Lucae C. 15. *Concupiscentia epulari*, ubi ait: *In primitiva Ecclesia non solum ministri sumebant hoc sacramentum, sed etiam totus populus*. D. Gregor. Lib. 2. *Dial. C. 3.* ubi ait: *eos qui non communicarent, foras ejici*. Hujus consuetudinis ratio redditur ab August. & Ambro. in Cap. *Quotidie* 13. cum sequenti, *De confec.* Dist. 2. Sed postea refrigescente fidelium devotione, cœpit communio differri, & apud Græcos tantum annuatim sumi. D. Ambrosius, Lib. 5 *De Sacram.* Cap. 4. *Si quotidianus*, ait, *est potus, cur illum post annum sumis, quemadmodum Graci facere consueverunt?* Apud Latinos tamen diutius mos quotidie communicandi invaluit. D. Hieron aduersus Iovin. *Scio*, inquit, *Roma hanc esse consuetudinem, ut fideles semper Christi Corpus accipiant, quod nec reprehendo, nec probbo: unusquisque enim in suo sensu abundant*. Meminerunt hujus consuetudinis Socrates Lib. 5. *historia* C. 22. Nicephorus Lib. 12. C. 34. relati a Joann. Dartz in Cap. *In Cena*. 17. *De confec.* Dist. 2. & plura pro adstruenda quotidiana communione eruditæ & pie congeilerunt docti viri Frutos Ayala, & P. A. Pinto Clericorum Regul. M. Demum statutum fuit, ut saltum in anno laici communicarent temporibus Paschæ, Nativitatis Domini, Resurrectionis, & Pentecostes, C. Et si 16. in C. *Cena*. 17. *De confec.* Dist. 2. cum aliis congettis a P. Vaquez tom. 3. in 3. part. disp. 214. c. 3. n. 25. & literatissimo viro P. Gabriele Henao *De Sacrifício Missæ* tom. 2. disp. 20. sect. 4. num. 48. Quod scâculum spectat, & referenda est constitutio Concilii Agath. in d. *Can. xxi.*

Etiam supposititum esse, falseque huic Concilio tribui texum in C. *Pueri*, 22. Quæst. 5. quem secundo loco adducit Mendoza, notavit Loaisa, & difficultem agnoverunt propagatores sententiae, quæ affirmat, impuberis proximos pubertati jurare posse, juramentoque efficaciter obligari, ita docuerunt P. Greg. Parlador, & alii congettati a Narbona. *De statu ad astus humanos*, anno decimo, & dimidio, quæst. 11. num. 6. Pinellus lib. 2. *Select. Cap.* 4. pro quorum sententia faciunt diserti textus in L. fin. De liberal. cauf. L. *Videamus*. 4. ff. De in item jur. C. 1. *De delict. puer.* C. *Ex literis et. 2. De sponsal.* Quare texum in d. C. *Pueri*, accipit Narbona ubi proxime, & anno 14. quæst. 18. de impubere, qui ad testimonium ferendum ante pubertatis annos non cogitum.

Similiter texum in C. *Si qua mulier* 31. Qu. 1. supposititum esse, latius probabimus in Cap. 1. *De divorciis*, ubi verba ipsius textus cirantur ex Concilio apud Vormaciæ. Etiam supposititum esse, & falso huic Concilio adscriptum a Burchardo, & Albone Can. *De trib.* *Quadrage.* jam notavit Filescus *De Quadrages.* Cap. 23. Fuisse tamen olim in Hispania tres Quadragesimas in anno observatas, facile constat ex Can. 11. Concil. *Casarauia*. primi relato a Gratiano in Cap. *Ne quis* 15. *De confecrat.* Dist. 3. & late illustrato in C. 2. *De feriis*. Tandem verba Xysti Senensis refert sub titulo cuiusdam Concilii Gratianus in Cap. *Quædam* 19. 32. Q. 7. & ea infra ex-

po-

ponit Mendoza Lib. 2. C. 21. & verba dicti

Concilii Arelatensis, exponit Albaspinæus in Notis ad ipsum Canonem, ubi etiam interpretatur Canonem *XLVI.* hujus Concilii Illiberitani. GONZALEZ.

Cum convenissent . vulgata .

CC. mfs. *Cum confidissent . emendata.*

C A P U T VII.

De utilitate Conciliorum.

Q uot ex Ecclesiasticis Episcoporum, & Sanctorum Comitiis Christiana Republica percipiat fructus, vel ex incommodis admonemur, quæ illorum parit intermissio: ea autem Justinianus Catholicus, & religiosus Imperator recenset: a Sane, ait ad Pe- trum Magistrum Officiorum, multis ex eo maxime deprehendimus in peccata suis prolapsos, quod non sint subtili Synodi sanctissimorum Sacerdotum, juxta ea, quæ a sanctis Apostolis, & Patribus definita sunt: si enim hoc fuerit observatum, quilibet me tuem gravem in Synodo accusationem, studiasset utique, & sacras ediscere Liturgias, & temperanter vivere, ne condemnationi Divinorum Codicum subjaceret. Sacris enim his Ecclesiæ Conciliis Christianæ Republica Splendorem sancti, & religiosi Episcopi tueruntur, his moribus nascentibus occurront, his natu medentur, his densas ignorantias tenebras depellunt, his Fidei controversias dirimunt, his Religionis præcepta confirmant, his pauperum vnelam suscipiunt, his Christianorum animos ad virtutem excitant, Ecclesiasticorum ad capessendum integrum vitæ institutum excipiunt, his tandem velut remissa Catholice Ecclesiæ navis, non modo vallisimi, & levissimi marii fluctus evadit, sed & infansientium haereticorum, quasi furentium ventorum procellis, obslit, Scyllas devitat, & superatis denique Divino auxilio inundantium errorum gurgitis, portum pacis, & tranquillitatis felicissime appellit. De his non inepte dici posset, quod de Imperatoria maiestate olim scripsit b. Seneca: *Illud, inquit, est vinculum, per quod Republica cohæret: ille est spiritus vitalis, quem tot millia hominum trahunt: illa est mens, qua subiecta, nihil aliud potest esse Republica, nisi unus, & præda, si mens illa Imperii subtrahatur.* Docuerunt nos olim Apostoli, dum Spiritu afflati Divino, bis in anno Episcoporum Concilia celebrari intituerunt c. ut inter se, inquit, invicem dogmata pietatis explorent, & emergentes Ecclesiasticas contentiones amoveant. Docuit hoc Gregorius Magnus, dum rescribunt ad Syagrium. Aetherium, & alios Episcopos Galliarum, a *Evidem*, ait, *quia de habendo bis in anno Concilio Patrum sit regulis statutum, non latet, sed ne forte aliqua impleri hoc necessitas non permittat, semel tamen in anno, sine excusatione aliqua decernimus congregari: ut expectatione Concilii, nihil pravum, nihil presumatur illicitum. Nam plerumque, & si non amore justitia, metu tamen examinit abstinetur ab hoc, quod omnium notum est pisse displicere iudicio.* Intellexerunt hoc etiam barbaræ & gentes a religione nostra maxime abhorrentes: nam ut uberrimo hoc fructu Catholica careret Ecclesia, conventus omnes sacros gravissimis proris interdixerunt; sed cæca hac, & detestanda eorum barbarorum invidia, major Hispanie assulsi divinae providentiae benignitas, qua nisi Episcopi nostrí omnem timorem deposituerunt, Imperatorum ethnicorum atrocitatem spreverunt, imminentia pericula neglexerunt, graves itinerum labores suscepserunt, ut dejectis antiquæ superstitionis Idolis, Christianæ doctrina semina propagarent, & quibus poterant nervis, & viribus, Ecclesiæ honorem, & dignitatem tutarentur. Quod adeo videntur feliciter consequuti, ut in his, quos ad politteratis memoriam nobis de Fide, de Religione, de Moribus Canones reliquerunt, sanctos illos, & augitos Divorum Cæcili, Euphrasii, Secundi, Indalecii, Torquati, Hesychii, Ctesiphontis majorum suorum spiritus liceat agnoscere, & primitiva Apostolica Ecclesia, non adumbraram, sed expressam, politamque velut in speculo splendidissimo liceat intueri. In Codicibus mfs. cum confidissent legitur; quod magis probbo, quia testimonio suo obsignavit Notarius ordinem Concilii, cum promulgaretur publice in Ecclesia, jam absolutum: non autem cum secreto haberetur; quia convenire Ecclesiam dicitur: considerare in Ecclesia.

a. *Justinianus Imp. in novella constit. 8. 13. 7. Colatione 10.*

b. *Seneca Lib. De clementia*

c. *Canon Apol. foliorum 28.*

d. *D. Greg. ep. 112. ad Syagrium. Ebrium. & alios Episcopos Gallicarum Lib. 7. indit. 1.*

e. *De Maximino id testantur Eusebius Lib. 9. Hist. Eccles. Cap. 2. & Nicéphor. Lib. 7. C. 25.*

Tilitas Conciliorum, atque eorum necessarias in Ecclesia, probatur auctoritate, & ratione. Auctoritate Canonis *XXVII* Apostolorum, ubi statuitur, ut bis in anno Episcoporum Concilia celebrentur, ut inter se invicem dogmata pietatis explorent, & emergentes Ecclesiasticas contentiones amoveant. Concilii Antiocheni 1. Can. xx. *Sufficiere nobis visum est, bis in anno per singulas provincias Episcoporum Concilium fieri.* Concilii Chalcedonensis Act. 19. increpantur Episcopi, qui Concilium celebrare neglexerunt, his verbis: *Pervenit ad aures nostras, quod* in provinciis constituta Episcoporum Concilia non celebrantur. Aurelian. Can. 1. *Unusquisque Metropolitanus in provincia sua cum provincialibus suis singulis annis Synodale habeat opportuno tempore Concilium.* Trident. Sess. 24. *De reformat. Cap. 2.* Ratione, quia ex Conciliorum congregatione diligentius morum reformationi intenditur, cum virtutia, quæ quotidie in Ecclesiam irrepunt, & oriuntur, facilius evellantur, & causas Episcoporum, contentionesque fidelium celerius, ut ajunt Patres Generalis Concilii Nicæni 1. Can. v. atque matutius Ecclesiæ dogmata, & Ecclesiastica discipli-

ciplina discutiantur, atque statuantur, ut probani mirls laudibus hos sacros conventus extollentes Coriolan. in *Summa Concil. Praecl.* 2. Bellarmínus Tom. 1. *Controvers. Lib. 1. De Concil. Cap. 6.* Crespetius in *Summa*, verbo, *Concilia. Paullus iv. Hydumai in Notis ad Innocent. III. Lib. 2. epist. 45. Lamdmeter Lib. 2. De veteri Cler. Mon. Cap. 103. Bivar. in Notis ad Maximum anno 531. Petr. Crespol. Mythagog. Cap. 40. Joan. Dartis ad *Decret. in 15. Dicit. Unde PP. Hispani cum viderent se- viente persecutione Diocletiani innumerās per totius orbis partes turbas hominum Christum meru tormentorum negantum, vel blanditiis allectorum, & idololatriam, similiaque crimina in dies crescere, utile, & valde necessarium censuerunt Concilium hoc Nationale celebra re ad arcendos fideles ab Idolorum cultu, & in recta Fide, Ecclesiæque proba disciplina instruendos, & confirmandos. GONZALEZ.**

Hæc cum ita sint, & frequentia Concilio rum præscripta inveniantur a tempore Apo stolorum, nominatim vero Provincialium in citata Sess. 24. Concilii Trident. *De reform. Cap. 2.* (ut alia antiquiora omittam) mirum est quam raro ea celebrentur hoc sæculo. Precedenti quidem multa Provincialia fuerunt, eaque doctissima ubique fere, præsertim occasione publicandi Synodus Oecumenicam Tridentinam, & exequendi illius Decreta. Plurima eorum lectu digissima dabimus in hoc

Sancti & Religiosi Episcopi.

C A P U T VIII.

Episcopos, Sanctos, & Romanum Pontificem Sanctissimum, ab initio Ecclesiæ appellari.

Episcopos compellandi *Sanctos*, *Sanctissimos*, *Reverendissimos*, *Benedictos*, *Beatos*, *Beatissimos*, *Religiosos*, & aliis titulis eximio honore plenis, in primitiva Ecclesia vetus mos: quod eorum vita integrati, & sanctimoniae congruerent. Non igitur recens est nuncupatio, ut Gnostici quidam volunt, qui qua male dicendi cuoridate laborant, cum vident *Sanctos* Episcopos vocari, vel Romanum Pontificem *Sanctissimum*, aut *Beatissimum Patrem*, exclamant statim, & vociferantur, nos protinus adulatores vocitantes. At si ipsi *Illustrissimos* Senatores appellant obscurissimos, & media fæce plebis defumtos, homines venalitios mediis in officiis natos, & alitos; & *Clarissimum*, & *Illustrissimum Senatum*, hominum mercaturis, usuris, tabernis rem sibi misere querentium; quid hoc est, si blandiri non est? & his blandiri, quos nec alloquio dignos, honestiores panilo justissime arbitrarentur. Nos vero a primordiis Ecclesiæ Romanos Pontifices *Sanctissimos* dicimus, & alias Episcopos *Sanctos* solemus etiam nuncupare: tum quod personam gerant Christi, omnis bonitatis, & sanctitatis auctoris: tum ut tam præclaro, & nobili titulo nuncupati, beatum, atque incorruptum sanctitatis auctoris: tum ut tam præclaro, & nobili titulo nuncupati, beatum, atque incorruptum sanctitatis nomen (vita cum titulo mirifice congruente) & consequi, & retinere continuo admoneantur.

C O M M E N T A R I I N O V I .

Episcopos in Jure *Sanctos* appellari, pas sim constat ex pluribus Auctòribus, cuius nomenclatura ratio redditur in Cap. *Non nos*, Dist. 4. ubi Symmachus ait: *Quis sanctum dubitet esse, quem apex tanta dignitatis attollit?* In quo si defunct bona acquisita per meritum, sufficiunt quæ a loci decesse præstantur. Immo Sanctissimi di cunctur in Auth. *De Sanctis. Episcop. Collat. 9. Clemens. 1. §. Nec super. De poenit. Illustrant Caesar. De Ecclesiast. Hierarch. Disp. 6.*

§. 1. num. 1. *Barbosa. De potest. Episc. Par. 1. Tit. 1. Cap. 2. num. 7. Fortunat. Scach. De ve nerat. Sanct. Sect. 1. Cap. 7.* qui fuse exponit hunc Sanctitatis titulum. De ipsis Episcopis adhuc viatoribus accipiens eli *Gan. vii. Concilii Milevitani*, in illis verbis: *Item placuit, ut quicumque dixerit in oratione Dominica, ideo dicere Sancto, dimitte nobis debita nostra, ut non habep. se ipsis dicant, quia non esseis iam necessaria ista peti tio, sed pro aliis, qui sunt in suo populo pec*

peccatores, & ideo non dicere unumquemque Sanctorum, dimite mihi debita mea, sed dimitte nobis debita nostra, ut hoc pro aliis potius, quam pro se Iustus intelligatur, anathema sit. Sanctus enim, & Iustus erat Apostolus Jacobus, cum dicebat: In multis enim offendimus omnes. Quæ ver

In Ecclesia Illiberritana. Vulgata.

C A P U T IX.

In Ecclesiis Concilia semper agi consueuisse, & cum omissum, qua id de cauſa.

Ecclæsiæ, & Religionis negotia in Ecclesia tractari consentaneum est, ut loci dignitate, & reverentia, eorum qui conveniunt animi ad majorem religionem excitentur. Non ergo recens hoc Christianæ Reipublicæ institutum, in consecratis locis conventus agere, sed antiquissimum, perpetua Ecclesiæ consuetudine receptum. Nam & si aliquando Concilium habitum in Domo Urbani Donati ab Augustino a sit traditum; id tamen factum fuisse, quod Basilica in persecutione Diocletiani, & Maximiani eversa, nondum essent restituta, rectissime est additum ab Optato Milevitano b eandem historiam narrante. Institutum præterea hoc Romani veteres custodierunt, nec alibi nisi in Tempis Senatus-consulta habuisse, Varro docuit, & Gellius c: qua ratione Vestitum Aedes, vel Templum, erat sine consecratione, ne apud eas Senatus haberetur, auctore Servio d. Et ut majori religio ne sententiam dicerent, & perinde quisque eorum animum intenderet, ac si censendum magis, quam absentendum esset. Octavius Augustus sanxit, ut prius quam consideret Senator, thure, ac mero supplicaret apud Aram ejus Dei, in cuius Templo coiretur, ut tradit Suetonius. At Episcopi nostri veræ Religionis cultum, uni, vero Deo, ter Optimus, & Maximus e tribuente, soliti sunt Sacrificium Spiritui Sancto supplices offerre, ut depulsis erro rum tenebris, & accepta Divini Numinis luce, quod magis e Christiana Republica, fideque sua videatur, decernant. Ecclesia hæc Eliberina Gotthice dicitur; *Illiberritana Latine.*

- a. D. Augnt. Lib. 2. contra Cresconium.
- b. Optatus Milevit. Lib. 1. contra Parmenianum.
- c. Gellius Lib. 14. Nullum at icarum Cap. 7.
- d. Servius Lib.
- e. Eneidos in verbi. Est ingenis geldum lucus &c.
- f. Suetonius in Octavii vita Cap. 35.

C O M M E N T A R I I N O V I .

Notum est, apud Romanos Senatum coire, & convenire solitum in loco sacro, non profano. Sueton. in August. Cap. 35. *Ilic ut prius quam consideret quispiam, thure, ac mero supplicaret apud Aram ejus Dei, cuius in Templo coiretur.* Servius exponens verum Virgilii vi. Aeneid. Augustum, ingens, centum sublime columnis. Et nisi in loco (ait) augusti, Senatus Concilium habere non poterat. Unde Templum Vestae non fuit augurio consecratum, ne illuc conveniret Senatus, ubi erant Virgines. Herodianus Lib. 7. Convenerunt igitur in Templum Capitolini *Fovis*, quod in arce summa venerationi præcipua Romani habebatur, & in Aede Concordia. Cicero Philipp. 2. Cum in hac cella Concordia (o Dii immortales!) in qua me Consule salutares sententia distare. In Aede Telluris Appianus Lib. 2. Belli civitatis: *Ex eo die, quo in aede Telluris convocati sumus.* In Aede Apollinis Cicero Lib. 2. Epist. iv. In Aede Castorum Terbellius Pollio in Valerianis post principium. In Aede Bellone Livius Lib. 38. *Ipse decem navibus Roman redit, & Senatu extra Urbem dato in Aede Bellone, quas res in Hispania gefisset, differuit;* & Lib. 49. *Manlius Proconsul ex Hispania redierat, cui postulanti a Senatu in Aede Bellone triumphum rerum gestarum &c. Illustrat Marcellus Donatus ad dict. Suetonii locum Tom. 6. Thesauri crit. pag. 355.* Ita etiam sacri Conventus, & Concilia non alibi quam in Ecclesia jam a primis seculis celebrari cooperunt, ut constat ex

*Ordine celebrandi Concilium relato apud D. Isidorum, & in Concil. Tolet. iv. immo ipsis prioribus seculis Episcopi in Ecclesiis jus dicebant. Damasius in Julio, ibi: *Nullus clericus in publico cauffam agat, sed in Ecclesia.* Quæ verba juxta morem accipiunt Cironius Lib. 2. Obser. Cap. 4. Filescus in Cap. 1. *De officio ordin. §. 9.* Et licet propter ingrantes persecutiones aliqui existimaverint non in Ecclesia, sed in monte Illipolitano, aut alio simili abdito loco coactum fuisse. Concilium hoc, tamen cum expresse referatur in fronte hujus Concilii, coactum fuisse in Ecclesia Eliberina, adstantibus Diaconibus, & omni plebe; non alio loco Synodi PP. conveniente audeamus affirmare, præcipue cum retro ante tempora hujus Concilii Ecclesiæ publice fideles habuisse, ex quodam fragmento marmoris probet Pedraza i. Parte Historia Gran. Cap. 17. in qua coactum fuisse hoc Concilium, ipse conjectatur. GONZALEZ.*

JOSEPHI CATALANI ADDITIO.

De loco, ubi Concilia olim celebrarentur, diximus nos Tomo 1. Conciliorum in Prolegomenis, Cap. xvii 1. ubi inter alia labi notavimus Scriptores alias eruditissimos Ferdinandum Mendozam, & Emmanuelem González, quod hoc in presenti Capite ix. scribant, in Ecclesiis Concilia semper agi consueuisse, omissumque id aliquando, cum scilicet in persecutione Imp. Diocletiani, & Maximiani eversa, nondum essent restituta. Enim

Enim vero haec quis est Ecclesiastica historiam adeo peregrinus, qui nesciat, Concilium omnium vetustissimum Nicenum i. reddita jam Ecclesiae pace, certissime per sefectionum procellis, in Aula Palati Imperatoris Constantini Magni celebratum? Testis est ejus rei oculatus Eusebius in Vita ejusdem Constantini, Lib. 3. Cap. 12. Sexta pariter Synodus, & Quinque-sexta, ut alias omittam, ubinam habitare fuerunt, quam in ea Regiae

Felix.

C A P U T X.

Cur nomina Episcoporum initio Concilii praesigantur, & Consulum nomina, vel alia temporis nota omissa sint.

a. *Cecilius ad Ciceron Ep. 8. Lib. 8. Ep. fam.*

Solenne fuit in Romanorum Republica, ut scripto Senatus-consulso, primum eorum qui interfuerint, nomina adscriberentur. *Cœlius ad Ciceronem*: *Senatus-consulsum factum, auctoritatesque prescripta pridie Kal. Octobris in Aede Apollinis. Scribendo affuerunt L. Domitius Cn. F. Aenobarbus. Q. Cecilius, Q. F. Metellus, Pius Scipio, L. Villius L. F. Pomp. Annalis, C. Septimius T. F. Quirina, C. Lucius, C. F. Pup. Hirrus, C. Scribonius C. F. Pop. Curio, L. Atteius L. F. An. Capito. M. Oppius M. F. Terentia*: Cicero b: *Cum omnes Pontifices, qui erant hujus ordinis, adessent, cumque alii, qui honoribus populi Romani antecedebant, multa de collegii judicio verba fecissent, omnesque idem scribendo adessent. Et alibi: Ne quis decerneret, ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibus ire, ne scribendo adessent. Lampridius* c: *de Heliogabalo: Vbi primum diem Senatus habuit, matrem suam in Senatu rogari iussit; qua cum venisset, rogata ad Consulum sub sellia, scribendo adiit, id est Senatus-consulii conficiendi testis. Prisci etiam Ecclesia Patres in vetutis Ecclesie Conciliis eorum, qui adfuerint, nomina in principio Conciliorum referre consueverunt. Sed si Concilii habiti dies, si ordinaria Consulum memoria, si Principis regnantis Imperium, vel quod majoris erat momenti, Romani Pontificis nomen, principio hujus Concilii affigeretur, non tantum nobis molestiam, negotiumque faceceret, in censu indagandæ ejus vetustatis desiderium. Hæc tamen, ut alia multa in reliquis Orientis, & Occidentis Ecclesie Conciliis, temporum iuria intercidisse non ambigo.*

b. *Cicero de Antiquitate respöfisi. Idem in oratione post reditum suum.*

c. *Lampridius. d. Proba. id. Prob. id. Concil. arelat. I. Roman. 1. sub Sylvestro, & aliud sub Julio Agrippinen. e. sub Maximino Treverorum Episcopo, & aliis.*

Sed vereor jam, ne dum ingenui fateor, Consules haie Concilio deesse, insultent denudo adversarii nostri, vel orientur alii, qui nimia antiquitatis, vel religione, vel superstitione nobis item intendant, & ex diei, vel Consulum silentio controversiam faciant; quod velut solennem Juris formulam, eorum adjectionem in Legibus, & Constitutionibus Constantinus Magnus e requisiuit ad Hispanos nostros Lusitanos rescribens: *Si qua posthac Edicta, five Constitutiones sine die, & Consule fuerint deprehensa, auctoritate careant. Ad quam Annianus, antiquus earum interpres: Quæcumque Leges sine die, & Consule fuerint prolatæ, non valeant.*

At cum vera queque libenti, & aequo animo profiteor; inanibus, & falsis cavillis veritati fieri præjudicium feram in quo, vel potius non feram. In Edictis igitur, in Legibus, & Constitutionibus Principum secularibus eam formulam observari. Constantium voluisse, quis neget? Sed in Ecclesiasticis Pontificis, & Episcoporum, vel voluisse, vel potuisse, quis affirmet? Agnoscat profecto plus Imperator quæ Cæsar, sibi quæ Dei, & Ecclesiae, Ecclesiae, & Deo reddi oportere, & Episcoporum, atque Pontificum iudicio illa debere reservari. Verum nec illud adhuc continuo in Principum secularium Legibus Constantinus perpetuum esse voluit; sed in Beneficiis, & Privilegiis personalibus, ne illus fraudi relinqueretur locus. Sic enim ex autographo Constantini, ut verisimile est, Justinianus f. Imperator deprompsit, vel illud recenti sua interpretatione voluit intelligi, dum eandem suo Codici inferens, ait: *Si qua beneficiaria personalia sine die, & Consule fuerint deprehensa, auctoritate careant*, Alias vero Leges generaliter etiam prolatas, sine die, & Consule, non ideo minus valere, idem Justinianus g. crebro docuit: *Et si quæ earum (intelligens Constitutiones) sine die, & Consule in tribus veteribus Codicibus, vel in quibus novellæ Constitutiones receptæ sunt, inveniantur, ita iis ponendis, nullaque dubietate super generali earum robore ex hoc oriunda*. Et ruisus h: *Nulla dubietate emergendi, vel eo quod sine die, & Consule quædam composite sunt*. Hac ipsa de cautia cum multis retro saeculis quereretur, an Epistola quædam, vel cautio, qua pignus contrahebatur, valeret, quod nec dies prescriptus, nec Consules additi, nec tabular signata fuissent; Cervidio Scævola h. recte placuit, non ideo minus, vel Epistolam, vel cautionem valuisse, quod sine die scripta esset, & Consule. Cumque aliquando in Ecclesia Africana olim in Collationibus Donatistarum, Episcopi Catholicæ Rescripta quædam, vel Constitutiones ejusdem, Constantini Imperatori referent: contraque urgerent adversarii, illa sine die, & Consule, auctoritate carere; Marcellinum Honorii Imperatoris Notarium huic causæ principaliter Constitutione præfectum, sic interloquuntur tradit Augustinus k: *Evidenter Legibus definitum esse, Imperialia Constituta, etiam si Consules non legerentur, in dubium non vocari*.

f. *Justinian. L. 4. de diversis rescriptis.*

g. *Justinian. ad Senat. Urbis Constantinop. L. 1. quibus De novo Codice ciendo.*

h. *Idem in L. 1. 1. 5. bunc agitur, De Justinian. C. confirm.*

i. *Scævola L. 34. de Pignoribus.*

k. *D. Augustin. Breviculo Collationis tertii diei.*

domus parte, quæ *Trullus* dicebatur, & illa quidem Constantino Pogonato, hæc Julianiano II. Imperatore. Ceterum quod pace Ecclesiae data, Concilia ut plurimum in Ecclesiæ celebarentur, variis jam nos exemplis ostendimus loco citato; ubi etiam illud notavimus, antiqui moris fuisse, ut in Basilicarum Secretariis Synodi Episcoporum agebantur. Quid autem Secretarium esset, explicatum ibidem invenies.

Variorum Commentariis illustratum.

Adjiciam postremo, hac, vel alia Constantini Lege Episcopos nostros (ut mittamus reliqua) nullo modo vinciri potuisse; quod annis multis ante Constantini ortum, ipsi non orti modo, sed mortui sunt. Diocletiani enim, & Maximiani Imperio Concilium habitum, pluribus est dilectum superius: quorum Imperatorum Constitutiones sine die, & Consule a occurrent frequenter. Leges autem, & Constituta omnia, non præteritis calumniam facere, sed futuris regulam imponere, Imp. Valentinianus, Theodosius, & Arcadius scriperunt.

Nec alienum a proposito hoc esse putarim, antiquam Ecclesiæ refractare memoriam, quam D. Athanasius a majoribus receperam, & observatam commendat; in Decretis Fidei edendis, eos Consulom nomina negligide, ne primordia Catholicæ Fidei, angustis assignat temporis finibus terminare viderentur. Quare cum Ursatius, Valens, & Germinius Eusebiani, novandrum rerum cupidissimi, in propriis illorum Conciliabulis, diem, & Consules in Decretis Fidei assignarent, acerbe illos his verbis insectatur Athanasius e: *Quid enim defuit Catholicæ Ecclesie ad pietatem, ut nunc de Fide querendum videretur; quin verbis suis de Fide Consules adscribunt, sub quibus res acta est. Ursatius enim, & Valens, Germaniusque, cum ceteris suis gregalibus id fecere, quod antea nec factum, nec auditum est apud Christianos. Cum enīa scripsissent eam Fidem, quam voluerant, addiderunt & Consalem, & mensem, diemque ejus temporis, ut omnibus prudentibus palam facerent, non olim, sed nunc demum eorum Fidem sub Confantio initium accepisse.*

Sed eosdem ignorantiae admontos, vel iam resipescentes formulam hanc a Decretis sustulisse, idem Athanasius d. commemorat: *Hac ubi mansisset, ait, denuo mutata sententia composuerunt eam Fidem, quam quia cum Consulibus edidissent, multo pudore, & proprio perfusi sunt, ejusque exemplaria curavere, ut cum suo more sententiam mutassent, ab his, qui ea tenebant, per Notarium Martinionum surriperentur.*

Docet præterea Augustinus e, & ditem, & Consules olim cura Episcoporum singulare in Conciliis suis additos, excriptorum negligenti sublatos. Quod si Augustini extate illud prædicatur de Afris, de Gothis antiquis excriptoribus id jure potiori affirmare, nedum suspicari licet; quod armis, & bellis multo magis, quam studiis, & paci fuerint dediti.

Narrat etiam idem Augustinus f, Donatistas diem, & Consules mira solertia, vel summa potius improbitate expunisse a Conciliis, ne certa temporis notatione in aliqua poitea, fraude sua quæque ipsi affirmare volentes, posse deprehendi. Quod vulnus intinctum Concilio huic ab hereticis, non ille mirabitur, qui eximia Conciliis vetustate, qui gravissimum Patrum præjudicium, qui sanctarum Constitutionum Decretis ipsos vinci posse, & expugnati, attente considerarit.

Nec aliam potius insignem eorumdem hereticorum fraudem equius dissimulabo, sed tanto fero, feramque semper molestius, quanto magis intereat Concili, Romana Sedi auctoritate, quam diei, & Consulum notatione dignosci, & ornari. Romana enim Sedi Legatos huic Concilio interfuerit, antiquissima Conciliis Suelionensis apud Sanctum Medardum Acta testantur; quorum Legatorum subscriptiones cum die, & Consulibus, ab hereticis exordio hujus Concilii callide, improbeque sublatas, ut sanctissimis Decretis Pontificiam auctoritatē detraherent, non sine gravissimo, & maximo animi dolore refere; juste tamen conceptum, iustissima solatur sper, qua te Orbi universo ostensurum confido; quanti doctrinam, auctoritatem, & sanctitatem defunctorum Episcoporum facias, qui tanti ipsi viventes Romanæ Sedi amplitudinem, & Legatorum ejus dignitatem fecerunt.

COMENTARII NOVI.

Constitutiones sine die, & Consule editas olim ante Constantiū M. viribus non delitiebantur. Lege i. Codicis

Theodos. De diversis Rescript. ex qua, non nullis immutatis verbis, transcriptis Tribonianus Leg. 4. Cod. eod. Tit. Sed post Constantiū vires non obtinebant, quod firmavit Lotherius in Legib. Longobard. Tit. 28. in hac verba: *In finibus Thraciæ, quæ sunt absque mente, & die mensis, nullum habeant vigorem*. Sed id poitea immutavit Justinianus, statuens, sine die, & Consule Constitutiones editas valere, Lege unic. §. penult. Cod. De novo Cod. facie d. Notavi in Cap. Plerumque 23. De Rescriptis. Jure etiam sacrorum Canonum in Rescriptis, & aliis Instrumentis, quæ ex defectu data in dubium revocari poterant, dies, & Consules adjiciebantur. Unde in ordinatione Episcopi noviter consecratus accipiebat literas sue ordinationis cum die, & Consule. Concilium M. levitanum Canone XIV. illic: *Deinde placuit, ut quinque deinceps ab Episcopis ordinantur per Tom. II.*

Provincias Africanas, literas accipiant ab Ordinatibus suis, manu eorum conscripas, continentes Consalem, & diem; ut nulla altercatio de posterioribus, vel anterioribus oriatur. Quia tempore labente Ordinationis antiquitas in dubium revocari poterat. Sed cum in Concilio Niceno, & aliis tertii saeculi Ecclesia non legantur, nec reperiantur adjecti Consules, non sit ratio cui ex eorum defectu auctoritas hujus Concilii in dubium vocetur. GONZALEZ.

Quidquid neget Cl. Vir Gonzalez, in Concilio Niceno additi fuerunt Consules. Initio enim illius legitur: *καὶ οἱ τῶν πεντακοσίων ἔχοντες πατέρων, τῶν ἐν Νικαιᾳ οὐρανόντων, ἵνα ταῦτα Παύλινος καὶ Γερμανοῦ τῶν λαυροτάρων ἐσ* *Canones trecentorum decim & octo Sanctorum Patronum, qui Nicæa convenerunt, Consulatu Paulini, & Juliani V. rorum Clarissimorum. Idipsum appetat ex Epistola Osii, Macarii, Victoris, & Vincentii ad Sylvetrum Papam ex Nicæa, eisdem Cos. CARD. DE AGU' RRE.*

G. Fe-

a. *Hoc Lib. I. C. 2. L. 4. de ju- res. C. 1. 3. de conueniendis fisci debiti. L. 2. de decur. L. 1. b. Valens. Theo dol. & Arcad. in l. 3. C. Theod. de Conf. Principi.*

d. *Idem Atha- nasi, in codem Lib. de synodis Ariminii, & Seluenia.*

e. *D. August. in Lib. uno co- tra Donatistas post Collat. Cap. 15.*

f. *In Breviculo Collat. 3. dici. Cap. 15.*

I. Felix Episcopus Aquitanus. vulgata. I. Felix Episcopus Accitatus. emend.

In aliis Codicibus *Auxitanus*, in aliis *Accitanus*, utrumque mendose. *Accitanus* legi debet, ut in ms. Hispaniæ, & S. Emiliani. Olim *Acci Civitas*, *Guadix* hodie, nomine a Mauris indito, cuius Civitatis Episcopum primum D. Torquatum, D. Petri Di-scipulum referunt Hispaniæ Annales^a, in eaque prima omnium hunc, & reliquos Apostolos a Divo Petro milios in Hispaniam, a pia femina Luparia nomine hospitio receptos, quod Accitanæ Ecclesiæ auger dignitatem. Lectionem hanc magis probarim, quod *Acci* propinquior sit Illiberi, & de ejus Civitatis Episcopis, ipsorumque Sedis antiquitate celebrior sit memoria, quam *Aucæ*; quæ maximo etiam locorum intervallo dilitat ab Illiberi Bætica, in qua Concilium hoc convocatum magis placuit. Subest hodie Accitanus Episcopus Archiepiscopo Illiberritano, sive Granateni.

Quod si lectio *Aucitanus* aliis arriserit, iis notandum est, quod in divisione Episcopatum, quam Vvamba Rex in Concilio Toletano fieri, & confirmari voluit, inter Sedes Episcoporum Tarragonensi Archiepiscopo subjectas, post Tarraconam, ut vocat, *Aucam* posuit; ut & Rasis Auctor Arabs in ea divisione Episcopatum, quam Constantino acceptam refert. *Aucam* enim, & illius Episcopum subjectum dicit Archiepiscopo Tarragonensi. *Aucæ* Civitatis vestigia supra Burgos monstrantur, nunc circiter millia passuum in monte Jubeda, ut ait Nebrisensis: ab ea montes *Aucenses*, vulgo *montes de Oca*. Sedes Episcopalis fuit Hispaniæ antiquissima. Terminos illius prescriptis divisio Regis Vvambæ: *Aucæ*, ait, *teneat de Platena usque Amayam, de Villa-Inferno, usque Pedens-Moram*. Confinis erat Tarraconensi Episcopatu; nam hujus terminos usque ad Platenam extendit eadem Vvambæ divisio: *Tirassona*, ait, *teneat de Sparga usque Platenam, de Altomonte usque Milianam*. Arterii, vel Litorii Episcopi Aucensis subscriptio extat in Concilio Toletano *III*. Amanungi in *v*. Domini in *vi*. eti parum recte *Auxitani* legatur, Goeric in *viii*. De Joanne Aucensi Episcopo meminit Rodericus Archiepiscopus Toletanus^b, dum de iis Episcopis verba facit, qui convenierant ad celebrandam Dedicationem Ecclesiæ Sancti Jacobi, eti eo tempore *Aucæ* in potestate esset Saracenorum. Illa tamen ab Alfonso VI. primum ad Oppidum *Gamonal*, paullo post ad Civitatem Burgensem, auctoritate Urbani II. translata est anno Domini *Mxcvi*. Primum Burgensis Ecclesiæ Episcopum Simeonem fuisse (qui prius fuerat Aucensis) per vetusta demonstrat memoria eiusdem Ecclesiæ Burgensis in Diva Catherine Saccello, in quo omnium Episcoporum Burgensem imagines depictæ sunt, quarum prima est cum hac inscriptione: *Simeon, translata Episcopali Sede ab Aucæ, sedis primus Burgis Episcopus annis vixenti tribus; obiit autem die XVII. Aprilis, anno Domini MXXCl*. Burgensem hunc Episcopum idem Alfonsus VI. (quod Burgensis Civitas caput sit Regni Castellæ) inter reliquos Castellæ Episcopos principem locum voluit obtinere, exemptum, jam ab Archiepiscopo Tarragonensi, & pro illo Regiam Constitutionem edidit, renrente Bernardo Archiepiscopo Toletano. Hodie illa Archiepiscopo proprio gaudet, quod primum a Gregorio XIII. Philippum II. impetrasset scitum est. Primus illius Archiepiscopus D. Franciscus Pachiecius Cardinalis.

Docet prima Felicis Accitani Episcopi subscriptio, & quæ sequuntur, Archiepiscoporum, Metropolitanorum, & Primatum nomen Hispaniæ tunc fuisse inauditum; quod postea uberior probabitur^c. Nec id de nomine nota sit puto, nisi admonuero etiam, illo anno in Hispania Episcoporum Sedes suis quasque finibus terminatas, Episcoposque earum. Sedium unum, & supremum agnovisse; hunc autem illum tunc fuisse arbitror, non qui majori præfuerit Civitati, sed qui ordinatio antiquitate cæteris anteiret; huic enim, si Metropolitanus impedimentis justis adstrictus sit, curam cogendi Concilia Provincialia demandat, antiquo Jure renovato, Concilium Tridentinum^d. Qua ratione cum D. Gregorius Episcopus Illiberitanus in Cordubensem Urbem Principis decreto traheretur, quod Osio communicare nolle, injecta suspicione, quod Arianae impietati Osium consenserit, Osium communitum ferunt Clementio gentili Constantii Praefecto Vicario in Bætica suggestisse, ut mitteret illum in exilium; at cum Clementius respondisset, se non audere Episcopum exilio multare, nisi prius ab Episcopatu dejiceretur, sententiam tentasse proferre Osium, Isidorus, vel Theodorus ex Marcellino^e refert, ni Divina Providentia impeditur; quia sententia cum se, suamque causam laedi Gregorius conspicere, non ad Archiepiscopos, non ad Primates Hispaniæ appellavit, sed ad Deum ipsum; quod Gregorius non fecisset, si injuriam sibi ab alio Episcopo illatam, adeo facile posset appellatione ad Archiepiscopum delata repellere. Quocirca primum omnium Felicis Accitani Episcopi nomen prescriptum huic Concilio haud probabili conjectura centeo. Eundem morem confitante Ecclesiæ semper retinuisse, ex Gregorio Magno^f appetat: *Episcopos*, inquit ad Syagnum Episcopum Augustodonensem, *secundum ordinatio sua tempus, sive ad consendum in Concilio, sive ad subscriendum, vel in qualibet alia re, sua attendere loca decernimus, & suorum sibi prærogativam Ordinum vindicare*. Hoc & in Hispania olim obseruatum, ex Concilio Bracarense *i*. g colligitur, ubi tamen excipit Metropolitanorum Sedem, quod jam eo tempore essent Metropolitanani in Hispania: *Item placuit, ait, ut, conservato Metropolitanæ Episcopi primatu, ceteri Episcoporum secundum sua ordinatio tempus, alius alii sedendi deferat locum*. D. h Isidorus ordinem docens celebrandi Concilia: *Hora, inquit, dies prima ante solis ortum rejiciantur omnes ab Ecclesia, obseratisque foribus cunctis, ad unam janam, per quam Sacerdotes ingredi oportet, Ostiarum stabunt, & convenientes omnes Episcopi, pariter introibunt, secundum Ordinationis sua tempus residebunt*. Id etiam in Africa constitutum est Concilio Mi-

^c Lib. 3. C. 42.

^d Concilium Tridentinum, Sess. 24. de reformat. Cap. 2. Non ideo hac anobis de Osio narratio referatur, quod vera sit sed quod vere in hoc confitita ad veteris Institutionem.

^e Apud D. Isidorum. Lib. de Scriptor Ecclesiast. in principio.

^f Epist. ad Syagnum Episcopum Augustodonensem. Lib. 7. Indic. 2. Ap. 112.

^g Can. 24. In principio Lib. De modo celebrandi Concilia.

Milevitano^a, salvo etiam Jure Primatus Numidiæ, & Mauritanie. Primatum autem Sedes ^a Can. 13. ideo in hoc Concilio Milevitano, & Bracarense excepta est, quod illo tempore jam in Afrika, & Hispania Primates essent, quorum judicio stabant in multis reliqui Episcopi suffraganei, etiam si ordinatione cœlent posteriores. Hac ipsa de causa D. Augustinus b de salitate suspectam habuit eam Tractoriam, qua Victorinus Episcopus jure Primatus eundem Augustinum, & alios Episcopos ad futurum Concilium convocabat: quod in illa ejus nomen tertio loco est scriptum, cum secundum sue ordinationis tempus, multo posterius, ut ipse ait, scribi debuisset. Quod si fuisse Metropolitanos tempore hujus Concilii, alii instantius afferrent, ostendant (quæso) Cathedras eorum primas, exprimant locorum Sedes, probent Episcoporum successiones, assignent Ecclesiæ suffraganeas, indicent saltē vel nomina, & elatis in album vetustis antiquitatis monumentis conseruent, hujus Concilii inductionem a sola illius auctoritate manasse; vel in judiciis Episcoporum forensibus, ordinarias Ecclesiæ, & privatorum causas jure appellationis, ad ejus Tribunal deferri; nam in re tam antiqua, & gravi fidem meam illis temere, & sine certo, ut dicitur, pignore non praestabo. Constantini Magnum auctoritate Sylvestri Pontificis, ut credi par est, singulas Dioceces Hispaniarum Ecclesiæ suis finibus poitea terminasse, & ex his Toletanam, Hispanensem, Emeritensem, Bracarensem, & Terraconensem erexit in Metropolitanas, Alphonsus c Rex tradidit, & Rasis Arabs.

Jus autem prima Sedis Episcopis antiquitate ordinationis delatum inter ipsos Metropolitanos Ecclesiæ jam Metropolitanis ereditis observari solebat; nam qui eorum prius erat ordinatione, in Concilio sedebat primus, subscrivebat primus. In Toletano IV. subscriptis primo loco Isidorus Episcopus Hispanensis, i. Salva Narbonensis Metropolitanus, iii. Stephanus Emeritensis, iv. Justus Toletanus, v. Julianus Bracarensis, vi. Audax Tarragonensis, omnes illi Metropolitanani, & post illos reliqui Episcopi. In Concilio Toletano VI. subscriptis solum Eugenius Toletanus, quia sue ipsius tantum Provincia, non Regni Generale Concilium; sed in VII. Toletano, quod Generale Hispaniæ fuit, subscriptis primo loco Salva Narbonensis Metropolitanus, ii. loco Julianus Bracarensis, iii. Eugenius Toletanus, iv. subscriptis Honoratus Hispanensis. In Concilio Toletano VIII. subscriptis primus Oronius Emeritensis, ii. Antonius Hispanensis, iii. Eugenius Toletanus, iv. Potamius Bracarensis. Nec tunc Primates totius Hispaniæ, seu Metropolitanorum omnium principes fuisse comperio, ut hodie est Archiepiscopus Toletanus, Urbani II. privilegio, inequentium Pontificum Paschalis, Gelasii, Innocentii II. Cælestini, Lucii, Alexandri, Honorii, Gregorii IX. ac tandem Martini V. auctoritate rorato.

^a Hisp. Hispan. generali. Par. C. 101.

COMMENTARII NOVI.

Felicem, & Sabinum, quorum hic mentio habetur, esse Hispaniæ Episcopos illos, quos supra in Vita Stephani, & in Concilio quodam Africano, Basilidi & Martialis lapidis Hispaniæ Episcopis substitutos esse diximus, non est improbatum. Garsias Loaisa hic notat, duos fuisse Sabinos, quorum primus post Marcellum, secundus post Martianum federit. BINIUS.

Nequeo in sententiam doctissimi Binii concedere, nec probabile existimare, Felicem & Sabinum primo loco subscriptentes, sive illos a Cypriano memoratos in Epitola supra exscripta Tomo i. Imprimis enim, Felix & Sabinus ibidem nominati, fuerunt substituti in locum Basiliid & Martialis laporum, seu libellaticorum, quorum alter erat Episcopus Alturicensis, alter Legionensis. Felix igitur ille & Sabinus, memorati a Cypriano, fuerunt Episcopi Ecclesiæ Asturicensis & Legionensis. Quomodo autem credi potest, ambo fuisse postea translatos ad Ecclesiæ Accitanæ & Hispanensem? Non enim eo tempore, id est, tertio saeculo Era Christianæ, aut initio quarti, fuit translatio aliqua Episcoporum in Occidente ab una Ecclesia in aliam, adhuc statuta auctoritate Epistolæ S. Anteri Papæ ad Hispanos, in superioribus exscripta, que id indulget, ubi publica necessitas, & utilitas magna Ecclesiæ id exposcit. Neque ulla eiusmodi videtur eo tempore fuisse in Hispania ad eam translationem. Præterea difficile appetet, Felicem illum & Sabinum tempore S. Cypriani

ordinatos Episcopos anno circiter octo. vixisse usque ad tempus hujus Concilii, quamvis illud celebratum fuerit anno ccclii. ut nos infra suo loco ostendemus. Si autem ponatur coactum circa tempus Concilii Nicæni, ut multi volunt, id est, circa annum ccccxxv. incredibile est, quod idem Felix & Sabinus adhuc viverent. Opus enim est, ut ambo permanerent Episcopi sexaginta septem annis ut minimum. Quod, licet absolute sit possibile, nullatenus credi potest sine gravi aliquo, & solidi illius temporis testimonio. CARD. DE AGUIRRE.

Felicem Episcopum Accitanum præfuisse huic Concilio, testatur Flavius Dext. in Chron. anno ccc. cuius verba supra retui, & ibi notarunt Bivar. & Caro, Pedraza i. p. Hisp. Grap. Cap. 12. in Martyrol. tom. 3. die 18. Maii. Fuit S. Felix origine Hispanus, qui propter celebre in operibus testimonium, illustre in virtutibus nomen, & innumeras in prudentia & scientiarum cognitione dotes meruit. Præsidis officio fungi in hoc Concilio consensu Melantii Toletani Præsulis Primatis Hispaniæ, ut supponit * Pater Higuera in Dijtych. Toletan. num. 69. Finito hoc Concilio ab illius Patribus ob præclaram ejus sanctimoniam missus fuit ad confirmando fideles tempore tam fœvæ persecutionis per populos Vasconia; qui ad Spalitanam Urbem accedens, Deciani iussu post continuata tormenta gladio cœsus, Martyrii palmam alsequutus fuit die 18. Maii anno ccclii. in Martyrologio Romano ea die hoc.

Higuera qui quilius.

* Ac fingit, ut pleraque alia.

Felix ille est longe alius ab hoc.

legitur, & probat Tamayo ubi proxime. Circa Cathedram autem ipsius, notatum invenio a Bosqueto in Notis ad Innocentium, Lib. 1. Epist. 57. Felicem Accitanum fuisse Praesulem in antiqua Ecclesia Aucensi constituta in falso Aucensi vulgo *Mones de Oca*; ex qua translata fuit in Civitatem Burgensem: sed vetius est Accitanam Ecclesiam, cuius Praesul reperiebatur Felix, esse in Bætica vetutissimam Hispanie Civitatem, quæ hodie dicitur *Gaudiz*. Ejus meminerunt Ptolemaeus Lib. 2. *Geograph.* tab. 2. *Europ.* 6. ibi: *Sub iis, & penes Oretanos, sunt Baetitani, in quibus Urbes mediterraneæ Orcelis, Vergilia, Acci*. Julianus in *Chron.* num. 14. Fuit Colonia Romanorum teste Plinio lib. 3. Cap. 1. dicta Julia-Gemella, ut constat ex veteri hac inscriptione relata a Gruthero fol. 271. num. 6.

IVLIE MAMEAE
AVG. MATRI.
IMP. CÆS. M. AVRELII.
SEVERI ALEXANDRI.
PI. I. F. AVG.
M. CASTROR.
COL. IVL. GEM. ACCITANA
DEV. NVM. MAIESTAT. Q.
EIVS.

Higueriani spictritus haeres.

Alia de tanti Praesulis vita, & Accitanæ Civitatis antiquitate congesit nuperus Tamayus a Salazar in *Martyrol.* Tom. 1. die 22. Februarii, & Tom. 3. die 13. Junii. Circa ordinem tam in sedendo, quam in subscribendo inter Praesules servandum temporibus hujus Concilii, aliquid cautum non legimus; pollea tamen statutum fuit, ut Episcopus antiquior, & prior ratione consecrationis, primum locum obtinetur. Concil. Milevit. Can. XII. Afric. Can. LXXX. in illis verbis: *Qui prius ordinati sunt, iis, qui postea ordinati sunt, preferantur, salvo jure Primatum*.

II. Sabinus Episcopus Spalensis. Vulgata. II. Sabinus Episcop. Hispalensis. Emendata.

IN Felicis Accitani Episcopi nomine primum referendo editi Codices, & mss. consentiunt; dissentient in reliquis. Sabinum II. loco editi, Lucensis & Hispalensis III. constituunt. In re tam antiqua non datur divinationi locus: quod ex ordinationis antiquitate ille prior, aut posterior deferretur. Hæc tamen, etiæ leviuscula sint, non contemnemus, singula suis locis adnotabimus, ordinem editorum Codicum sequentes.

Hispalensem Episcoporum primum ferunt Codices Hispalenses Marciolum, seu Marciatum fuisse: secundum hunc, de quo agimus Sabinum, quem ut singulari pietate, & religione praeditum, Breviarium Eborense commendat, praesertim quod in persecutione Diocletiani, & Maximiani, quæ hoc Concilium consequens est, Corpus Beatae Iusta ex altissimo eduxerit puto, in quem fuerat projectum, & ossa Beatae Ruffinae combuta in Amphitheatro collegerit, & in Coemeterio suburbii Hispalensis utriusque reliquias sepelierit. Sabinus quidam ex Bætica subscripsit Concilio Arelatensi II. Presbyteri, non Episcopi nomine. Hispalensi Ecclesia olim parvissima ut suffragancias, Italica, Assidoniam, Eleplam, Malacam, Iliberrim, Alfigi, Cordubam, Agabrum, & Tucci, veteri Codices referunt: hodie autem Malaca subest, & Gaditana.

C O M M E N T A R I I N O V I .

Non potest retineri legio, quæ ponit Sabinum Episcopum secundum Hispalensem, siquidem constat primum ejus Ecclesia Praesulem fuisse S. Pium Discipulum B. Jacobi, qui post eam dicata tamque in Urbe Romula B. Mariae Virginis Capellam, Martyr apud Chersonesum cum aliis Episcopis obiit ann. LX. a quo memoria Praesulum His-

Numidia, & Mauritania. Concilium Bracar. I. Can. xxiv. Conservato Metropolitanæ Episcopi Primatus, ceteri Episcoporum secundum sua ordinationis tempus, alius alii sedendi deferat locum. Concilium Toletanum IV. Can. III. Anglicanum, Can. VIII. Nullus Episcoporum se preferat alteri per ambitionem, sed omnes cognoscant tempus, & ordinem consecrationis. Lege, *Sancimus* 29. Cod. De Episcopali audientia. Qui ordo vel antiquitus jam adeo reverenter servatus fuit, ut si Presbyteri, vel Archidiaconi ad Concilium a suis Episcopis ut Legati mitterentur, in subscribendo, suorum Episcoporum gradum, & locum terinerent, etiam ante Episcopos, qui ordinatione posteriores essent, ut videre licet in Concilio Epaunensi, Aurelian. II. Cabilon. Cap. 1. Itidem apud Grecos Episcopi, qui aderant Conciliis, in subscribendo, ordinem sua ordinationis servabant, ut appareat in Concilio Constantiopolitanus V. variis locis. Qui vices Episcoporum, aut Patriarcharum gerebant, in Conciliis subscribebant eo loco, & ordine, quo subsignavissent, seu Metropolitæ; seu etiam Patriarchæ, si ipsi adfuerint, ut appareat in subscriptionibus Graecorum ad calcem Concilii Florentini. Sic apud Gelasium Cyzicenum in Actis Concilii Nicæni primi, Victor, & Vincentius Presbyteri Romani vices gerentes P. R. una cum Olio Cordubensi Episcopo ante alios quosvis Episcopos, etiam Patriarchas ipsi Concilio subscribunt. Et licet iam aëvo hujus Concilii essent in Hispania primæ Sedes, ut conitatur ex Canone LVII. hujus Concilii, ut latius dicemus, tamen cum certus ordo sedendi, & subscribendi prescriptus non esset, ideo Patres in eo congregati, sine delectu, parum curantes de honoratore loco, subscripserunt. **GONZALEZ.**

Variorum Commentariis illustratum.

nus dierum, & bonorum operum requievit in Domino anno CCCXXI V. ut referunt Spinosa, & Quintana-Duenas ipsius Vita Scriptores. Sabinus ille primus hujus nominis Hispalensis Praeful subscriptis huic Concilio, & postea interfuit Concilio Toletano celebrato anno CCCXII. ut referunt Eutrandus in fragmento numer. 16. Julianus in *Advers.* num. 131. Audierendus tamen non est Spinosa, qui Lib. 2. Hisp. Hispan. Cap. 8. existimat etiam hunc Sabinum interfuisse Concilio Arelat. II. celebrato ann. CCCXIV nam in eo tantum subscriptis Sabinus Presbyter ex provincia Hispaniae Civitate Bætica: nam si ut Episcopus Hispalensis subscriptis in praesenti Concilio anno CCC. quomodo tanquam Presbyter tantum poterat interfesse Concilio Arelat. anno CCCXV. celebrato? Unde rectius existimat R. Caro in *Antiquit. Hispal.* Cap. 34. circa finem, & in Notis ad Flavium Dextr. anno Christi LVI. Sabinum illum fuisse Presbyterum, & originarium Utrensis Civitatis, quæ olim Bætica dicebatur. **GONZALEZ.**

Multa hoc loco profert D. Gonzalez de sumpta ex Chronicis Dextro, Luitprando (alias Eutrandi) & Juliano Perez adscriptis, quæ nota, vel ut minimum suspecta sunt doctissimis hominibus intra & extra Hispaniam, ut sepe alias monui. Si autem verum ponatur

III. Smagius Episcopus Biguerrensis. Emendata.

Sanagium alii mss. *Synagium Lucensis & Hispalensis*, non III. loco, ut in editis, sed V. Biguerrensi constituit Ptolemaeus in Contestatis non procul a Salaria. Antonius Beuterus ait Civitatem Hispaniæ esse, hodie *Vejar*, Caput Ducatus de Vejar. Sed displicet, quod in ea fuisse Episcopatum, nusquam legerim. Epagrensem referunt Codices mss. Lucensis & Hispalensis, Ipagrum autem Antonino Pio a Gadibus versus Cordubam ponitur; sed Agabrensis, aut Egabrensis (utin alii Codicibus mss.) legendum mihi magis placet, quod in subscriptionibus Presbyterorum (quas statim referemus) Victorinum ab Agabro huic etiam Concilio interfuisse videamus. Subscriptionem præterea Joannis, & Sophronii Episcoporum Agabrensis in Concilio Toletano III. legitimus. Alterius tacito nomine extat in IV. In VI. subscriptis Baucada Episcopus Agabrensis, & in VII. Selva. In Hispalensis II. Canone I. v. & VIII. fit mentio de Ecclesia, & Episcopo Agabrensi, & ex conuestione Theodulphi Episcopi Malacitani, Canone I. liquet Agabrensem Ecclesiam non longe abfuisse a Malacitana: nam ejus terminos ab Episcopo Agabrensi, Iliberritano, & Altigiano usurpari conuestus est olim. In divisione Vvambæ Regis, Egabrensem Episcopum constat subiectum Archiepiscopo Hispalensi: illius terminos hos constituit: *Egabro teneat de Vveta usque Malam-Sayam de Carta usque Suctam*. Hanc eandem esse putem cum illa, quæ Cabra nunc dicitur; quod confirmat Rex a Alphonso X. Referens enim eandem divisionem Episcopatum Vvambæ Regis, inter subiectas Sedes Archiepiscopo Hispalensi, septimo loco Agabrensem enumera. *Rex Alphonse X. in hisp. Hispan. general. 3. par. 51.*

C O M M E N T A R I I N O V I .

In aliis Codicibus legitur *Senagius Bracarensis*, & apud Flav. Dextr. in *Chron.* anno CCC. habetur: *Senagis Episcopus Bracarensis floret, interfuit Concilio Iliberit.* Unde Pedraza I. p. Hisp. Granat. Cap. 12. existimat *Senagium, seu Sinagrium*, Episcopum fuisse Bracar. & adfuisse huic Concilio. In aliis Codicibus legitur *Biguerrensis*; sed falso, cum ea Ecclesia sit in Gallia longe distans ab Iliberit, neque credi possit, persecutione Diocletiani ingrue integrum, fuisse externis Episcopis ad Concilium hoc accedere, quando non omnibus Hispanis id datum erat. Legendum igitur est: *Senagius Bracarensis*, qui Ecclesiæ Bracarensem rexit ex anno CCXCIX. usque ad CCXII. ut refert Acuna in ejus Vita; vel legi debet: *Pistor Episcopus Agabrensis*, qui præfuit Ecclesiæ Agabrensi per annum CCC. ut ex veteri Catal. Praesulum ipsius Ecclesiæ transcripto a Tamayo Tom. 2. *Martyrol.* die 13. Martii liquet, ubi ita legitur: *Pistor bujus nominis primus Episcopus Egabrensis interfuit Concilio Iliberitano anno CCC.* Nec si hæc litera retineatur, absonum erit asserere iuxta Flav. Dext. Senagrium interfuisse huic Concilio, & ejus nomen a Notario omissum fuisse, Egabrum Civitas fuit Bætica a Græcis condita, hodie Cabra dicitur; jam a primis Ecclesiæ seculis Episcopali Cathedra decorata reperitur; ejus mentio extat in C. I. 16. Q. 3. Plu-

Rex Alphonse X. in hisp. Hispan. general. 3. par. 51.

Gerra Higueriana, & Ta-
majuix.

Plura de ea adducant Morales, Libro 12. der. Mendez in *Popul. Hisp.* Cap. 51. fol. Chron. Cap. 90. Medina, Lib. 2. Cap. 65. Ro- 106. GONZALEZ.

IV. Pardus Episcopus Mentesanus.

Pardus in Lucensi, & Hispalensi vii. loco refertur. *Mentesa* legitur apud Ptolemaeum, & alios, non recte. *Mentesa* restituendum ex Plinio, & vetutis lapidibus, quorum haec duas inscriptiones leguntur apud Cyriacum Anconitanum. Prioris hac:

DEO TUTELAE GENIO.
MENTESANI.

Alterius haec:

DEO MANIUM CALFURNIE L. E.
SCANTURÆ.
HVIC ORDO MENTESANUS FUNDUM PATRIÆ
PUBLICUM O. MERITA
DEDERAT.

In emendatis etiam Codicibus ms. Conciliorum Hispanie *Mentesanus* dicitur: quare Itinerarium Antonini emendari necesse est; dum recensens Oppida a Tarracone in Carthaginem Spartariam; & a Carthagine in Castulonem, post Vinolim *Mentesebastiam* commen- rat, M. P. XX. ad Castulonem, cum legendum sit, *Mentesa*, & *Basti*, que ut illi adjuncta est, sic & disjungi oportet; & *Mentesa*, ac *Basti* separatum legendum. Clusius Mente- sanam dixit, quæ nunc *Tarifa*. Sed repugnat, quod scripsit Rodericus Archiepiscopus Toletanus^a. De Hispania enim generali expugnatione loquens, narrat Taric Duce, cum grandi exercitu veniente Mentesam prope Giennum, & Civitatem funditus dissipata. Diversa ergo Urbs est Mentesa a Giennio. Resendius, & Vaseus Civitatem Baeticam Provincia vulgo Montejo, non procul a Cazorla esse ajunt; quod & mihi placet. Inter subjectas Episcoporum Sedes Archiepiscopo Toletano, Montogiam, seu Mentesam Rasis Arabs commemorat, & Vvamba Rex in divisione Episcopatum, ante Accitanum constituit Mentesanum, utrumque subiectum Archiepiscopo Toletano, postea quam Mentesani Episcopatus terminos posuerit. *Mentesa*, inquit, teneat de *Eziza usque Securam*; de *Lilia usque Pulicenam*. Mentesam Hispane vocavit Rex Alfonsus^b X. Referens enim divisionem Vvambæ, inter subiectas Sedes Archiepiscopo Toletano, iiii. loco Mentesanum recensuit his verbis. *El Obispado de Mentesa tenga desde Eziza hasta Segura*; & *de Lilia hasta Puligena*. Joannis Episco- pi Mentesani subscriptio extat in Concilio Toletano iiii. & Jacobi in iv. v. & vi. Froyl in viii. Expugnata vero Mentesa a Taric Arabum Duce, nullam in Conciliis Hispanie Episco- pi Mentesani subscriptionem reperio; Oppidum nunc Giennensi Episcopo paret.

a Lib. 3. Hisp.
Hispan. C. 22.

b Part. 2. Cap.
51.

COMMENTARII NOVI.

Alibi legitur *Pantardus Mentesanus*. Circa locum Mentesa Historici Hispani, & Geographici in varias distracthantur sententias. Vaseus in Chron. pag. 49. ait, *Mentesam* in Baetico Resendio fuisse, ubi nunc dicitur *Montijo*, abludente voce, & Roder. Archiepisc. Lib. 3. Cap. 21. prope modum affirmante, Mentesam fuisse prope-

Giennum, atque ejus Praefulem Pardum. Concilio Iliberritano interfuisse. Sed rectius Amb. de Morales in *Antiqu. Hisp.* contendit, sitam fuisse Mentesam prope Cazorlam in nemore S. Thomæ. Ipsum sequuntur Loaisa in Concilio apud Lucum, pag. 150. Bivar. ad Flav. Dextr. ann. LIV, & ccc. Pedr. 2. p. Hisp. Gran. Cap. 6. GONZALEZ.

V. Catonus Episcopus Corsicanus.

vulgata.

c Chron. Hisp.
Cap. 22.

d Lib. 2. C. 6.

e Lib. 1. C. 32.

f Part. 2. Hisp.
general. C. 51.

V. Cantonius Episcopus Virgitanus.
emenata.

Cantonius in Lucensi, & *Corsicanus*, & nono loco: *Corsicanus* ali, Corsica insula Episcopum fuisse tunc, & ex ea in Hispaniam venisse ad hoc Concilium Catonum, Auctor est Vaseus; sed ms. fide non proba; in Corsica enim insula tunc fuisse Episcopum, apud melioris nota Auctori Legi neminem. In Codice Hispalensi, & aliis ms. non *Corsicanus*, sed *Virgitanus* nuncupatur: quos probo, quia inter subscriptio nes Presbyterorum, xvi. loco *Fanuarius ab Urci* cernitur, quem comitem Catonii hujus Episcopi fuisse putarim. *Virgi* oppidi meminit Pomponius Mela^d. In illis oris, inquit agens de Baetica, *ignobilia sunt oppida*, & quorū mentio tantum ad ordinationem pertinet, *Virgi* in sinu, quem *Virgitanum* vocant. Plinius sinum Urgitanum, sed reponenda est litera I. ut legatur Virgitanum. Quidam volunt else oppidum Aragonie in confinibus Regni Navarrae, quod hodie *Verga* appellatur. Ambrosius Morales^e *Vera*-nunc dicit else, vel *Vox* in Baetica, non procul ab Almeria; sed ego potius crediderim, ipsam Almeriam fuisse, quod munita vastiori sinu, a quo Virgitanum appellari scripsit Mela. Facit pro hac sententia Rex Alfonsus x. qui inter serles subjectas Archiepiscopo Toletano, sexto loco Urcitanam refert his verbis: *El Obispado de Virgi (esta es Almeria) tenga desde Cufitán hasta Cartagena*, & *Castro hasta Midam*. In Concilio Toletano v. Marcellus Ecclesia Urcitana Episcopus subscriptis, in viii. Daniel Diaconus Marcelli Urcitana Ecclesia Episcopi.

COM-

Variorum Commentariis illustratum.

5.

COMMENTARII NOVI.

Vergi Urbs sita fuit in ora maris, & ab ea dictus est sinus *Virgitanus*, qui e Vergi extenditur usque ad promontorium Scombrar. vulgo *Cabo de palos* di- etum, cuius caput est Almeria, ubi traslata

fuit Sedes Episcopalis, de ea aliqua notarunt Bivar. ad Flav. Dextr. anno LIV. Pedraza 2. P. Hisp. Gran. C. 6. Tamayo die i. Aprilis Lodov. ix. in descript. Hisp. Cap. 23. GON- ZALEZ.

VI. Valerius Episcopus Cæsaraugustanus.

Valerius in Codicibus ms. undecimo loco, non sexto Cæsaraugustanam Ecclesiam D. Jacobi doctrina institutam, & illustratam, ab illoque Episcoporum ordinem, initium que sumendum, veterum tradunt Annales, & primum ejus Civitatis Episcopum D. Athanasium, unum ex illorum numero, quos vel Jacobus Apostolus ad Fidem nostram pri- mum in Hispania convertit, vel Petrus misit. Post illum, Sanctum Felicem, quem Divus Cyprianus a Fidei cultorem, & defensorem veritatis appellat. Post Felicem, hunc Divum Valerium, quem in persecutione Diocletiani, & Maximiani gravissimum exilium, & mortem passum diximus^a, cuius Corpus erat antea in oppido vulgo *Strada Comitatus Ripacurcen- sis*; sed translatum, deductumque servari, & coli hodie tumma veneratione in alio vocato *Roda*, Comitatus Cathalaunensis, tradit Antonius e Beuter: Caput tamen illius Cæsaraugultam translatisse Alphonsum ii. cognomento *Cafum*, Aragonie Regem, & Hieronymus Blanca. Martyres suos Cæsaraugultanos anno ccvi. mortem obiisse scribit & Ambrosius Mo- rales, hocque anno, vel paulo post e vivis excessisse Valerium, Beutero, & mihi fit pro- bable: sed probabilius, & certius multo, hunc eundem fuisse cum eo, qui Concilio huic Il- liberritano interfuit. Quod autem sortit Baronium, diligentem satis, ac eruditum Ecclesiasticorum Annalium Scriptorem, & fateri cogit duos Valerios Episcopos Cæsaraugultanos; alterum a Daciano Diocletiani Præside in Hispania Martyrem effectum, de quo supra: cu- jus martyrii memoria, & fetti celebritas ex Martyrologio Romano v. Kal. Februarii agitur, ubi haec scripsit^b Baronius. Alterum vero hinc, cuius subscriptio extat in Concilio hoc Il- liberritano: facilius est multo, quam ut tanti Viri ingenium potuerit exercere. De quo ut exter, non tam mirandum, cum in secundis presertim curis, rejecta priori opinione, hanc lubentissime, ut veriore amplectus sit, quam de Hispano & Antonio Augustino, pio, docto- que Tarraconensem Archiepiscopo, qui tametsi in Aragonie Annalibus diu maxime cœlesti versatus, non unum, sed duos facit hos Cæsaraugultanos Episcopos Valerios, eodem, quo Baronius ductus argumento: quos recens sequutus est h Hieronymus Blanca: cum unus, & idem sit, qui Concilio huic subscriptis, paulloque post in persecutione Diocletiani, & Maxi- miani a Daciano multatus exilio, ad montes, qui Cinga flumine alluvuntur, & vita cursum feliciter conficiens, animam naturæ, & Creatori debitam feliciter reddidit. Nec tanti momen- ti est, quod Cæsar Baronius primum scriperat, sibi auxilse dubitandi occasionem, an famque dedisse, ut crederet duos hos Valerios Episcopos fuisse, quod Prudentius agens de Marty- gibus Cæsaraugultanis, de pluribus Valeriis meminisse dicatur, dum scriptit.

Inde Vincenti tua palma nata est.

Clerus hinc tantum peperit triumpbum,

Hinc Sacerdotum domus infusa.

Valerianus.

Nam præter D. Valerium Confessorem, & Martyrem, qui interfuit huic Concilio, & postea a Daciano exilio damnatus apud Cingam fluvium, extremum absolvit vita diem; al- terum fuisse Valerium Episcopum Cæsaraugultanum, ejus probat subscriptio in Concilio i. Cæsaraugultano: secundum enim fuisse a sancto Valerio, inde comprobaverim, quod in Concilio Sardicensi, cui etiam interfuit Osius, Casti Cæsaraugultani Episcopi subscriptio sit, quem D. Valerio jam mortuo successisse necesse est.

Sanctum hunc Valerium habuimus D. Vincentium Diaconum in promulgando verbo Dei so- cium propter balbutientis lingua impedimentum, quo Valerius detentus officio fungi non po- terat, in Vita ejusdem sancti Vincenti traditur: quod fit, ut ad existimandum adducatur, D. Vincentium Martyrem Valerii comitem, cum Episcopo Valerio adfuisse in hoc Concilio Il- liberritano: quod tres Diaconi Episcopum tunc comitarentur ex precepto Lucii Papæ^c; Dia- conosque intertulisse Conciliis, etiam caruerint sententiae ferendas auctoritate & D. Isidorus testatur: *Et corona, ait, fasta de Sedibus Episcoporum, Presbyteri a tergo eorum resideant, quos tamen secesseris secum Metropolitanus elegerit, qui utique, & cum eo judicare aliquid & diffinire possint.* Diaconi in conspectu Episcoporum stent. Concilio Arelatensi II. interfuis- se duos Cæsaraugultanos, Clementium Presbyterum, & Russinum Exorcitam, legitimus; Epis- copi nomen non legitimus. Cujus forsitan causa fuit, si Clementius non erat Episcopus, ut alii contendunt, quod Caius Cæsaraugultanus Episcopus ex Oriente nondam revertisset: nam ejus subscriptionem, & Osii & aliorum in Concilio Sardicensi haberet, supra memini- mus. Ecclesiam Cæsaraugultanam singulari amore, & benevolentia prosequutum fuisse Joan- nem Papam xxxii. quem alii xxii. volunt, & in Metropolitanam erexitse, quinque Cath- edralibus Ecclesiis assignatis ex undecim quas Tarraconensi suberant, i Platina scribit: tempo- re Jacobi ii. Regis Aragonie, addit m Hieronymus Blanca anno Mccccxiiii. primumque Archiepiscopum D. Petrum Lupi de Luna. Constat etiam hinc, Concilium hoc non unius Pro- vinciae,

^a Cyprianus
Epifolia 58.
^b Hoc Lib. i.
Cap. 4.
^c Anton. Beut.
2. p. Hist. Hisp.
Cap. 25.
^d Hieron. Bla-
ca Lib. De reb.
Arag. in Vita
Alphoni II.
^e Ambro. Mo-
rat. Lib. 10. Hi-
stor. Hisp. C. 9.
^f Cesar Baro-
nius 2. Tomo
Annalium Ec-
clesiarum.
^g Anton. Aug.
in Epifolia de
Epic. Cæsaraug-
usti. ad Hiero-
n. Blanca, que
extat ad fin.
Commentar. De
reb. Arag.
^h Hieron. Bla-
ca eod. Lib. in
princip.
ⁱ Prudent. in
Peristephym.
⁴

^k D. Isidor.
Lib. De modo
celebrandi Cō-
cilia.

¹ Platina in
vita Joann. xxii
m Hieron.
Blanca in Cō-
cilia. regum
Aragon. in vi-
ta Jacobi II.

vincie, sed Hispania fuisse Generale, ut fuerunt Toletana in Hispania multa, Parisiensia in Gallia, Carthaginensis in Africa, eaque ratione, non cum Provincialibus modo, sed cum his, quae Nationalia vocant, auctoritate aequari oportere.

C O M M E N T A R I I N O V I .

Satis controversum est apud Historicos de quo Valerio accipienda sit haec inscriptio. Qui protrahunt hoc Concilium ad annos 319. & 324. affirmant, Valerium secundum Concilio interfuisse, non vero S. Valerium, qui comes fuit S. Vincentii, ita autemarunt plures congettati a Ludovico Lopezio in *Histor. Cæsar-august. 2.p.Cap.9.* Sed contrarium videlicet, præclarum illum Valerium primum sanctitatem clarissimum interfuisse huic Concilio, satis evincunt carmina S. Martij Maximi in Eleg. ad S. Vincentium Archilevitam S. Valerij.

*In que Illiberitanas maxima cætu
Signa tui infracti pectoris, & Fidei,
Teftis es, o Valerij genitor fortissime tanti.
Pectoris, hoc socio prælia nonne subis?*
Et probant late Baronius Tomo 1. anno 305. Illescas Lib.2. *Hist. Pontific. Cap.1.* A. Morales Lib. 10. *Hist. Cap.31.* *Valesus in Cbron.* anno 332. Scholanus Tom. 3. *Hist. Valent.* Decad. 1. Lib. 2. Cap. 4. D. Martinus Carrillo in *Hist. S. Valerij Cap. 15.* Vivar. ad ad Flavium Dextr. anno 300. Padilla Cent.4. Cap.35. Tamayo *Martyrol. die 10. Januar.* ubi plura de hoc præclaro Viro congerunt, & de ipsa Imperiali Urbe nonnulla notavi in *Cap.1.* *De his quæ vi. GONZALE.*

Nequeo probare sententiam doctissimi Mendozæ, atque allorum exultantium, Felicem illum, *de Cæsar-augusta*, nominatum a Sancto Cypriano in Epitola ad Clerum, & plebes in Hispania consistentes, fuisse illius Urbis Episcopum. Dumtaxat enim Presbyter erat, & alter ab illo alio Felice, qui fuit suffectus simul cum Sabino in locum Basiliidis, & Marialis gradu dejectorum, ut supra ostendi satis Tomo I. Dissertatione xv. num. 11. & tribus sequentibus.

Si vera esset opinio arbitrantium, Concilium hoc fuisse celebratum eodem tempore, quo Nicænum, aut paullo post, difficile admodum verificari posset, Valerium Episcopum ipsi subscriptem, fuisse illum, qui simul cum S. Vincentio Diacono suo, ac martyrii socio, & interprete simul ob balbutiem

VII. Melanthius Episcopus Toletanus.

Succedit Melanthius D. Eugenio Martyri, primo Toletana Sedis Episcopo, D. Petri, & B. Dionysii Areopagite discipulo; a quo ponderis plurimum ad eximiam hujus Concilii vetustatem accedit. In Codicibus ms. xiiii. non vii. loco ejus subscriptio ex Notarii testimonio cernitur. Quod confirmat etiam eam sententiam, qua dixi, Archiepiscopos, & Metropolitanos hujus Concilii ævo in Hispania, ut hodie, non fuisse. Si Archiepiscoporum enim, & Metropolitanorum gradus institutus, receptusque in Hispania esset jam inde a tempore Apostolorum, sedendi, loquendi, & subscriptendi privilegio uterentur: quod tamen omilium est in hoc Concilio, tam ab Episcopo Toletano Melantio, quam a Sabino Hispanensi, & Liberio Emeritensi: quod quidem, licet modestæ fructum veulent percipere, facturi non essent, nisi cum gravi honoris sui jactura, & earum Sedium detimento, quarum auctoritatib; augenda, non minuenda se praefectos agnoverant. Melantum accepimus tunc Ecclesiæ Toletana Episcopum fuisse, cum Diva Leocadia, siveiente persecuzione Diocletiani, & Maximiani, gloria confessione Toleti facta, vitam cum morte, vel mortem potius cum vita sempiterna commutavit.

Hinc etiam conflat, Concilium hoc fuisse Hispania Generale; quod Episcopos Bæticae Pro-

Provinciæ, Toletani etiam comitati sint. Toleto suberant olim Oretum, Beatia, Mentesa, Acci, Balti, Virgi, Bagaltri, Illici, Setabis, Dianum, Valeria, Valentia, Secobriæ, Arcabica, Complutum, Segancia, Uxama, Secovia, & Palentia; hodie autem parent illi Corduba, Palentia, Uxama, Segancia, Valeria, seu Concha, Guennium, Secovia, & quæ anno Domini MDLXVI. adjuncta est, Ecclesia Carthaginensis.

Ceterum, si majasitatem, & sanctitatem Toletana Ecclesiæ lubeat spectare, si Antistitutum amplitudinem, & potentiam, si Cleri nobilitatem, si Sacerdotiorum numerum, & proventus, si Ecclesiasticae supellectilis ornamenta, si Divini cultus splendorem, & magnificientiam, si Religionem, & multicudinem Conciliorum Provincialium, & Nationalium in ea coactorum, si præcipuum D. Virginis tutelam, quam sacro suo descensu, & præsentia confirmavit; compieremus, non solum inter Hispanicas, Urbani II. & insequentium Pontificis gratia, Primatus honorem, & privilegia jure obtinere, sed post Romanam, inter reliquas terrarum Orbis, merito nunc haberi secundam.

C O M M E N T A R I I N O V I .

Mira sunt, & speciosa, quæ de Melantio hoc Præsule Toletano, subscripto, leguntur in pieius chronicis, Dextri ad an. CCLXXXVI. Juliani a CCLXXVI. & CCLXXXVII. Luitprandi fragmento ix. & xi. ad annos CCCI. CCCV. ac CCCX. a nullo prorsus veterum memorata, vel aulita, quotquot scripserunt de rebus Hispaniæ, vel Magnæ Ecclesiæ Toletanae, usque ad annum millesimum quingentesimum nonagesimum. In eo quippe, aut paullo post, illa pseudo-chronica, & alia similia, excoxitata fuerunt, & evulgata ab homine inimico veritatis Historiæ, & audacissimo, si quis unquam fuit, fabularum architecto. Ex eo sine delectu nimis file, & crisi nulla, farragines, & commenta plura de Melantio mutuarunt plerique recentiores Hispaniæ, ac præsertim Quintana-Luenas, Lib. SS. Urbis Toletanae scculo xv. pag. 227. & seqq. Joannes Tamarus in *Martyrologio Hispan.* Tomo v. ad diem 22. Octovri, contundentes illum cum S. Melantio Episcopo Rothomagensi, qui in Martyrologio Romano ea die contitur; & plurima alia addentes, quæ nunquam in cogitationem hominum venorant usque ad finem, rejienda sunt, veluti commenta manifesta, primum excoxitata a P. Higuera, ac deinde incerto credita, ampliata, & magno conatu protecta ab aliis. Non eget Natio, aut Ecclesia Hispanica, per seipsum florentissima, tot figuris illius male feriati capitum: nec eius decori consulunt, sed potius nocent, & fidem ipsam veritatum antiquarum, quibus illa solide innititur, dubitationi, aut alex exponunt, ut sepe monerit insigni Vir eruditio- ne, ac subacto judicio D. Nicolaus Antonius in sua *Bibliotheca Hispana*, ubique celebri, & cum eximia doctorum laude recepta.

CARD. DE AGUIRRE.

Quin & Bollandus, Henschenius, & Papebrochius, exteri licet, idipsum passim do- lent in valetissimo, atque celeberrimo Opere, cui epigraphæ: *Acta Sanctorum;* ac sepe nominatim traducunt, & reprehendunt P. Hieronymum Roman de la Higuera, quamvis sodalem ejusdem Instituti, veluti artificem omnium earum fictionum.

Porro prædictus Papebrochius To. vii.

VIII. *Vincentius Episcopus Offenabensis.*
vulgata.

Offonensis legi debet ex Plinio a, Mela b, & veteris lapidum inscriptionibus. In a *Plin. Lib. 4. Cap. 21.*
b *Pompon. Mir.*
f^a *Lib. 3. C. 1.*

I M P. CÆS. P. L I C I N I O
V A L E R I A N O P. F. A V G.
P O N T. M A X. P. P. T R. P O T.
I I I. C O S. R E S P. O S S O N. E X D
E C R E T O O R D. D E V O T.
N V M I N I M A I E S T A T
I S. E I V S D D.

^a Plin. Lib. 4.
^b Cap. 22.

^b Mela Lib. 3.
^c Cap. 1.

Erat igitur *Ossonoba* Lusitanæ Civitas in Regno Algarbiorum, prope eam, quæ dicitur Pharus, inter Balsam, & Aranum. In Lusitania constituit Antoninus in Itinerario, M. P. XVI. a Balsa. Id ipsum Plinius a: *Ab Ana vero, ait, quo Lusitaniam a Baetica discrevimus, CC. XXVI. M. p. a. A Gadibus CII. M. P. additis. Gentes, Celtici, Varduli, & circa Tagum Vetones. Ab Ana ad Sacrum Lusitani: Oppida memorabilia a Tago inera, Olyssippo equarum e favonio vento conceptu nobile, Salacia cognominata Urbis Imperatoria, Merobrica: promontorium Sacrum, & alterum Cuneus. Oppida Ossonoba, Balsa, Mytilis. Mela b: etiam: In Cuneo sunt Mytilis, Balsa, Ossonoba. Gotthis Exonaba, Mauris Exuba. Varreyros eam nunc esse ait, quæ Estombar nuncupatur, prope Sylves. Alii Oppidum aliud nominatum Esto, finitimum eidem Civitati Sylves. Antiquos ejus terminos præscripti Vvamba: Exonaba, inquit, teneat de Ambia usque Sajan: de ipsa usque Turrem. Oxomana transtulit Rex Alphonus X. inter Sedes subjectas Archiepiscopo Emeriteni, quarto loco Ossonobensem retulit, his verbis: *El Obispado de Oxomana tenga desde Ambafasta Saja, e denda hasta la Torre.**

C O M M E N T A R I I N O V I .

Consentit Vasæus in Chron. Cap. 20. his verbis: *Ossonoba Civitas erat in Regno Algarbiorum prope Civitatem, quæ dicitur Pharus, a Mauris dicta*

^c Amb. Moral.
^d Hist. Hisp. Lib.
^e Cap. 31.

Quae fuerit olim Civitas Eliocrotensis, se ignorare ait Ambrosius & Morales, nec in aliquo antiquorum Scriptorum ejus extare memoriam; sed est in Antonini Itinerario, quam distare ille refert viginti quinque millibus passuum a Carthagine Spartaria, itinere, quo Carthagine itur Cattulonem: ea nunc Lorca dicitur, & Episcop o vacat. Adfuit cum Successo Episcopo Liberalis Presbyter de Eliocrota, vel Elioca (utrumque legitur) ut in illius subscriptione dicemus.

C O M M E N T A R I I N O V I .

Adstipulatur Vasæus in Chron. C. 20. ubi ait: *Eliocrotam reperio in Itinero Antonini Pii, qui ponit eam viginti quinque millibus passuum a Carta-*

gine Spartaria distante in itinere, quo a Carthagine itur in Cattulonem; hujus Episcopus Successus interfuit Concilio Illiberritano. GONZALEZ.

X. Patricius Episcopus Malacitanus.

Malaca in Baetica, Sedes olim, & hodie subjecta Archiepiscopo Hispanensi. Illius terminos posuit divisio Vvamba: *Malaga, inquit, teneat de Data usque Malecam, & de Tenna usque Sedes Campo.* Confinem Ecclesiae Illiberritanæ ex d. Concilio Hispanensi II. Can. I. liquet.

C O M M E N T A R I I N O V I .

Miseratione potius, quam seria confutatione digni sunt, qui Patricium hunc Episcopum Malacitanum Concilio Eliberitano subscribentem, eundem volunt cum S. Patricio Hibernæ Apostolo, & celeberrimo Episcopo, cuius festus dies celebratur die 17. Martii. Abdicuntur in id paradoxon testimonio pseudo-Luitprandi in *Adversariis* Cap. 7. ubi hæc leguntur: *S. Patricius, qui celebratur 16. Kalend Aprilis, non fuit Episcopus Abernenensis, sed Malacitanus, qui interfuit Concilio Eliberitano: post dum iret in Galliam, venit in Aberniam, & illuc obiit.* Legat qui volet omnia, quæ de S. Patricio Hibernæ Apostolo ex probatis Auctoribus edita habentur apud Bollandum latissime ad diem 17. Martii. Nec verbum inveniet favens huic figura, sed potius omnia plane contraria. Patricius ille nunquam peregrinatus fuit apud Hispaniam, sed solum apud Galliam, & Italiam. Floruit in Hibernia Episcopus a tempore S. Innocentii I. Papæ usque ad obitum S. Leonis Magni, sexaginta circiter annis, vel etiam nonaginta usque ad Gelasium I. to-

^d Concil. Hisp.
^e II. Can. I.

XI. Osius Episcopus Cordubensis.

Corduba Baetica Provincia Civitas situ nobilis, Seneca, & Lucani ortu nobilior, Osii tamen Episcopi natalibus, vita, dignitate, literis, & auctoritate nobilissima, nomen adhuc retinet. Olim Hispanensi, hodie vero Toletana Ecclesia suffraganea, interfuisse autem Osium huic Concilio, præter constantem, & veram editorum Codicem. & manuscriptorum omnium fidem, appareat etiam ex Concilio Sardicensi, in quo idem Osius hujus Concilii meminit, retulitque, sanctum a se, & reliquis Patribus Canonem xx. ut proprio loco demonstrabo. Qua ratione, demiro Petrum Antonium Beuter a Doctorem Theologum in conquirendis Hispanicis antiquitatibus, & conscribenda rerum Aragonis, & Valentia Historia Auctorem satis diligentem, dixisse, Conscium Osii prædecessorem huic Concilio interfuisse, non Osium; nominis forsan, seu vocis similitudine, aut alicujus vetusti manuscripti usqueque vera lectione, vel notarum interpretatione deceptum; facile enim vox Osius in Conscio potuit irrepercere. Nam illud C. primum, nominis Episcopatus, non proprii signum erat, & ex posteriore loco ad caput proprii nominis Osii ab ignaro exscriptore prefixum: a quo Vir doctus Antonius Beuter suscipere potuit erroris ansam; nam Conscium Ecclesia Cordubensi præfuisse ante Osium, nusquam reperio. Quinhimmo cum in persecutione Diocletiani, & Maximiani Osius abfuerit a Corduba, relegatus paullo post finem hujus Concilii, facile creditu non est, exulem, electum, & creatum fuisse Episcopum. Ecclesia Cordubensis; nisi quis illud conjiceret velit, Osii nomen appellativum esse, Conscii vero proprium: quorum prius colligi videtur ex Theodoro Balsamone b, qui facta mentione de Osio, sic ait: *Episcopus Cordubensis, qui Osius appellatus est propter virtutem, qua illi inerat &c.* Quod antea prædictile videtur D. Athanasius c: *De maximo autem, inquit, & gravissima atatis Viro, eodemque Confessore Osio, qui vere Osius est, id est, sanctus, superfluum arbitror mentionem facere.* Quare D. Chrysostomus d agens de Elenis, eos a vita sanctitate sic nuncupatos, & Osios etiam hac ipsa de causa aliquando dictos ferbit: *Eleni, ait, qui etiam Osii, id est, sancti, dicuntur: hoc enim vult nomen Elenorum, & vita honestate.* Præter conjecturam hanc, quod certius affirmem, nihil habeo: sicut nec in eo, quod refert ex Damaso e, vel Gratianus, vel Palea, illum videlicet fuisse filium Stephani Subdiaconi. In duabus Codicibus verutis, quos habeo manuscriptos, Orosius legitur; quare ab utriusque me afferso sustineo. Illud tamen nihil de Osio compertum est, & exploratum, præfuisse Ecclesia Cordubensi sexaginta, & eo amplius, annos id enim oru ex Epistola ejusdem Osii ad Constantium Imperatorem, quam retulit Divus Athanasius f in altera ad solitariam vitam agentes. Ego, ait, confessoris munus complevi, primum cum persecutio moveretur ab avo tuo Maximiano: quad si tu quoque persecutionem moves &c. Si ergo a tempore persecutionis Diocletiani, & Maximiani, quo (ut diximus) erat jam Episcopus Cordubensis Osius, ad illud Constantii Imperatoris, sexaginta, & co amplius, anni effluxerant, ut ipse, & Divus Athanasius testantur: *Tantis, ac talibus scriberibus fatis (ait Athanasius loquens de Arianis) nibil omnino se adhuc fecisse arbitratur, quamdiu magnus ille Osius eorum malitiam expertus non esset: num in eum salem tantumque Virum suam rabiem pretendero studauerunt, neque quod Pater esset Episcoporum, reveriti sunt, neque quod Confessor erat, pudore moti sunt, neque quod sexagesimum annum, & eo amplius, a confessione agebat, respeserunt.* Consequitur veri calculi suppuratione non sexaginta tantum, sed septuaginta annis ejusdem Ecclesia fuisse Episcopum; nam Concilium hoc, cui Osius jam factus Episcopus Cordubensis interfuit, ante illam persecutionem tribus, aut quatuor annis habitum, superioris ostendi: si ergo ad sexaginta adjiciamus quatuor, sexaginta quatuor efficiemus. Ut omittamus tempus, quod ab Osii electione, & consecratione usque ad hoc Concilium interfuit; non enim breve fuisse inde colligitur, quod subscriptionibus, sive testimonio Notarii, inter postremos illum non retulit, sed numero undecimum, cum decem & novem fuerint: nec post Epistolam scriptam statim e vivis Osium sublatum scimus. Quare ex his omnibus fit, septuaginta annos, vel paullo minus, si non amplius, Osium Ecclesia Cordubensi præfuisse. Ut hinc notare liceat, quam olim usitata, & frequenter fuerint Episcoporum translationes. Si in Osio atatis gravitas, & maturitas (ad centum enim annos pervenire, & hereticos cum maximis tunc viribus oppugnare, testis est Divus Athanasius) si morum integritas, si eximia disciplinarum optimatum cognitione (ab eo enim formulam Fidei in Concilio Niceno conceptam, idem Athanasius gravissimus, & oculatus testis ad severat) si Religionis studium, si Catholicæ confessionis gloria, cum maxima Constantini Imperatoris amicitia, & familiaritate conjuncta, postquam tot Conciliis, & Generalibus, & Provincialibus interfuit, & praefuit; efficere non potuerunt, ut ex Corduba ad Ecclesiam aliam ampliorem transferretur, quod nulla publicæ utilitatis ratio subesse: egregium profecto videtur, & præclarum ad imitationem Religionis, & modestie Christianæ reliqui exemplum præbuisse, & summi erga Sponsam Ecclesiam amoris, quam semel in fidem suam receptam conjunctissime ad extremum usque vita spiritum retinuit. Et ut tam religiosum illud, privatum tamen institutum, uberiori Ecclesiæ fructu, publica auctoritate fulciretur, in Concilio Sardicensi & Generali gravissimam in eos poenam proposuit, qui avaritia, vel ambitioni inservientes, ad ampliorem Episcopatus dignitatem aspirarent: eos enim nec laicam voluit communionem suscipere. Quod si ad excusationem literas alterius Ecclesias ipsos invitantes exhiberent, quod fraudis suspi-

To. II.

^a Pet. Ant.
Hist. 1. part.
Hist. Hisp. Cap
25.

^b Theod. Bala-
jam. in princ.
Concili. Sardi-
cens.

^c D. Athan. in
Apolog. de fu-
gia.

^d D. Chrysost.
Homil. 44. in
Aga.

^e Ex. Damas.
Gratian. in C.
Osii Papa 56.
Dift.

^f D. Athan. in
Episcop. ad so-
litariam vita
agentes.

^g Concil. Sar-
din. Cap. II.

^a Idem Cen-
cil. Can. II.

cione notarentur, nec in fine vita communione debere suscipere proposuit, quod singulari totius Concilii consensu decretum est.

Illud præterea ad eximiam Osi Fidem, doctrinam, & auctoritatem commendandam attinet, quod legerim, illum Latine solum scientem, Concilio Nicæno Generali in Græcia habito, & ex Græcis Episcopis majori ex parte coacto, præsedisse, & per interpretem ejus sententiam universo Concilio expositum, ut in ipso refertur: *Sancta*, ait, & magna, & Generalis Synodus in Nicæa congregatorum sanctorum Patrum nostrorum, per beatum, & sanctum Episcopum Osum Cordubæ Civitatis Hispaniæ Provinciae, locum tenentem Romanii Episcopi, cum prædictis ejusdem Sedis Presbyteris, altero ipsum interpretante, dixit: *Divinitas non est una Persona*, ut *Iudæi* opinantur &c. Quod alibi saepe in eodem Concilio repetitum est. Audiebat ergo Concilium Nicænum Osi Episcopi Cordubensis sententiam Latinis verbis conceptam per Victorem, aut Vincentium Presbyterum Græcis interpretantem. Similique auctoritate præsedisse in Alexandrino, & Sardicensi, & interfuisse Gangreni, existimatim. Nisi quis dicat, illum ut Romani Pontificis Legatum, Romana lingua exprimere ejusdem sententiam voluisse: nam a Romanorum Pontificum Legatis in Synodis Græcis Literas Pontificis nonnisi Latine, & ex scripto recitari consueuisse, manifeste appareat ex Actis Concilii Ephesini.

Sed quia summam hanc Osi viventis felicitatem, summa postea viventis, morientisque infelicitate defloruisse, quinimmo & evanuisse, sunt qui affirment; cuius sint haec testimonia ponderis, accuratori paullo diligentia expendamus. Imprimis se offert Divus Hilarius, c qui misere lapsum Osum in Concilio Sirmensi docet, & illum nimium sepulchri sui amantem: quod tormentis casus, Constantii Imperatoris, & Orientalium quorundam impietati confenserit. Hilario adstipulantur Socrates^d, Sozomenus^e, Nicephorus^f, Severus Sulpicius^g, & alii. Sed spontanea ne, an coacta voluntate, Osius impietati Sirmensi acquiecerit, non alios, quam jam citatos Auctores recitabo. Socrates enim sic ait:

*Quoniam autem de Oso Cordubæ Episcopo, quod animo invito ad Concilium Sirmii habi-
tum accesserit, mentionem fecimus, de hac re pauca jam dicemus. Quamquam iste paullo
ante per fraudulentem Arianorum conatum erat in exilium missus; id temporis tamen stu-
dio, & labore Episcoporum, qui Sirmii convenerant, factum est, ut Imperator illum
accesseret, habens in animo, vel persuadendo, vel cogendo, eum inducere, ut cum Epi-
scopis ibi coactis consentiret. Nam si istud factum est, illorum Fides perillustri testimoni-
via confirmata videatur: hac de causa invitus, ut dixi, accessit ad Concilium, simul at-
que vero senex ille eorum Fidei assentire abnuebat, plaga illi erant inficta, membraque
machinis distorta. Quapropter fidei formulæ eo tempore editis, vi, & necessitate compul-
sus consensit, subscriptaque. Sozomenus: *Osius vero initio quidam istis consentire renuit,
at postri compulsus, & verberibus, ut fama est, licet senex, graviter casus, consensit,
eisdemque subscriptus*. Nicephorus autem: *Ex Occidente Valens Mursorum, & propter
virtutem magnus Osius Cordubæ Hispaniæ Urbis Episcopus Confessor, & Nicæna Synodi
particeps, qui quidem, perinvitus tamen, Sirmii affuit. Arianorumenim dolo non du-
dum antea in exilium pulsus, annitenibus eis, qui Sirmium convenerant, Imperiali Edicto
reductus fuerat: speraverant enim illi, si suffragator eorum, seu persuasione, seu vi
sieret, multum eum ad constitendum, stabilendumque dogma eorum momenti allaturum
esse, ut qui spectata fide testis, & veluti miraculum quoddam ejus statim hominibus habe-
retur. Verum ubi assentiri eis renuit, varios rursus contracto jam, extenuatoque gra-
viore estate corpore, sustinuit cruciatus, adeo ut ad fidiculas, & verbera pervenerit, qui-
bus ille coactus, tribus eorum formulæ assensit, & subscriptus*. Severus haec: *Osum quo-
que ab Hispania in eandem perfidiam consensisse, opinio fuit quod ei mirum, atque in-
credibile videtur; quia omni fere etatis sua tempore, constantissimus nostrarum partium,
& Nicæna Synodus illo auctore confecta habebatur: nisi fassente avo (etenim maior
centenario fuit, at S. Hilarius in Epistola refert) deliraverit. Hac ille. Quibus acce-
dit D. Athanasius^h:**

*Tantam vim intulit seni (de Constantio Ariano Osum cogente lo-
quitur) quem Sirmii pro exilio detinebat; & ita eum arte tenuit, ut afflitus, attritus
que malis, tandem agrecum Ursatio, & Valente communicaret. Et alibi i: *Etsi Osius
minis Constantii conterritus non videbatur Eusebianis contradicere, vis tamen illa, & Con-
stantii Tyrannus potestas, multaque contumelia, & intermissiones satis ostendat, mini-
me eum in nostri condemnatione consensisse; sed senii imbecillitate imparem verberibus ad
tempus cessisse. In tam atroci igitur, & seva perfectionum tempestate, in tam longo an-
norum decursu, in tam proœcta, vel extrema potius jam estate, unicum Osi lapsum ver-
beribus, & fidiculis oppressi, non ne antiquæ confessionis gloria, graves, & religiosi pro
Fide, & Ecclesiæ suscepiti labores, eximia, & diuturna vita innocentia, summa in afflictos
omnes commiseratio, tot excellentium virtutum lumina, novarum majorum virtutum cumulo,
& accessione aucta, & cum his tandem humanae naturæ imbecillitatibus recordatio, apud
equos judices poterunt deprecari? cum statim resipuisse ab errore tradat Athanasius k: af-
firmans, eum ad tempus cessisse verberibus. Elapsus igitur illo, ad antiquam Religionem, &
constantiam revertit. Quod apertius demonstrasse videtur idem Athanasius, cum impiam
professionem Sirmensem ab eisdem confessum Auctoriibus revocatam, & Edicto Imperatoris
scribit veritatem; cui si placere tantopere Osi placuisse, eandem, quam paullo antea coa-
ctus defenderat heresim: expugnare liber jam factus debuisset, ut Deo, & Imperatori mo-
rem debitum, & a se optatum gereret. Athanasius autem sic ait: *Hac ubi misserint, denuo
mutata sententia, composuerant eas Fidem, quam, quia cum Confessibus edidissent, mul-***

ⁱ Idem Atha-
nasius in Lib. de
Synodis Ari-
mini, & St-
teucie.

^a D. Hilar. de
Syn. contra A-
rianos.

to pudore, & probro perfusi sunt, ejusque exemplaria curavere, ut cum suo more senten-
tiam mutassent, ab his qui eam tenebant, per Notarium Marcianum surriperentur, & per-
suasi Constantio, ut contra eam Fidem Editta promulgaret, aliam rursum Fidem constituant,
additis, ut quidem solent, quibusdam dictis. Divus Hilarius a: *Fefellerunt, inquit, ignoran-
tem Regem, ut istiusmodi perfidia fedem bellis occupatus exponeret, & credendi formam
Ecclesiæ nondum regeneratus imponeret, contradicentes Episcopos ad exilium coegerunt; coe-
gerunt enim nos ad voluntatem exulandi, dum inpietatis imponunt necessitatem. Sed
exulemus semper, dum tamen incipiat verum prædicari. Domino enim gratias, quod igno-
rationem per vos admonitus Imperator agnivit, & errorem non suum, sed adstantium, per
hanc fidei vestra sententias recognovit, & se invidia apud Deum, & homines, impia
voluntatis exemit; cum legationem vestram honorifice habens, fulsitate eorum, quorum
auctoritate in invidiam deducebatur, coacta a nobis ignorantia sua professione, cognovit.*

Auget tamen vehementius suspicionem in Osum, quod de misero ejus obitu refert Di-
vus Isidorus b: *Osius, ait, Cordubensis Civitatis Episcopus, scriptus ad sororem suam,
De laude virginitatis, Epistolam, pulchro, ac diserto comptam eloquio. In Sardicensi etiam
Concilio quamplurimas ipse edidit sententias. Hic autem post longum senium vetustatis,
acerbus a Constantio Principe, minisque perterritus; metuens, ne senex, & dives dam-
naretur, vel exilium pateretur, illico Arianae inpietati consensit: cuius quidem vitam,*

^b D. Isid. in
print. Libri de
Scriptoribus
Ecclesiast. in
vita Osi.

*ut meruit, confessim crudelis exitus finivit. Nam prius impium, ut ait quidam, Osi pre-
varicationem, dum sanctus Gregorius Eliberritanus Episcopus in Cordubensem Urbem,
juxta Imperiale Decretum, fuisse adductus, ac minime vellet illi communicare, commo-
tus Osius dixit Clementio Constantii Praefecto Vicario, ut mitteret eum in exilium: at ille:
Non audeo, inquit, Episcopum in exilium mittere, nisi prius eum ab Episcopatu ae-
jaceris. Ut autem vidit sanctus Gregorius, quod Osius vellet dare sententiam, appellat
Christum, totis fidei sua vesceribus exclamauit: Christe Deus, qui judicaturus es vivos,
mortuos, non patiaris hodie inhabunam proficeri sententiam adversus me minimum seruum
tum, qui pro Fide Nominis tui, at reus assistens, spectaculum factus sum: sed tu ipse,
quaeso, in causa tua hodie judica, ipse sententiam proferre dignare per ultionem. Non
ego quasi metaens de exilio fugere cupio; cum mibi pro tuo Nomine nullum supplicium gra-
ve sit; sed ut multi a prævaricationis errore liberentur, cum presentem viderint ultio-
rem. His dictis, ecce repente Osius residens, fastu quasi Regalis Imperii, cum sententiam
conaretur exprimere, os vertit, distorquens pariter & cervicem, ac de se in terram
eliditur, atque illico expiravit. Tunc admirantibus cunctis, etiam Clementius ille Gon-
tilis expavit; & licei esset iudex, tamen metuens, ne in se simile supplicium vindicaretur,
prostravit se ad pedes sancti Viri, obsecrans, ut sibi parceret, qui in eum Divina Legis
ignorantia peccasset, & non tam proprio arbitrio, quam mandantis Imperio. Inde est,
quod solus Gregorius ex numero vindicantium integrum Fidem, nec in fugam versus est,
nec passus est exilium. Unusquisque enim timuit de illo ulterius judicare. At cum D. Isi-
dori Opera a Theodisco Graeco Hispaniæ Episcopo, qui Honorato post Isidorem in ea-
dem Ecclesia successit, aspersa mendaciunis, & erroribus depravata afferat Lucas Epi-
scopus Tudensis^c, vetulus rerum Hispaniarum Scriptor, & ob eam causam Hispanicas
Ecclesiæ Primatiā, ut vocant, ex Hippali Toletum translata, Cindavintho Rege pro-
curante; nihil commoveri debemus, si hoc apocrypha apud Isidorum legamus; dum justa
se offerat habendi occasio, an Isidoro, an vero Theodisco illa sint tribuenda. Et Theo-
disco quidem scribi posse, & debere, arguit vetusti Codices ms. D. Isidori, in quibus
defunt quæ de morte Osi, & condemnatione Gregorii, in vulgaris insigni ejusdem vetera-
toris fraude inserta leguntur; solum enim in illis memoratur, Osum scriptis ad sororem
suam, De laudibus virginitatis, Epistolam pulchro, ac diserto coopertam eloquio, &
De interpretatione vestrum Sacerdotialium veteris Testamenti; & in Sardicensi Concilio
plurimas edidisse sententias; hæc enim vetustus Codex D. Isidori, qui extat in Regio D.
Laurentii Cœnobio, refert de Osi: *Osius Cordubensis Ecclesiæ, Civitatis Hispaniarum
Episcopus, eloquentia viribus suis exercitatus, scriptus ad sororem suam, De laude vir-
ginitatis, Epistolam, pulchro, ac diserto coopertam eloquio; compausitque & aliud Opus,
De interpretatione vestrum Sacerdotialium veteris Testamenti; & in Sardicensi Concilio
plurimas edidisse sententias; hæc enim vetustus Codex D. Isidori, qui extat in Regio D.
Laurentii Cœnobio, refert de Osi: Osius Cordubensis Ecclesiæ, Civitatis Hispaniarum
Episcopus, eloquentia viribus suis exercitatus, scriptus ad sororem suam, De laude vir-
ginitatis, Epistolam, pulchro, ac diserto coopertam eloquio; compausitque & aliud Opus,
De interpretatione vestrum Sacerdotialium veteris Testamenti; & in Sardicensi Concilio
plurimas edidisse sententias; hæc enim vetustus Codex D. Isidori, qui extat in Regio D.
Laurentii Cœnobio, refert de Osi: Osius Cordubensis Ecclesiæ, Civitatis Hispaniarum
Episcopus, eloquentia viribus suis exercitatus, scriptus ad sororem suam, De laude vir-
ginitatis, Epistolam, pulchro, ac diserto coopertam eloquio; compausitque & aliud Opus,
De interpretatione vestrum Sacerdotialium veteris Testamenti; & in Sardicensi Concilio
plurimas edidisse sententias; hæc enim vetustus Codex D. Isidori, qui extat in Regio D.
Laurentii Cœnobio, refert de Osi: Osius Cordubensis Ecclesiæ, Civitatis Hispaniarum
Episcopus, eloquentia viribus suis exercitatus, scriptus ad sororem suam, De laude vir-
ginitatis, Epistolam, pulchro, ac diserto coopertam eloquio; compausitque & aliud Opus,
De interpretatione vestrum Sacerdotialium veteris Testamenti; & in Sardicensi Concilio
plurimas edidisse sententias; hæc enim vetustus Codex D. Isidori, qui extat in Regio D.
Laurentii Cœnobio, refert de Osi: Osius Cordubensis Ecclesiæ, Civitatis Hispaniarum
Episcopus, eloquentia viribus suis exercitatus, scriptus ad sororem suam, De laude vir-
ginitatis, Epistolam, pulchro, ac diserto coopertam eloquio; compausitque & aliud Opus,
De interpretatione vestrum Sacerdotialium veteris Testamenti; & in Sardicensi Concilio
plurimas edidisse sententias; hæc enim vetustus Codex D. Isidori, qui extat in Regio D.
Laurentii Cœnobio, refert de Osi: Osius Cordubensis Ecclesiæ, Civitatis Hispaniarum
Episcopus, eloquentia viribus suis exercitatus, scriptus ad sororem suam, De laude vir-
ginitatis, Epistolam, pulchro, ac diserto coopertam eloquio; compausitque & aliud Opus,
De interpretatione vestrum Sacerdotialium veteris Testamenti; & in Sardicensi Concilio
plurimas edidisse sententias; hæc enim vetustus Codex D. Isidori, qui extat in Regio D.
Laurentii Cœnobio, refert de Osi: Osius Cordubensis Ecclesiæ, Civitatis Hispaniarum
Episcopus, eloquentia viribus suis exercitatus, scriptus ad sororem suam, De laude vir-
ginitatis, Epistolam, pulchro, ac diserto coopertam eloquio; compausitque & aliud Opus,
De interpretatione vestrum Sacerdotialium veteris Testamenti; & in Sardicensi Concilio
plurimas edidisse sententias; hæc enim vetustus Codex D. Isidori, qui extat in Regio D.
Laurentii Cœnobio, refert de Osi: Osius Cordubensis Ecclesiæ, Civitatis Hispaniarum
Episcopus, eloquentia viribus suis exercitatus, scriptus ad sororem suam, De laude vir-
ginitatis, Epistolam, pulchro, ac diserto coopertam eloquio; compausitque & aliud Opus,
De interpretatione vestrum Sacerdotialium veteris Testamenti; & in Sardicensi Concilio
plurimas edidisse sententias; hæc enim vetustus Codex D. Isidori, qui extat in Regio D.
Laurentii Cœnobio, refert de Osi: Osius Cordubensis Ecclesiæ, Civitatis Hispaniarum
Episcopus, eloquentia viribus suis exercitatus, scriptus ad sororem suam, De laude vir-
ginitatis, Epistolam, pulchro, ac diserto coopertam eloquio; compausitque & aliud Opus,
De interpretatione vestrum Sacerdotialium veteris Testamenti; & in Sardicensi Concilio
plurimas edidisse sententias; hæc enim vetustus Codex D. Isidori, qui extat in Regio D.
Laurentii Cœnobio, refert de Osi: Osius Cordubensis Ecclesiæ, Civitatis Hispaniarum
Episcopus, eloquentia viribus suis exercitatus, scriptus ad sororem suam, De laude vir-
ginitatis, Epistolam, pulchro, ac diserto coopertam eloquio; compausitque & aliud Opus,
De interpretatione vestrum Sacerdotialium veteris Testamenti; & in Sardicensi Concilio
plurimas edidisse sententias; hæc enim vetustus Codex D. Isidori, qui extat in Regio D.
Laurentii Cœnobio, refert de Osi: Osius Cordubensis Ecclesiæ, Civitatis Hispaniarum
Episcopus, eloquentia viribus suis exercitatus, scriptus ad sororem suam, De laude vir-
ginitatis, Epistolam, pulchro, ac diserto coopertam eloquio; compausitque & aliud Opus,
De interpretatione vestrum Sacerdotialium veteris Testamenti; & in Sardicensi Concilio
plurimas edidisse sententias; hæc enim vetustus Codex D. Isidori, qui extat in Regio D.
Laurentii Cœnobio, refert de Osi: Osius Cordubensis Ecclesiæ, Civitatis Hispaniarum
Episcopus, eloquentia viribus suis exercitatus, scriptus ad sororem suam, De laude vir-
ginitatis, Epistolam, pulchro, ac diserto coopertam eloquio; compausitque & aliud Opus,
De interpretatione vestrum Sacerdotialium veteris Testamenti; & in Sardicensi Concilio
plurimas edidisse sententias; hæc enim vetustus Codex D. Isidori, qui extat in Regio D.
Laurentii Cœnobio, refert de Osi: Osius Cordubensis Ecclesiæ, Civitatis Hispaniarum
Episcopus, eloquentia viribus suis exercitatus, scriptus ad sororem suam, De laude vir-
ginitatis, Epistolam, pulchro, ac diserto coopertam eloquio; compausitque & aliud Opus,
De interpretatione vestrum Sacerdotialium veteris Testamenti; & in Sardicensi Concilio
plurimas edidisse sententias; hæc enim vetustus Codex D. Isidori, qui extat in Regio D.
Laurentii Cœnobio, refert de Osi: Osius Cordubensis Ecclesiæ, Civitatis Hispaniarum
Episcopus, eloquentia viribus suis exercitatus, scriptus ad sororem suam, De laude vir-
ginitatis, Epistolam, pulchro, ac diserto coopertam eloquio; compausitque & aliud Opus,
De interpretatione vestrum Sacerdotialium veteris Testamenti; & in Sardicensi Concilio
plurimas edidisse sententias; hæc enim vetustus Codex D. Isidori, qui extat in Regio D.
Laurentii Cœnobio, refert de Osi: Osius Cordubensis Ecclesiæ, Civitatis Hispaniarum
Episcopus, eloquentia viribus suis exercitatus, scriptus ad sororem suam, De laude vir-
ginitatis, Epistolam, pulchro, ac diserto coopertam eloquio; compausitque & aliud Opus,
De interpretatione vestrum Sacerdotialium veteris Testamenti; & in Sardicensi Concilio
plurimas edidisse sententias; hæc enim vetustus Codex D. Isidori, qui extat in Regio D.
Laurentii Cœnobio, refert de Osi: Osius Cordubensis Ecclesiæ, Civitatis Hispaniarum
Episcopus, eloquentia viribus suis exercitatus, scriptus ad sororem suam, De laude vir-
ginitatis, Epistolam, pulchro, ac diserto coopertam eloquio; compausitque & aliud Opus,
De interpretatione vestrum Sacerdotialium veteris Testamenti; & in Sardicensi Concilio
plurimas edidisse sententias; hæc enim vetustus Codex D. Isidori, qui extat in Regio D.
Laurentii Cœnobio, refert de Osi: Osius Cordubensis Ecclesiæ, Civitatis Hispaniarum
Episcopus, eloquentia viribus suis exercitatus, scriptus ad sororem suam, De laude vir-
ginitatis, Epistolam, pulchro, ac diserto coopertam eloquio; compausitque & aliud Opus,
De interpretatione vestrum Sacerdotialium veteris Testamenti; & in Sardicensi Concilio
plurimas edidisse sententias; hæc enim vetustus Codex D. Isidori, qui extat in Regio D.
Laurentii Cœnobio, refert de Osi: Osius Cordubensis Ecclesiæ, Civitatis Hispaniarum
Episcopus, eloquentia viribus suis exercitatus, scriptus ad sororem suam, De laude vir-
ginitatis, Epistolam, pulchro, ac diserto coopertam eloquio; compausitque & aliud Opus,
De interpretatione vestrum Sacerdotialium veteris Testamenti; & in Sardicensi Concilio
plurimas edidisse sententias; hæc enim vetustus Codex D. Isidori, qui extat in Regio D.
Laurentii Cœnobio, refert de Osi: Osius Cordubensis Ecclesiæ, Civitatis Hispaniarum
Episcopus, eloquentia viribus suis exercitatus, scriptus ad sororem suam, De laude vir-
ginitatis, Epistolam, pulchro, ac diserto coopertam eloquio; compausitque & aliud Opus,
De interpretatione vestrum Sacerdotialium veteris Testamenti; & in Sardicensi Concilio
plurimas edidisse sententias; hæc enim vetustus Codex D. Isidori, qui extat in Regio D.
Laurentii Cœnobio, refert de Osi: Osius Cordubensis Ecclesiæ, Civitatis Hispaniarum
Episcopus, eloquentia viribus suis exercitatus, scriptus ad sororem suam, De laude vir-
ginitatis, Epistolam, pulchro, ac diserto coopertam eloquio; compausitque & aliud Opus,
De interpretatione vestrum Sacerdotialium veteris Testamenti; & in Sardicensi Concilio
plurimas edidisse sententias; hæc enim vetustus Codex D. Isidori, qui extat in Regio D.
Laurentii Cœnobio, refert de Osi: Osius Cordubensis Ecclesiæ, Civitatis Hispaniarum
Episcopus, eloquentia viribus suis exercitatus, scriptus ad sororem suam, De laude vir-
ginitatis, Epistolam, pulchro, ac diserto coopertam eloquio; compausitque & aliud Opus,
De interpretatione vestrum Sacerdotialium veteris Testamenti; & in Sardicensi Concilio
plurimas edidisse sententias; hæc enim vetustus Codex D. Isidori, qui extat in Regio D.
Laurentii Cœnobio, refert de Osi: Osius Cordubensis Ecclesiæ, Civitatis Hispaniarum
Episcopus, eloquentia viribus suis exercitatus, scriptus ad sororem suam, De laude vir-
ginitatis, Epistolam, pulchro, ac diserto coopertam eloquio; compausitque & aliud Opus,
De interpretatione vestrum Sacerdotialium veteris Testamenti; & in Sardicensi Concilio
plurimas edidisse sententias; hæc enim vetustus Codex D. Isidori, qui extat in Regio D.
Laurentii Cœnobio, refert de Osi: Osius Cordubensis Ecclesiæ, Civitatis Hispaniarum
Episcopus, eloquentia viribus suis exercitatus, scriptus ad sororem suam, De laude vir-
ginitatis, Epistolam, pulchro, ac diserto coopertam eloquio; compausitque & aliud Opus,
De interpretatione vestrum Sacerdotialium veteris Testamenti; & in Sardicensi Concilio
plurimas edidisse sententias; hæc enim vetustus Codex D. Isidori, qui extat in Regio D.
Laurentii Cœnobio, refert de Osi:**

res falsas, aut incertas minori periculo procedere volunt. Si ille enim, a quo narrationem Isidorus accepit, ejus fidei, & auctoritatis fuisset, ut proprio nomine a tanto Viro potuisset nuncupari; quorum ea taciturnitas nominis, & silentium? cum ad confirmandam antiquam veritatis memoriam, exprimi necessario, explicarique debuisset. Nec his conjecturis ad ferendam in eum Auctorem damnationis sententiam est opus, cum certo sciamus, cum quem tacite citat Isidorus, Marcellinum fuisse, schismaticum quendam Italiam Presbyterum, & Luciferiani erroris sectatorem, qui una cum Faustino ejusdem impietatis satellite Opusculum edidit, gesta continens Episcoporum, qui ad destructionem *Homoysi* Ariminum convernent, in quo haec eadem de Osio, quæ Isidorus, & iisdem verbis, nullo adjecto, vel detraicto, continentur. Sed esto, sit Marcellinus schismaticus, diceret aliquis, sit Marcellinus haereticus, sit apostata, & infidelis deterior, Historiam suorum fere temporum narranti (vixit enim Imperio Theodosii, & Arcadii, quibus Opusculum illud dicebat) nonne fides adhibenda est, ut Gelasius Papa a docet? *Nunquid nam*, inquit, *in ipsorum haereticorum Libris non multa, quæ ad veritatem pertineant, leguntur? nunquid nam veritas refutanda est, quia illorum Libri (ubi pravitas ineft) refutantur? aut ideo pravi Libri suscipiens sunt eorum, quia veritas, quæ in illis inserta est, non negatur?* Ait Apostolus b: *Omnia probate, quod bonum est, tenete. Scimus, Apostolum etiam de Paganorum Libris aliqua posuisse: nunquid ideo etiam cuncta recipienda sunt, quæ cum his pariter sunt prolatæ?* Adhibendam igitur fidem haereticorum vera narranti cum concessero, vera esse, quæ Marcellinus narravit, & aequius, & certius negabo, gravissimo inter alia D. Athanasii & adductus testimonio, qui Osiū tradidit, pari qua vixit in Concilio Niceno, & Sardicensi, constantia, & religione obiisse, omniaque ad præclaram Fidei confessionem, & detestationem Arianorum, præstis, quæ Virum bonum, quæ Hispanum nobilem, quæ Christianum Catholicum, quæ fortem athletam, quæ præstantem Episcopum, quæ heroem summum ad consequendam summam æternitatis gloriam oportuit præstis. Hæc enim de Osio scribit ad solitariam vitam agentes S. Athanasius: *Tantam vim intulit sensi, Constantius nimis Osio* (quem Sirmii pro exilio detinebat, & ita eum arce tenuit, ut afflitus, attritus que malis, tandem aegre cum Ursatio, & Valente communicaret; sed tamen ut contra Athanasium non subscriberet. Verum ne ita quidem eam rem pro levi habuit; moriturus enim, quasi in testamento suo eorum vim protestatus est, & Arianam heresim condonavit, vetuitque eam, a quocumque probari, ac recipi. Athanasius subscriptus Divus Augustinus d, nam centum fere post Osio obitum annos, eum nuncupat Episcopum Catholicum, & ab objecta quadam Parmenianis, & Donatistarum calumnia vindicat: Quod enim (ait) de Osio dicunt Cordubensis quodam Catholicus Episcopo, flagitandum est, ut probent, non solum talum illum fuisse, qualem dicunt: sed quod talis fuerit, manifestum illis, fuisse, quibus eum communicare afferunt; hoc enim nisi probauerint, fratra dicant se scire, qualis fuerit; quia nescientibus obesse non potuit, a quibus se isti innocentibus separando, propter ipsam separationis sacrilegam iniquitatem innocentes esse non possunt: hoc enim magis credibile est; si tamen Osio ab Hispanis damnatus, & Gallis est absolitus, sic fieri potuisse, ut falsis criminationibus Hispani circumventi, & callida insidiarum fraude decepti, contra innocentem ferrent sententiam, & postea pacifice in humilitate Christiana cederent sententia collegarum, quibus illius innocentia comprobata est: ne pervicaci. & animosa perversitate priores suas sententias defendendo, in sacrilegium schismatis, quod omnia sceleris superreditur, cæcitate impietatis irruerent. Si tam misera (ut illi objicitur) Osio morte periret, nec ab Augustino tam honorifica sua innocentia defensione protegeretur, nec Athanasius tam acerrimus fuisse ejus vita, & mortis propugnator, patronus, & testis. Quibus etiam accedit Hilarius, dum loquens de Osio ait: *Sed de eo nihil queror, qui in circulo est reservatus, ne judicio humano ignoraretur qualis, antea vivisset. Si Osio est reservatus (post lapsum intelligo) ut non ignoraretur, qualis antea ejus vita cursus fuisse; & hunc plenum laboribus pro Fide, & Religione suscepit, innocentia, & probitate alleverant omnes, est certe consentaneum satis, quod scribit Hilarius, Osio post lapsum Sirmensem divina fuisse reservatum providentia, ut peracta denuo ejus erroris poenitentia, par ellent exitus Christiana felicitate, sanctiori vita, quam diu peregerat. Quod si Osio nomen (Grace sanctum sonat) illi inditum est ob virtutem, & vitæ sanctitatem, qua semper excelluit, ut Auctores sunt Theodorus Balsamon e, & Divus Athanasius f: cur post infelicem exitum, & vitæ contemptam, abjectamque sanctitatem, illi præclarum sanctitatis nomen eruptum non est? Si a Fide vivens moriensque aberravit, cur inter Episcopos optime de Fide merentes illum refert idem Athanasius g? vel eum plane in Catholicæ Fidei unitate vixisse fatendum est; vel tot Viros sanctissimos non levi culpa notandos; quod eum & vivum, & mortuum tam illustri semper laude decolorant. Urgent & alia plura ad expugnandum Marcellini Presbyteri narrationem, quod Cordubæ obiisse Osio dicat, cum affirmaret prius a lapsu statim Sirmii crudeli exitu interisse. Qui enim fieri potest, post lapsum statim Sirmensem Osio interisse, si regrediendi in Hispaniam, si incolendi Cordubam, si differendi cum Gregorio, si reum agendi, si condemnandi ad extremum illum, & locum, & tempus, & facultatem concedat? Vel me certe conjectura fallit vehementer, vel Osio Cordubæ nec obiit, nec in Hispania, sed Sirmii, paullo post lapsum; ut ex his, in quibus edita, & exemplaria miss. consentiunt, colligitur; sed apertius multo ex Divo Athanasi h, Osio narrante Sirmensem errorem statim retractasse, & velut postremis, tabulis Apostolicam & sanctam Catholicæ Fidei professionem obsignasse morientem, & omnibus generaliter consuluisse, ut ab Arianorum impietate, velut a contagiosa peste diffugerent. Illud quoque Marcellini detegit commentum, quod insimulet, Osio persuasisse Clementio Constanti*

a Gelasius Pa. pa. I. in tom. De vinculo a-nathematis.

b Theff. 5. Art. 17.

c D. Athan. in Ep. ad solitariam vitam agentes.

d D. Aug. lib. contr. Ep. Par-menian. C. 4. S. Doctor vix clausis ab Osio obitu IX. an-nis, hec scripsi, licet centrum numeret Mendoza.

e Theodorus Balsamon. ad Conc. Sard. Can. I. f. D. Athan. in Ep. ad solitariam vitam agentes.

g. D. Athanasi orati. I. contra Arianos.

h. D. H. epist. ad solitariam vitam agentes.

i. D. H. epist. ad solitariam vitam agentes.

stantii Præfecto Vicario, ut Gregorium Episcopum Illyrianum mitteret in exilium, quod ejusdem Osio communionem recusalat. Cur enim credamus, eum qui in Concilio Sardicensi Episcoporum causas ad altos Episcopos primum, vel ad tuam Sedem, grata, & religiosa Divi Petri Apostoli memoria (ut ipse Osio ait) deferendas, non ut monitor, sed ut auctor suasit, & sanxit, tam brevi temporis spatio, nullis minis, tormentis coactum, ad Vicarium Præfectum detulisse? aut cur Præfecto magis voluisse Olium deferre, quam Constantio Imperatori, cuius erat ille Vicarius, existimandum est? cum paullo ante, tempore, quo Constantius Imperator vim Episcopis adhibere coepit, & exiliis tædio ad suam contendit sententiam pertrahere, sic Olium Imperatori doce, pie, & constanter scripsisse affirmet Athanasius b: *Ne te misereas Ecclesiasticis, neque nobis in hoc genere præcipe, sed potius ea a nobis disce. Tibi Deus Imperium commisit nobis quæ sunt Ecclesia concredidit: & quemadmodum qui tuum Imperium maligis oculis carpit, contradicit ordinacioni divina: ita & ut cave, ne quæ sunt Ecclesia, ad te trahens, magno criminis obnoxius sis. Aut eum majora, & sanctiora clementia ligna, & benignitas, Præfectum Vicarium Gregorio Episcopo præstissem, putemas, quam Olium Episcopum? cum a Divo Augustino & sit traditum, adeo eximia Osium fuisse pietatis, ut in improbissimos quoque leniorem ferri sententiam, a Constantino sepe postularit? aut quoniam pacto, si causa era de Fide, & communione inter Gregorium, & Osium, potuit jure Oius & auctoris, & rei, & judicis sustinere personam? Et si Gregorius adeo sibi faventem sentiebat Clementium, ut nisi depositum ab Episcopis non auderet Episcopum exilio mulctare, & depositionis penam tam iniquo cerebat animo; cur Dei solius admirabilem providentiam requirivit, non vero aliorum Episcoporum, vel Sedis tuae Apostolicae judicium? ut vel interposita hac justissime dilationis mora, tam juti judicii calumniam, & calamitatem sine novi miraculi expectatione depelleret? Quod si tam mirabilis tandem, & miserabilis Osio contigit interitus in Gregorii damnatione; cur rem tantam in vita Gregorii omisit Divus Hieronymus d? & de Osio siluere reliqui nisi loro veteriores?*

Quod autem crudeli exitu illum vitam finie, prodit Sirmii, ad graves profecto senectutis morbos, ad varios, & maximos corporis cruciatus, quo ab Arianis constantiniane palus est, & quorum cicatricibus, & reliquiis purgavit, eluit, & lavit Oius præteriti lapsus fortes, & ad breve temporis spatium, intra quod postea, eodem nomine anno, Sirmii vita functus est, censeo referendum; non autem ad repentinum illud, ut peribent corporis periculum, vel interitum, futuræ calamitatis æternæ grave prædictum, quod in Hispania Olio accidisse ex condemnatione Gregorii narrat apud Marcellino Theodiscu; & hæc tum divinæ sapientie, & bonitatis laudem magis commendat; tum ad Athanasi, Hilarii, & Augutini sententiam Osium ab haereticorum calunnia vindicantium magis accedit: quibus & ego lubentissime acquiesco, quod in re tam gravi fas non sit aliis Auctoriis fidem haberi, quam his, quorum est gravi, & sancta apud Viros graves, & sanctos auctoris. O quanto præclarus in multis hodie, & semper ageretur cum Ecclesia, si quod Solon olim in Italiensi, & capellenda Republica apprime conducere arbitrabatur, hoc ipsum Catholicæ Ecclesiæ Episcopi in vindicandis aliorum Episcoporum injuriis exquerentur. Interrogatus enim, quanam ratione nullum in sua Republica scelus perpetraretur, sapienter respondit: *Si tam indignarentur illi, quibus facta non est, quam quibus facta est injuria. Quod in pia hac Olii causa, non solum tibi Pontifici Sanctissimo, & Sanctorum amantissimo, sed & omnibus, qui aliquem pietatis & religionis gustum habent, probatum iri summa Dei benignitate confido; ut habeat posthac Hispania civem, Valerius comitem, Ecclesia Episcopum, Roma Legatum, Concilia Praesidem, & Religio nostra Confessorem sanctum ab imposta calunnia vindicatum, & falli criminis nota liberum.*

Illud ad extreum observatione hic censeo dignum, quod ad caussam hujus Concilii attinet, nihil interesse, an beata Osius, an misera morte interierit; cum septuaginta ante annos, & eo amplius, spectata virtute, singulari innocentia, recta, & præstanti Fide, huic & aliis Concilii interfuerit. Quod si rectam vitæ cursum extremo spiritu decoris, nihil causa posterior, etiam deterrima, Catholicæ nocebit priori: alioquin vero, si ex misera hac (qua Osio impingitur) impia mortis atrocitate, pars aliqua, vel suspicio ejusdem infelicitatis Concilio huic tot annis antea peracto injicenda est, eandem & in Nicenum, Sardicense, Arlatense, Alexandrinum, Grangonense, & alia, quibus interfuit, vel præfuit, conferri oportebit; quod in nullius sani mentem cadere potest.

C O M M E N T A R I I N O V I .

I Nter alios hoc nomine celebres diversarum Ecclesiæ Episcopos, huic Synodo interfuit Osio Episcopus Cordubensis, q. i. Dioc'eliani persecutione urgente, vexillum confessionis aduersus impietatem erexit. Quamobrem a Patribus Magnus Osio Confessor est appellatus. Coram Praeside se Fidem Christi confessum esse, ipsem in literis, quas ad Constantium Imperatorem scriptis, teletatur his verbis: *Ego confessus munus extuli, primum cum persecutio moveretur ab avo tuo Maximiano &c. recitatur a S. Athanasio in*

a Ofus in Co-cil. Sard. Can. III.

b Ofi Epif. hanc ad Con-stantium Imp. referit Divus Athan. in Ep. ad solitariam vitam agentes. c D. Augu-st. contra Epistol. Parmen. C. 7.

d Lib. De Scri. Eccl. in Visio Greg. Belici.

ipius S. Athanasi testimonio statim resipuit. Quod igitur hic Garsias Loaisa ex Nicephoro & Isidoro notat, eum sine infelicien fuisse, commentitum esse, pulchre tradit Cardinalis Baronius anno Christi CCCLVII. num. 30. & seqq. BINIUS.

Olius, seu Hosius natione Hispanus, patria Cordubensis, re, & nomine Sanctus, ut ait Photius in Excerpt. in actibus Alexandri, ibi: *Quibus auditis, Constantinus mictie Alexandria Hosium nomine & re Sanctum, quem Hispania Civitas Corduba Episcopum habebat. Quanta pax fuerit pro Fidei confessione, refert Athanasius in Apolog. de fuga sua: Num de magno & gravissimo atatis Viro, eodemque Confessore Hosio, qui vere Hosius est, idest Sanctus, superfluum arbitror mentionem facere, cum nullus fortasse sit, qui cognitum non habeat, eum ab ipsis quoque in exilium missum esse: non enim quidquam latere potest in Viro illo tanta claritudinis. In qua enim Synodus ille non dux, & antesignanus fuit quem non ille recta tuendo in sententiam suam pertraxit? Theodoret. Lib. 2. hist. Cap. 15. Nam de magno & venerabili sive Confessore, vere Hosio, quid ego dicam? neminem enim hujus exilii ignaram esse arbitrari, cum non obscuras, sed potius celeberrimus fuerit. PP. Concilii Nicæni Lib. 2. De eo quod oportet tres Personas intelligere, sancta, & magna, & generalis Synodus in Nicæa congregatorum sanctorum Patrum nostrorum, qui beatum & sanctum Episcopum Hosium Corduba Civitatis Hispaniae provinciae locum tenentem Romanus Episcopi &c. Praefuit Concilio Nicæno, & postea Sardicensi S. Athanasius in Epistola ad Solitarios: *Sancta Synodus Sardicensis, cuius princeps, & patronus erat magnus Hosius.* Illi direxit Constantinus celebrem illam Constitutionem, quæ extat in L. unica C. Theod. *De his qui in Ecclesi. manumis. relata in L. 2. C. Justin. eod. Tit.* Sed postea Constantius magni Constantini filius, heres Arianæ propagator, exulare iussit omnes Episcopos, qui in condemnationem Athanasi non subscribebant. Unde Liberius tunc R. P. scriptis quibusdam Episcopis, & Hosio nostro in hac verba: *Quia in nullo conscientiam tuam debeo praterire, multi ex Italia Episcopi, qui mecum religiosissimum Imperatorem Constantium fuerant deprecati, fuberet, scit ipsi placuerat, dandum Concilium Aquilejense celebrari, Vincentium Capuensem cum Marcello aquæ ex Campania Episcopo legationem suam suscepisse. Sanctitati tuae insinno.* &c. refert Baronius Tom. 3. Annal. anno CCCLVII. Sed ingruere ipsa persecutione, Imperator accerit Hosium, illumque per integrum annum Sirmii definit; ac tandem in Concilio Sirmensi vi compulsus, & verberibus, licet senex, graviter cæsus, consensit perfidiæ hereticorum, ut telantur Athanasius, Socrates, Sozomenus, & Nicephorus relati a Mendoza in presenti: sed non statim repente ore retorto divinam ultiō expertus fuit, ut impostores fabula volunt; sed postea anno CCC. LX. sancte pieque decepit, abiurata & anathematizata heresi Ariana, ut referunt D. Athanasius in dicta Epistola his verbis: *Moritur, quasi in testamento suo eorum vim**

(scilicet Arimini) sibi a ministris Imperatoris factam protestatus est, & Arianam herem condemnavit, anathematizavit, vetuitque eam a quoquam probari, ac recipi. Flavius Dexter in Chron. anno CCCX. illic: *Hosius centenario major longe, sancte, pie que decedit; in su que testamento profitetur Fidem Concilii Nicæni, docetque, nunquam proposuit faisse, vel latenter, quid aijunt, auctoritate ab eo discedere, nec minus, nec pillicitationibus.* Et S. Hosii Festum celebrat Ecclesia Syria die 5. Novembris, in eius Kalendario ita legitur: *Hodie Hosii Festum solemne; teleturque Archiepiscopus Damascenus relatus a Bivario ad Flav. Dextr. d. anno CCCX. num. 2. plures esse in Oriente Ecclesias huic Sancto dicatas. Alia plura pro vindicando magno Hosio a calumnia Marcellini consefserunt Baronius anno CCCLVI. Morinus Lib. 1. Exercitatione, Cap. 20. Coquœus in Morneum fol. 163. Ambrofius de Morales Tom. 1. Histor. Hisp. an. Alderete in antiquitatibus Hispaniæ Cap. 2. Rainaud. De calumnia, sect. 2 serie 3. Cap. 26. Valdes, De dignitat. Reg. Hisp. Cap. 7. num. 20. GONZALEZ.*

Vix ad hanc posse videtur quidquam in defensione Osi, præter ea quæ eruditissimi Mendoza protulit, ac nervo & experientia & postea annotarunt Clar. Viri Binius ac Gonzalez. Si quid autem forte ab his prætermissum est circa ejusdem doctrinam, legationes, ac res gestas, dabimus nos suo loco, ac nonnihil statim. Hoc loci obiter observare vifum, Theodosianum illum, cui tribui solet falsatio, aut corruptio scriptorum S. Isidori, præsertim initio Libri *De Scriptoribus Ecclesiasticis*, ubi denigratur fama Osi, non fuisse in rerum natura; multo autem minus locum habere potuisse inter Præfatos Hispalenses. Id jam abunde, ut credo, Tomo 1. dictum fuit Dicitur. IV. Excurſu vii. satis prolixo: præsertim ex pluribus parachronismis, & contradictionibus narrationum de Theodosio extantium inter scripta S. Ildephonſi, & memoriarum ab Archiepiscopo D. Roderico, ac Luca Tudensi. Itaque fabula illa de miserabili, & horrenda morte Osi apud Cordubam, videtur solum inventa a Marcellino schismatico, & quo in librum S. Isidori citatum irrepit. Interca Osiū credamus felici obita clavis vita sanctissima periodum, & lacrymis, ac dolore multo animi, & corporis eliuile maculam illam, non spoete, nec diu, sed ad morulam tantum contractam. Certe illa nihil oblitit Athanasio, & Augustino, ut eum impense laudarent, nec Photio, ut diceret Epist. 1. quæ est ad Michaelen Bulgariae Principem: *οὐ καὶ ὁ Κορδοβῆς Επίσκοπος συνετέλεστο ὃς κατὰ τὸς Ἑλληνικὸς διωγμὸς τὴν κλήσιν ἐπαλιθεύσας θάψεν οὐσίον γερόντου μεταφέρειν, αἰσθάνοντας τὴν ομολογίαν τὸς ἀδωκίης λατρεῖας διεπήρων.* Idei: *Cum quibus (nimis Vito & Vincentio Legatis Sancti Silvestri Papæ ad Synodum Nicænam, & Cordubæ Episcopus) scibatur: qui per Paganorum persecutiones nouen sibi veraci ter impositum declaraverat: HOSIUS enim (idest sanctus) nonnatus, purum, & sanctam professionem a cultu idololatrico conservarat. Plura a thuc habet de illo idem Photius in Excerptis alibi exhibenda, sicut & Anonymu*

nymus Græcus in Actis Nicæna Synodi editis a Combeffisio post Historiam Monothelitarum col. 577. & seqq. CARDINALIS DE AGUIRRE.

JOSEPHI CATALANI ADDITIO.

Quicquid sit de Osi lapsu, ejusque poenitentia, de qua jam nos alibi diximus, & quidem non modo Tom. I. Conciliorum Generali, quæ Prologomenis, & Commentariis

illustravimus, verum etiam in superioribus Additionibus ad hoc Opus; unum illud repertere hoc loco operæ pretium ducimus, nempe falsum esse quod dicitur de Cultu, & Feste Osi, atque Ecclesiæ in ejus honorem in Oriente erectis. Ita plane me aliquando docuit præclarissimus, & religiosissimus P. Benedetti in clyte Societas Jesu alumnus in rebus Orientalibus apprime versatus, & de Republica Literaria optime meritus.

XII. Camerinus Episcopus Tuccitanus.

IN aliis Codicibus ms. Camerinus iv. loco subscriptis, non duodecimo. Tucci, & Tucci, meminit Plinius. Primam in Africa constitutæ; alteram vero, quam coloniam nuncupat, Bætica provincia adscriptis, addens cognominatam Augustam-Gemellam, & ad conventum pertinere Alligatum. In divisione Vvambæ, ut Altigitanus, sic & Tuccitanus Episcopus Archiepiscopo Hispalensi subjicitur. Terminos Tucci posuit ille: *Tucci (inquit) teneat de Mala-Saya, usque Balagar, de Igerar, de Igera usque Castonam.* Quænam olim fuerit, ignorari nunc ait Vasæus; sed obtinuit inter Eruditos, eam esse, quæ Martos hodie vocatur: suis confinem Agabrensi intelligitur, quod divisio Vvambæ terminos Agabrensis, usque ad Malam-Sayam extenderit, a qua initium habent Tuccitani. Nullum Hispano idiomate nomen speciale hujus Tuccitani Episcopatus expressit Rex Alfonsus X. in Historia generali Hispaniæ. Cum enim divisionem Constantini Imperatoris refert, *Tuffa* (inquit) *tierra de Tanie, la de Aquermar, que tiene faja Cadiz, que ha agora nombre Algezira, & otra de allende.* Cum autem de divisione Vvambæ loqueretur, & de subjectis Archiepiscopo Hispalensi, postremo loco ait: *El Obispado de Tuad tenga desde Mala-Saya, hasta Balagis, & de Aguera hasta Cazlona, & desde bi hasta Certama.* Leo a Gemella Presbyter interfuit huic Concilio, ut comes Camerini. Hodie Tucci Episcopo vacat.

COMMENTARII NOVI.

DE Tucci veterem inscriptionem, quæ adhuc in lapide legitur apud Castulonem, refert Grutheras fol. 325. num. 2. in hunc modum:

FLAMINICÆ
COLONIAE AVG. GEMELLÆ
TVCCITANÆ. FLAMINICÆ.
SIVE SACERDOTI. MVNICIPIT.
CASTULONENSIS.

GONZALEZ.

XIII. Secundinus Episcopus Catralensis.

XIII. Secundinus Episcopus Castulonensis.

TN Codice Hispalensi Regio Secundinus vi. loco, non xxi. subscriptis. Quod ad Urbem attinet, Plinius, & Pomponius nullam hujus nominis referunt: solus Ptolemaeus Catralencos constituit in Lusitania Bætica, non procul ab Arcobrica, & ab ea, quæ Turres-Albæ dicitur. Tenue Oppidum fuisse videri potest, quod illud omiserint reliqui Geographi. In veteris exemplaribus ms. non *Catralencensem*, sed *Castulonensem* lego: in Hispalensi Regio *Castulonensis*, sed *Castulonensis* relittiendum est: nam in scriptis Presbyterorum reperio *Turrium a Castulone*, quem Secundini comitem fuisse intelligo. Castulonenses ad Coloniam Salariensem spectare dixit Plinius ^a, appellatoisque tunc *Cæsari Venales*. Castulonem autem ^b Lib. 3. c. 3. fuisse non procul ab Illiturgi Bætica, ex Livio ^b apparat, narrante, Scipionem ab Illiturgi expugnata, statim Catulonem petiisse, & Cerdubello præditionis auctore, proditione cœpisse. Fuit Castulo antiquissima Hispania Urbs, a Phoenicibus Græcis Boootiæ, non Ionis, primum condita, a quibus ob fontem Castalium, eximis apud eos celebratissimis in Monte Paraillo, Castulonis nomen inditum Silius Italicus auctor est. Fuit situ, ædificiorum magnitudine, argenti fodinis, civium frequentia illustris, quæ ratione eam ad promulgationem Evangelii majores nostri elegerunt, & in ea Episcopi Cathedram collocarunt. Ab Arabibus postea eversa est, in generali Hispania expugnatione: vestigia quædam adhuc extant in ea, quæ nunc *Cazlona la vieja* dicitur, ab Oppido de *Livares* in Bætica tribus milliaribus distans: novem vero ab urbe *Baeza*: ideoque illam cum Castulone eandem esse putarim.

Adducor præterea Secundinum hunc Episcopum fuisse Castulonensem, quod Annianus postea Episcopus Catulonensis Secundini successor Concilio Sardicensi subscripterit. Paruisse olim Castulonensem Episcopum Toletano, ab eodem Rasi Arabe, & Vvamba Rege memoria proditum est.

COMMENTARII NOVI

IN Hispania duplex reperitur Civitas Episcopalis Castulonensis: alia in provincia Tarraconensi ad radices Pyrenæi sita, *To. II.*

quæ hodie dicitur *Castel de Empuris*, ejusque duplex inscriptio reperitur in Conobio Fratrum Ordinis Sancti Francisci ejusdem Oppi-
di,

di, quod dicitur *Castel de Empuris*; prima Alia sepulchri formam servans ita legitur: Arce signum ferens ita visitur.

GEN.:::	D. M. S.
CASTVLI. :::::::	L. TVSCVS CAST::::
PROSALV :::::::	GN. F. OPT.
P. C. LÆLI :::	AN. XXX. H. S:::::
L. F. CEM :::::	IVLIA FELIS.
V. L. S.	SOROR. F. C. S. T. T.

Alia Castulonensis Civitas hodie dicta Cadzlonia in confinio Bæticæ. GONZALEZ.

XIV. Flavius Episcopus Eliberinus. XIV. Flavius Episcopus Illiberritanus. vulgata. emendata.

Vestigi Codices mss. alii *Flavianum*, alii *Flavinum*, sed malo *Flavium* legi. *Eliberinus*, alii *Eliberitanus*; utrumque Gothice magis, quam Latine: eorum enim idiomaticæ, & literis hujus Concilii Decreta exscripta sunt. Paræ forma Spalensis pro Hispalensis, Elborensis pro Eborensis, Emeretensis pro Emeritensis, ejusdem gentis more. Non desunt tamen alii antiquiores, in quibus *Illiberinus*, & *Illiberritanus* Episcopus dicitur. In Lucensi, & Hispalensi iv. loco subscriptis, non xiv. Urbs est Illiberris a tempore ipso Apostolorum Catholicæ Religionis doctrina, & Episcopatus dignitate a D. Petro, sive ejus Discipulo Sancto Cæcilio primo Urbis Episcopo nobilitata. Ut hinc etiam observes, quam altæ Fidei radices actæ, quamque antiqua, & firmissima Religionis fundamenta in Ecclesiæ hac Divinitus jacta sint. Nec est probable, Flavium Episcopum supernum Civitatis honorem, Cæciliæ munus, & dignitatem feliciter, omniu[m] m[od]o consensu obtinuisse; Divinam autem Fidem, Catholicam Religionem, Romanam, & Apostolicam doctrinam, tam recenti, & illustri Cæciliæ exemplo, pietate, & sanctitate confirmatam, a Civitate, a Provincia, & Regno impie, & infeliciter substulisse. Si memoriam præsertim repetamus priscum Ecclesiæ morem, quo receptum fuit, ut quoties de Dogmatibus Ecclesiæ, vel de Librorum auctoritate, vel de quolibet Ritu, aut Traditione, controversia oritur; ad judicium eorum Ecclesiæ, quas viva voce, vel Epistolis, vel missis Discipulis Apostoli, sed Patrus præsertim instituerit, & Romanam imprimis cæterarum matricem, & caput, tanquam ad verissimum Spiritus Sancti Oraculum, a quo Apostoli, & ab Apostolis illæ perceperant, configureretur; & gravissimo earum testimonio, & auctoritate impie, ac nefaria vocum novitates in ipso ortu opprimerentur. Divus Irenæus a adversus Gnosticos: Traditionem itaque, ait, *Apostolorum in toto mundo manifestatam, in omni Ecclesia adeo perspicere omnibus, qui vera vellent audire, & habemus annumerare eos, qui ab Apostolis instituti sunt Episcopi in Ecclesiæ, & Successores eorum usque ad nos, qui nibil tale docuerunt, neque cognoverunt, quale ab eis deliratur. Etenim si recondita mysteria scissent Apostoli, quæ seorsum, & latenter ab reliquis perfetto docebant, his vel maxime traderent ea, quibus etiam ipsas Ecclesiæ committabant. Valde enim perfectus, & irreprehensibilis in omnibus eos volebant esse, quos & Successores relinquebant, suum ipso forum locum magisterii tradentes, quibus emendate agentibus, fieret magna utilitas, lapsi autem summa calamitas.* Et mox b: *Quid enim, & quibus de aliqua modica quæstione disceptatio esset, nonne oportere in antiquissimas recurrere Ecclesiæ, in quibus Apostoli conservati sunt, & ab eis de praesenti quæstione sumere quod certum, & re liquidum est? Quid autem si neque Apostoli quidem Scripturas reliquissent nobis, nonne oportebat ordinem sequi Traditionis, quam tradiderunt his, quibus comittebant Ecclesiæ?* Et ad Florinum scribens: *Ista Dogmata, ait, Florine, ut tecum agam humanus, sanæ doctrina, & sententia non sunt. Ista Dogmata sunt Ecclesiæ repugnania, ut potest quæ eos, qui illis obsequuntur, in maximam impietatem reijciant. Ista Dogmata Presbyteri, qui ante nos fuerunt, qui erant ipsorum Apostolorum Discipuli, minime tibi tradiderunt.* Tertullianus c: *Quamdiu interris agebat, loquitur de Christo, ipse pronunciabat, sive populo palam, sive dissentibus seorsum. Ex quibus duodecim præcipios lateri suo adligerat destinatos nationibus Magistros, Itaque uno eorum decus, reliquos undecim regrediens ad Patrem post resurrectionem iusfit ire, & docere nationes, tingendas in Patrem, & in Filium, & in Spiritum Sanctum d.*

Statim igitur Apostoli (quos hæc appellatio Miles interpretatur) assumptu per sortem duodecimo Matthia in locum Iudæ, ex auctoritate prophetæ, qua est in Psalmo David e, consequuti promissam vim Spiritus Sancti, ad virtutes, & eloquium, primo per Iudæam contestata Fide in Jesum Christum, & Ecclesiæ institutis, debinc in Orbem profecti, eandem doctrinam ejusdem Fidei nationibus promulgaverunt; & proinde Ecclesiæ apud unanquamque Civitatem condiderunt; a quibus traditæ Fidei, & semina doctrinae, cæteræ exinde Ecclesiæ mutuata sunt. Ac per hoc & ipsæ Apostolicæ deputantur ut soboles Apostolicarum Ecclesiæ. Omne genus ad originem suam censeatur necesse est. Et post alia t: Ita ex ipso ordine, ait, manifestatur, esse Dominicum, & verum, quod sit prius traditum: id autem extraneum, & falsum, quod sit posteriorius immixtum. Ea sententia manebit adversus posteriores quasque hæreses, quibus nulla constantia de conscientia competit ad defendendam sibi veritatem. Cæterum si que audent interferere se atati Apostolicæ, ut ideo videantur ab Apostolis tradita, quia sub Apostolis fuerunt; possimus dicere: Edant ergo origines Ecclesiæ suarum: evoluant ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio recurrentem, ut primus ille Episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis Viris,

qui cum Apostolis perseveraverit, habuerit auctorem, & antecessorem. Hoc enim modo Ecclæsia Apostolicæ census fuos deferunt: sicut Smyrnæorum Ecclesiæ habens Polycarpum a Joanne conlocatum refert: sicut Romanorum Clementem a Petro ordinatum edit; perinde utique & cæteræ exhibent, quos ab Apostolis in Episcopatum constitutos Ap. stolici seminis traduces habeant. Configant tale aliquid hæretici. Quid enim illis post blasphemiam inlicitum est? Sed etiæ confinxerint, nibil promovebunt. Ipsa enim doctrina eorum cum Apostolica comparata, ex diversitate, & contrarietate sua pronunciabit, neque Ap. stoli alicuius auctoris esse, neque Apostolicæ; quia sicut Apostoli non diversa inter se docuerunt, ita & Apostolicæ non contraria Apostolis edidissent, nisi illi qui ab Apostolis desciverunt, & alter prædicaverunt. Ad hanc itaque formam provocabuntur ab illis Ecclesiæ, quæ licet nullum ex Apostolis, vel Apostolicis Autorem suum proferant, ut multo posteriores, quæ denique quotidie instituuntur: tamen in eadem Fide conspirantes, non minus Apostolicæ deputantur pro consanguinitate doctrinæ. Id ipsum docuit, & confirmavit aduersus Marcionem a. In summa, inquit, si constat, id verius, quod prius, quod est ab initio; ab initio, quod ab Apostolis; pariter utique constabit, id est ab Apostolis traditum, quod apud Ecclesiæ Apostolorum fuerit sacrosanctum. Videamus quod lac a Paulo Corinthis hauferint; ad quam regulam Galatæ sint recorrecti: quid legant Philippenses, Thessalonenses, Epbesi: quid etiam Romani de proximo sonent, quibus Evangelium, & Petrus, & Paulus sanguine quoque suo signatum reliquerunt. Habemus & Ioannis alumnas Ecclesiæ. Nam etiæ Apocalypsin ejus Marcion respuit, ordo tamen Episcoporum ad originem recensitus, in Ioannem stabit auctorem. Sic & cæterarum generositas recognoscitur. Dico itaque apud illas, nec s[ed] jam Apostolicas, sed apud universas, quæ illis de societate Sacramenti confrèderantur, id Evangelium Luca ab initio editionis sua stare, quod cum maxime tuemur. Quinimum si de Librorum Divinorum auctoritate esset controversia, hoc est, si de Libro hoc vel illo, an facer est, & Canonicus, orta est disceptatio, ut de quibusdam olim hæsita- verunt nonnulli, consilium Augustinus b dedit, ut Ecclesiæ Catholicæ consulamus; eas nimis, quæ Catholicæ Fidem, & unitatem conitanter retinerent; non vero eas, quæ aliqua hæresum suspicione damnata essent, vel notata: quod si nec in his Catholicæ omnes consentirent, plurimarum Catholicarum consensu probari voluit; inter pares vero, earum

judicium sequi mandavit, quæ inter Catholicæ essent Apostolicæ. Inter eas autem, cum Ecclesia Romana principatum teneat, & Apostolicæ nomine per antonomasiam jure, & merito intelligatur: tum, quod Apostolorum Princeps Petrus illam fundarit, rexerit, & glo- rioso martyrio cohonestaverit; tum ob certam Christi pollicitationem, a quo illi dictum est: *Ego proteoravi, Petre, ut non deficiat Fides tua*, qua munita, & ornata Divinitus, nullo errore fallit, aut fallitur, illi in dubiis Catholicæ Fidei caussis, judicium primum deferendum est: poti eam vero, reliquis Apostolicis Ecclesiæ sua, ut Augustinus docet, auctoritas est tribuenda; nec temere judicandum fallum, vanum, & irritum earum esse judicium. Cum doctrina igitur hujus Concilii Apostolicæ Ecclesiæ Illiberritanæ Fide comprobetur (ut de Romana præsertim, & ejus Legatis interim taceamus) & aliarum quatuor Apostolicarum Ecclesiæ gravissima auctoritate fulcietur (interfuerunt enim illi, ut cernimus, Divus Valerius Episcopus Ecclesiæ Cæsaraugustæ, institutæ a Jacobo: Felix Accitana, a Torquato D. Petri Discipulo: Melantius Toletanus, ab Eugenio: Quintianus Eborensis, a B. Mantio, non Apostolorum, sed ipsius Domini nostri Jesu Christi Discipulo) quis tam expers pietatis affirmare audebit, Ecclesiæ tot sanctas, Sanctorum Patrum, aut avorum præcepta, tam recenti memoria tradita non agnovisse; vel si agnoverunt, quod multo esset deterius, nefario sceleri, & insigni impietate negligibile, violabile, conculcabile? Hujus Flavii Episcopi Illiberritani admirabilis, tum religio, tum prudentia, in eo potissimum illuxit, quod cum in Civitate celebrima sumnum ei negotium esset in continendis in Religione, & officio ci-vium animis, nimium ad idolorum cultum propensis; ita tamen se gesserit, ut non minorem in eis evertendis laudem: vi ter possit consequutus, quam multi alii in subeundo martyrio gloriam: ut qui omnem operam priuino ad emolliendam civium duritatem conferret: quo simula-cra postea demoliri posset commodius. Ejus enim consilio, & opera non ambigo, quin dum Concilii hujus sanctionibus c more gereret, omnia, aut pleraque Illiberritanæ Urbis ido- liorum simulacra eversa, atque prostrata sint, quorum nonnulla superioribus annis terra obruta eruere Granatenses; Apollinis unum cum musico instrumento; alterum Veneris, cui ad latus Cupido; tertium Liberi Patris cum Satyro utre vinario incubante; postremum, ut creditur, Aesculapii: omnia miro elaborata artificio, quæ summo in pretio habita ad tantæ vetustatis memoriam in Regia ejusdem Urbis asservantur.

Huic Flavio successit Divus Gregorius, quem a Clementio Constantii Præfecto Vicario. Olio contentiente, & juvante, damnatum Isidorus d, vel Theodosius ex Marcellino refert: sed quid de illius narrationis fide, & auctoritate sentiendum, dixi iam in Osi subscriptione. Gregorium tamen illultri Fidei confessione, & optimarum disciplinarum cognitione clarissimum, ad Cælestes commigrasse, præter D. Hieronymum e, certainam fidem facient Romanæ Ecclesiæ, & Usuardi Martyrologia, quæ illum, ut sanctum Illiberritanæ civitatis Episcopum, & Confeñorem coli, ejusque diem festum, & memoriam celebrari 24. Aprilis docent. Illiberritani Episcopatus fines in divisione Vvambæ hos reperio: *Eliberis*, ait, *bac tenet de Maleca usque Sotellam, de Admica usque Sedille*. Insignem, & antiquam hanc Civitatem generalis Arabum irruptione expugnavit; ejus tamen Sedem Episcopalem Ferdinandus, & Elizabetha, Reges Catholicæ in Granatam a se recuperatam transferri, Apostolica Papæ Xysti Hispani auctoritate, & in Metropolitanam erigi impetrarunt, assignatis duabus Ecclesiæ suff.

a Idem Lib. 4.
adversus Mar-
cionem.

i. Cor. 3.
Galat. 6.
Apoc. 2. 53.

b D. Aug. Lib.
De Doctrina
Christianæ C.

c can. XLII.

d Apud Istor.
in princ. Libri
De Scriptori-
bus Ecclesiast.
Ex Marcelli-
no Theodosius.
e D. Hieron.
De Scriptori-
bus Ecclesiasti.
cis in Gregorio
Bætico. Mar-
tyrologium Ro-
manum 24. A-
prilis.

suffraganeis, Accitana, & Virginata, anno Christi MDXCI. Primus ejus Sedis Archiepiscopus Ferdinandus de Talavera, ex Hieronymi Instituto.

COMMENTARII NOVI.

DE Flavio hoc Episcopo Eliberitano nihil prorsus certo habere possumus, prater ea, quæ Clariss. Vir Ferdinandus de Mendoza observat. Quæ enim congerunt Puerta Hisp. Giannensis Tomo I. Sæculo 4. Cap. 3. Pedraza 2. p. Hisp. Granatenis Cap. 10. ac Tamayus in Martyrologio Hispano ad diem 7. Maji, defumpta sunt ex pleudo-Luitprando in *Adversariis* num. 17. conficto pariter cum pseudo-chronicis Dextri, Maximi, ac Juliani Perez a P. Hieronymo Roman de la Higuera, perniciissimo corruptore Historiæ Hispanæ, præsertim Ecclesiastica; cujus figmenta optime novit, & semper sprevit doctissimus Joannes Mariana, viginti annis convictor ipsius apud Toletum. Sane Bollandiani potius curantes veritatem Historiæ, quam timentes dedecus sodalis Higuera, passim illum respunt, veluti nugatores, fabulatorumque. Legendum novissime ex iis Papabrochius Tomo VII. SS. Maji variis locis, præsercim ad diem 30. Maji pag. 405. ubi toti Capiti 5. hanc epigraphen

adhibet: **H**iGUERÆ FIGMENTA. Deinde pag. 406. num. 50. marginali ait de illo: *Romanus iste macbinam talem molens, nibil egit solertius, quam ut quaqua versum sparget suorum commentorum fragmina, quibus postea in confirmationem adornata a se fabula concursuris, tanquam testimoniis omni certitudine sub nixis uteatur.* Hæc fuit origo tot fictionum, & fabulofissimarum narrationum, quibus pleni sunt plerique Libri Historiæ Hispanicæ ab initio fere hujus seculi scripti: præserit sex vasta volumina *Martyrologii Hispaniæ*, edita a Joanne Tamayo de Salazar, qui commentis Higuera plurima alia, eaque insulissima, addidit, & ubique sparsit, magno quidem vulgarium, & semi-doctorum hominum plausu; sed ingenti dolore, ac rubore eruditissimorum quorumlibet intra, & extra Hispaniam. Itaque pariter fabulosa sunt, quæ ii scribunt de Flavio Episcopo Eliberitano. **CARDINALIS DE AGUIRRE.**

XV. Liberius Episcopus Emeritanus.

a. D. Isidor. Lib. 25. Etymolog. Cap. i.
b. D. Cyprian. Ep. ad Clerum
c. Hisp. Compostellana ms. a-
d. pud nos in qua
b. he due confi-
tiones Calli-
fi ad verbū
describuntur.
d. D. Augustin. Lib. i. contra rep.
Parthen.

Emerita Augusta, ut a Dione traditum est, & postea ab Isidoro, a nomine accepit a militibus emeritis Augusti, quibus eam sibi ædificandi cura pro beneficio data est, anno XXII. antequam Christus nasceretur, Augusto & Sylano Cos. Merida hodie dicitur. Antiquissimum Hispania Episcopatum probat D. Cypriani Epistola ad Clerum, & plebem in Hispania consistentes, ex qua appareat, Basilidem, & Martialem, alterum Asturicæ, alterum Emerita Episcopos, ob crimen idolatriæ depositos, & in eorum locum Sabini, & Felicem suffectos. Cujus dignitas & amplitudo eo pervenit, ut totius Lusitanie esset Metropolis, illique suberant, ut in vetustis Codicibus Gotthis refertur, Pace, Olisibona, Olonoba, Egitania, Calabria, Conimbrica, Vissum, Lamegum, Cauria, Salmantica, Avela, Ebora. Sed ea dignitas a Callisto Secundo Compostellam ad tempus primum, dum Emerita recuperaretur a tyrannide Arabum; in perpetuum postea translata est: iccirco hodie Episcopo vacat. Ea est temporis, & rerum humanarum vicissitudo, & incertantia. Parer in Sacris, D. Jacobi militibus. Hic autem Liberius Episcopus Emeritanus Concilio Arelatensi II. interfuit cum Florentino Diacono; & interfuisse, ac subscriptis eum I. Arelatensi crediderim, quia in eo plures Hispaniæ Episcopos fuisse præsentes, tradit D. Augustinus d, & omnes subscriptiones Concilii Arelatensis secundi, ut a primo sublatis, sic primo restituendas, inter doctiores convenit. Post vero vita functo Liberio, ejus Diaconum Florentinum electum fuisse Episcopum Emeritanum, inde intellexerim, quod ejus extet subscriptio in Concilio Sardicensi; quare Iliberitanum hoc ante Sardicense, & Arelatense I. fuisse perfectum, vel hinc comprobandum.

XVI. Decentius Episcopus Legionensis.

A Legione septima Gemina, Legio Civitas nomen habuit, dignitate Episcopali a tempore fere Apostolorum insignita, & Regni titulo post Arabum expugnationem ornata, nullum unquam Metropolitanum agnovit, præster Romanæ Sedis Episcopum. In ms. XII. loco, non XVI. subscriptis.

XVII. Januarius Episcopus Sibariensis. XVIII. Januarius Episcopus Salariensis. vulgata.

c. Solinus c. 8.

IN Codicibus ms. *Salarienis* legitur, non *Sibariensis*, quod magis probo: nam de Sibari in Hispania omnes Geographi siluerunt; in Italia constituit Sibarim Solinus & a Trozenis ædificatam afferens. Salarium autem duplicem refert Ptolemaeus in Hispania: priam in Oretanis, juxta Laniam, & Paternianam; aliam in Baetianis inter Biguerram, & Turbulam: Plinius f. *Salariensem* coloniam in Bætica esse tradit non procul ab Acci; hodie vocari *Alcazar de la sal* in Algarbiorum Regno, scripsit Ambrosius Morales g; hujusque Civitatis fuisse Episcopum Januarium. Sed ego magis putem, Episcopum Bæticæ Salaria fuisse, quam Lusitanæ, quod Bæticæ Civitas fuerit opulenta, & Colonia Romanorum, ut dicit

f. Plin. Lib. 3. Cap. 3.
g. Ambros. Mo-
ral. Lib. 30. Cap. 31.

dicit Plinius: altera vero exiguum Oppidum brevissimis terminis circumscriptum. In Codicibus Ecclesiæ Toletane legitur: *Januarius de Fibularia*, & *Fibularia*: quæ lectione non temere improbanda; nam *Calagurris*, Fibulariam nuncupasse Veteres, testis est Plinius, & adfuisse in hoc Concilio Eucharistum Presbyterum de *Fibularia*, seu Municipio, ex Presbyterorum subscriptionibus appetet: olim Hispanos, & Italos Urbium plures duobus nuncupasse nominibus, Plinius tradit. Et ut omisssis Italicis, Hispanicas recenseamus: Olyippo dicebatur & Felicitas-Julia: Ebora, Liberalita-Julia: Attigi, Augusta-firma: Illiturgi, Forum-Julium. Obuleo, Municipium-Pontificense: Urso, Genua-Urbanorum: Hispalis, Colonia-Romulea: Corduba, Colonia-Patricia: Cæsaraugusta, Salduba: Tucci, Augusta-Gemella: quod usurpabant, ut Imperatoribus, vel Præsidibus Provinciarum, vel Romanæ Civitati blandirentur, eorum gratia nomina ab eisdem mutuantes: In Codice Hispalensi de *Plibularia* legitur. In *Lucensi de Fibaria*; utrumque non recte. Decimoquarto in eisdem, non decimoquinto loco ejusdem subscriptio.

COMMENTARII NOVI.

Circa Sedem hujus Januarii dissentientes Interpretes, vix electioni locum relinquunt: alii affirmant fuisse Episcopum Sebarensem, seu Sabariensem; alii Salarensem; tandem alii Calabriensem. Valeus in *Chron.* Cap. 20. meminit Sebariensis Episcopatus, referens, quod in Concilio Iliberitanu subscriptis Januarius Sibariensis Episcopus fatur tamen nunquam in Hispania legisse Sibarim; unde suspicatur, legendum esse *Sarabriensis*, aut *Sabariensis*. Sed non recte Valeus perlegit antiqua monumeta Hispaniæ: siquidem mentio Sibaris reperitur in *Itinerario Antonini*, correcto per Hieronymum Suritam, & Andream Schotum, ubi legitur ita:

Iter ab Emerita Cæsaraugusta.

Senticem. M. P. XII.

Salmaticam. M. P. XXIV.

Sabariam. M. P. XXI.

Occulum Duri. M. P. XXI.

Et in Lege 1. Codicis Theodosiani, *De Constitutionibus Principiis*, dum Constantinus scribit ad Lusitanos meminit *Sabaria*.

XVIII. Quintianus Episcopus Eborense.

Gothice *Ebora* dicta est, quæ Latine *Ebora* ex Pomponio Mela a, & veteris lapidibus. a Pomp. Mela Lib. 3. Cap. 1.

D I V O. J U L I O.

L I B. J U L. E B O R A.

O B. I L L I U S. I N. M U N. E T. M U N.

L I B E R A L I T A T E M.

E X. D. D. D.

Q U O J U S. D E D I C A T I O N E.

V E N E R I. G E N E T R I C I.

C E S T U M. M A T R O N E.

D O M U M. T U L E R U N T.

Ebora ergo legendum est, non *Ebura*, ut apud Ptolemaeum, Strabonem, & Stephanum, perperam *Eburam* Cærealem Bæticæ, cum *Ebora* Lusitanæ confundentes. De *Ebora* Carpetanæ provinciæ (*Talaberam* hodie vocant) alia ratio est: nunquam enim ea Episcopum habuit. *Ebora* autem Lusitanæ Civitas celebris frequenti antiquorum Regum Lusitanicæ domicilio nobilissima, Episcopatus dignitatem a tempore Apostolorum repetit; quippe habuit Beatum Mantium Domini nostri Jesu Christi Discipulum, primum Christianæ Religionis annunciatorem, &, ut credi par est, Episcopum. Sedem hanc in Archiepiscopalem, seu Metropolitanam erexit Paullus Papa III. & Sylvensem Ecclesiam illi suffraganeam assignavit anno Domini MDXL. Joanne III. Lusitanæ Rege intercedente. Primus Archiepiscopus Henricus Cardinalis ejus frater, qui Sebastiano nepoti defuncto in Regno succedit.

COMMENTARII NOVI.

Ebora in Carpetanis Civitas fuit Hispania citerioris, quæ hodie dicitur *Talavera*, quam Romanorum fuisse coloniam, & Cathedram Episcopalem olim obtinuisse, arbitratur P. Mariana, Lib. 4. Hisp. Cap. 13. & 14. Cujus sententia si vera

vera esset, potius acciperem hanc subscriptionem de eo Episcopo Eborense, quam de Eborense in Lusitania. Sed, ut jam probarunt Mantuanus in *Animadvers. ad Morianam* fol. 150. & Tamayus in defensione ipsius fol. 193 nullibi legitur, eam Vrbem Episcopalem fuisse; quare Eborense Civitas in praesenti accipitur pro antiqua Hispania Urbe in Lusitania terminis sita, quae inter Regni Por-

XIX. Eutychianus Episcopus Bastitanus.

vulgata.

tugallici Civitates primum sibi post Vlyssionam vindicans locum, hodie retinet nomen, & Archiepiscopali Cathedra decoratur. Plura de ejus situ, & antiquitate congeserunt Andreas Resende, & Jacobus Vasconcelos in ejus Historiis, Antonius Augustinus Dialogo 8. fol. 131. Ludovicus Nonius descr. *Hisp. Ep. 32. GONZALEZ.*

XIX. Eutychianus Episcopus Bastitanus.

emendata.

IN mss. emendatioribus *Bastitanus*, sed *Bastitanus* scriendum. *Basti*, hodie *Baza* in Bætica, parebat olim Archiepiscopo Toletano. Illius termini extant in divisione *Vvambæ*: *Basti*, (inquit) *teneat de Montana usque Gestam*; *de Rovia, usque Rustam*. Episcopo vacat, postquam Arabum tyrannide, Ferdinandi & Elisabethæ Regum Catholicorum virtute, & pietate erecta est; & quia usurpati, & detentis antiquis ejus finibus per Arabes, Diœceœlos angustiis laborabat, Accitanæ Ecclesiæ potestati est adjecta, procurante Accitanæ Episcopo Garcia Quixada, & magno Petro Gonzalez de Mendoza Cardinale, & Archiepiscopo Toletano dissimulante: cuius Ecclesia a tempore Ferdinandi 111. Caietella Regis jus in Bastitanam prætendit, quoque variis hinc inde sententiis latiss., tandem spectare ad Accitanum tempore Joannis Martini Silicei Archiepiscopi Toletani potremo caturum est; rafervato jure Metropoleos Archiepiscopo Toletano. Et quemadmodum in spiritualibus Accitanæ Episcopo subiectitur, sic rerum civilium Præfectum Accitanum in civilibus superiorum agnoscit.

C O M M E N T A R I I N O V I .

Basta Civitas est littoralis Bæticae, hodie dicta *Baza*: hinc populi illius Regionis dicti *Bastitanus*, ut ex sequenti inscriptione relata a Beuterio *Hist. Valent. Lib. 1. Cap. 33.* probatur.

BELLVM. CÆSARIS. ET PATRIÆ MAGNA EX PARTE CONFECTVM SEXT. ET. GNE MAGNI. POMPEI FILIIS. HIC. IN. AGRO BATESTANORVM.

Alia de hujus origine tradunt Tamayus

Higueriane
quiquilia.

To. 2. *Martyrol.* die 1. Aprilis, Alderete *De orig. lingua Cap. 15.*

Ultra Episcopos supra relatos etiam Fibulariensem interfuisse, & subscriptiile huic Concilio, prodit Luitprand. in *Advers. n. 226.* in hac verba: *In fauibus saltus Fibulariensis est Fibularia, quam Mauri vocaverunt Xergal. Sedes Episcopalis. Sic in Concilio Iliberitano XLV. loco confirmat Januarius Episcopus Fibulariensis. Sic in quibusdam Codicibus. GONZALEZ.*

Residentibus etiam triginta sex Presbyteris, astantibus Diaconibus.

Residentes Presbyteros retulit Notarius, quia simul sedebant cum Episcopis, tam in Hispania, ut Concilio hoc, & Toletano i. a. ad nonemur, quam Romæ, ut testatur D. Hieronymus ad Euagrium: *Ceterum (inquit) etiam in Ecclesia Romæ Presbyteri sedent, & stant Diaconi; licet paullatim increbescitibus vitiis, inter Presbyteros, absente Episcopo, sedere Diaconum viderim.* Tanti merito habitus Presbyterii ordo semper est. Quare Africanis Episcopis, singulare religione, sanctitate, & doctrina præstantibus, in Concilio Carthaginensi iv b. coactis, visum est, ut Episcopi in quolibet loco sedentes stare Presbyteros non patenterent. Patres quoque Bracarenses statuerunt, ut Clerici Parochiales servili more, in aliquibus operibus Episcopis servire non cogerentur: quia scriptum est: *Neque ut dominantes in Clero.* At dicent alii, nec in Concilio Carthaginensi decerni, ut Presbyteri sedent in Conciliis cum Episcopis; nec ex hoc Iliberitano erui posse: cum magis ad promulgationem Concilii, de qua Notarius testimonium publica fide consignabat, quam ad coationem Concilii, & interiorem sessionem illud referri debat; referendum conseruo. Id ipsum tamen in Conciliis usurpari, ex Concilio Romano sub Hilario Papa liquet; sic enim incipit: *Residentibus universis Presbyteris, astantibus quoque Diaconibus, Hilarius Episcopus Ecclesia Catholicae Urbis Romæ Synodo præsiders dixit: Quoniam religiosus &c. In Hispania quoque id receptum scribi Isidorus c. ordinem sessionum Episcoporum, & Presbyterorum exponens: Et corona (ait) facta de Sedibus Episcoporum, Presbyteri a tergo eorum resideas, quos tamen sessuros secum Metropolitanus elegerit.* Et post alia: *Sicque omnes qui de religiosis retro atq[ue] diebus, pro spirituali instructione inter fuerant in Concilio, fris egrediantur, residentibus aliquibus Presbyteris in Concilio, quos Metropolitanus elegit.* Diaconi vero, velut Episcoporum, & Presbyterorum Ministrorum, nec coram Episcopis sedebant, nec coram Presbyteris, nisi illorum precepto: *Diaconus* (inquit idem Concilium Carthaginense iv. d.) *quolibet loco jubente Presbytero sedeat.* Quod & Concilium Nicænum sanxerat: *Sed neque sedere quidem (ait) liceat in medio Presbyterorum Diaconos. Si quis autem non vult his sufficiens esse, post banc diffinitionem, cessef esse Diaconus.* Subscripterunt eidem Decreto Asiani Episcopi in Concilio Laodiceno e, Gallicani in Concilio Arelatensi f. Concil. Areld. 11. In Secretario Diaconos inter Presbyteros sedere non liceat, vel Corpus Christi, praesente Pref-

a. Concilium Tol. I. in prin.
D. Hieronym. in Ep. 85. ad Euagrum.
b. Conc. Carth. io. Can. xxiv.
c. Conc. Bracar. II. Can. II. ad finem.
d. Petr. 5.

c. D. Ibid. in libello de modo celebrandi Concilii.

d. Concilium Carthag. IV. Can. xvi. Idem Can. xxix.
e. Conc. Nicæna Can. xix.
f. Concil. Areld. 2. Can. 15.

Presbytero tradere non præsumant; quod si fecerint, ab officio Diaconatus abscedant. Clarius Gelasius Papa^a: *Eos (ait intelligens Diaconos) non in Presbyterio residere, cum Divina celebrantur, vel Ecclesiasticus habetur quicumque tractatus, sacri corporis perrogationem sub conspectu Pontificis, seu Presbyteri, nisi his absentibus, jus non habeant exercendi.* Hic mos erat omnium fere provinciarum, et si aliquando Roma Presbyteros, ut Diaconos a tergo Episcoporum in Concilio stetisse sit traditum. In Romano b enim primo sub Sylvestro, cui adfuisse dicuntur Constantinus Magnus & Helena, atque Calphurnius, homo (ut vocatur) Chirillianus, & Urbis Praefectus, hic ordo observatus refertur: *Dum enim omnes venissent in Synodus, & alii, quorum chirographus cucurrit, & opinio sanctitatis, federunt in eodem aspectu Thermarum supradictarum. Presbyteri autem Romani omnes, Diaconi, Cleurusque, vel gradus sequentes, a tergo Episcoporum stetentes: nemo enim sedet in eodem loco, nisi tantum Episcopi, & Sylvester Episcopus, Pontifex Urbis Roma.* In hoc tamen modeste fe gesserunt Presbyteri Romæ; de his solum dicitur in Canone, quod Pontifex Sylvester, Constantinus Imp. mater Helena, & Calphurnius Urbis Praefectus intercesserent: potequam enim Canon retulerat, neminem sedisse præter Episcopos & Sylvestrum, subjunxit: *Erat enim vero Calphurnius, qui Gentilis, & postea Christianus, & Urbis Praefectus.* Nam illis absentibus constat sedisse Presbyteros, & a stituisse Diaconos, ex alio Concilio Romano sub Hilario.

Cum triginta autem & sex Presbyteros adfuisse in Concilio scribit Notarius, animadver-

tendum est, tot Sacerdotes Ecclesiam Iliberitanam minime habuisse (varior erat tunc Pres-

byterorum numerus) sed ex his provinciis, quarum Episcopi Concilio illi intererant, duos

Presbyteros adventasse, ut proprium Episcopum comitarentur: hoc enim Lucium Papam

jamdiu decrevisse, Damasus auctor est: *Hic præcepit (inquit) ut duo Presbyteri, & tres*

Diaconi in omni loco Episcopum non defererent, propter testimonium Ecclesiasticum. Quare

Osio Episcopo Cordubensi Sylvestri Papæ ad Nicænam Synodum Legato, duo Presbyteri

itinoris, & legationis comites dati sunt: alter Vitus seu Victor, alter Vincentius. Quam le-

gem observavit Zosimus Papa, cum Legatos ad Concilium Carthaginense vi d. destinavit:

cum Faustino enim Episcopo plebis Potentina, Philippum misit & Asellum Presbyteros.

Cum vero decem & octo Episcopi ad Concilium venissent, si illorum singulis binos Presbyte-

ros adjiciamus, triginta & sex Presbyterorum numerum (ut in Concilio dicitur) jure com-

plebimus: quocirca manucripta exemplaria, quæ habent, *viginti sex Presbyteris, emen-*

dem regula circumscriptione metiamur) quinquaginta quatuor fuisse necesse est, si singulis

Episcopis tres Diaconi adjiciantur, juxta eandem Lucii Papæ Constitutionem.

Nomina Diaconorum, qui adfuerunt, desiderantur: Presbyterorum autem, qui huic Concilio interfuerunt, eti in excusis, & mss. Codicibus D. Laurentii, & Ecclesiæ Toletanae definiuntur, & in alio nostro vetustissimo; extant tamen in alio Ecclesiæ Urgellensis, hoc ordine:

I. *Restitus Presbyter de Elchepora*, forte de *Epora*, cuius meminit Antonius, itinere a Corduba Castulonem: in Bætica est, Montoro dicitur, non integris triginta milliaribus a Corduba distans; non recte apud Plinium *Ripepora fæderatorum*: *Epora restituendum*.

II. *Natalis Presbyter e Ursuna*. Ursu vocat Plinius, & ad conventum Altigitanum referit. Hispane *Offuna* in Bætica, caput Ducatus de Offuna.

III. *Maurus Presbyter de Illiturgi*. Ad conventum Cordubensem spectare Illiturgi scribit Plinius: *Andujar Hispane dicitur.*

IV. *Lamponianus de Karula*. *Carula* Antonino inter Hispalim, & Illipam: *Carrula* Cesari in Bætica. *Marchena* hodie.

V. *Barbutus de Adagi*, forsan *Artigi*: quos & Julienses vocari ait Plinius. *Alhama* esse in Bætica, *Coces*, *Tarrapha*, & *Ortelius* tradunt.

VI. *Felicissimus de Ateva*. *Cæsar Ateguia Valerius Max. Attunga*. Plin. *Attubi*, que *Claritas Julia*, ad conventum Altigitanum, non procul ab Ursu. Hodie *Castillo de Teba*.

VII. *Leo Accinipe*. *Accinipo* Ptolem. in Bæticis Celticis juxta Anam fluvium in eadem

Celtica. Plinius duplii pp.

VIII. *Liberalis de Eliocroca*: *De Eliocrota, Lorca in Bætica*: comes fuit hic Presbyter Successi Episcopi Eliocrotensis.

IX. *Januarius a Lauro*. Duplex *Laurum*, alterum apud Sucronem, ubi pugnavit Ser-

torius, alterum Bætica, ubi occisus Pompei filius.

X. *Januarius Barbæ*. *Barba* Antonino in Bætica, juxta Anticariam.

XI. *Victorinus Agabro*. In Bætica, *Cabra* dicitur, caput Comitatus de *Cabra*: comi-

tem *Sinagii* Episcopi Agabrensis fuisse putarim.

XII. *Titus a Vinc.*

XIII. *Eucharis a Municipio*, forte *Calagurris*: nam in nummo Augusti apud Golt-

zium legitur: MUN. CALAG. IUL. quod ab Augusto facta esset Municipium.

XIV. *Sylvanus Segalbina*, forte quæ *Sclambina* Ptolem. hodie *Salabrena*.

XV. *Victor Ulia*. *Gaditani* conventus fuisse ait Plinius: forsan *Monte-mayor* in Bætica,

quindicim lapidibus a Corduba.

XVI. *Januarius Urci*. *Urci*, alias *Virgi*, vulgo *Almeria*. *Januarium* comitem fuisse

Cantoni Episcopi Virgitani crediderim.

XVII. *Leo Gemella*. *Martos* hodie, olim duplii nomine insignita; *Tucci*, & *Augusta*

Gemella, ut testatur Plinius. Comes fuit Leo Camerini Episcopi Tuccitanii.

XVIII. *Turrius Castulona*; *Castulone* legendum. *Cazlona la vieja* in Bætica. Comes

Secundini Castulonensis.

a Gelasius Pa-
pa in Ep. 1. ad
Epis. per Lu-
caniam, Brac-
tios, & Sici-
liam constitutus
Cap. 10.

b Concil. Ro-
man. sub Syl-
vestro Cap. I.

c Damasus in
Pontificali, in
Lucio.

d Conc. Nicæ-
num ad finem.
Ex Zofimi co-
monitorio quod
extat ad finem
Concilii, quod
africanum vo-
cant.

- XIX. *Luxurius de Drona*, *forsan de Brana*, quam conventui Gaditano adscribit Plinius.
 XX. *Emeritus Baria*. Eadem quæ falso *Balaria* apud Ptolem. *Baria* in Cicerone ad Atticum. *Varia* apud Plinium, non procul a Virgi; nunc *Vera*.
 XXI. *Eumantius Selia*. Ptolem. in Bætica. forte *Villanueva dela Xara*, in cuius lapide scribitur *Sulienfis*: conventus Cordubensis erat.
 XXII. *Clementianus Offigi*. Cognominabatur *Offigi Laconicum*; conventus fuisse Cordubensis docet Plinius.

XXIII. *Eutyches Cartbaginensis*.XXIV. *Julianus Corduba*. Comes Osii.

Aliorum duodecim Presbyterorum nomina, temporum injuria periisse non ambigo, ut numerus tringinta & sex completeretur. Ex horum tamen, & Episcoporum subscriptionibus palam fit, longe lateque propagatam fuisse in Hispania hujus Concilii tempore Religionem Christianam; cum nulla sit Regni provincia, ex qua aut Presbyter, aut Episcopus non adventarit. Presbyteros autem, qui huic Concilio interfuerunt, duplicitis (ut ita dixerim) generis tulisse agnoscamus: quosdam Episcoporum comites ex praepotito Lucii Papæ: alios vero, vel Vicarios suorum Episcoporum, aut tanquam doctrina & religione præstantes electos acceritosque fuisse ab Episcopis, ut Concilio interessent. Utrorumque subscriptiones indicant decernendi auctoritate olim Presbyteros non caruisse: aliter enim quorsum tot ipsorum subscriptiones? potuit enim Christiani populi calamitas, Imperatorum ethnicorum tyrannis, Catholicorum Episcoporum zelus, Presbyterorum doctrina & pietas, & omnium tandem propaganda Religionis studium, consultationem Presbyterorum, & judicium exposcer: quod usu confirmatum sua astate scribit Isidorus: *Et corona (ait) facta de Sediis Episcoporum, Presbyteri a tergo eorum residant; quos tamen seffos secum Metropolitanus elegerit: quæ utique & cum eo judicare aliquid, & diffinire possint. Et mox: Sicque orares, qui de religiosis in retro actis diebus, spirituali instructione interfuerant in Concilio, foris egrediantur; residentibus aliquibus Presbyteris in Concilio, quos Metropolitanus probaverit honorandos. Quæ postea, vel decrescente eorundem sanctitate, & doctrina, vel aucto Episcoporum numero, iustissime interdicta sunt: solique Episcopi, & quidam Abbates sæculares ex longa consuetudine eo privilegio utuntur.*

De Diaconis quoque offerebatur occasio differendi, an in Ecclesiasticis conventibus consuendi, aut decernendi auctoritatem habuerint? Et non habuisse magis puto, quod nec sedendi privilegio, nec subscribendi uterentur, ni vices gererent alicius Episcopi. Solebant enim hi, cum vel negotiis, vel morbo impediti Conciliis Hispaniæ adesse non posse, Diaconos tanquam Vicarios, & Legatos suo nomine ad Concilium mittere, qui post reliquos Episcopos sedebant, consulebant, decidebant, & subscriberebant. In Concilio enim Toletano 111. subscriptis pro Poeto Episcopo Magalonensi Genesio Archidiaconi ejusdem Ecclesiae (tunc omnes fere Archidiaconi non erant Presbyteri) & pro Pelagio Episcopo Nemauni subscriptis Valerianus Archidiaconus ejusdem Ecclesiae. In iv. pro Carterio Arcavicensi Domarius Archidiaconus; & pro Solenio Episcopo Carcasponensi Donnellus Archidiaconus: pro Genesio Magalonensi Stephanus Archidiaconus. In v. pro Meruntino Episcopo Petrus Diaconus. In vi. pro Antonio Episcopo Valentino Severinus Diaconus. In Gallia item receptum ex Concilio Lugdunensi 1. apparent, in quo subscriptis Altemius Diaconus, *directus (ut ipse ait) a domino meo Maximo Episcopo Ecclesia Valentia*; & sic in aliis. Quod cum in Hispania aliquando indignum Ecclesiastica auctoritate visum esset, ut ministri cum majoribus Praestatis interessent, federent, & subscriberent; ideo in Concilio Emeritensi cautum est, ut Episcopi, si negotiis, aut debilitate, aut alia ratione praepediti, Conciliis interesse non posset, si Vicarios mitterent, non Diaconos, sed Presbyteros, aut Archiepiscypteros eligerent. Diaconos autem, quos interfuerit huic Concilio Notarius retulit, Vicarios non fuisse existimari, quod adstantes, non adstantes renunciaverit.

C O M M E N T A R I I N O V I .

Considerant cum hac Concilii prefati que Concilium Toletanum 1. ibi: *Confidentibus Presbyteris, adstantibus Diaconibus, & ceteris*. Bracar. I. in prefatione: *Confidentibus simul Episcopis, presentibus Presbyteris, adstantibusque ministris, vel universo Clero*: Concilium Toletanum iv. Can. iv. ubi et D. Isidoro referunt forma celebrandi Concilium, & dicunt: *Cuncti ad unam januam per quam Sacerdotes ingredi oportet, ostiarii stent; & convenientes omnes Episcopi, pariter introeant, & secundum ordinationis suæ tempora residant. Post ingressum omnium Episcoporum, atque confessum, vocentur deinde Presbyteri, quos causa probaverit introire. Nullus se inter eos ingerat Diaconorum. Post hos ingrediantur Diaconi probabiles, quos*

*ordo poscerit interesse; & corona facta de Sedibus Episcoporum, Presbyteri a tergo eorum residant. Diacones in confessa Episcoporum stent. Deinde ingrediantur Licii, qui electione Concilii interesse meruerint. Ingrediantur quoque & Notarii, quos ad recitandum, vel excipiendum ordo requirit, & obseruentur janua. Concilium Venerabile Can. iv. ibi: *Veniant ad Synodus Metropolitani, & alii Episcopi, vel Abbates, seu Presbyteri*. Unde in Concil. Arelat. 11. plures Presbyteri interfuerunt, ut ex ejus indiculo constat. In Concilio Rom. 11. sub Symmacho subscripti Presbyteri LXVII. In Concil. Altisidorense Presbyteri XXXII.*

Sed quo jure Presbyteri his sacris comitiis interfint, examinandum est, & certe triplice ratione, & jure poterant adesse, & subscribebere.

bere. Primo, tanquam socii Episcoporum, ut probat Mendoza in praesenti, & eo modo credo subscriptis in hoc Concilio Liberalem Presbyterum de Eliocrota: Bitorinum Agabriensem: Januarium Urci, seu Urgi: Leonem Gemellæ, seu Tuccitanum: Turrinum Castulonensem: Julianum Cordubensem. Secundo, tanquam Vicarii Episcoporum, nam Episcopi, qui Synodo interesse nequibant, Presbyterum mittebant, ut eorum nomine subscribent. Concilium Emeritense Canone v. ubi statuitur: *Juxta Canonicum ordinem, tempore, quo Concilium per Metropolitanum voluntatem, & Regiam iussionem electum fuerit agere, omnes confinitos Episcopos in unum oportet adesse; nec pro tali re quilibet causa opponi debet ad excusationem.* Quod si contigerit aliquem de Fratribus retineri ab infirmitate, qualiter non posse venire, aut per Regiam iussionem in junctum accepere aliquid agere, ut sit, per quod non possit Concilio interfere; quicquid tale acciderit, Metropolitanu suo fideliter intimet cuncta, per suam Epistolam manus sua subscriptam; ut postmodum queratur, an ne excusationem faciat aliquam. Ad suam tamem personam non aliter, nisi, aut Archipresbytero impossibilitas fuerit, aut si Archipresbytero impossibilitas fuerit, Presbyterum utilem, cuius dignitas cum prudentia patet, a tergo Episcoporum inter Presbyteros sedere, & quæque in eo Concilio fuerint acta, scire, & subscribere. ut in Concil. Narbonensis 11. ubi subscriptis Vincentius Presbyter nomine Episcopi Constantini, & in Conc. Araucano 1. subscriptis Superventor pro Episcopo suo, & in Conc. Arelat. 111. Cataphronius & Desiderius Presbyteri subscripti perent pro Agrisio & Severo Episcopis: in Concilio Turonensi 1. Jucundinus Presbyter sui Episcopi iussu in eo subscriptis, & in Concilio Epauensi Pedalius Presbyter interfuit, & subscriptis pro Salutari Episcopo: & quidem tunc ante alios Episcopos, habita ratione consecrationis proprii Presulii, a quo mittebantur, subscriberebant, ut jam notavi; & contigit in Concilio Nicæno 1. ubi Victor & Vincentius Presbyteri R. P. Legati cum Orio Cordubensi Episcopo, ante Episcopos, & Patriarchas subscripti perent, licet ejus subscriptionis aliam rationem reddat Filefacus in Cap. Quod sedem §. 4. De offic. Ordin. Tertio, etiam jure Presbyteri potuerunt intercile huic Concilio, ut Parochi, qui dicuntur Praestati Ecclesiastarum suarum in Cap. 2. Cap. Cum ab Ecclesiastarum, De offic. Ordin. Cap. Tua, De Clerico agrot. Cap. Ut animarum. De constit. Lib. 6. Qua ratione subscripti Presbyteros in praesenti, notarunt Nicolaus le maille De jur. Episc. Lib. 2. C. 9. Franciscus Hallierius in Vindiciis fol. 445. & Joan. Filefac. De orig. Pareciar. Cap. 4. & recte, nam quid sibi volunt subscriptiones illæ: *Restitutus Presbyter de Elepel, Natalis Presbyter de Orsuna, & similes, nisi ut demonstretur, Parochos hujusmodi locorum adfuisse & subscripti: nam cum in illis Ecclesiæ reperirentur Praefecti & titulati, ipsi ut Parochi, & Archipresbyteri Concilio interfuerunt; quod facilius suadebitur, si breviter recensearimus loca, ex qui-*

Secundo loco subscriptis *Natalis Presbyter de Ursua*, qui defuncto Melantio Praesule Toleti. suffectus fuit in ejus locum, ut refert Flav. Dexter anno cccx. his verbis: *Natalis Episcopus Toletanus succedit sanctissimo Confessori Melantio, qui, ut illa ferebant tempora, multa passus est pro Ecclesia Catholica contra Hereticos & Gentiles defensione.* Postea interfuit Concilio Niceno, & Concilium Toletanum celebravit, quod refert Bivar. ad Flav. Dextr. anno cccxi. & sancte, pieque debitum naturae exsolvit anno cccii. ut refert Caro, ubi supra, Cap. 56. *Ursua*, sive *Ursao*, nobilis, & antiqua Urbs Hispaniae ulterioris in Baetica, fundata fuit a Pyrrho, & Illiberia ejus uxore. Conventus fuit Altigitani licet *Colonia immunita*. Plin. Lib. 1. Cap. 3. illuc: *Hujus conventus Altigitani (vulgo Ecija) sunt reliqua colonia immunes Tucci, qua cognominatur Augusta-Gemella; Itucci, qua Virtus-Julia; Urso, qua Gemina-Urbana.* Ex qua Plinius auctoritate constat, duplex nomen adeptam fuisse primum *Urso*, sive *Ursao*, a multitudine Ursorum eo loco irruentium, ut vult R. Caro Lib. 3. antiquit. Hispal. Cap. 52. vel a gente Ursina Romanorum, ut docuit Bzovius in *Compend. an. Christi xv. & Gemina-Urbana*. Quidquid sit, magna antiquitatis insignia monumenta retinet, ut ex vetustis lapidibus, & monetis probant R. Caro, & Bivarius ad Flav. Dextr. anno ex. Hirtius, *De bello Hisp.* prope finem, Morales Lib. 8. Hisp. C. 48. & Lib. 9. C. 32. Tamayus in *Martyrol.* die 12. Januarii. Carpio, *De execut. testam.* in dedicat.

Tertio in loco subscriptis *Maurus Presbyter de Illiturgi*. *Illiturgi*, aut *Illiturgium* Civitas est Baetica in Baetianis, hodie dicta *Anduxar la vieja*. Luitprandus in *Advers. num. 277*. In pluribus Codicibus Livianis III. Decad. Lib. 8. legitur *Illiturgi* simplici l. & ita legendum est ad differentiam alterius Baeticæ, quæ scribitur duplci. Apud Eulogium simplici scribitur. Ex quibus verbis apparet, aliam fuisse in Baetica Illiturgium duplci litera l. ad differentiam alterius, quæ simplici l. scribebatur; sed ubi Illiturgis in Baetica eset, nec Luitprandus, nec alias demonstravit; & forsan aliquod fuisse Oppidum, censuit Rus-Puerta Hisp. Gies. Cap. 8. num. 6. Non fuit Civitas Episcopalis, sed tantum per Presbyterum regebatur, ut constat ex Lege 13. Tit. 2. Lib. 12. Legum Viviligott. ubi Sisebutus Gothorum Rex rescribens Episcopis, & Judicibus apud Baeticam constitutis, ait: *Sanctissimus, ac Beatisimis Agapio, Episcopis, sive Judicibus ibidem institutis, similiter & reliquis Sacerdotibus, & Iudicibus in territorio Arabi, Urgi, Sturgi, Illiturgi, Biaciatai, Agatugia, Ebagri, & Epagri, consenseribus.* Maurum Achipresbyterum fuisse hujus Oppidi, refert Julianus in *Advers. num. 470*. Unde jure proprio tanquam Archipresbyter interfuit huic Concilio.

Quarto loco subscriptis *Lamponianus Presbyter Karula*. *Carula* autem est Oppidum Baetica juxta Illipam, quod hodie dicitur *Villanueva del Rio*; sicut erat juxta flumen *Guadalquivir*. Plinius illud sub nomine *Carbuli* ponit in conventu Cordubensi, sed

In plerisque harum notarum occurrunt genera Higueriana ampliata a Tamayo, & aliis.

legendum esse *Carula*, jam notavit Surita in Notis ad Itiner. Antonini his verbis: *Sed cum in manuscriptis Plini exemplaribus uno consenserit legatus Carbula, non Carbulo, suspicari cogor, forte legendum esse Carula.* Venitus numisma hujus Oppidi ponit, & exponit R. Caro Lib. 3. antiquit. Hisp. Cap. 49.

Quinto loco subscriptis *Barbatus Presbyter de Aduigi*, sive *Artigi*; sed rectius legit Bivar. ad Flav. Dextr. d. anno ccc. de *Auri*, quod Oppidum fuit, ubi nunc est *Jaen*. ut notavit Pedraza d.2. par. Hisp. Gran. Cap. 13.

Sexto loco subscriptis *Felicissimus Presbyter de Ateva*. *Ateva*, hodie *Teba*, Oppidum est perantiquum Baetica. Græcis constructum, ut ex ejus nomine facile deducitur, & probat R. Caro Lib. 3. antiquit. Hisp. Cap. 65. ubi vetusta monumenta, quæ in eo reperiuntur, refert, & illustrat. Spectabat ad conventum Altigitanum, ut ex Plinio probat Pedraza dicto Cap. 13.

Septimo loco subscriptis *Les Accinipe*. *Accinipe* Oppidum fuit Baetica, ubi nunc est *Ronda la vieja*. Monetam ejus nominis eusam exaravit, & illustravit R. Caro dicto Lib. 3. Cap. 57.

Subscriptis etiam octavo loco *Liberalis de Eliocrota*, qui comes fuit Episcopi Successoris Eliocrotensis, ut supra notavi.

Nono loco legitur *Januarius de Lauro*. *Lauro* hodie *Lora*, Oppidum est non procul ab Estepa, ut contra Bivarius probat R. Caro dicto Lib. 3. Cap. 4.

Decimo loco subscriptis *Januarius Barba*. ubi legendum esse, *Barba* sole, voluit Bivarius ad Flav. Dextr. Can. xxx. Pedraza dicto C. 13. emendat *Barbi*, sed retinenda est lectio *Barba*, quæ antiqua fuit Urbs prope Anticariam. *Vitorinus de Agabro* subscriptis undecimo loco, qui comes fuit Sinagi Episcopi Agabensis, ut jam supra notavi.

Duodecimo loco subscriptis *Titus a Vinea*. Bivar. dicto anno ccc. putat esse *Vilches* in saltu Mariano: sed existimo, legendum esse *Vineolis*, quod Oppidum est inter Mentesam & Accatuci, ut constat ex dicto Itinerario Antonini, ibi:

Balta. M. P. xvi. *Baza*.

Acci. M. P. xxv. *Guadix*.

Accatuci. M. P. xxvii. *Lugar alli cerca*. *Vineolis*. M. P. xxii.

Mentesa. M. P. xx. *Un despoblado*.

Gastulone. M. P. xxii. *Cazolona*.

Subscriptis decimo tertio loco *Eucbarius a Municipio*, quod Municipium Alvente esse, quod dicitur *Arjona*, existimavit Bivar. ad Dextr. anno ccc. comment. 1. num. 5. D. Greg. Lopez Madera in *Monte sacro* Cap. 23. fol. 92. Municipium accipit pro Municipio Florentino Illyberitan. Illyberis enim appellabatur *Municipium Florentinum*, ut probant Morales in antiquit. Hisp. Cap. 7. Pedraza 1. par. Hisp. Gran. C. 18. Tamayus in *Martyrol.* Hisp. die 7. Januarii. Sed rectius D. Laurentius Ramirez de Prado, *Vir apprime eruditus in Not. ad Luitprandi Chron. anno 669. num. 45.* accipit pro Ambracia antiqua Urbe Lusitanæ, fretus aperto testimonio Juliani in Tractatu, *De Eremiteris*, num. 16. his verbis: *Quod Oppidum Ambracia per*

em

empbasin dictum est Municipium. In Concilio Illyberitano confirmat Archipresbyter Eucbarius a Municipio. Qui hoc tempore, scilicet conditi Templi, dicitur fuisse Episcopus, Vir apprime sanctus, & doctus.

Loco decimo quarto subscriptis *Sylvanus Segalbina*. Mendoza interpretationem sequitur Bivarius dicto anno ccc. & legit *Scandinam*, quæ nunc est *Solobrena*, non longe a Malaca, quod etiam ex Floriano Ocampo refert Bermudez dicto Cap. 13.

Decimo quinto loco subscriptis *Victor Olia*; quæ Civitas olim Episcopalis fuit, per quinque leucas Hispanicas distans a Corduba, quæ hodie dicitur *Monte mayor*, ut docuerunt Ambrosius Morales, Lib. 8. Cap. 35. Bivar. dicto anno ccc. Pedraza dicto Cap. 13. Veterem dedicationem sub nomine *Ulia* refert idem Ambrosius de Morales, Lib. 9. Cap. 41. in hac verba.

IMP. CÆS. DIVI SEPTIMII SEVERI PII.

PERTINACIS AVG. ARABICI. ADIABENICI.

PARTHICI MAX. BRITANICI MAX.

FILIO. M. AVRELIO DIVI. M. ANTONINI.

PII GERMANICI. SARMAVICI NEPOTI.

DIVI ANIONINI PII PRONEPOTI. DIVI

HADRIANI ANTONINI ABNEPOTI. DIVI

TRAIANI. ET DIVI NERVAE ADNEPOTI

ANTONINO AVG. TRIB. POTEST. VIII. COS. VI.

SPLENDIDISSIMVS ORDO REIP. VLIENSIVM

STATIVAM FACIENDAM DEDICANDAMQUE

CENSUIT. DEDICANTE. MARCOMANIO

CORNELIANO CVRATORE

ANNONAE CIVILIS DIVI ANTONINI.

Decimo sexto loco subscriptis *Januarius de Ursi*, sive *Urgi*, qui fuit comes Episcopi Urgitani, ut post Mendoza notarunt Bivarius, & Pedraza, ubi proxime, Ramirez in Notis ad Luitprandi Chron anno 660.

Decimo septimo loco subscriptis *Leo Gemella*, qui fuit comes Camerini Episcopi Tuccitanus, ut supra notavi, & docuerunt Pedraza, & Bivarius.

Decimo octavo loco subscriptis *Turritus Castilona*; sed legendum esse *Castulone*, jam post Mendoza docuerunt Pedraza & Bivarius. Is comes fuit Secundini Episcopi Gallorensis.

Decimo nono loco subscriptis *Luxurius de Drona*. Bivarius emendat *Urbona*. Illud certum liquet, Presbyterum hunc martyrio coronatum fuisse simul cum Camerino Episcopo Tuccitano in Sardinia, ut refertur in Martyrologio Romano die 21. Augstii, & illuistrat Tamayus in Martyrologio eodem die.

Vicesimo loco subscriptis *Emeritus Barria*. Bivarius, & Pedraza legit *Viriam*, quod Oppidum hodie dicitur *Vera*, eisque in principio Baetica, ut ex Floriano Ocampo probat R. Caro, Lib. 1. antiquitum Hisp. Cap. 1.

Vicesimo primo loco subscriptis *Emanuili Selia*. *Selia* autem fuit vetus Civitas Baetica prope Illipam, conventus Cordubensis ad ripam Baetis fluminis, habuisseque olim Ecclesiam Cathedram, referunt Caro, & Bivarius ad Flavium Dextrum dicto anno 300. Pedraza dicto Cap. 13.

Vicesimo secundo loco subscriptis *Clementianus Offigi*. Biv. legit de *Afigi*, hoc To. II.

est *Ecija*, sed rectius Rus-Puerta, quem refert, & sequitur Pedraza d. Cap. 3. rectius *Offigi*, docetque fuisse Oppidum in principio Baeticæ pro parte Tarraconensi situm, ubi hodie dicitur *Mingibar* in Regno Giennensi.

Vicesimo tertio loco subscriptis *Eutyches*, sive *Eutychius Carthaginensis*. Charthago autem Spartaria, seu Nova ad differentiam veteris, de qua plura adducit Tamayus Tomo 2. *Martyrol.* pag. 420. hodie nomen idem retinet, diciturque *Carthagena de Espana*, in discribent alterius, quæ jacet in America sinu. Carthago hæc Spartaria Sedem Episcopalem habuit a primis Ecclesiæ cunabulis, quæ postea in Murciam translata fuit. De ejus conditoribus nonnulla adducit Tamayus in *Martyrol.* Tom. 1. die 15. Januar. Et vetus numisma exponit Tom. 2. die 1. Martii. Unde constat, Eutychium, ut Legatum Episcopi proprii, aut Sede vacante, interfuisse huic Concilio.

Vicesimo quarto loco subscriptis *Julianus Cordubensis* comes magni Osii. Cordubensis Urbs Patricia, & Baetica princeps appellata est; ut in peculiari de hac Opusculo Latino sermone edito, probat P. Martnus de Roa. Fuit Romanorum colonia a Gotthis exculta, & illorum regium faltigium, ab Arabibus Imperii sede ornata, scientiarum mater juxta Martiale Lib. 1. Epigramm. 62. ibi: *Facunda loquitur Corduba.* Ejus literis celebratissimos filios recenset Coronel ad Gonçor Sonet. xxxix.

Interfuerunt etiam huic Concilio Juvenus natione Hispanus Presbyter Salmanticensis, ut refert Flavius Dexter anno cccxxxvii. his verbis: *Salmantica in Vectonibus S. Juvencus Presbyter moritur, qui juncta nonnullos interfuit Concilio Illyberitano*; ut notarunt Caro fol. 123. Bivar. fol. 380. Juvenus hic in doctrinis omnibus sic progressus fecisse dicitur, ut sui facultus unus ex famosioribus in omni genere scientiarum Doctoribus haberetur. Hinc suis tot meritis exposcentibus per Ecclesiasticos gradus ad Presbyteratum accessit, cujus doctrina adeo totius Hispaniæ tractus occupavit, quod congregato hoc celebri Concilio a PP. evocatus interfuit: post hoc Salmanticam reversus, plures Ecclesiæ filios parturire curavit, & post ejus obitum inter Confessores Presbyteros relatus fuit.

Ejus Opera per totius orbis evulgata nationes S. Hieronymi, & aliorum illius seculi Sanctorum PP. & nobilium Scriptorum merentur encomia; immo in Concilio Rom. sub Gelasio 1. anno ccccvi. celebrato, quo DD. scripta ab apocryphis distinguerentur, B. Juvenci scripta ut authentica relata sunt. Omnia hæc complectitur antiquus versificator his verbis.

Cæsar is ecce Briga Urbs post hac veneranda Juvencum Presbyterum noscit, pignus & esse suum. Hic igitur natum tenuit Salmantica clarum Sanctorum doctrinæ & pietatis Virum. Illyberis cæstus Patrum cognovit, & illam Doctam decretis adhibuisse manum. Denique Confessor Sanctus, concendit Olympum; Landibus ut Vetto gaudet ipse suis.

Fabule pure.

Alia prosequuntur de S. Juvenco D. Hieronymus, *De Scriptor. Eccles.* C. 84. Aubertus Miraeus in *Biblioth. Eccles.* & in Epist. ad Magnum, & in Comment. ad Cap. 7. Matth. Honorius Augustodun. *De Scriptor. Eccles.* §. 85. Eusebius in *Chron.* anno ccxxix. Mora- les Lib. 10. Cap. 34. & alii congettati Tamayo in *Martyrol.* Tom. 5. die 12. Septembris.

Interfuit etiam Crispulus Presbyter Illipulitanus, ut supra retuli. Unde si lectionem vulgararem retineamus, ubi habetur, *residentibus xxxvi. Presbyteris*, adimpletur numerus, adjectis his duobus, quorum subscriptiones injuria temporum periere, sicut & memoria Diaconorum: tantum enim liquet B. Vincen- tium Archidiaconum simul cum Valerio Episcopo suo adfuisse, ut notarunt Bivar. ad *Flavium Dextr.* anno ccc. fol. 323. Carrillo in *Vita S. Valerii*, Cap. 15. Etiam Felicem Archidiaconum Toletanum adfuisse huic Concilio, constat ex *Flav. Dextr.* anno ccc. num. 12. ibi: *Felix Archidiaconus Toletanus, qui collegit, digestaque Canones Concilii Illyberitani cum S. Osio Cordubensi mire floret.* Ipse sequenti anno die 12. Maii in Hispaniensi Civitate martyri laurea coronatus fuit, ut ex *Martyr. Rom.* & aliis probat Tamayus Tom. 3. *Martyrol.* d. die 12. Hæc de SS. Patribus hujus Concili. Siste tamen paullisper, lector, & attende Concilium hoc veluti Librum pœnitentiale; cum omnes fere illius Canones pœnitentiales sint, in quibus elucet quanta fuerit in illis sanctissimis Viris observantia censura, quantus vigor in extirpandis ab Ecclesia peccatis: & vide quanta veneratione habendum sit Concilium, in quod tot Martyres Christi, totque egregii Catholice Fidei Confessores convenerunt. Illi intercedant pro nobis, ut digne ac reverenter eorum sententias auscultare, & exponere valeamus. GONZALEZ.

Clarissimus Vir iste paucorum mensium spatio adornavit novam Commentariorum magni illius Mendoza editionem, suasque Notas, aut Scholia adjectit, inter frequentes S. Officii occupationes. Præterea totum ipsum studium eousque fuerat in evolvendo & illustrando utroque Jure, cuius Doctor & Professor eximus fuit in celebrissima Academia Salmanticensi: ubi ambo ab ipsa pueritia studiis sub iisdem Juris Pontificiis ac Casarei Interpretibus: præsertim sub præstantissimo illo, atque Illustrissimo D. Francisco Ramos del Manzano, postea Catholici Regis nostri Caroli II. magistro, qui in aureis suis Commentariis ad Leges Julias, & Papias, utriusque nostrum inter chariores discipulos, per honorificam mentionem facit.

Condonandum itaque est doctissimo Gonzalez, si totus in utroque Jure enucleando, parum, aut minus quam oporteret, Criticen curaverit, ad discernendum inter germana, & notha diverorum scripta: nec detexerit fraudes ac falsationes innumeratas, quibus scatent pseudo-Chronica illa Dextra, Maximo, Helice, Luitprando, & Juliano Perez supposita a P. Hieronymo Roman de la Higuera, omnium illorum artifice, & totius Ecclesiasticae Hispaniarum Historiæ, quantum in ipso fuit, corruptore.

Sed & hoc ipso loco similes fabulae eorumdem Higuera & Tamayi occurserunt circa alios huius

Ex iis turbidis, & faculentis lacunis Joannes Tamayus de Salazar, nimia credulitate, & crisi nulla, delibavit, aut potius coacer- vavit figura innumera, iisque implevit sex illos Tomos sui Martyrologii Hispaniæ, a vulgo & semidocetis receptos cum ingenti plausu, sed stomachum, ac bilem moventes eruditissimi quisque Hispanis, & exteris. Nec contentus Tamayus aliena commenta suis scriptis inserere, adjecit e suo plurima tertio quoque verbo, ac præsertim carmina insuffissima, & nec Grammatices, nec Poeseos leges servantia, tanquam olim a Maximo, alisque Viris gravissimis scripta, que tamen partim ab ipso Tamayo, partim ab aliis convictoribus ejus in Domo Illustrissimi D. Didaci de Arce Reynoso, Inquisitoris Generalis Hispaniarum, absque ullo genio, aut sale composita fuerunt.

Verum inter omnia gravia absurda ab Higuera, Tamayo, & aliis similis farina hominibus inducta, illud imprimis intolerandum est, quod sanctitatis titulo donare aucti fuerint, sive in numero Sanctorum Hispaniæ, vel ad Hispanias spectantia recensere, ac certis illarum Ecclesiæ, Urbibus, vel Populis assignare plurimos homines, idemque de feminis, quos nec Ecclesia Universalis, nec ulla particularis venerata fuerat, seu cognoverat usque ad annum circiter MDXCIII. quo Higuera coepit vulgare ea figura. Inveniuntur quidem in Martyrologiis, aut Menologiis, Sancti plurimi ejusdem nominis, cujus fuerunt alii innumerati non Sancti. Immanis vero ausus eorum veteratorum fuit, ubi inveniebant in Conciliis, vel monumentis exploratis Hispaniæ quosdam Episcopos, Presbyteros, Diaconos, vel alterius conditionis homines, confundere illos cum aliis Sanctis viris, aut mulieribus ejusdem nominis extantibus in Martyrologiis, Menologiis; aut cum iis, qui peculiari traditione cujuspiam Provinciæ, vel Urbis, censemur, & coluntur ut Sancti. Qua fictione quænam alia in rebus adeo sacris perniciose esse posse, ego non video.

Et hoc ipsum plane accedit circa Patres illos, sive Episcopos, sive Presbyteros, sive Diaconos, qui intervenierunt præsenti Concilio. Felix enim Episcopus Accitanus, qui subscribit primo loco, ponitur ab iis veterotoribus inter Sanctorum, & confunditur cum Felice illo Episcopo, qui in Martyrologio Romano memoratur ex Uliardo 18. Maii, & fuit Episcopus Spoletinus in Italia, aut Spalatensis in Dalmatia, ut habet Petrus de Natali. in Catalogo, Lib. 5. Cap. 13. Similiter Melantius Præsul Toletanus septimo loco subscribens, nova metamorphosi mutatur in S. Melanium Episcopum Rhotomanensem, cuius festum ponitur ad diem 22. Octobris in *Martyrol.* Romano. Patricius quoque Episcopus Malacitanus decimo loco subscribens, transformatur in S. Patricium Hiberniæ Apóstolum Primate, qui colitur 17. Martii. Hæc omnia supra indicavimus suis locis, & rejecimus, omittentes plura alia similis farinae, seu potius furfuris.

Et omni Plebe.

huic Concilio intervenientes, veluti Luxuriū de Drona, & Camerinum, quos Martyribus accensent ad diem 21. Augusti in Martyrologio Hispano, eo quod illorum eadem die in Romano fiat commemoratio. Sed nulla vel levissima umbra fundamenti est, non dico ad censendum, sed ne ad suspicandum quidem, *Luxurium* Presbyterum hoc loco memoratum, esse illum *Luxurium* (ita nominatur, non autem *Luxurius*) Martyrem, qui colitur ab Ecclesia Universalis die 21. Augusti. Quia vero ii duo pseudo-historici legerunt ibidem Camerinum Luxurio adjungi comitem martyrii, ne dolus detegatur, sive potius, ut dulus duplicaretur, addiderunt Camerinum Episcopum Tuccitanum, qui huic Concilio subscribit quarto loco, esse plissimum illum Camerinum, qui comes Luxorii in martyrio fuit apud Sardiniam: cum tamen neuter eorum re ipsa fuerit Presbyter, aut Episcopus, nec id memoretur a Mombritio, Tomo 11. Vitarum SS. vel a S. Gregorio Papa Lib. 7. Registrum in Epist. ad Januarium Callaritanum, unde eorum commemoratio in Martyrologium Romanum emanavit. Immo & Mombritii Acta testantur, Camerinum illum apud Sardiniam passum fuisse, ac coronatum martyrio cum puerulus esset, adeo ut verba nesciret accommodare Præsidi. Quomodo ergo tenera aetate occisus, potuit esse postea Episcopus Tuccitanus, ac tandem (quod novum figuramentum est) Toletanus,

Tot hæc commenta circa Camerinum aede aperta & probrosa sunt, ut postquam ad diem 21. Augusti pag. 529. ea protulerat litera I. postea quasi religione percussus, pag. 541. agnoverit narrationes Juliani nomine editas in ea parte erroribus scatere, sed melius dicter plena fabulis, & probolis mendacis ubique fere. Porro ex iis, alisque plurimis, inter alia damnata, id malum secutum vereor, ut in multis Ecclesiæ, & populis Hispaniæ, nimia simplicitate, ac credulitate delusus, celebrentur plura festa eorum Sanctorum, qui nullo prius titulo ad illas spectant, nisi fictio; immo & eorum, qui Hispaniæ quidem fuerunt, verum nunquam ab Ecclesiæ inter Sanctorum relati. Dignum censeo supremam illa Hispaniarum Inquisitione, immo & hac Sancta Sede, in ea omnia inquirere, & gravissimis quibusdam, lectissimisque Viris injungere onus examinandi omni studio, atque ingenuitate, sex illa volumina Martyrologii Hispaniæ, & resecandi innumeratas fabulas similes, quibus scatent in materia adeo gravi, & sacra.

Verum præterea, ut radix tanti mali extirpetur, nec illud postea revocetur ex Orco, oportet idem examen adhiberi omnium pseudo-Chronicorum, Dextri, Maximi, Helece, Luitprandi, ac Juliani nomine evulga-

torum a P. Higuera, eorundem architecto, & propterea irriso semper ab ipsius doctissimo contubernali Joanne Mariana, ac toties gravissime reprehenso nominatim a Bollandianis ejusdem Instituti. Pleraque enim figura in eo Martyrologio sparsa, ex iis Higuerae fabulis desumpta sunt, licet Tamayus multa etiam alia de suo addiderit, & ex magisterio illius in arte mentiendi, aut fingendi profecerit.

Idipsum fere moneo circa pseudo-Aubertum Hispanensem, obtrusum paullo post medium hujus saeculi labentis ab Antonio Lupian Zapata, in quo similes fictiones occurrunt, præsertim circa Sanctos, Ecclesiæ, & alias res sacras Hispaniæ. Has omnes fere tuendas recepit, immo & vindicandas valitis voluminibus, Gregorius Argaz; præsertim ex testimoniis illorum pseudo-Chronicorum, quasi ea essent exploratae fidei. Majori simplicitate quam judicio scribens, id solum obtinere potuit, ne prudens & sciens mentiri censeretur, dum tot aliorum fabulas non tam mala fide, quam nimia, tuebatur. Cum eo, dum vivet inter nostrates, perinde fere me gessi, ac Joannes Mariana cum sodali Higuera & sege ferens, tot bonas horas ab illo in tam mala causa defendenda collocari. Verum is, ut erat prejudiciis occupatus, & jam per plurimos annos assuetus iis naniis credendis, ac protegendis, nihil moratus opinionem meam, & plurium doctorum, ac prudentium Vitorum, persticte immotus & quemadmodum tenet insanabile multos scribendi cacoethes, sic in eo prevaluit inverteratus scriptiendi genius, & tuendi commenta illa a Lupiano intrusa.

Quapropter jam a multis annis censui, & quotidie in ea sententia confirmor, e re boni publici, & Ecclesiæ, præsertim Hispaniæ, esse, ut quemadmodum Libri illi de monte Granateni, & Laminis, ac reliquiis in eo repertis accurate examinati fuerunt, & postea prohibiti: ita etiam omnes Libri supra indicati, & subinde scripta quæque in eorum defensionem edita, accuratissime examinentur. Quod si inventa fuerint fabulosa, & præsertim in rebus adeo sacris (ut mecum sentiunt gravissimi, & eruditissimi Vici intra, & extra Hispaniam) supremus Fidei in ea Senatus, aut hæc Sedes Apollonica, decernat opportunum tanti mali remedium. Hæc citra invidiam, aut prejudicium ullum, vel studium partium ab utraque parte decertantium, mihi semel hoc loco, & occasione data, consuluisse licuerit.

Unde quoties in decursu prolixo hujus Operis quisquilius ejusmodi occurserint, aut illas silentio obvolvam, velut memorata in dignas; aut levi manu rejiciam, ne quis imprudens, vel nimium credulus, ullam iis accommodet fidem. CARD. DE AGUIRRE.

C A P U T VIII.

Cur de plebe in hoc Concilio injecta.

A Bsit, Beatissime Pater, ut hinc aliquis eam erroris maculam Hispaniæ spargat, ut eo tempore, aut unquam in Concilis Provincialibus, vel Generalibus, interelle plebem potuisse dicat, & ejus iudicio, ut Ecclesiasticorum, causas Ecclesiæ tractari, & dif-

diffiniri; sed ut auribus exciperet, quæ Catholicae Ecclesiae Episcopi decreverant, ut re, & opere postea exequeretur. Solebant primitivæ Ecclesiæ Patres (quod & hodie observant) congregatis omnibus Fidelibus in Ecclesia, renunciare palam, quod clam constituerent: eaque renunciatio promulgationis vim, & auctoritatem habebat; fiebat a Notario, ex cuius fide Decreta omnia Concilii pendebant. Fuisse autem hanc Concilii nostri Iliberritani renunciacionem a Notario factam, inde colligitur, quod in primo hujus Concilii Canone, ut referunt Codices ms. addatur, *Placuit inter eos.* Et in principio ante Canones dicitur: *Cum confesissent sancti & religiosi Episcopi in Ecclesia Iliberritana, hoc est, Felix, &c. residentibus etiam XXXVI. Presbyteris, adstantibus Diaconibus, & omni plebe, universi Episcopi dixerunt.* Quæ omnia indicant testimonium esse Notarii. Nomina præsentium Episcoporum principio olim præfigebantur: quia cum numero perpauci essent, incommodum id non erat, nec audiensibus, nec legentibus grave, si ex fide Notarii agnoscerent, qui Concilio interfuerant, & Decreta firmaverant. At cum in Generalibus Conciliis, & quibusdam Provincialibus, incremento Fidei fidelium Episcoporum numerus crevisset, ne tot nominibus recitandis molesta in principio lectoribus crearetur, prudenter ad calcem illa, additis subscriptiōibus, rejecta sunt.

Sed tempus est, ut hujus Concilii Decreta, non tam nostra, quam Summorum Pontificum doctrina, & auctoritate, sanctissimorum Conciliorum Sanctorum, antiquorum Patronum Sententiis, & Divinis Ecclesiæ traditonibus, ut vetustissima, sic & Catholicae, Apostolicæque doctrinae, & pietatis plenissima esse ostendamus.

C O M M E N T A R I U M O V I .

Omnibus hæreticis semper fuit, & hucusque proprium est, Conciliorum auctoritati detrahere, eorum usum damnare, aut saltem congregandi formam, & veram seriem, postea fucata, & adulterina historia corrumperem, ut nostris temporibus conatus fuit P. Soanus Polanus, seu quivis auctor est historiæ Concilii Trident. quem feliciter & nervose debellavit Sforzia Pallavicinus Societas Jesu & S. R. E. Cardinalis. Inter alios ergo hæreticorum errores ille fuit, videlicet non solum Prælatos majores, verum Presbyteros, & laicos præstare debere suffragium in Concilio quantumvis Generali. Ita censuerunt Lutherus Lib. De Concil. Cap. 2. pag. 264. Carolus Molinaeus in suo Consil. De Conc. Trident. non recip. §. 28. Protestantes in eo Libro, quem ediderunt sub titulo: Causæ, cur Electores, & ceteri Confessioni Auguianæ addicti Concil. Trident. non accedant, expendunt pro suo errore adstruendo, primo Concilium Hierosolymit. Apost. quod refertur Actuum Apost. Cap. 15. in illis verbis: *Tunc placuit Apostolis, & senioribus cum omni Ecclesia; ubi referri videtur, non solum Apostolos, sed Presbyteros, & laicos Concilio interfuerit.* Secundo, quod communis causa communibus votis juvanda est; sed causa Religionis communis est, igitur omnium suffragiis decidenda est. Sed Catholica sententia tener, Prælatos majores, Archiepiscopos videlicet, & Episcopos in Oecumenicis, & Provincialibus Conciliis, jus suffragiū decisiū habere; privilegio autem, & consuetudine illud præstare posse Cardinales, Abbates, Presbyterosque in Synodis Provincialibus, & Diocesanis. Eam probant Turre-cremata in *Summa Ecclesiæ* Lib. 3. Cap. 12. & 15. Bullar. de Conciliis Lib. 1. Cap. 15. Anton. Augustinus in *Epitom. Iuris Pontif.* Lib. 5. tit. 34 Coriolanus in *Summa Concil.* Neque contrarium observatum fuit in dicto Concilio Hierosolymitano, in quo plebs non adfuit ut distinet, aut disputaret, sed tandem ut audiret, & recipiret Decreta Sanctorum Apostolorum: ut contigile in electionibus Episcoporum primis Ecclesiæ sa-

JOSEPHI CATALANI ADDITIO.

Plura quæ ad præsentem rem spectant, explicuimus nos Tomo nostro I. Conciliorum in Prolegomenis ad Concilia Oecumenica, variis Capitibus, quorum undecimum inscriptum est, *Quomodo intelligantur Imperatores Synodis Oecumenicis præsedisse.* Præfuerunt quippe, sive potius adfuerunt, non ut

ut Judices, sed tanquam Synodi defensores, tumultuationum propulsatores, ac pacis, & ordinis vindices. Quo consilio Nicænae prima generali Synodo adfuerit Constantinus Magnus Imperator, narrat Eusebius in ejus Vita, Lib. 3. Cap. 10. Postquam Imperator ad caput subselliorum venit, primus medius stetit; postea ante eum humili sella ex auro fabricata, non prius assedit, quam Episcopi innuissent. Quænam vero fuerint hujus Imperatoris partes in Synodo assidentis, satis idem Eusebius expressit Lib. citato, Cap. 13. nempe attente audire, studere pati, favere veritati, & fovere concordiam, tumultus comprimere, discrepantes a veritate revocare; non autem ferre suffragium, vel causam sententia definire, vel quampiam ad eam rem pertinentem inconsultis Patribus Legem ferre. Nam & commendatur in copotissimum a S. Ambroso in Epistola 32. ad Valentianum Imperatorem modestia Constantini, quod liberum in omnibus reliquerit de Fide judicium Episcopis. Sed audi ipsummet Constantinum in Epistola ad Nicomedenses apud Theodoretum in Historia Ecclesiastica Lib. 1. Cap. 19. *Interfui,* inquit, non alio sane animo, quam ut concordiam inter omnes constituerem. Ubi nunc præsidencia Imperatoris ab hæreticis Protestantibus toties jactata?

Sed ecce hic & aliud exemplum. Adfuit quidem Ephesino Concilio Candidianus Comes domesticorum missus a Theodosio Imperatore, non quidem (quemadmodum ipse Imperator suis ad Synodum scriptis Litteris contestatus est, ut consultationibus Episcoporum se immiseret, sed ut curaret ex more ut omnia ibidem cum summa agerentur tranquillitate. Hinc cum in Chalcedonensi Synodo, Actione 11. Diocorus, quod suscepitos quadammodo illos Patres haberet, pertinset, ut sententia de se ferenda Senatus Cæsaris præcesset; ab omnibus conclamatum est: haudquaquam licere, quæ Religionis sunt, laicis coram agitari. Quam ob causam in Antiocheno Concilio, Can. xii. decreta fuit, eos, qui in spiritualibus adire Imperatorem auderent, multando esse. Sed & in viii. Synodo affirmatum constat Cap. xvii. nunquam sacros Canones sanxisse, Principes seculares in Conciliis convenire posse, sed solos Antistites. Id quod & ipsi Principes non semel testati sunt, ac præserit Theodosius Imperator ad Ephesinam Synodum scribens, illicitum esse eos, qui non sunt ex ordine Episcoporum, Ecclesiasticis immisceri tractatibus. Ceterum, ut alios omittam, quo jure Martianus Augustus Concilio Chalcedonensi interfuerit, ipsem expositum, cum ita ipsam Synodum alloquitus est Actione iv. *Nos enim ad Fidem confirmandam, non ad potentiam ostendendam exemplo religiosissimi Principis Constantini interesse Synodo voluimus.* Quo autem ille animo Nicæna Synodo interfuerit, explicatum superius habes. Quanta demum fuerit Principium, ac præserit Hispanæ Regum reverentia erga Episcopos in Synodis, abunde nos docent Acta Conciliorum ejusdem Hispanæ. In Synodo iv. Toletana, ut in ipsius

DE CONCILIO ILLIBERRITANO

CONFIRMANDO

AD CLEMENTEM VIII. PONTIFICEM MAXIMUM,

LIBER SEGUNDUS.

CANON I. Vulgatus.
De his qui post Baptismum idolis sacrificant.

Placuit, ut quicunque post Fidem Baptismi salutaris, adulta etate, ad templum idoli idololatratus accesserit, & fecerit quod est crimen capitale, nec in fine eum ad communionem suscipere.

CANON I. Emendatus.
De his qui post Baptismum idolis immoverunt.

Placuit inter eos, ut qui post Fidem Baptismi salutaris, adulta etate, ad templum idoli idololatratus accesserit, & fecerit quod est crimen principale, nec in fine eum communionem suscipere.

CAPUT PRIMUM.

Apostolorum Symbolum cur Patres Illiberritani initio hujus Concilii omiserunt.



a. D. Athan. in Epist. ad Iohannianam vitam agentes.

Quando Fidei Symbolum Concilis prae-
gi coepit.

b. D. Hieronym. in Epist. ad Pammachium,
et Oceanum.

c. D. Basili. Epist. 78.

d. Gregor. Nazianzen. Epist. 2. ad Cledoniam
in princ. Concil. Confant. 1. Can. 7.

e. D. Basili. lib. 2. in Eunomi.

ST hoc in more positum, institutoque majorum, Clemens Pater Sanctissime, ut bene hosti diuturno Ecclesiae usu, & auctoritate comprobatum, & Generalia, & Provincialia Concilia a Fidei Catholicae professione Symbolo Apostolorum tradita, & consecrata exordiri: quod ob illorum est haereticorum vasianam inductum, qui adversus principia Fidei capita, & recepta a Sanctissimis Patribus Catholicae Religionis dogmata perniciose vocum novitatis excitarunt. Et cum ad hoc usque Concilii tempus Hispania discipline Apostolica tenacissima, ab omni erroris labe, singulari Dei beneficio, cui immensa gratia, & immortales, & pura, & integra persistisset; ictus Apostolicam Fidei professionem a religiosissimis his Patribus consulto fuisse silentio prætermissem, tum prudentia, & sanctitati Episcoporum magis est consentaneum. Cum certis prætermissim D. Athanasii a monumentis sit traditum, eundem hunc qui Concilio huic interfuit, & subscripsit, Oium, oborta Ariana haeresi contra secundam Trinitatis Personam, omnium illum primum Sylvestri Papae, & universi Concilii Nicenæ auctoritate, Nicenæ Fidei Symbolum concinnasse, & principio illius præfixisse, a quo illa posthac in Conciliis reliquis edendi Symboli manavit consuetudo, additis expressius his, que ad extinguidam accentum ab Ario flammam de consubstantialitate Filii cum Patre videbantur necessaria. Et cum de Spiritu Sancto tunc nulla esset orta controversia, simili, aut eadem prorsus de causa ad afferendam Spiritus Sancti Divinitatem, nihil in Niceno Symbolo, aut Concilli Decretis, speciatim actum reperimus. Divus Hieronymus b illorum refellens sententiam, qui faventes Origeni dicebant: Quomodo damnabimus, quos Synodus Nicena non tetigit? quæ enim damnavit Arium, damnasset utique & Origenem, si illius dogmata reprobasset; scilicet, uno medicamine omnes simul morbos debere curari. Et ictus Spiritus Sancti neganda maiestas est, quia in illa Synodo super substantia ejus silentium fuit? De Ario, inquit, tunc, non de Origene quæstio fuit: de Filio, non de Spiritu Sancto: confessi sunt quod negabatur: fluorescunt de quo nemo quererebat. Quanquam latenter Origenem sententem Ario percusserunt.

D. Basilius c postquam Nicenæ Fidei Symbolum retulit, ut subscriberet Eustachius Sebastianus Episcopus: Quoniam igitur in hac Fide, inquit, reliqua quidem satis diligenter determinata sunt, alia ad correctionem noxiorum, alia ad præmunitiōnem, contra ea quæ in futuro subiori posunt; sententia vero de Spiritu Sancto in transcurſu sine omni diligentia posita est, propterea quod nondum mota esset ista quæstio, sed adhuc credentium mentibus securus, ac nullis objectus insidiis inesset de Spiritu Sancto intellectus. Paullatim vero perversa impietatis semina se exeruerunt, quæ quidem primum ab Ario haeresi auctore seminata, postea vero ab illis, qui impia Ario commenta suscepserunt, ad perniciem Ecclesiæ munera sunt. Gregorius Nazianzenus d rescribens ad Cledonium, perspicuum, & brevem Catholicae Fidei tractatum ab illo requirentem: Adjungentes, & insuper explicantes id quod ab illis, Nicenos Patres intelligit, minus plene de Spiritu Sancto dictum est, quoniam nondum coorta, atque excitata hæc quæstio fuerat. Sed ea jam excitata, abnegataque errore nefario per Macedonium sacrosancti Spiritus Divinitate, ad eam afferendam addita sunt in Concilio Constantiopolitanus I. & Symbolo in eo edito: Qui ex Patre procedit; nec addiderunt tunc Patres Spiritum Sanctum procedere etiam ex Filio, quod illud ea tempestate, ut Basilius e testatur, haereticī non negarent. Post autem, cum in hoc haereticī,

Gra-

Græci præsertim offendissent, Alexandrinum Concilium, ut est Author Cyrus, Ephesinum postea, Chalcedonense b, Constantiopolitanum II. c & III. d Lateranense e, & Florentinum, ut Provincialia omittamus, Spiritum Sanctum a Patre, & Filio procedere clarius expresserunt. Semper enim maiores nostri divino ejusdem Sancti Spiritus impulsu afflati studia omnia, curam, operam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem eo defixerunt, ut unius Fidei, unius Ecclesiæ, unius Christi præclararam ab Apostolis sibi quasi per manus traditam hæreditatem, quam temere, & impie expilare consabantur haereticī, sarcasmis & tectam religiosissime conservarent. Et cum Hispania non tam novellis haereticorum commentis, quam antiquis, & inveteratis Idolorum superstitionibus, ob recentem Fidei, & Evangelii promulgationem, tenacius inhæretet: hinc religiosi, & Sancti Hispaniæ Ecclesiæ Patres, qui quid viribus eniti, consilio provide, auctoritate decernere poterunt, hoc omne ad præsentem Christianæ Reipublicæ statum, ad evellendas scilicet defixas altius eas idololatriæ radices, singulari piegate, & prudentia accommodarunt: gravissima his pœna proposita, qui Christianæ Religionis mysteriis initiati, & jam etate rationeque adulti ad templum Idoli accedentes, Idolum pro Christo, nefario scelere, summoque violatae sacræ majestatis crimine adorarent.

^a Cyril. in Epist. ad Neoforum approbata in Concilio Ephe- siano Tomo I. Cap. 14.
^b Con. Chalce- don, adiunctione 5.
^c Confantinop. 2. sessione, seu Collat. 8.
^d Confantinop. 3. adiunctione 17.
^e Lateranense sub Innoc. III. Cap. 1.

COMMENTARII NOVI.

Concilium istud non fuisse celebratum post Nicenum, ut aliqui voluerunt, evincitur inter plura alia argumenta, ex eo quod in illo fuerit prætermissem Fidei Symbolum. Quomodo enim id pateretur magnus ille Osiris, qui partes potiores habuit apud Nicenam in eo condendo, & proferendo adversus impiissimum Arium? Curasset certe initio, aut progesu saltem hujus Synodi, ut formula illa, aut compendium Catholicæ Fidei palam ab omnibus proferretur, si illa post Concilium Nicenum faillet coacta.

Est insuper alia ratio, ne Patres hujus Concilii quidquam ex instituto præmitterent circa Divinitatem solidam, seu veram Deitatem Filii, in Symbolo expressam: quoniam illud celebratum fuit anno cccl vii. aut cccl viii. ex veriore sententia, ac proinde multo antequam Aries putido, & sacrilego ore ostensor, sive consubstantialitatem Filii cum Patre negaret. Non enim id ausus fuit, & forte nec cogitavit quidem usque ad annum ccx. quo propter schisma Meletianum excommunicatus fuit a S. Petro Alexandrino. Immo & fortassis tunc nondum haeresim incurrerat usque

Placuit.

CAPUT SECUNDUM.

Quæ verbi Placuit, vis; qui usus ejus in Conciliis.

Quæ non natura, aut Divina Lege constant, sed quæ humanis Episcoporum placitis ro-

^f Lucas ad. 15.

gantur, & abrogantur Constitutiones, per verbum PLACET, decerni, vetus nos. Quem primum in Ecclesia Apostolos usurpatè in Concilio Hierosolymitano, Lucas f refert: PLACUIT Apostolis; & Senioribus cum omni Ecclesia eligere viros. Et post alia: PLACUIT nobis collectis in unum. Et potea: VISUM EST Spiritui Sancto, & nobis. Illa autem, quæ ad Fidei attinet, per verbum PLACET, vel VISMEST, in Conciliis non constituantur; sed per verbum, CREDIT, vel, AD ISTUM MODUM CREDIT SANCTA, ET CATHOLICA ECCLESIA. D. Athanasius g dicit, nec diem, nec mensem addiderunt; sed in negotio Paschæ non abhoruerunt ab istiusmodi appendice; ibi enim placuit, ut adderetur, VISUM EST, & omnes obtinuerant: de Fide vero non scriperunt VISUM EST, sed AD ISTUM MODUM CREDIT CATHOLICA ECCLESIA; & statim ipsa confessio credendi est: ut ostenderent, eam non esse novam sententiam, sed Apostolicam, & quæ ipsi scripsissent, non esse sua inventa, sed Apostolorum documenta. Si autem Fidei violatoribus nova aliqua pœna Canonica adderetur (ut additur in hoc Canone) vel confirmaretur antiqua, verbum PLACUIT, usurpari potest. Formulam autem inde ortum habuisse opinor, quod post dilensiones, & disputationes de re dubia positiva excitatas (in omnibus enim consentire omnes, naturæ prof-

^g D. Athanasius in princ. Lib. de Synodis Arianis, & Seleucie.

To. II. L. 80

et o est humana paulo superioris) cum post exactam disputationem, placati fuerint omnium, vel fure omnium animi, & in eandem sententiam venerantur, tandem praescribendum Decretum est, quareritur ex singulis, vel a Praeside, vel a Notario Concilii, an illis placeat, eam Constitutionem decerni: quibus sibi placere respondentibus, Fide gestorum postea a Notario facta, & Literis consignata, verbum PLACUIT, a Patribus usurpatum in principio Decreti, vel sanctione refertur. Quod preter alia, ex Concilio Carthaginensi ^a L. constat. Cum enim Gratus Episcopus Carthaginensis, Africanæ Ecclesie Primas, & Praeses Concilii, haec proposuisset: Et illud præcipue, si videtur vestra dilectioni, cavendum est, ut Pastoris cura &c. ad finem Canonis dicitur: Universi dixerunt: PLACET. Et poitea: ^b Cum idem Gratus proposuisset, avaritiae cupiditatam radicem omnium malorum esse, probibendumque inde esse, ne quis alienos fines usurpet, universi dixerunt: PLACET, PLACET. Idem liquet ex duabus ejus Cunciliis sanctionibus, quod vulgo Africanum c dicitur. (Particulare enim illud Concilium non est, sed compilatio ex diversis Carthaginensibus, Milevitano, Hipponebus, & aliis, eo Africani generali nomine a Compilatore, nec eo satis docto inditum, ut idoneo loco differemus.) Priori enim Aurelius Episcopus dixit, erat autem Aurelius Concilii Praeses: Quod in tractatum venit charitatis vestrae, puto hoc Ecclesiæficiis gestis esse firmandum. Professio vestrum omnium bac depropempti, debere unumquemque nostrum in Civitate sua per se convenire Donatistarum Praepositos; aut adjungere sibi vicinum Collegam, ut pariter eos in singulis quibuscumque Civicitatibus, vel locis, per Magistratus, vel Seniores locorum convenientiantur: hoc si omnibus PLACET. Postea vero sic ad didit idem Aurelius: Si videtur charitati vestrae, forma conventionis eorum recitetur: ut huc tenerem prosecutionis omnes, SI PLACUERIT, teneamus. Ab omnibus Episcopis dictum est: Recitetur. Latus Notarius recitavit. In posteriori vero sic: Si enim hoc fraterne acceperitis, veritas facile dilucescet: si autem hoc facere nolueritis, diffidentia vestra facile innotescet. Cumque recitata esset, ab omnibus Episcopis dictum est: SATIS PLACET, hoc fiat. Id ipsum Hispanorum Conciliorum usu receptum est, Toletani I. Caesaraugustani, & aliorum. Quem etiam morem in habendis Senatus-consulstis, Romanos olim obseruale, ex his Valerii singulis, vel notis liquet: Q.D.E.R.F.P.D.E.R.V.I.C. quas sic ille interpretatur: Quid de ea re fieri placere, de ea re universi ita censuerunt. Sic Ulpianus ^d cum Senatus-consulstis deputatione hereditatis formulam referret, haec ait post alia. Q.UOD. FIERI. PLACERET. DE. Q.UE. EA RE. ITA. CENSUERUNT. Ex postea: PLACERE, redactæ ex pretio rerum venditarum pecunia usuras non esse exigendas. Et alibi. Item PLACERE, a quibus hereditas petita fuisset, si aduersus eos judicatum esset, predicta qua ad eos. Cicero ^e: Cum sententia, inquit, gravissime dicerentur, PLACERE mibi domum restitui. Et cum de varia Senatus-consulstorum conceptione verba faceret: Quatuor omnino genera sunt, Judices, in quibus per Senatum more majorum statuatur aliquid de Legibus: unum est hujusmodi: PLACERE Legem abrogari, ut Q. Cacilio, Marco Junio Consulibus, qua Leges rem militarem impedirent, ut abrogarentur. Nec hanc solum formulam integer observabat Senatus, cum Responsa dabat, aut Decreta efferebat in album; sed & singuli Senatores, cum eorum Sententiae rogarentur. Valerius Maximus ^f de Scipione Æmiliiano: Idem, ait, cum Servius Sulpicius Galba, & Aurelius Cotta Consules in Senatu contendenter uter adversus Viriatum in Hispaniam mitteretur, ac magna inter Patres conscriptos dissensio esset, omnibus quorum ejus sententia inclinaretur, expectantibus. Neutrum, inquit, mibi mitti PLACET: quia alter nibil habet, alteri nibil est satis: aque malam licetis Imperii magistrum judicantis inopiam, atque avaritiam: quo ditto, ut neuter in Provinciam mitteretur, obtinuit. Quod si olim in Senatu non quid instituendum, sed prohibendum quid decerneretur, contra pronunciabant: id est, NON PLACERE. Cicero ^g: Atque ita sententia dicebantur, cum Stemnius absens res factus esset, de absente judicium nullum fieri Placere; & si quid esset factum, id ratum esse NON PLACERE. Idem ^h: Nisi hac ipsa Lex, quam Caius Cornelius tulit, obstatifset, decrevissem, Senatu NON PLACERE id judicium de Sylla bonis fieri. Livius ⁱ: Decrevit Senatus, inquit, Tribunos plebis NON PLACERE causias militares cognoscere, quominus ad Editum conveniretur.

C O M M E N T A R I I N O V I .

Vetus mos rogandi, & decernendi Leges tam Ecclesiasticas, quam saeculares, Synodi Ephesina Can. III. & IV. Concil. Afric. Can. LVIII. & LIX. passimque illum observatum invenio in Conciliis Hispania. In habendis etiam Senatus-consulstis facile constat ex duobus relatis a Frontino Lib. 2. De aqua-ductu Prioris verba sunt: Place-re huic ordinis eos, qui aquis publicis praefest. Posterioris vero haec: Neque augeri placere, nec minus numerum. Livius Lib. 3. de quodam S. C. ait: De auxilio mitterendo tunc respondere placere. Et statim: Senatu placere quæsiōnem de expilatis thesauris. In illis rogandis illis singularibus literis Romani

uti solebant Q.D.E.R.F.P.D.E.R.V.I.C. Quas sic interpretatur Valerius Probus. Quid de ea re fieri placere, de ea re universi ita censuerunt. Frequentere Senatus ea formula utebatur: placere Senatu, L. i. ff. Ad Maced. L. Item 22. §. Prator. ff. De petit. bæredit. Cicero pro Cornelio ibi: Quatuor omnino genera sunt, in quibus per Senatum more majorum statuatur aliquid de Legibus, unum ejusmodi, placere Legem abrogari; refert Brilon. Lib. 2. de Formul., & nos jam notavimus in Cap. 2. ver. placet, De elect. GONZALEZ.

Formula istæ loquendi, & assentiendi Patribus Ecclesiæ in Concilio congregatis usitata fuit longe ante Synodum Ephesinam, &

^a Conc. Carth. 1. Can. 1. 15^o 2.
^b Canon. 10.
^c Conc. Afric. Can. Can. 5. 8^o 2.
^d Ulpianus Lib. 22. 6. preter hec verbi pridie fatus Vers. cum au- tem.
^e Cicero Epist. 1. Lib. 4. ad Atticium. Idem in orat. pro Corne- lio de Majesta- te.
^f Val. Max. Lib. 6. Cap. 4.
^g Cicero Lib. 4. in Verrem.
^h Idem in Cor- neliana.
ⁱ Livius 34.
Idem Lib. 39.

& Africanas. Illam etiam usurpaverant Pa- Patres omnes in Concilio Sardicensi anno cccxlvii. Olius, qui erat Praes, & reliqui Episcopi. Nimurum ex viginti Canonibus il- lius, sexdecim incipiunt verbis his: O' o'ios En'oxos ðns. Olius Episcopus dixit; scilicet quid sibi videretur decernendum. In fine autem eorum dicitur: ñáris oi in'oxos ðns, apoxus yñsiv. Omnes Episcopi di-

serunt: PLACET OMNIBUS. Vel τὰ ριχθία ἡσεν. PLACENT quæ dicta sunt. Vel: ἀπεριτανοῦταις, ἀποκα. Re- sponderunt omnes, PLACET. Itaque, Olius Cordubensis Episcopus in eo Concilio Sardicensi usurpavit formulam loquendi, quæ usus fuerat 44. circiter annis retro in hac Synodo Illiberritana. CARDINALIS DE AGUIRE.

Placuit inter eos.

IN Codicibus ms. post verbum, PLACUIT, additur, INTER EOS; quod indicat, hanc esse Concilii renunciationem testimonio Notarii confirmatam, ut paulo superius observavi, Concilia enim non solum indicebantur, & habebantur in Ecclesia, sed & illorum etiam fiebat in Ecclesia promulgatio, ut nota fierent universo populo Christiano. D. Isidorus ^a: Concilium, ait, quoque nullus solvere audeat, nisi fuerint cuncta determinata, ita ut quacunque deliberatione communiquiuntur, Episcoporum singulorum manibus subscripti- tur: ita tamen ut ante duos, aut tres dies, quam solvatur Concilium, omnes Constitu- tiones a se editas diligenter retrahent, ne in aliquo offendissent. Item in die quo Concilium absolvendum est, Canones qui in sancta Synodo constituti sunt, coram Ecclesia in publico relegantur: quibus explicitis respondeatur in Choro: Amen. Deinde ad locum re- deentes, ubi in Concilio resederunt, Canones ipsos subscripti. Hoc ipsum observare soliti Romanos olim conitat; Leges enim, & Constitutiones Imperatorum in Senatu recitatae confirmabantur, ut Theodosius, & Valentianus ^b Imp. scripserunt. Athalaricus etiam Rex apud Cassiodorum ^c ad Senatum Urbis Romæ: Hec in catus vestri splendore recitentur, & per triginta dies Praefectus Urbis locis celebrimis faciet se leni more proponi.

^a D. Isidorus Lib. de modo celebrandi Con- cilii.

^b Theod. & Va- lentin. Imp. Lib. 8. De Legib. ^c Lib. 9. ver Cap. 1.

C O M M E N T A R I I N O V I .

LEges primum rogari, & ferri ad popu- lum, & postquam a populo accipie- bantur, perferri, & perrogari dice- bantur, ut ex veteribus formulis probat Bris- son. Lib. 2. De Formul. pag. 152. Ant. August. De Leg. Cap. 8. cum seqq. & Imperatorum tempo:ibus Constitutiones per Notarium re- citabantur, L. 14. Tit. 2. Lib. 6. C. Theodo- ibi: Recitata est in Senatu per Theodoricum primicerium Notarium. L. 1. Cod. De bonis matern. Recitata apud Vestrum Ruffum Praefectum Urbis in Senatu; & novas

Constitutiones septies in Palatio Justiniani recitatas fuisse, refertur in L. 3. Cod. De bonis matern. sive septimo, ut in L. Cum accura- tissimi 30. C. De fideicom. Quæ verba recta exposuerunt Jacobus Cujacius Lib. 20. Obser- vationum, Cap. 3. Gutherus De offic. dom. Lib. 1. Cap. 3. Sic etiam Conciliorum Canones per Notarium recitabantur coram plebe; non ut eos reciperet, vel acciperet, ut in Legibus saecularibus eveniebat; sed ut sciret quæ ob- servanda erant. GONZALEZ.

Ad templum Idoli idololatratus accesserit.

C A P U T III.

Quæ sit Templorum origo, quæ ratio.

Antea quam Templa essent, & loca ad cultum Deo habendum certa, & praescripta, in montibus, & agris, sub dio orabant olim. De Isaac d legimus quod in agrum exhibat ut meditaretur, id est, oraret. Deum & Dominum nostrum Iesum Christum in monte Olivacum orasse, ut turbam hominum fugeret, Sanctorum Euangelistarum e testimonio con- stat. Apud Persas neque Templa, neque Statuas, neque Aras extruere, consuetudo erat: quinimmo his auctoribus Xerxes inflammatis Templa Greciæ dicuntur, quod parietibus inclu- dent Deos, quibus omnia deberent esse parentia, ac libera, quorumque hic mundus omnis Tempum esset, & domus, ut refert Cicero ^f. Quare in more illorum positum fuisse, editissimum quibusque consensu montibus orare, Herodotus ^g affirmat. De Tempis autem Gentium postea. De populo vero Israelitico agendum prius. Tabernaculum a Moyse Deo con- structum est, quod etiam Templum, & Domus Dei dictum est: Ingressus est Eleazar & Anna in domo Dei in Silo, & puer Samuel erat cum ipsis. ^h Et postea dicitur, quod Samuel dor- miebat in Templo Dei: Tabernaculum enim, quod fixit Moyse, erat in Silo. Hoc autem Ta- bernaculum præcipiente Domino fecisse Moysen ⁱ, & sacrâ cum mensa & altari & æreis vasis & utensilibus ad divinum cultum explendum; nec solum divinis precibus ea sacrâ, sed etiam sancti olei unctione, Literis sacris traditum est, & Felix PP. 111. ^k scribit ad omnes Episcopos. Postea vero regium & magnificum Templum a Salomone ^l extructum, adhibitis multis cæremoniis & orationibus sacramut fuisse, ut dignus fieret locus ille, in quo orantes a Deo exaudirentur, dignareturque inibi Deus, utpote in loco sibi soli, & ejus cultu dicato in- habitare. Ante hanc autem Rex Salem ^m panes obtulit Domino. Et ante eum nomen Domini invocavit Enos, Abel, & Adam. Sed an id in Tempis effecerint, quia divinarum Litterarum testimonio non constat, affirmare non ausim.

^d Genes. 21. Genes. 24.

^e Matth. 14. Marci. 6. Luc. 22. Joann. 6.

^f Cicero Lib. 2. de Legibus.

^g Herodotus Lib. 1.

^h 1. Reg. 1. 2. Reg. 1.

ⁱ Exod. 23.

^k Felix Papa IV. in Epist. ad Orientis Epis. Cap. 1. apud Gratian. in C. 1. Tabernaculum de consecratio- ne Diffl. 1.

^l 1. Reg. 8.

^m Genes. 14.

Inter Gentes autem, Epimenidem Cretensem primum omnium Templo Diis adificasse, auctor est Diogenes ^a, et si Virruvius Pythium architectum primum omnium Prienae adem Minervae fecisse tradat. Herodotus ^b vero Agyptios primos Diis Delubra statuisse, quod Phroneo Agyptio, aut Meropi, ex Varrone in *Admirandis* tribuit Arnobius ^c. Roma autem teste Livio, Romulus Templum dicavit Jovi Feretrio, quod primum omnium more Gentis sacratum fuit. In Hispania autem antiquissima fuisse Templa Diis dicata, illud indicat, quod ^d Lib. 16. Cap. 40.

Plinius a refert, annos videlicet ducentos ante excidium Troiae, Templum Diana sacramum: Et in Hispania Sagunti aiunt, Templum Diana a Zacyntho advenit cum conditoribus, annis ducentis ante excidium Troiae, auctor est Bocchus, infraque oppidum ipsum id babeti, cui peperit religione induitus Hannibal, juniperi trabibus etiam nunc durantibus. Zacynthum autem fuisse comitem Herculis, & ab eo Zacynthum, & postea Sagunthum adificata recentset Vaseus ^e. In Insula Gaditana in extremis Baeticæ provinciæ finibus Templum Herculis fuisse celebre, & in eo duas illas columnas (quas Herculis vocant) refert Oliverius ^f. Apud Gaderam in Hispania extare Templum Senectuti dicatum, quod maxime astatem, utpote magistrum rerum, venerarentur; alterum vero Morti, ut communis quieti, & portui miseriarum, post exantatos labores, Elianus ^g est auctor. Ut ab antiqua ergo, & vana gentium superstitione ad veri Dei cognitionem Hispanorum animi revocarentur, semelque revocati, in vera, & sancta Christi Religione diutius, constantiasque perseverarent: ideo decernunt Hispanica Ecclesia Patres, ne quispiam Christianæ doctrinæ mysteriis imbutus, adulta jam astate, ad Idola Gentium idololatratus accedat; accedentis vero crimen gravissima, sed justissima animadversione coercent. Erant enim tunc, ethnicorum Imperatorum tyrannie, nondum omnino propagata Christiana Religione, Ecclesia in Civitatibus a Christianis Deo vero sacra: sed Tempa plura a Gentibus dicata dæmonibus, quorum multa, oblata idonea occasione, dirui possea (Osio forsitan suggerente) Imp. Constantinus decrevit, ut refert Eusebius ^h, & post illum rem ipsam confirmavit Constans i, ejus filius. Solum illa Tempa que extra muros erant, reservari Romæ jussit in L. 3. Cod. Theod. *De Paganis*, quæ non recte ab Anniano ejus Codicis compilatore ordine quarta præponitur, cum postponi debuisset, ut tempore posterior: Nam cum ex nonnullis (ait) vel ludorum, vel Circensis, vel agorum origo fuerit exorta, non convenit ea convelli, ex quibus populo Romano præbeatetur priscarum solennitas voluptatum. Postea vero singulari hæc omnia pietate Areadius & Honorius ⁱ Imp. sustulerunt: Si quæ (ajunt) in agris Tempa sunt, sine turba, & tumultu diruantur: his enim dejectis, atque sublati, omnis superstitionis materia consumetur. Eximia tamen, & summa religione Hispanus noster Theodosius omnia Fana, Tempa, Delubra a reliquis reservata, precepto Magistratum non dirui solum, sed collocatione venerandas Christianæ Religionis signi expiari præcepit.

COMMENTARII NOVI.

ETI variæ Gentes consuerint, Tempa non esse Diis adificanda, ne intra parietum ambitum, & sub tecis eos includerent, ut refert Majol. Lib. *Dier. Canic.* tamen Romani, & eorum provinciales jam a temporibus Numæ Pomplii Tempa, Fana, Delubra, Sacella, lucofisque variis Diis dicarunt, & conitruerunt, & in eis aram, & altare: hoc tamen discrimine, ut Ara, & Altare Diis superis, & inferis erigeretur; altare vero solum superis. Macrobius Lib. 3. *Saturn.* Cap. 6. De modo erigendi Tempa, titulisque aræ plura cumularunt Lipsius in *Not. ad Tacit.* Lib. 1. *Annal.* Gutherus *de jure Pontif.* lib. 3. Cap. 1. cum sequi. Pellicer *ad Poliphem.* *Gongora.* Sed ut ad Provinciam hujus Concilii proprius accedamus, constat in Hispania quamplures aedes, arasque Jovi, & aliis Diis constructas fuisse. Emerita fuit celebre templum Marti dicatum, ut liquet ex veteri inscriptio, quæ hodie legitur ita in furno S. Eulalia:

MARTI SAGRVM

VETILIA PACVLI.

Id est Vetilia uxor Paculi hoc Templum dicavit Marti. Jovi etim erat Ara dicata ibi, ut constat ex lapide in hunc modum exarato a Resendio Lib. 4. *De antiquitat. Lusitan.*

JOVI. O. M.

FLAVIA L. F. RVFINA EMERITENSIS.

FLAMINICA. PROVINC. LVSTITANIAE.

ITEM COL. EMERITENSIS PERPET.

ET MUNICIPI SALACIENS.

Hispali etiam fuerunt dicata Tempa Jovi,

Veneri, & Herculi, ut probat R. Caro in antiquit. *Hispal.* Lib. 1. Cap. 13. & in ipsa Illyberitana Urbe fuit celebratissimum Tem- plum dicatum Nata filie Hesperii & Illyberia, ita dictæ ob ejus miram pulchritudinem, cui ut Patronæ civitatis ejus incola in summitate illa collis, ubi nunc dicitur *Alhambra*, Tem- plum construxerunt, cuius aliqua rudera, la- pidæ dedicationum hodie leguntur, ex quibus unam, aut aliam referam. In turre vulgo de *Comares* hac reperitur:

SER. PERSIVS. OB HONOREM.
VI. VIRATVS FOR. II. BASILI
CAI. III. CONS. ITER. BLICCI.
HOSTIEVS. PECVNIA SVA.
EX. V. NATAIDI. RESTITVTIS.

NATAIDI.

Quam docte exponit Pedraza 1. p. *Hist. Gran.* C. 17. Alia etiam legitur in turri vulgo de aqua, fere ejusdem dedicationis, & ab eodem Servio-Persio in memoriam adepti honoris, his verbis:

SERVIVS PERSIVS OB HONOREM
VI VIRATVS SVLPIGIVS POSTHVMVS
PECVNIA SVA EXTRVXIT NATAIDI

In hoc templo erant varia idola Apollinis, Mercurii, & Veneris, quæ adhuc servari in ipsa civitate refert Pedraza d. Cap. 17. unde præfens Canon, & alii hujus Concilii, qui de Templo idolorum non adeundo sancti fuerunt, ad hoc templum præcipue, & ad alia Hispanæ sunt referendi, ut infra probabimus in *Can. L ix. GONZALEZ.*

Ido-

Idololatratus accesserit.

CAPUT QUARTUM.

Que Idoli etymologia, que idololatrie exterioris, & interioris veritas.

IDoli nomen a Graeco ἄδος, quod Latine formans sonat, & ab eo per diminutionem ἄδων deductum, aequo ut apud nos formulam, docuit Tertullianus a: Exinde jam caput facta est idololatria ars omnis, qua Idolum quoquomodo edit. Neque enim interest, an plastes effingat, an calcator exsculptat, an Pbyrgio detextat, quia nec de materia refert an gypso, coloribus, an lapide, an aere, an argento, an filo formetur Idolum. Quando enim & sine Idolo idololatria fiat: utique cum adest Idolum, nibil interest quale sit, qua de materia, qua de effigie, ne quis putet, id solum Idolum habendum, quod humana effigie sit consecratum. Ad hoc necessaria est vocabuli interpretatio ἄδος, Graece formam sonat, ab eo per diminutionem ἄδων deductum, aequo apud nos formulam fecit. Igitur omnis forma, & formula Idolum se dici exposcit. Inde idololatria omnis circa omne Idolum famulatus, & servitus. Quo cum in suum Opus Originum, & Etymologiarum transtulisset D. Isidorus b, quedam ex exemplari non recte immutavit: Idolum autem, inquit, est simulacrum, quod humana effigie factum, & consecratum est, extra vocabuli interpretationem. ἄδος enim Graece formam sonat, & ab eo per diminutionem Idolum deductum: quod apud nos formulam facit. Igitur omnis forma, vel formula Idolum se dici exposcit. Inde idolatria, omnis circa Idolum famulatus, & servitus. Si enim quæcumque formula idololatria est, neceps non est, quod forma sit humana; nihil enim interest, ut Tertullianus ait, a quo ea desumpsit Isidorus, quale sit, qua de materia, qua de effigie consecratum; hæc enim, quæ in partem negantem protulit Tertullianus, in affirmantem parum attente transculit Isidorus, vel Isidori exscriptores; apud quem pro verbo, *Humana*, legendum putarem, Quacumque ut sensus sit, quem postea idem Isidorus indicavit, dum dixit: Igitur omnis forma, vel formula Idolum se dici exposcit. Ad finem ejusdem versiculi, leve aliud mendum tollendum est: Quidam vero, ait, *Latine ignorantes*, *Grace imperite dicunt, Idolum ex dolo sumpisse nomen, quod diabolus creatura cultum Divini Numinis invexit. Verbum, Latine, in Latinis est convertendum, ut contextus sit: Quidam vero Latinis ignorantes Grace, dicunt imperite, Idolum ex dolo sumpisse nomen.*

Idolorum, & Simulacrorum usum a desiderio mortuorum originem habuisse; Augustinus c docuit, cuius sententiam secutus est Isidorus d, & ante hunc B. Fulgentius (si illius Operis est Auctor) in suis *Mythologis*, & D. Cyprianus e. Forum antiquitatem varie repetit idem Isidorus: Apud eos (Hebreos scilicet) Idolum, sive simulacrum. Ismael dicitur; Iudæi dicunt, quod Ismael primus simulacrum lut, fecerit: Gentiles autem primum Prometheus simulacra hominem de luto sumpisse peribent, ab eoque natam esse artem simulacra, & artus fingendi; unde & Poeta ab eo homines primum factis esse configunt, figurate propter effigies. Apud Græcos autem Cecrops, sub quo primum in arce oliva orta est, & Atheniensium Urbs ex Minervæ appellatione nomen sortita est; hic primum omnium Jovem appellavit, simulacra reperit, aras statuit, victimas immolavit, nequaquam istiusmodi rebus in Græcia unquam visi.

Herodotus f Agyptios omnium primos duodecim Deorum cognomina censuisse, primos Diis Aras, Simulacra, & Delubra statuisse, animalium figuræ saxis insculpili, & ab illis Græcos fuisse mutuatos refert. Alii, Auctore Diodoro g, Aethiopes ajunt simulacrum usum primum attrulisse, & ab his accepisse deinde Agyptios. D. Fulgentius h ex Libro 14. antiquitatum Diophantis retulit Idoli inventionem in Syrophanem Agyptium, virum locupletem, qui mortui filii unigeniti simulacrum in ædibus proposuit, doloris solatium; dumque tristitia remedium querit, seminarium potius doloris inventit; nesciens, quod solfa sit medicina misericordia oblivio; fecerat enim ille unde luctus resurrectionis in dies augeſceret, non in quo luctus solatium inventiret. Denique Idolum dictum est ἄδων, quod nos Latine species doloris dicimus. Namque universa familia in Domini adulationem, aut coronas plectre, aut flores inferre, aut odoramenta simulacro succendere consueverat; non nulli etiam servorum culpabilis Domini furiam evitantes, ad simulacrum profugi, veniam merebantur & inde, quasi salutis collatori certissimo, florum, aut thuris offerebant muscula, timoris potius effectu, quam amoris affectu. Hyginus i, & Laetantius k a Prometheo hunc usum manante dicunt, natamque artem statuas, & simulacra fingendi. Sed longe ante Prometheus Idolorum origo fuit; nam Prometheus, teste Eusebio l, post Ozygium diluvium in Attica fuit, Josephi Patriarchæ temporibus. At ante, Rachel Laban patris simulacrum furata est, ex Genes. m, & Josepho n. Didymus Maliseo Cretensem Regi primum Sacrificia, Ritus, pompam, & Sacra accepta refert. Euchemerus Jovi tribuit, Hilostriam recensens, quam late commemorat Laetantius o. Berodus Ninum ait fuisse primum, qui idololatriam invexerit, qui primum Templum Belo patri, Junoni, & Rhee avæ statuas in medio Oppidi erexerit. D. Hieronymus p: *Ninus Rex Assyriorum adversus Zoroastrem magum, Regem Bætianorum, fortis certamine dimicavit, & in tantam peruenit gloriam, ut patrem suum referret in Deum, qui Hebraice dicitur Bel.* Galatinus q ab eodem Nembroth Alysiorum Tyranno originem Idolorum dicit, & ab eo homines edoctos igni tanquam rei potentiori Sacra facere, & sic illud persuasisse Gentibus, ut Chaldaei undique

a Lib. de idolatr. c. 3.

b Lib. 8. Etym. malog. cap. fin.

c L. 22. contra Rustum c. 16.

d L. 8. Etymol. cap. fin.

e Lib. Quod Idola non sunt Dii.

f Lib. 2.

g Lib. 4.

h Lib. 1. Mythol.

i Fab. 274.

k Lib. 2. dico nat. infis.

l In Chron.

m Genes. 9.

n Joseph lib. 1.

o antiquit.

p Lib. 1. de falsa religione, ad finem.

q In Osee.

que

que Deum ignem circumferrent, & eo tanquam valentiore ceterarum Gentium Deos aereos, ligneos conficerent, donec fraude sacrificuli occursum est huic abactori Deo, proposita perforata obductis cera foraminibus urna, & plena aqua, ad quam ut illi admoverunt ignem suum, dissoluta cera, diffusus aqua extinxit, magno circulatorum stupore. Quod si ab idolatria exteriori ad interiorem dilabamur, altius multo originem repetit Justinus a Martyr; existimans, Protoparentes paradiseo ejectos, quod Deos cedererent qui non essent, Deorumque nomen posteris tradidisse; quod non dispuicuit Ambrosius b, qui serpente vocat originem, idolatria, & alibi: *Qui autem sunt, qui, contempto Deo, peccaverunt, nisi, qui, neglecto Creatore, servierunt creaturae; Deos sibi constituentes, quos colerent ad injuriam Dei?* Nam & Thare pater Abraxas, & Nachor, & Laban proprios Deos sibi vendicabant, & peccatum Adae non longe est ab idolatria. Pravaricavit enim, putans, se hominem futurum Deum. Estimavit enim hoc magis profuturum, quod Diabolus fuisse, quam quod Deus iussit, in loco Dei diabolum statuens; unde & subiectus est Diabolo. Id quoque vi-
c Lib. 2. Recog-
noscit.
d II. ad An-
tibolam. D.
Epiphanius Lib. 1.
de heret. to. 3.
bref. 37. que
est Oppobolam.
Gen. 11. & 31.
Gen. 3.
e Lib. 34. C. 7.
Idem L. 35. C. 12.
& Athenagor.
Apologet. pro
Christi.
g In prim. Pa-
narit.

h V. 1. in
Chronol. Cap.
10. anno 514.
post diluv.
i Lib. 1.

COMMENTARII NOVI.

Originem idolatria late adduxit Joannes Gerardus Vossius integro Libro, *De origine idolatria*, ubi plura de Ido-
latria cultoribus, & idolatria speciebus congesit, & post eum nonnulla cumulavit Georgius Ambianus ad Tertullianum *de idola-*
tria. Illud *crimen capitale*, seu *principale* appellatur a' Patribus in praesenti, quibus consentiunt D. Clemens relatus a Gratiano in Cap. *Quid in omnibus*, 32. Quest. 7. in illis verbis: *Quid in omnibus peccatis adulterio gravius?* Secundum namque in panis obtinet locum: quoniam quidem prima illi habent, qui aberrant a Deo, etiam si subrie vixerint. D. Ambros. in Cap. 1. ad Rom. *Quid enim pejus, quid deterius hoc peccato?* at quanto idolatria crimen perpetravit; id est, post Baptismum postquam facti sunt Christiani, ut ait Tertullianus, *De Pudicit.* Cap. 18. illic: *Salva illa paenitentia specie post Fidem, quæ, aut levioribus delictis veniam ab Episcopo conse-qui poterit, aut majoribus, & irremissibili-bus a Deo solo.* Et Cap. 19. communio de-negatur etiam in fine illis, qui adulta atate hoc crimen perpetravit; impuberis autem non ita severe puniuntur, immo etati aliquid indulgetur, ut infra Cap. xxii. notabimus. Postea tamen in Concilio Nicano, Cap. xi. reis hujusmodi scelerum venia concessa fuit post duodecimum annum; in Concilio vero Valentino Galliae, Cap. 111. in exitu tantum vita, his verbis: *Circa eorum vero perso-nas, qui se post unum, & sanctum lava-crum,*

crum, vel profunis Sacrificiis Daemonum, vel incesta lavatione polluerant, eam censu-ræ formam duximus esse servandam, ut bis juxta Synodum Nicenam sati factio[n]is quidem aditus non negetur, ne infelicitibus lacrymis, vel solitatis janua desperatione claudatur; astuti vero paenitentiam usque in diem

mortis, non sine spe tamen remissionis, quam ab eo plene sperare debebant, qui ejus lar-gitatem, & solus obtinet, & tam dives mi-sericordia est, ut nemo desperet. Deus enim mortem non fecit, nec latatur in per-ditione vivorum. GONZALEZ.

Et fecerit quod est crimen capitale.

CAPUT QUINTUM.

Cur idolatria crimen capitale, vel principale dicatur.

In manuscriptis principale, utruinque recte; sed primitivæ Ecclesiæ Patres, idolatriam crimen principale frequentius vocabant, quod illud nimia delicti gravitate principem locum inter reliqua crimina obtineat. Tertullianus a: *Principale crimen generis hu-mani, summus facili reatus, tota causa iudicis idolatria.* De quo hanc mox rationem reddit: *Nam etsi summum speciem tenet unumquodque delictum, si sua quoque nomine iudicio destinatur, in idolatria tamen crimen expungitur.* Omite titulos, operas recognoscet idololatres idem homicida est. Quare: quem occiderit? si quid ad elogii ambitionem facit, non extraneum, nec inimicum, sed seipsum. Quibus iniurias? erroris sui. Quo telo? offensa Dei. Quot plagi? quoque idolatriis. Qui negat, idolatrem periisse, is negabit, idolatrem homicidium fecisse. Proinde adulterium, & stuprum in eodem recognoscet nam qui falsis Deis servit, sine dubio adulter est veritatis, quia omne falsum adulterium est. Sic & in stupro mergitur. Quis enim immunis spiritibus operatus, non conspurca-tus, & constupratus incedit? Atque adeo Scriptura Sanctæ stupri vocabulo utuntur in idolatria exprobatione. Fraudis conditio ea est, opinor, si quis alienum rapiat, aut alii debitum negat, & utique erga hominem admissi frus, maximè criminis nomen est. At enim idolatria Deo fraudem facit, homines illi suis denegans, & conferens aliis, ut fraudi etiam contumeliam conjungat. Quod si tam frus, quam stuprum, atque adulterium mortem adferunt; jam in his aque id. idolatria de homicidii reatu non liberatur. Post talia crimina tam exitiosa, tam devoratoria salutis, ceteru quoque ad aliquem modum, & seorsum proinde disposita in idolatria conditionem suam representant. In illa & concu-piscentia facili. Quia enim idolatria solennitas sine ambitione cultus, & ornatus? In illa lascivia, & ebrietates, cum plurimum vicius, & ventris, & libidinis causa frequentantur. In illa iniustitia. Quid enim iniustus ea, quæ justitia partem nescit? In illa etiam vanitas, cum tota ejus ratio vanast. In illa mendacium, cum tota ejus substan-tia mendax sit. Ita sit, ut omnia in idolatria, & in omnibus idolatria deprehendatur. Summum delictum saepe vocat D. Cyprianus b, aliquando gravissimum, & extremum; in-gens, & immensum, Presbyteri, & Diaconi Roma consistentes ad Cyprianum, c Nam, ut ipse d ad Stephanum Papam scribit, quod majus potest esse delictum, aut quæ macula deformior, quam adversus Christum stetit; quam Ecclesiam ejus, quam ille suo Sanguine paravit, & condidit, dissipasse? Eum ergo, qui non solum templum Gentilium ingredie-retur, sed & Idolis Sacra ficeret, communione privandom, merito decernitur. Nec Epi-scopi solum, sed & Imperatores Christiani summi hujus sceleris reatum puniendum consti-tuerunt. De Constantino testis est Constantius e Augustus ejus filius. Postea tamen poenam gladii Sacra Diis facientibus idem proposuit, bonis omnibus fisci juribus addictis: *Placuit, omnibus locis, atque Orbibus universi claudi protinus Templa, & accessu vetitis omnibus, licentiam delinquendi perditis abrogari; volumus etiam cunctis Sacrificiis abstinere.* Quod si quis aliquid forte hujusmodi perpetraverit, gladio ultore, sternatur: facultates etiam perempti, fisco decernimus vindicari, & similiter adfigi Reatores Provinciarum, si facinora vindicare neglexerint. Poena illos capitis subjugari, idem Constantius, & Julianus praeci-piunt, quos operam Sacrificiis dare, vel colere simulacula constiterit. Confirmarunt alii prenus Gratianus f, Valentinianus, Theodosius, & post ipsos Leo g, & Anthemius Im-peratores.

a Lib. de ido-latr. in prin.

b Ep. 19. ad Clerum; c Ep. 11. ad Marti-res, & 12. ad Plebem; d Lib. De lapisi.

e In Epist. ad Cypr. que ex-erat inter eisd.

f Ep. 30.

g Cypr. in Ep. 72. ad Sieb. Pap.

h L. 2. Codic.

i Ibid. de Pa-gan. L. 4. ejusd. Tit. & Cod.

j L. 7. 9. 10.

l. 12. 13. 14.

l. 15. 16. C. Theod-ejusd. Tit.

l. nemo C.

de Pag.

COMMENTARII NOVI.

Sincere paenitentibus non esse vitæ negan-dum viaticum, etiam non acta legitima paenitentia, si mortis periculum super-venerit, statuit Ancyranæ Synodus Cap. 6. & Nicena 1. Cap. 12. & Aurelianensis 11. Cap. 12. sic ait: *De his, qui in paenitentia positi, vita exceperunt, placuit nullum communione vacuum debere dimitti.* Hanc Canonis cum praesenti discrepantiam solvit Innocentius I. in Epistola 3. Cap. 2. *De his (inquit) obser-*

vatio prior durior, posterior, interveniente misericordia, inclinatior est. Nam consuetudo prior tenuit, ut concederetur eis paenitentia, sed communio negaretur. Nam cum il-lis temporibus crebre persecutiones essent, ne communio concessa facilitas, homines de reconciliacione securos non revocaret a lapsu, negata merito communio est, concessa paenitentia; ne totum penitus negaretur, & duriorem re-missionem fecit temporis ratio. Sed postquam Do-

Dominus noster pacem Ecclesiae suis reddidit, jam depulso terrore, communionem dari ab euentibus placuit, & Domini misericordiam, quasi viaticum profecturis, ne Novatiani heretici, negantis veniam, asperitatem & duritiam subsequi videatur. Tributur ergo cum penitentia extrema communio; ut homines hujusmodi, vel in supremis suis, permittente Salvatore nostro, a perpetuo exitio vindicentur. LOAISA.

Sintne verba Innocentii intelligenda de Cypriani, an Concilii Eliberini temporibus, vide quae supra diximus in princ. verbo *Concilium*. Bellarm. *De Imag.* Cap. 9. non tantum per Can. lxxix. hujus Concilii, sed etiam per hoc idem testimonium Innocentii fortissime urget, Patres in hac Synodo congregatos lapsis solam actionem penitentiae, si eam peterent, injunxisse; reconciliationem vero ipsam vel ad certum tempus denegasse. Quod quia teste Cypriano Lib. 2. Ep. 4. Ambrosio Lib. *De penit.* Cap. 2. Socrate Lib. 4. Cap. 23. aut vere, aut falso prope Novatianum est (is enim, ut ex praedictis Auctoribus patet, penitentiam concedebat, atque ad eam hortabatur, sed reconciliationem a Deo petendam, non a Sacerdotibus impartiendam esse docebat) majus absurdum incurremus, si per communionem negatam, negata reconciliatio: per penitentiam concessam, sola actio penosa penitenti injuncta, ut vult Bellarminus, intelligatur & sequetur enim ab Innocentio id, quod per se malum est, vel excusatum, vel approbatum esse, dum ait: *Negata merito communio est.* Hoc approbat Innocentius, vel saltem excusat, quod Patres Concilii lapsis, & gravioribus peccatoribus interdixisse ipsum peccati veniam, ac remissionem, Bellarminus existimat. Necessario igitur ejusdem venia denegationem ab Innocentio vel excusatam, vel approbatam esse concedere debet. Quod si male Patres Concilii constituerunt, male id ipsum Innocentius approbavit, vel excusavit. Si dicatur, Innocentium lapsorum frequentia, & temporis ratione excusat hoc, quod absolucionem, & reconciliatio hujusmodi peccatorum ad prælinitum tempus differatur, & extendatur; ego contra dico, non debere accusari Patres hujus Concilii, qui illis temporibus, quibus lapsorum conditio ob causas nobis incomptas austeriora medicamenta requiebat, diuiores Leges, ac Canones de illud recipiens promulgaverint. Sive igitur per negatam communionem, Eucharistia; sive reconciliatoria manum impositio, & Sacramentalis absolutio, iusta, ac rationabili de causa ad certum tempus interdicta fuisset intelligatur, novum quidem id fuit *tunc*, & ante inusitatum; errorem vero cur fuerit, non intelligo. Ita meo iudicio sentit Cardinalis Baronius anno cccc. Num. 41. & 43. BINIUS.

In eos, qui duplici simul idololatria, & apostasiæ crimen tenerentur, perpetuas hoc primo Canone poenas decernunt Hispaniæ Patres; non autem in lapsos, qui timore perterriti, ipsimet cruciatibus, & suppliciis superati, & coacti Idolis immolaverant, quemadmodum existimant cum Garsia, & Bi-

nio Illustrissimi Cardinales Bellarminus, & Baronius. Nam horum longe ante hoc Concilium causa fuerat agitata, huncque extat totius Ecclesiae consensu habuerat, ut non perpetua poena, quamvis diurna, & plena penitentia fuerent, quod admirarent (si D. Cypriani Epistolis fidem habeamus) quod judicium hosce Patres evertisse, aut durius quidquam in eosdem lapsos constituisse, non facile mihi persuaderem; vel haec ipsa conjectura adductus, quod Can. xlvi. fatis poenarum summissile putent, si apostatas non idololatras, qui majori semper supplicio digni visi sunt, quam lapsi, ut ex Cypriano patet, levi animadversione perstrinxerint. Adde, si de lapsis hunc Canonem accipias, & interpreteris, omnino fatendum esse, hosce Patres Novatianos fuisse, aut Novatianis fuisse; cum non aliam ob causam ab Ecclesia recesserint Novatiani, nisi quod iis, qui minus, & tormentiscesserant (qui uni lapsi dicuntur) indulgendum esse pertinaciter negarent. At quis unquam mentionem fecit, aut dixit, Hispaniam cum Novatianis consenserit, aut Osium, qui grave de iisdem judicium cum ceteris Patribus in Nicæno paulo post tulit, quidquam decrevisse, quod ad eorum sententiam vergeret, & accederet?

De apostatis, qui præterquam quod a Christo, ejusque Fide sponte recellerant, Idolis insuper sacrificaverant, non vero de lapsis, hunc Canonem esse explicandum, alia etiam persuadet ratio; nimur, quod illa prima disciplina, quæ ne lapsis quidem olim indulgebat, paullatim ad lenitatem deflexerit, leniusque multo peccatores habuerit temporibus Concilii Eliberini, quam D. Cypriani, & in Concilio Nicæno, quam in aliis Conciliis, quæ ante Nicenum habita sunt, ut videre est in hoc Concilio; nam Canone xlvi. apostatas, de quibus his verbis statuit D. Cyprianus: *Apostata vero, vel adversarii, & hostes, & Ecclesiam Dei dissipantes, nec si occisi pro nomine ejus foris fuerint, admitti possunt, ad pacem, acta quadam penitentia, revocat.* Quapropter hi Patres recuperandæ communionis speciem nunquam eripuerunt lapsis, quos ne quidem Cyprianus hac poena damnavit. Ceterum hoc judicium in Nicæno tandem mutatum fuit Can. xi. statutumque, ut post longam penitentiam hi apostatas in Fidelium numerum admitterentur, quamvis nonnulli sunt, qui illo Canone xi. in lapsos agi potius existimant, quam in apostatas, qui, ut citius evinculis eriperentur, & si nullis suppliciis, aut minus immolare adigerentur, Diis sacrificaverant.

Denique notandum est, hunc primum Canonem differre a xlvi. quod in hoc de apostata fit mentio, qui non fuit idololatra: in illo de illis, qui utroque hoc crimen fese polluerint; differt etiam ab ultimo Canone Concilii Arelatensis, quia de solis apostatis, & non de resipiscientibus, nisi in morte, loquitur.

Post Fidem. Catechumeni longe mitius habebantur, quam Fideles, eorumque criminis minori affienda poena existimabantur, quam

quam Fidem, ut alibi ostendemus. Quapropter addunt Patres, si post Baptismum, quia ante Baptismum alia puniendo ratio.

Et fecerit, sacrificaverit,
Cum faciam vitula pro frugibus, ipse venito.

Crimen capitale, & principale. De antiqua crimini divisione, & discrimine, varia extant vestigia in Tertulliano, & D. Cypriano, ac ceteris Patribus, quibus omnibus idolatria maximum semper visum est; unde hoc Canone vocatur idolatria principale, & summum scelus.

Nec in fine eum communionem accipere. Non negarim aliquando nomine communionis Eucharistiam intelligi; verum in his iudiciis, & Canonibus raro ita accipitur, sed pro Fidelium societate, & jure societatis, a qua peccatores removebantur, ne eorum consortio, & consuetudine ceteri fideles inficerentur: quapropter vix repertis in hisce Conciliis mentionem de absolutione, quod eam per haec verba communionis, societatis, consortis, & similius exponunt Patres. Cum enim finis absolutionis sit reditus in Ecclesiam, & per eam penitentes sus societatis, quod peccando amiserant, recuperent, frequenter his utuntur, quam nomine absolutionis. Ceterum quomodo accipendum sit, quod hisce Canonibus tam facile morientibus venia denegatur, aut qua ratione a Novatiano differunt hi Patres, alius erit dicendi locus, ne Notæ nostræ in Commentarium crescant. Quod dum præstamus, sufficiet hoc unum monere, controversiam inter Catholicos, & Novatianos, non eam fuisse, quod Catholicæ omnibus omnino criminibus veniam concedendam esse dicere: (nam longe post Cornelium, cuius tempore, & sententia perculsus fuit Novatianus; verum etiam post Nicænum Concilium certa crima perpetua penitentia damnata reperiuntur, ut ex haec Concilio, Arelatensi, & Sardicensi licet colligere) sed de auctoritate, & potestate gravia criminis remittendi erat quælio, quam Ecclesia traditum fuisse negabant Novatiani, & ante eos Monanites: contra vero Ecclesia hanc sibi inesse auctoritatem prædicabat, jusque ea utendi, & peccata pro arbitrio solvendi, quamvis non omnia condonaret. Ex antiquis Codicibus hunc Canonem correxit Garsias, verum tantum mihi displicet haec correctio, quantum in ceteris sati facit; nam haec inter eos, & quod est summum scelus, inutilia esse videntur. ALBASPINÆUS.

Contra hunc Canonem est Ancyra Synodus Cap. 6. & Nicæna 1. Cap. 12. & Aurelianensis 11. Cap. 12. ubi statuitur, sincere penitentibus non esse in fine vita negandum viaticum, etiam non acta legitima penitentia, si mortis periculum supervenerit. Sed haec discrepantia sic solvit ab Innocentio I. Epit. 111. Cap. 2. *De his (inquit) observatio prior durior, posterior, interveniente misericordia, inclinatior est.* Nam c. insuetudo prior tenuit, ut concederetur eis penitentia, sed communione negaretur. Nam cum illis temporibus crebrae persecutio effert, ne communionis concessa faciliter, homines de reconciliatione securos non revocaret a lapsu, negata merito com-

Tom. II.

muni est, concessa penitentia, ne torum penitus negaretur, & duriori remissionem fecit temporis ratio. Sed postquam Dominus noster pacem Ecclesiae suis reddidit, jam depulso terrore, communionem dari obcaecibus placuit, & propter Domini misericordiam, quasi viaticum profecturis, ne Novatiani heretici negantis veniam, asperitatem & duritiam subsequi videatur. Tributur ergo cum penitentia extrema communio, ut homines hujusmodi, vel in supremis suis, permittente Salvatore nostro &c. Quæ verba an intelligenda sint de Cypriani, an Concilii Eliberitani temporibus, licet aliqui priori modis sentiant, ego tamen cum Baronio anno cccc. num. 11. 40. & 43. & Bellarmino Lib. 2. *De Imag.* Cap. 9. de tempore hujus Concilii intelligo.

Hæc verba toties repetita, neque in fine accipiat communionem, ad Eucharisticam retulerunt Basilius Legion. Quest. 2. scholast. Cap. 1. Filescus in Cap. 11. in fine, *De officio Ordin.* sed rectius ea accepérunt de reconciliatione, & absolutione etiam in fine lapsis denegata post Baronium & Bellarminum, tum literis, tum sanctitudinis præclaris Viri, qui expresse docuerunt, in ipsius Ecclesiæ cunabulis tantum fuisse flagitosorum hominum odium, ut quibusdam in peccata capitalia prolapsi venia, reconciliatioque negaretur. Verba ipsorum interpretim referam, ut rem non vulgarem adstruam, & ne haec severa nascentis Ecclesiæ disciplina aliquius animum in admirationem rapiat. Georgius Ambianas Vir perdoctus, & vera Capucinorum prole, ad Tertullianum, *De Pudicitia*, Cap. 12. observat, 2. quest. 1. dum recentet verba Canoni, 1. & 11. hujus Concilii, ait: *Putas agi de Eucharistica erras; agitur enim de venia.* Et paulo post: *Igitur cum audi communionem in Concilio Illiberino; intellige, styllo veterum, absolutionem, rituale peccatorum remissionem.* Joannes Dartis Vir apprime doctus *De Penitentia*, Cap. 16. dum affirmat, penitentiam sanis, vel infirmis non esse denegandam, haec subiungit verba: *Excipienda sunt præsca tempora, quibus propter quadam criminis capitalia penitentia etiam denegatur, ut ostendimus in Tertulliano, & aliis.* *Excipendum est etiam, si quando ex causa particulari denegata fuerit penitentia:* nam ex Photio Synodus, quæ Side in Pamphilia contra Musulinos habita est, statuit, ut quisquis damnatam banc bæsiim amplexus fuerit, nunquam amplius admittatur, quamvis millies promiserit se omnes gradus penitentium expleturum. Laurentius Landmeter antiquitatis Eccles. accuratus indagator, Lib. 2. *De veteri Cleric. Man.* Cap. 82. ubi dum exponebit verba illa Tertulliani itatim expendenda: *Si am semel, quia non secundo; sed amplius nunquam, quia proxime frustra, haec subiungit:* *Neque in speciem tantum habent secundum Tertulliani communiones: quia re vera contingit, aut Deo relapsos ob ingratiendum deferente, aut morte spatiū penitendi praescindente, jam nec amplius penitentiam exhiberi.* Gabriel Alba pinus Episcopus Aurelianensis, studitionis Ecclesiastice parens Lib. 2. *Observ. Cap. 8. Proinde vero similis*

M. C.

Canones istos, qui ita loquuntur: nec in fine, aut in fine accipiat communionem, qui frequentissimi sunt in illo Concilio Elberino, ad absolutionem, non ad Excharistiam referri omissio. Idem in Not. ad Tertull. De Pudicitia. Dionysius Petavius in Notis ad Epiphanius. Quibus ut adhuc afferim, afferimque, cogunt expressa veterum Patrum & Conciliorum testimonia, quibus aperte probatur, ipsis Ecclesiae primordiis effervente Fidelium devotione, quibusdam atrocioribus sceleribus veniam, indulgentiamque funditus fuisse denegatam: neque eorum Auctores unquam cum Ecclesia reconciliari potuisse; sed jam nunc aliqua referamus.

Primo expendo Concilii Arelatensis 1. Canonem xxii. in illis verbis: *De iis, qui apostatae, & antequam se ad Ecclesiam representant, nec quidem penitentiam aperi- re querant, & postea infirmitate correpti petunt communionem; placuit, eis non dan- dam communionem, nisi revaluerint, & egerint dignos fructus penitentia. Ubi verbum communionem pro absolutione esse accipiendum, probat Albaspinus Lib. 2. Obser- vat. Cap. 8. & ejusdem apostasiæ criminis reum omni venia, & reconciliatione privari, referunt Imperatores Theodosius, Valentianus, & Arcadius in Lege 3. Cod. De Apo- statis, in illis verbis: Sed nec unquam in statum pristinum revertantur, nec flagitium horum obliteretur penitentia, neque um- bra aliqua exquisita defensionis, aut mun- minis obducetur, quoniam quidem eos, qui Fidem, quam Deo dedicaverant, pollue- runt, & prodentes Divinum Mysterium, in medio eorum adfissit & macbus; pariter de penitentia officio sedens in succo, & cinere inborescunt: eodem statu gemiscunt, eisdem precibus ambiant, eisdem genibus exoriant, eandem invocant matrem. Quid agis mollis- sima, & humanissima disciplina? Aut omnibus eis hoc esse debebis. Beati enim pacifi- ci. Aut si non omnibus, nostra esse. Idololatram quidem, & homicidam, semel dannas; macbum vero de medio excipis idolatriæ successorem, homicidam antecessorem, utriusque collegam? Persona acceptio est, misericordiores penitentiam reliquisti. Ob hanc primitivam Ecclesiae severam disciplinam Sanctus Cyprianus in Epist. ad Anton. sui ratio- nem in hæc verba reddit: Et quidem apud antecessores nostros quidam de Episcopis iussis in Provincia nostra dandam pacem macbus non putaverunt, & in totum penitentia locum contra adulteria clauserunt, non tamen ab Episcoporum suorum collegio recesserunt. Et latim: Ne me quis existimet a propria- meo leviter recessisse, & cum Evangelio pri- mo vigore, & inter initia defenderim, postmodum videar animum meum a discipli- na, & censura priore flexisse. Audiamus iterum Tertullianum in Lib. De Penitentia, quem adhuc Catholicus scripsit, ubi Cap. 7. ait: Collocavit in vestibulo penitentiam secundam, que pulsantibus patefaciat; sed jam semel quia secundo; sed amplius nunquam, quia jam proxime frustra. Liceret hæc verba aliter accipient Landmeter Lib. 2. De veter. Cler. Cap. 92. Cellotius, De Hierarch. Cap. 20. §. unic. Eleganter Pacianus*

in Parænesi ad panit. Tom. 3. Biblioth. veter. Patr. in illis verbis: *Despectus in mul- tis Spiritus Sanctus, bac nobis capitalis per- riculi condizione legavit: reliqua peccata meliorum operum compensatio curantur; bac vero tria crimina, ut basiliæ alicujus affatus, ut venenæ calix, ut læthalis arundo, metuenda sunt; bac quicunque post Fi- dem fecerit, Dei faciem non videbit: des- perare tantorum criminum rei: quid vobis ego feci? nunquid non fuit in potestate ne fieret? nullus ne admonuit? nemo prædictit? tacuit Ecclesia? nihil Evangelia dixerunt? nihil Apostoli communati sunt? nihil roga- vit Sacerdos? Quid quaritis sara solatio? tum decuit cum licebat. Dura ista vox est. Sed qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt. Sed quid? Supremam Sedem testem, tellem habemus Innocentium Primum ad Exuperium Episcopum Tolosanum ita differ- entem: De his obseruatio prior durior, po- sterior, interveniente misericordia, incli- nationi est. Nam confusudo prior tenuit, ut concederetur eis penitentia, sed communio negaretur. Nam cum illis temporibus cre- bræ persecutioessent, ne communionis concepta facilitas, homines de reconciliatione securos non revocaret a lapsu; negata merite communio est, concessa penitentia; ne totum penitit negaretur, & durior remis- sionem fecit temporis ratio. Sed postquam Dominus pacem Ecclesie suis reddidit, jam depulso terrore, communionem dari abeun- bus placuit, & propter Domini misericordiam, quasi viaticum profecturis, ne Novatianni heretici negantis veniam, asperita- tem, & duritiam subsequi videamur. Tri- buit ergo cum penitentia extrema commu- nio, ut homines hujusmodi, vel in supre- mis suis, permittente Salvatore nostro &c. Audis, communionem non esse aliud, quam remissionem, & reconciliationem? quod etiam patet ex dubio proposito in eo Cap. 2. & ex ejus Titulo, qui ita concipitur: *De his, qui post Baptismum in ultimo penitentiam po- scunt. Quam severitatem illis Ecclesiæ sac- lis congruere putavit Episcopus Aurelian. Lib. 2. Obseruat. Cap. 8 & in Notis ad ipsam Epistolam Innocentii, quia tempore tot per-secutionum augebatur lapsorum malitia, & tenera Ecclesie infantis a posterioribus erat formanda studiis, unde oportebat peccatores penitentia difficultate terrere, quam duram legem, pace Ecclesie concessa, peccantium multitudine sedavit, & totiens indultem fuit, quotiens peccatum, ut ipse Episcopus late prosequitur Observationibus sequentibus.* Sed ne quis inde cum Baronio 1. tom. anno LVII. existimet, Concilium istud favere Novatianner errori, nonnullis propter priora sclera penitentiam denegantium, scire oportet, Novatum Presbyterum, ut lapsorum gratiam sibi conciliaret, prius veniam concepit, & ad penitentiam admittendo se se proposuisse in Synodo Romana, ut refert D. Cyprianus Epist. ad Anton. his verbis: *Additum est etiam Novatiano tunc scriben- te, & quod scriperat sua voce recitante, & Presbytero Moyse tunc adhuc Confessore, nunc jam Martyre, subscriptente, ut lapsis**

vabit; ideo memoria poenitentium sine absolutione decedentium sacrificiis, & oblationibus juvabatur. Concilium Carthag. 4. Can. 39. apud Gratianum in Cap. Sacerdos 26. Quæst. 7. Arelat. 2. Can. 12. Vafense 1. Re ipsa 2. Can. 12. Concil. Epaunense Can. ult. Tolet. xi. Can. 1. prosequitur alios ipsius poenitentia fructus Ambian. ad Tertull. dicto Cap. 12. pag. 740.

Sed difficile est, quod ex Concilio Tridentino antiquitatis arbitrio, veritatis magistro, traditionem certo indice, justo omnium judice, Sess. 24. *De Poenit.* Cap. 7. deducitur, ubi ajunt Patres: *Verumtamen pie admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, ut nulla sit reservatio in articulo mortis.* Vult igitur quidvis absolutum, nihil reservatum. Et quando ait id semper in Ecclesia Dei custoditum, videtur disciplinam potius respicere, quam doctrinam.

Respondeo igitur secundo, per Ecclesiam Dei intelligi Catholicam. At quid Ecclesia Catholica custodierit, sciri probe, & infallibiliter non potest, nisi ex Oecumenicis, seu Universalibus Conciliis, in quæ conveniunt omnes undique Ecclesiæ, & quid deinceps omnibus in Ecclesia Dei custodiendum sit, definiunt. Igitur cum dixit Concilium Tridentinum, id semper pie in Ecclesia Dei constitutum, aspiravit ad Concilium Nicænum, primum ex omnibus Oecumenicis. Canon enim 11. ita de lapsis statuit: *Vixum est Synodus, licet misericordia indigni sint, benignitate tamen in eos uti.* Et Can. 12. In his omnibus observare oportet propositum, & modum poenitentia; licebit tamen Episcopo de his aliqd humanius cogitare. Et Can. 13. *De his, qui vita excedunt, & Canonica Lex nunc quoque servabitur, ut si quis vita excedat, ultimo, & necessario viatico minime privetur.* Id est, uti novimus, absolutionis beneficio. Quippe de Eucharistia Concilium postea Appendicem subiungit, & quibus detur conditionibus, definit. Ita in Collect. Martini Bracar. Can. 13. *Si quis de corpore exiens, novissimum, & necessarium communionis viaticum exspectit, non ei denegetur.* Qui in exitu mortis sunt, & desiderant accipere Sacramentum, cum consideratione, & probatione Episcopi accipere debant. Ecce ultra omni morienti conceditur viaticum necessarium, id est, beneficium reconciliationis, & pacis, sine quo vincens homo discederet, & vacuus: sed Sacramentum, id est, Altaris mysterium, non nisi adhibita cautione, & examinato petenis voto, permittitur.

Certe ab ævo Patrum Ecclesia ex aquo dividebatur inter innocentes, & poenitentes; immo nec istos Ecclesia numerabat inter suos; sed foris sistebarunt, donec delictum expiassemus si modicum, aut excessisset, si maximum. In modicis dabante poenitentiam plenam, & ita pacem recipiebant, & veniam. In maximis, sicut nulla restitutio, sic & nulla poenitentia examinatio. Cum autem admitti coepissent posterioribus seculis etiam graviora, certi quidam Canones, & libelli sunt conscripti, quibus suus cuique gradus assignaretur, & paullatim ad reconciliationem, postremo ad perfectionem, id est, ad mysteriorum participationem lente promoverentur. Patet ex Concilio Anticyrano, Petro Alexandrino, Timotheo, Gregorio Thaumaturgo &c. Denique pace illestante, monstris etiam confutum, & omnibus indifferenter, maxime in discrimine mortis, humanius indulsum: *Nemo vincens anathemate mibi moriatur, nemo decedat communione vacuus,* inclamat Concilia, & Patres, laudantque Concilium illud Nicænum, ex quo humanitas fluxit, & in omnes omnino peccatores effusa pacis benignitas.

Igi-

Igitur cum ait Concilium Tridentinum, pie semper id in Ecclesia Dei custoditum, respicit Nicænum, ex quo, *Canonica lex servatur, ut si quis vita excedat, ultimo, & necessario viatico minime privetur.* Id nempe deinceps servatum, id fere ab omnibus custoditum. Fere, dixi; nam nec semper omnino, nec ab omnibus. Nec tamen id Concilii prejudicat Nicæno aut Tridentino. Quippe Nicænum, sicut Episcopis aliquando uti benignitate in quosdam poenitentes permisit, ita etiam severitate in aliis uti non prohibuit. Accidunt ergo circumstantiae, quæ aliquando disciplinae nervum laxare impellant, aliquando strin gere. Tridentinum vero non tangit, quia in regula generali admittuntur quedam exceptions, quæ legem evadant, non tamen infringant. Quod autem nec semper etiam a Concilio Nicæno observatum, patet ex Concilio Sardicensi Can. 1. ubi certis criminibus venia, etiam in fine denegata. Quomodo enim cito conquiesceret illa disciplina, in

Nec in fine eum ad communionem suscipere.

C A P U T S E X T U M .

Quid communionis nomine continetur; & an perpetua communionis interdictio justa fuerit, neone?

Praestat Manuscriptorum lectio, sine prepositione: *Nec in fine cum communionem suscipere.* Hoc uno inter alia severitatis exemplo permotus aliquando Cæsar Baroniūs a, de auctoritate hujus Concilii nonnulli voluit detractum, existimans haeresim Novatiani sapere, in extremo constitutis Eucharistis Sacramentum negare, cum Christus promiserit peccatori, quacumque hora ingemuerit, exaudiendum. Hoc ipsum Concilio huic impofuerunt alii. Quod cum paulo superius refutandum nobis offerretur, ne longius tune progrederetur oratio, ad hunc locum reservavimus. Ecclesia igitur Hispanica, S. Romana auctoritate suffulta, & Divini Numinis gratia, ut verisimile est, illustrata, nunquam despexit laporum salutem, non desperavit medicinam morientium, nec resipescientibus adhuc in vita aditum interclusit ad veniam: cum lapsos viventes communione Sacra, & Ecclesiastica post tempus, morientes aeterna felicitate, & frui, & latari, pietate paterna, materna benignitate, & avita teneritudine semper, & voluerit, & optarit, & lati multis sanctionibus ostenderit: sed cum his mollire quorundam impiorum duritatem nequifet, gravissima, & censoris, & Judicis assumpta severitate, invita quodammodo ea, vel perfringere aliquando curavit; & efficere tandem, ut quos Instituta majorum, quos Sanctorum Patrum exempla, quos spontanea Fidei professio, quos dulce Christi jugum intra Ecclesiam continere non potuit, contineant tandem gravissima Petri claves, & acutissimus Pauli gladius, aciores in terra Callestis, & Divinae justitia vindices, quorum vel sola auditione a tam nefario scelere, vel impiissimi possent deterri. Proponunt enim non temporalem, aut certis annorum terminis circumscripatam, sed perpetuam sacra communionis interdictionem apostatis a Fide. Quod sane supplicium in primitivæ Ecclesiæ incunabilis non utilissimum modo, sed prope necessarium ad cohendendam peccatorum licentiam est habitum; cum ut ipsi de mansuetudine Ecclesiæ confisi, a recto Religionis tramite longius aberrare, extimescerent, tum ut aliorum audacia, qui ob orthodoxa Fide vellent discedere, horum exemplo, & supplicij gravitate reprimiceretur. Quod agnovid, retulit, & probavit Innocentius PP. I. b describens ad Exuperium: *Et hoc quæsumus est, quid de his observari oporteat, qui post Baptismum, omni tempore incontinentia voluntatis dediti, in extremo fine vita sua poenitentiam simul, & reconciliationem communionis exposcunt. De his observatio prior durior, posterior, interveniente misericordia, inclinatior est. Nam consuetudo prior tenuit, ut concederetur eis poenitentia, sed communionis negaretur. Nam cum illis temporibus crebra persecutio esset, ne communionis concessa facilitas homines de reconciliatione securos, non revocaret a lapsu; negata merito communionis est, concessa poenitentia, ne totum penitus negaretur; & duriorum remissionem fecit temporis ratio. Sed postquam Dominus noster pacem Ecclesiæ suis reddidit, jam depulso errore, communionem dari obeuntibus placuit, & propter Domini misericordiam, quasi viaticum profecturis, ne Novatiani heretici negantis veniam, asperitatem, & duritiam subsequi videamus. Tribuitur ergo cum poenitentia extrema communionis, ut homines hujusmodi, vel in supremis suis, permittente Salvatore nostro, a perpetuo exitio vindicentur. Ecce quomodo Innocentius, temporum vicisitudini cedens, quod uno utile, iustum, & necessarium probat, altero*

a Tom. I. Annal. Ecclesiast. Citat. Cap. 4. Lib. 1. Lapsos resipescientes admittit ad veniam Concilium Illeberitanum Canone 22. Et morientes Cathechumos aeterna beatitudinem expectant sub fide qua crediderant, declararunt ann. 77.

b Epist. ad E- xuper. Episcopum Tolosanum Cap. 2.

a Cesar Baron. ^a
z. Tom. Annal.
Ecclesiastico.

tero ut inutile, grave, & acerbum rejiciendum consulit. Quod cum ad hujus Canonis interpretationem pervenisset, gaudeo, & torque, animadvertisse Cæsarem Baronum a, & pro vera, & Christiana animi sui pietate, non solum huius poenitentia severitatem Ecclesia antiquæ moribus consentaneam agnoscisse, sed præclaro, & illustri Anguitini exemplo, primitam sententiam de hujus Concilii auctoritate aperte, & ingenuo retractasse: quod sine jucunda, & grata tam pii, & erudit Viri memoria, nec potui, nec debui, nec volui præmittere. Utinam Nostri tanto, & veritatis, & Religionis flagrassent studio, ut qua semel minori forsan dixerunt consideratione, secundis cogitationibus melioribus, & lucubrationibus emendarent: melius enim, & suo nomini, & Literarum studiis est consultum: tunc enim optime veritatem defendi, sapienter testatur Leo Magnus Pontifex Sanctissimus, cum opinio falsa a propriis damnatur Auctoriibus. Nec ab Innocentio solum hujus antiquæ poenitentiae severitatem probat legimus, sed & ab Adriano b Papa hujus nominis primo. Canonem LXXV. hujus Concilii eidem verbis retulit: *Si quis Episcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum, falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem. Eandem poenam confirmarunt antiqui Colonensis c Concilii Patres in quo xiiii. Concilii Canonem, & poenitentiam totidem verbis referentes probarunt post alias.*

b Adrian. Pa-
pa in ea Cano-
num collectio-
ne quam fecit
ad causa sue
tuitionem.
c Concil. Col-
oniens. Can. 26.

Quod & de virginibus, si mochata fuerint, statuimus: sicut in Concilio Eliberitano Canone

XIII. scriptum est: Virgines quæ se Deo dedicarunt, si pactum perdididerint virginitatis, atque eidem libidini servierint, non intelligentes quid amiserint, placuit nec in fine dandam ei esse communionem. Eandem poenam confirmarunt antiqui Colonensis c Concilii Patres in-

quo xiiii. Concilii Canonem, & poenitentiam totidem verbis referentes probarunt post alias.

d Conc. Mo-
gunt. 3. sub Ar-
nulpho. C. 26.

e Aliud Con-
cil. Mogunt.
sub Rhabano
C. 26.

f Rhabanus in
paniten. Lib.
C. 4.

g Concil. Are-
lat. C. 23.

h Con. Sues-
sion. apud S. Medar
apud Apostolica Sedi, Can. LXXV. Si quis, inquietus, Episcopara, vel Presbyterum, sive

Diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse

communionem. Nec Fidelibus Laicis solum, sed Episcopis communionem, etiam Laicam, in

ultimo vite interdixit Concilium Sardicense Generale, cui præfuit Osius, si illi, ut ex propriis Ecclesiis ad alias ascenderent, simulatum carum officium, & literas invitantes configerent: *Osius Episcopus dixit: Etiam si talis aliquis extiterit temerarius, at fortassis talen excusationem afferens afficeret, quod a populis literas accepit; cum manifestum sit, potuisse plures præmio, & mercede corrumpi, eos qui sincera Fidem non habent, ut clamarent in Ecclesia, & ipsum petere viderentur Episcopum: omnino has fraudes damandas esse arbitrari, ita ut nec Laicam in fine communionem talis accipiat: Si vero omnibus placet, statuite. Syodus respondit: Placet. In Hispania autem perpetuam hanc sacrae communionis privationem multo post in Ecclesia usus fuisse ob leviora adhuc delicta, ex Con-*

i cilio Ilerdensi k constat: *Episcopi, ait, Presbyteri, Diaconi relata si maritum accepit, in Codice Libro- fine non communicet. Concilium Toletanum l aduersus illos, qui absque subita, vel extre- rum quinque*

C. 124. Lib. 2. reſer. Laurent. si Fidelis est, perpetua communione privetur: si infidelis, verberibus subdatur, & perpetuo nemorvensi exilio relegatur. Eandem poenam imposuit antea Concilium Cæsaraustranicum m primum:

l Concil. Tolot. si suscepit Eucharistiam in Ecclesia Fidelis non consumplisset, Quasi iterum n, confirmia-

runt aduersus, eos qui aliquo idolatria crimen polluerentur: Item legit vigesimo & uno

m Cæsarau- die, quo a XVI. Kalend. Januarii usque in diem Epiphania, quæ est octavo Idus Janua- rii, continuis diebus nulli licet de Ecclesia se absentare, nec latere in Domibus, nec secedere ad villam, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, sed concurrere ad Ecclesiam:

quod qui non observaverit, his Decretis anathema sit in perpetuum. Anathema autem in

perpetuum, quid aliud est, quam perpetua sacrae communionis privatio, ab hoc primum Concilio, fateor, profecta, repetita paulo post Sardicensi, Colonensi, Moguntino Vvor-

macensi, Suescionensi, Cæsaraustrano, Ilerdensi, & Toletano; ac tandem a Pontificibus Adriano, & Innocentio confirmata? Att ea igitur omnia Concilia, & Pontifices ex facio

Conciliorum, & Pontificum numero turpiter rejici oportet: aut hoc nostrum sanctissime re-

tineri; cum forendum non sit, ut quibus rebus tot Patres, tot Episcopi, tot Provinciae, tot Gen-

tes vere gloriantur, easdem in nobis falso reprehendant. Si animadvertisse præfertim, tanto

esse graviores posteriores hanc Pontificum, & Conciliorum, quam Illiberritani severita-

tem, quanto durius, acerbiusque censeretur hodie antiquis Christianis, quam Turcis, Persis,

aut Mauris recenter conversis, Eucharistia negari Sacramentum. Quod genus antiquæ

severitatis ætas haec nostra non diligenter solum observavit, sed addito majore multo rigo-

re auxit; nam Indos ad Fidem recens conversos etiam nullo crimen admitto, & vivos, &

mortientes a communione repellit. Idque adeo usi receptum esse testatur Josephus Acoſta o,

doctus, & diligens rerum Indicarum explorator; ut si contra fieri contingat, sic ait, non

leve scandalum homines putent. Quod quamvis recentiori Concilii Limensis p Decret o revo-

catum sit, multorum antea annorum decursu, inveteratus Indicarum Ecclesiæ usus, qua

diximus severitate retinuit. Et cum his item Arabibus (quos *Moriscos* dicimus) observatum in Hispania parentum nostrorum ætate accepimus; & cum his præterea qui ob graviora delicta patibilis affigerentur. Hi omnes tametsi extreum vitæ spiritum agentes, Dominicas abstinebantur communione. Hodie autem antiquæ hujus severitatis vestigium retinet gravissimus, & sanctus tuendæ aduersus hæresis Religionis nostra Senatus: relapsis in hæresim, et si poenitentibus, in exitu denegat communionem: absolumente vero Sacramentalem, nec his, nec reliquis ob gravissima crimina negantur unquam Hispani Episcopi; tametsi Robertus Bellarmius a, Vir de Ecclesia, de Religione, & studiis Sacris præclare meritus, & alii ejus præjudicio gravem hunc errorem minus vers illis adscripserint. Eucharistia enim tantum communionem ad retinendos homines in Religione, & officio denegant, communionis nomine Eucharistiam intelligentes, ut proprio loco uberioris postea probabo. Vides quid in hac causa res ipsa tulerit, quid quorundam opinio fixerit, quid error tandem? Decernere igitur, an hi, quosad Religionem, ad temperantiam, ad magnitudinem animi, ad iustitiam, & severitatem magnos, & excelsos Viros natura genuit: an qui Divinis his munieribus gratia mentis officio respondentes, tam insignem in reficiendis Religionis, & morum ruinis operam posuerunt; an quos majores tui, totque gravissimi, & sanctissimi diversarum Provinciarum Episcopi, nec aspiores censuerunt, nec duriores, quam rei natura, quam temporo conditio patetur; quinimmo tam longo sæculorum usu probarunt, receperunt, laudarunt, omnibus Fidei, & Religionis ornamentis spolientur: an qui diu injuria oppressi, afflicti, atque vexati sunt, per tuam fidem, auctoritatem, atque sapientiam merito tandem debeat recreari. Cum olim præsertim, præter Eucharistia Sacramentum, Extremam Unctionem poenitentibus denegari Innocentius I. b sit auctor ad Decentium Episcopum Eugenius: *Caterum, ait, si Episcopum, aut potest, aut dignum dicit, aliquem a se visitandum, & benedicere, & tangere Christum, sine cunctatione potest, cujus est ipsum Christus confidere: nam poenitentibus istud infundi non potest; quia genus est Sacramenti; nam quibus reliqua Sacraenta negantur, quomodo unum genus putatur posse concedi?* Hac eadem in Germania Concilii Vvormaciensis c Patres Italiasterunt. Nec dissimile antiquæ disciplinae, & severitatis exemplum nobis Hispani Episcopi proposuerunt in Concilio Bracarense I. d cum pro mortuis, etiam poenitentibus, si pro gravi crimen admiso ultimo supplicio afficerentur, nec Sacrificium offerri, nec hymnis, aut cantu duci ad sepulturam per miserunt: Item placuit, ajunt, ut hi, qui sibi ipsi, aut per ferrum, aut per venenum, aut per precipitum, aut suspenditum, vel quotlibet modo, violentam inferunt mortem, nulla pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadavera deducantur. Multi enim sibi hoc per ignorantiam usurpant. Similiter & de his placuit qui pro suis sceleribus puniuntur. Quod cum in Germania an jam illud obseruandum a quibusdam Episcopis dubitaretur, tandem non obseruandum Concilio e Vvormacensi decre- tum est. Lenorem paulo sententiam in idololatrias promulgavit Siricus Papa i: *Adjectum est, ait, quodam Christianos ad apostasiam, quod dici nefas est, transentes, idolorum cultu, ac sacrificiorum contaminatione esse profanatos: quos a Christi Corpore, & Sangui- ne, quo dum redempti fuerant, renascendo, jubemus abscondi: & si resipescentes forte ad lamenta fuerint aliquando conversi, his quandiu vivunt, agenda poenitentia est, & in ultimo fine suo, reconciliationis gratia tribuenda: quia, docente Domino, nolumus mortem peccatorum, sed ut convertantur, & vivant.*

Hodie autem quid in eorum cauila sit obseruandum, qui afflante Divino Spiritu, ex dia- bolica Sarracenorum, vel alia ethnicorum confusione ad spiritualem Hierusalem se receperint, & post Sacramentum illuminationis, per quod, ut Justini g verbis loquar, ex necessitatibus, & igno- rantiæ filii, in voluntatis, & scientia liberos evaferunt, ad antiquas tenebras reversi sint, & nefarium scelus nefario scelere cumulantur, Sacrificiis, aut Ritibus ethnicorum navarint operam, videamus. Eos enim judicibus violatae Religionis subiecti, & ut hæreticos hæreti- corum ponis coerceri, Constitutio Gregorii XI. h nos docet. Pœnas hæreticorum addit Innocentius III. i eorum bona fisco adjici jubens, & reos Judicibus tradi secularibus debita- animadversione poniendos decernens. Quod tamen intelligendum est, si pertinaces fuerint; nam recipientes, Ecclesia paci, & unitati sociandos, carceri tamen mancipandos perpe- tuos, Gregorio IX. k placuit. Si autem Clerici sunt, degradandos prius, & ad dictis bonis Ecclesiæ, cui inservierant, Judicii seculari tradendos. Ante tamen quam carceri perpetuo in- cludantur, degradari oportere, Eymrico l visum est, & aliis post illum.

g Justin. Mar-
tyr. in 2. Apo-
log. pro christi-
anis.

h Greg. XI.
conf. apud E-
mericum part.

i. Directorii

Qu. 45.

j. Innoc. III. in
C. Vergentis;

g. excommu-
nicamus sedati-
nati de hæreti-
cis.

k. Greg. IX.
in Cap. Excom-
municamus 2.

l. si qui autem
de hæreticis.

m. De Clericorum
pœna Cap. ex-
communica-
mus 1. & 2. ad
finem de hæ-
reticis.

1. Emericus

3. p. director.

q. 94.

C A N O N I I.

De Sacerdotibus Gentium, qui post Baptismum Idolis immolarunt.

Flamines, qui post Fidem lavaci, & regenerationis sacrificaverint, eo quod vel geminaverint scelera, accidente homicidio; vel triplicaverint facinus, cohærente moechia: placuit, eos nec in fine accipere communionem.

Flamines, qui post Fidem lavaci, & regenerationis sacrificaverint.

C A P U T S E P T I M U M.

De Flaminibus ethnicorum, non de Christianorum hic agi,
& qui Flamines dicerentur.

Sacerdotes ethnicorum, quibus Sacra Diis singulis faciendi, & victimas immolandi munus dedit, & insignibus vestimentis, toga prætexta, curuli sella, cum lictore adornavit Numa Pompilius secundus Romanorum Rex, *Flamines* vocavit; quod pileum gerarent, in quo virgula oleaginea modicum lanæ alba habens in summo, initar fungi, ineerat, quasi *pilamines*; quem cum per æstum ferre non possent, dempto pileo, caput filo tantum cingebant: nudo enim capite incedere nefas erat, ut testantur Marcus Varro^a, Plutarchus^b, Gellius^c, & Isidorus^d, qui addidit, eos feliis diebus filo deposito, pileum gestasse, pro Sacerdotii eminentia. Si ergo qui Gentium fuerunt Sacerdotes (de his fortin agit, non de Christianorum, ut quidam alii parvum recte interpretantur) postquam doctrina imbuti Christiana, & lavacro regenerationis abluti, ad vomitum pristinum redeantes, sacrificaverint Idolis; placuit, ut nec in fine illi communionem accipient.

C O M M E N T A R I I N O V I.

Flamines] id est Christiani, qui sacerdotio Gentilium fungebantur: quoniam enim non licet Christianis haec munia, & honores gentilium ambire, & perfici; nonnulli tamen, aut ambitione ducti, aut coacti, haec sacerdotia suscipiebant, & petebant. Cum enim apud populares aliquo in honore essent *Flamines*, & populi gratiam munieribus, aut ludis facile sibi conciliarent, reperiebantur inter Christianos, qui spreta Religione, hos honores flagitarent: nonnulli etiam inviti ad ea munia cogebantur: quia erant patrimonialia, a quibus nemo excusatatur, ut ex Cod. Justin. manifestum fit, & ex Hieronymo in Vita Hilarionis. His de causis reperiebantur Christiani, qui essent *Flamines* gentilium, in quos Hispani Patres has positas constituant. Neque vero audiendi sunt qui putant, hic agi de Christianis, non qui erant re ipsa *Flamines*, sed qui ante lavacrum his sacerdotiis functi essent. Nam cur potius ageret de iis, qui fuerant *Flamines*, quam de aliis, qui nunquam fuerant *Flamines*, qui nihilominus post fidem sacrificaverant? Nonne ineptum videretur, si Canones ita se haberent: Sutores, aut Sartores, qui post fidem sacrificarunt; quia cum *Flaminum* Sutorum, Sartorum non gravius sit peccatum, quam aliorum, si omnes illi Diis sacrificarent, non debuit Canon hos potius corticare, quam alios. Deinde haec verba: *Flamines, qui manus tantum dederint*, indicant agi de *Flaminibus*, qui re vera post lavacrum *flaminia suscepserant*; quemadmodum etiam illa: *Flamines si catechumeni*, ostendunt agi de catechumenis, qui actu, & re ipsa erant *Flamines*, non qui fuerant.

Post fidem lavaci.] cuius rei rationem supra dedimus.

Sacrificaverent.] mos erat, ut qui ludis præcerant, Diis sacrificarent.

Flamines igitur, qui in municipiis (nam Roma non presidebant ludis) tenebantur ex more sacrificare, antequam ludos aperirent.

Eo quod geminaverint.] Sed quonodo sacrificando, triplici hoc crimine poterant se polluere? Nam haec verba: *eo quod, indicare* videntur, quod *Flamines* duo haec alia

crimina committerent sacrificando. Sunt qui de *Floralibus* haec accipienda esse putent, in quibus multa turpia, & obscena visabantur; & de gladiatoriis muneribus, quibus sanguine & morte miserrimorum hominum populus recreabatur. Cum enim *Flamines* in provinciis, & municipiis haec spectacula ederent, & moechiae, & homicidii scelus commissile dicuntur hoc *Canone*, non quod moechati essent, aut quempiam interfecissent, sed dicuntur ea commissile, quod spectacula præberent, in quibus haec scelera perpetrabantur. Nonnulli haec ita putarunt, non quasi conjunctim, & simul in haec tria crimina incidissent *Flamines*, sed si forte reperiantur *Flamines*, qui præter scelus sacrificii, & idolatriæ, alii insuper se inquinassent, ii communione in fine preventur.

Vel triplicaverint facinus.] Lapsi triplicabant facinus, veniaque, vel in morte indigni censebantur, si homicidium, & moechiam cum idolatria in se suscepissent, non autem si alia quævis crimina admisissent. Neque hujus judicii alia potest esse ratio, aut causa, nisi quod alia omnia, nec summa, neque capitalia unquam, aut perpetua poenitentia, & animadversione digna visa sunt. Tribus vero illis, homicidio scilicet, moechiae, & idolatriæ, cum non multo ante hoc Concilium pax, & venia esset relaxata, merito qui horum simul omnium reus factus, eadem poena, qua paullo ante diversa, puniebatur; atque ea est causa, quamobrem de aliis criminibus non loquuntur Illiberini Patres. ALBASPINÆUS.

Absurdissime Suidas verbo Ποντίφηξ *Flamines* a Romanis dictos censet, quali *flamines*, a cursu fluminis: sicut *Pontifices a pontis effectione*. Verius enim est, *Flamines a pileorum gestatione dictos* scilicet. Proprium enim fuit *Flaminum* capitii tegumentum pileus, in cuius extremo lana modica ad filii modum addebatur, & ab illa parte tanquam insigniori, ac prominenti ipse pileus *flaminis* apex nuncupatus est. Valerius Maximus, Lib. I. Sulpicio, ait, *inter sacrificandum a capite apex prolapsus*, eidem Sacerdotium abstulit. Inde *Flamines* appellati, quasi *Filamines*, a

flo

Variorum Commentariis illustratum:

filo isto, seu fastigio acuminato. A. Gellius Lib. 10. Noct. Cap. 15. Notarunt Vives in Notis ad D. Augustinum Lib. 2. *De Civitate Dei*, Cap. 15. Lilius Gyraldus Syntag. 17. pag. 458. Rosinus Lib. 3. *Antiquit.* Cap. 15. Inde *Flaminum* ponitur pro Sacerdotio in Lega 21. Cod. Theod. *De Decur.* & apud Livium Lib. 26. *Tribunos plebis appellavit Flamen veterum jus Sacerdotii*, repetebat datum id cum toga prætexta, & sella curuli, & flaminio. Tacitus Lib. 4. *Annal.* Quando exiret e jure patrio quid id *flaminum adipisceretur*. Gellius Lib. 10. Cap. 15. *Uxorem si amisi, decedit flaminio.* Adhelmium, *De landibus virginicis*, Capite 11. *Exercanda Sacellorum Instrumenta*, & in episcopum Pontificum *flaminia funditus evanescavit*. Cap. 28. *Per Melchisedech vero super persona potestatis Pontificium, & caelestis infusa flaminum praesignabatur.* Notavit Savarus ad Sidonium Lib. 5. Epist. 7. *Flamines Dialem, & Martialem Romulus in Urbe instituit*, Numa illis Quirinalem addidit, & singulis Diis *Flamines* constituit, a quibus nomen fortiebantur. De tribus illis *Flaminibus* ita ait D. Aug. Lib. 2. *De Civitate Dei*,

DIVO AVGUSTO
ALBINVS ALBINI F. FLAMEN
DIVI AVG. PROVINCIÆ. LV
SITANIAE.

Et Illiberi fuisse *Flaminem*, *Flaminicamque*, constat ex fragmento cuiusdam lapidis relato a Mendoza supra Lib. 1. Cap. 1. & Pedraza 1. parte b. *Granat.* Cap. 7. ex aliisque transcripsitis ab A. de Morales Lib. 9. C. 9. De quibus *Flaminibus*, id est *Gentilium sacerdotibus* jam lavacro Baptismi regenerati, agunt PP. in praesenti, & sequentibus Canonibus. GONZALEZ.

Eo quod geminaverint scelera accidente homicidio.

Utrumque exercebant olim^a Episcopi, tam in Generalibus, quam in Provincialibus Conciliis; sed in Provincialibus præcipue, quo in his vel Episcopo rum, vel Clericorum, vel Fidelium causæ tractarentur; illæ præfertim, quæ ad Religionem quoquomodo spectarent. Quare si in priori versiculo legendum, ut in quibusdam Codicibus, sacrificaverunt, recte subjungitur: *Eo quod geminaverint scelera accidente homicidio;* quasi poenam velit Synodus decernere, qua afficiendi essent illi ethnici Sacerdotes, qui post fidem regenerationis susceptam, sacrificaverunt idolis; nec eo crimen contenti, homicidium impietati adjectur; placuit Patribus, Judicium magis, quam Legislatorum personam induentibus, ut ad purgandas sordes, quas his duobus peccatis contraxerant, a communione perpetuo ablinerent: sed si, ut in editis, sacrificaverint, legamus, non rete subjungitur hic versiculos præcedenti, quia ratione reddere videtur de poena, quam in principio non præscriperat. Igitur verba illa, *eo quod, in vel, aut in seu* commutanda sunt, ut alii ms. habent; aut intelligenda pro *vel*, aut *seu*, quasi poena eadem his impunitur, qui aliquod horum trium delictorum admissent. Homicidium autem gravissimum semper habitum constat ex Apostolorum Concilio Hierosolymis habito, in quo homicidium cum idolatria conjunctim improbatum est quasi unus ad alterum facta collatione, ut Tertullianus^b admonuit.

C O M M E N T A R I I N O V I.

A Junct Patres, *eo quod*, rationem redentes, cur *Flaminibus*, qui simul idolatriam, homicidium, & moechiam perpetrarent, denegetur communio in fine, ut similiter exprefserunt in *Canone seq. eo quod se a funestis*. *Canone v. eo quod incertum sit.* *Can. vi. eo quod sine idolatria.* *Can. xii. eo quod alienum vendiderit corpus.* *Can. xiiii. eo quod lapsa potius videantur.* *Can. xiv. eo quod mechatæ sunt.* *Can. xvi. eo quod nulla societas.* *Can. xx. eo quod cognoverit peccatum suum.* *Canone xxv. eo quod sub hac nominiis gloria.* *Canone xxx. eo quod p. simodum.* Sed quonodo *Flamines* geminaverunt scelus accidente homicidio, vel triplicaverunt cohærente moechia? Si enim *Flamen* postquam sacrificavit, homicidium commisit, non geminavit scelus, sed duo prorsus distincta commisit, nec homicidium accessit idolatria; & si poete-

a In Conciliis Ecclesiæ, & Re cœlesticorum causas peratas testantur Concil. Tolent. IV. Can. III. Leo Papa in Epist. 82. ad Anagni. Tosephalonicensem. Imp. Valens, Grat. & Valent. in L. Quiamos 23. C. Theod. de Episcopis, & Clericis.

b Lib. de Pudicitia, Cap. 4.

teste, Laodiceni Palladi virginem, Arcades Jovi puerum immolabant. Justin. Lib. 18. Hist. ibi: *Quippe homines ut victimas immolabant, & impuberis oris admovebant, pacem sanguine eorum exposcentes.* Tertull. in *Apolog.* Cap. 9. *Ecce in illa religiosissima Urbe Eneadaru[m] piorum est Jupiter quidam, quem ludis suis humanae proluunt sanguine.* Quintilianus Declam. 324. *In pestilenzia responsum est, virginem immolandum sorte ducitam.* Pater virginem negavit, Magistratus immolavit, non finiebatur pestilenzia; iterum sortiti sunt, altera immolata est. Virgilius Lib. 11. *Aeneid.*

Sanguine placatis ventos, & virgine casu, Cum primus Iliacas Danae venistis ad oras.

Plura Eusebius, *De Preparat. Evang.* Lib. 14. Alias Schedius, *De Diis German.* Cap. 31. Nec ferale sacrificium hoc abhorruere Hispani; siquidem de eis ait Dio Histicorn. Lib. 1. *Apud Hesperias nationes sacra facere solitos, in quibus homines caderentur.* De Lusitanis ita scripsit Alexander ab Alex. dicto Cap. 26. *Lusitanis vetus mos erat ex intestinis hominum prospicere; & Baeticos a Carthaginensibus hunc crudeliter sacrificandi ritum accepisse,* refert Strabo Lib. 3. eosque adeo huic crudelitati deditos fuisse, ut amicus pro amico immolaretur ex Floriano Ocampo, & Chron. generali Hispan. refert Hieron. Roman Lib. 2. *Reip. gentil.* Cap. 16. in fine.

Secundo etiam observandum est, ex antiquo Romanorum more apud alias Provincias recepto obseruatum fuisse, ut virginis non prius caderentur, aut a carnifice in supplicio, aut a Sacerdote in sacrificio, quam prius constuprarentur. Suetonius in Tyberio Cap. 61. ibi: *Immaturas puellas, quia*

Vel triplicaverint facinus, coharente moechia.

C A P U T O C T A V U M .

Mœchiæ nomine omnem illicitum concubitum comprehendendi; nunquam ipsam, ut natura turpem, licuisse in Ecclesia; explicata in eam rem tria, Concilii Toletani I. Isidori, & Clementis loca.

<sup>a Aug. Lib. 2.
super Exod. C.
71.</sup>

Mœchiæ nomine quid cō-
prehendunt.

Nomen mœchiæ Græcum esse, Augustinus a testatur. *μοιχεῖς enim Græci adulteros vocant, in eoque sensu plerunque usurpatum;* sed an ad quemcumque impudicum concubitum mœchiæ nomen referri possit, audiamus Augustinum: *Item quare solet inquit) utrum mœchiæ nomine etiam fornicatio teneatur? Hoc enim Græcum verbum est, quo jam Scriptura utitur pro Latino.* Mœchos tamen Græci non nisi adulteros dicunt. Sed utique Lex ista non solis viris in populo, verum etiam feminis data est. Neque enim quia dictum est, Non concupiscens uxorem proximi tui, nihil sibi hic præceptum debet putare feminam, tamquam licite posset concupiscere virum proximum suum. Si ergo hoc ex illo, quod viro dictum est, intelligitur, quamvis non dictum sit, quod etiam ad feminam pertinet; quanto magis ex eo, quod dictum est: Non mœchaberis, uterque sexus constringitur? cum ipsum præceptum potest referri ad utrumque, sicut: Non occides, non furaberis, & alia, similiter non expresso uno sexu, utique videntur sonare communiter. Tamen ubi unus exprimitur, honoratior utique exprimitur, idest, masculinus; ut ex hoc intelligat etiam femina, quod sibi præceptum sit. Ac per hoc si femina mœchata est habens virum, concubendo cum eo, qui vir eius non est, etiam si ille non habeat uxorem, etiam vir mœchatus est habens uxorem concubendo cum ea, quæ uxoris eius non est, etiam si illa non habeat virum. Sed utrum si faciat qui uxorem non habet, cum femina, quæ virum non habet, ambo præcepti hujus transgressione teneantur, merito queritur? Si enim non tenetur, non est prohibita in Decalogo fornicatio, sed sola mœchia, idest, adulterium, quamvis omnis

mœchia

mœchia etiam fornicatio esse intelligitur, sicut loquuntur Scriptura. Dominus enim dicit in Evangelio: ^a *Quicumque dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam inœchari.* Hoc utique fornicationem appellavit, si cum alio peccet, quæ virum habet; quod est mœchia, idest, adulterium. Omnis ergo mœchia etiam fornicatio in Scripturis dicitur. Sed utrum etiam omnis fornicatio mœchia dici possit, in eisdem Scripturis non mihi interim occurrit locutus exemplum; sed si non omnis fornicatio etiam mœchia dici potest, ubi sit in Decalogo prohibita illa fornicatio, quam faciunt viri, qui uxores non habent, cum feminis, quæ maritus non habent, utrum invesiri possit, ignoro. Sed si furti nomine bene intelligitur omnis illicita usurpatio rei alienæ (non enim rapinum permisit, quæ furtum prohibuit; sed utique a parte totum intelligi voluit, quidquid illicite rerum proximi afferatur) profecto & nomine mœchia omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus usus prohibitus, debet intelligi. Idem fere multo antea Tertullianus ^b, Divus Isidorus, & alii. Sed siue mœchia nomine fornicatio, ut vocant, simplex, siue adulterium comprehendatur, utrumque difficile habet in eo negotium, quod hæc crimina adeo censeat gravia Synodus Iliberritana, ut non solum excommunicatione temporaria, sed perpetua usque ad ultimum vitæ spiritum decernat punienda, cum contra sit Generale aliud Hispanis Concilium Toletanum I. ^c *Si quis, inquit, habens uxorem fidem, concubinam habeat, non in communiceat; ceterum is, qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur; tantum ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinae, ut ei placuerit, sic conjunctione contentus.* Gajus Canonis sententia similem habet aliam apud Gratianum ^d petitam ex D. Isidoro: *Christiano non dicam plurimas, sed nec duas simul habere licitum est, nisi unam tantum, aut uxorem, aut certe loco uxoris, si conjux deest, concubinam.* Si vero mœchia nomine adulterium comprehendendi dicamus, rem non adeo turpem probat D. Clemens in Epitola ad Jacobum fratrem Domini: *Dilectissimis Fratribus, & Condicipulis Hierosolymis cum charissimo Fratre Jacobo Episcopo habitantibus. Clemens Episcopus. Communis vita omnibus, Fratres, nec fissaria est, & maxime his, qui Deo irreprobabiliter militare cupiant. & vitam Apostolorum, eorumque Discipulorum imitari volunt. Communis enim usus omnium, quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit; sed per iniuriam alius hoc dixit esse suum, & alius istud, & sic inter mortales facta est divisio.* Denique quidam Gratianus sapientissimus, hac ita sciens esse, ait: *communia debere esse amicorum omnia (in omnibus autem sunt sine dubio & conjuges).* Et sicut, inquit, non potest dividere aer, neque splendor solis, ita nec reliqua, quæ communiter omnibus data sunt ad habendum, dividere debere, sed habenda esse communia.

Propositis ergo, ut eo quo retulimus ordine, faciamus satis, de Concilio Toletano agendum prius.

Inter eos errores quos hæretici Concilii Provincialibus adspergunt, sed praesertim Hermannus Hamelmanus ^e, ut Robertus Bellarmius testatur, unus est hic, quem Concilio hoc nostro Toletano I. probatum fuisse contendit; dum ex eo conitet, ad communionem admitti possa eum, qui concubinam habet, modo uxore caret: sive colligi videtur, inertricios amores, vel, quod deterius est, concubinatum, probari.

Gregoriani Decreti Censores, ad expediendam Canonis difficultatem, quo sensu nomine concubinae hic intelligi debeat, adnotarunt. Ajunt enim, concubinas olim duplicitis fuisse generis, quasdam ad tempus adhibitas, quarum concubitum turpem docent fuisse, etiam si filiorum procreandorum cautela haberetur: de quibus docent sensu Augustinum in Cap. *Audite*, & in Cap. *Concubinae*, 52. Quæst. 2. nec de his meminisse Concilium Toletanum hic. Alias autem concubinas quodam modo uxores fuisse, que sine dotalium tabularum tollentitate ductæ fuerant, de quibus sensu Julianum Novellam 18. apud Julianum antecepsorem, D. Augustinum, *De bono conjugali*, relatum in Cap. *Sole*, 32. Quæst. 2. In his autem concubinis tria fuisse necessaria. Primum, ut uterque eæ sit solutus; deinde fidem mutuam; scilicet, quod alteri non jungenerentur, neque abhorrenter a procreatione filiorum; tertium, ut usque ad mortem in ea vita conjunctione manendum sibi proponerent. Et in his scribere D. Augustinum, posse aliquo modo dici, nuptias esse, & connubium; quamvis sic habitam non audeat appellare uxorem, quia non intervenerunt instrumenta dotalia, & alia quæ Jure Civili, & Canonico requirebantur, ut esset legitima uxor: quod habetur in predicta Novella 18. & 30. Q. 5. Cap. *Aliter*. Itaque hujusmodi mulieres, cum non essent uxores, vocari concubinas, ob illa tria, sed præcipue, quod in affectu maritali permanere statuerant; & ideo permettebant illis communicare, habebantque uxores minus solenniter ductæ; & de his docent Concilium Toletanum hic agere, & Isidorum in Capite sequenti. Hoc ipsum tradiderat Gratianus, quem & sequuti sunt alii recentiores ^f.

Sed si tu veniam dederis (quod opto) curabo diligenter inquire, an verum sit, quod de hoc duplice concubinarum genere traditur; an vero Concilii difficultas, faciliori alia posset ratione explicari. Duplex enim hoc concubinarum genus, nec ab antiquis Oecumenicis, & Provincialibus Conciliis, nec a prædecessoribus tuis Pontificibus Sandillensis, nec a præscis aliis Ecclesiæ Doctoribus, nec a veteribus Jurisprudentiæ Consultis, nec ab historicis (ut hos non taceamus) receptum unquam fuisse memoria teneo. Quinimum concubinae nomen semper in turpem partem ab omnibus accipi (republicam Hebraeorum excipio) mihi perfusa leo. Et uxorum nomine comprehensas non fuisse, satis constat ex Ulpiano. ⁱ *Si uxor non fuerit, concubina tamen fuerit, iure quidem mariti accusare eam non potest, quæ uxor non fuerit.* Quod adeo verum potavit idem Ulpianus, ut quamvis potesta cum concubina matrimonium contrahat, pro præterito concubitu illam accusari non posse dixerit ^k. Hæc ergo sit prima Tosc. II.

N 2

^{a Matth. 5.}

^{b Lib. de pudicitia Cap. 4. & 5.}

^{c Can. xxi. Extat apud Grat. in Cap. Ii qui 34. Diff.}

^{d C. Christiano 34. Diff.}

^{e Grat. in Cap. Dilectissimi 12. Q. 1.}

^{f L. 3. Prologo C. 15. & 16. referit Rob. Bel lar. Lib. 2. ac autoritate Cœcili C. 8. I. 1. In C. Ii qui 34. distinct.}

^{g Ad fin. Cap. omnibus seruiss 34. Diff.}

^{h Turrianus pro Can. Apost. Lib. 1. Cap. 13. Bellarm. Tu. 1. lib. 2. de Con cil. autoritate C. 8. exsc. 11. proferit Thomas Bozzius de Agnus Ecclesiæ Dei Cap. 9.}

^{i Ulpian. L. Si uxor 13. de adulterio.}

^{k Idem in casu dem L. 8. quia uxorem verific. Quod & in ea-concubinita.}

earum, quae, in Jure extant inter uxorem, & concubinam differentia; nam uxor si ad alium accederet, de adulterio accusari poterat, concubina non item. i. Mulier adulterii damnata; uxor a nullo duci poterat; & qui duxisset, pena Legis Juliae de adulteriis tenebatur, quod lenocinio consentire videretur, ut Severus^a, Antoninus, & Alexander Impp. rescripsent. Qui autem illam in concubinatu habuisset, impune facere poterat. Ulpiano auctore b. 111. Uxores honestarum matrum familias nomen habebant: earum autem, quae se in concubinatu sedissent, imminuta erat honestas; sive nisi liberte patroni concubinae matrum familias honestatem non habebant, ut Marcellus script. iv. Uxor liberta, vel libertina duci poterat; concubina autem haberi non poterat, eti aliquid cum testatione, & turpi qualitate vixisset, eam haberi concessum fuisse docebat Martianus^d: postea tamen ab Aureliano Imperatore decreatum est, feminam ingenuam concubinam esse non posse, ut refert Flavius Vopiscus^e. v. Concubina cuiuscumque aetatis esse poterat, dummodo duodecimum annum excederet. Ulpianus^f; uxor autem Lege Julia, vel Papia, si quinquagesimum excederet, duci non poterat, quia ejus sobolis nulla spes erat. Justinianus g. vi. Uxor mariti bonorum, & temporalium, & sacrorum particeps erat, ut tradidit Halcarnassus^h, Paulusⁱ, Gordianus^k Imperator. Concubina autem nec sacrorum, nec temporalium bonorum communionem habebat. Ex quo vii. differentia nascitur; nam donations collatas in uxores, irritas fuisse, & nullas Ulpianus^l ait; eas vero, quae in concubinas collatas essent, valere, etiam si concubina uxor postea ducta fuisse, Papinianus^m respondit, & Scevolaⁿ. viii. Adversus uxorem res mariti amoventem actio furti non dabatur, quia quasi domina eorum erat; ut ex Nerva, & Cassio Paulus o. retulit; aduersus concubinam autem actio competebat, ut in extraneam personam. Ulpianus p. ix. Uxor forum, domiciliumque mariti sequebatur. Ulpianus q. Concubina vero proprium tantum. Callistratus^r. x. Uxor, quae in manu mariti conveniebat, illi morienti intestato sine liberis haeres erat. Ulpianus^s. Concubina vero, tamquam extranea persona, nisi haeres instituta, nihil ab intestato capiebat. xi. Uxorem ducere Magistratus ex sua Provincia non poterat. Paulus^t. At concubinam posse, idem Paulus ait. xii. Filii ex uxore justi erant, & ad parentum bona jure vocabantur, adeo ut paternorum bonorum quasi domini in vita eorum censerentur. Paulus u. Filii autem concubina, non solum justi non erant, nec legitimi, sed nec filiorum nomen Lege habebant. Ulpianus y. Et ideo in parentum bona succedere non poterant. Quod adeo antiqui placuit Romanis, ut si ex concubina primum quis liberos susciperet, postea eandem duceret uxorem, & ex eadem filios alios haberet, susceptos ex concubina non legitimari ad paterna bona per subsequens matrimonium, nec admittendos cum secundis decreverint, eti postea emendatum fuerit a Justiniano^z, qui post hoc Concilium Tolitanum fuit. xiii. Uxor ut dimitti posset, divortio opus erat; eoque solenniter facto, adhibitis septem testibus Civibus Romanis. Paulus^u. In concubina autem opus non erat divortio, quia nullum praecessit matrimonium. Ulpianus^b. Praeter hanc actus omnes sine matrimonio carpes esse docuit Ariosteles^c, confirmavitque Imperator Leo^d his verbis: *Nihil enim inter calibatum, & matrimonium, quod reprehendi non debet, medium inviesias.* *Conjugalis vita desiderio teneris? conjugii leges serves necessere est.* Displacent matrimonii molestia? celebs vivas: neque matrimonium adulteres, neque falso calibatus nomine culpam praetexas. Non in uno ergo, sed in multis ritu nupt. u. L. ultim. de concub. x. L. in suis de liber. & post. y. L. 6. de his qui sunt sui, vel alien. jur. z. L. Cum quis 11. & L. Nuper 12. C. de natural. liber. z. L. Nullum de divor. b. L. Si concubina ren. amot. c. Arift. lib. 7. Politicor. c. 6. d. Novella 89. e. Idem Novell. 9. f. Harmenopul. in epitome ju- ris l. 4. cap. 7. C. 17. 4- postol. h. In Ep. 5. que est ad Felicem Nucerinum cap. 4. Eustat apud Grat. cap. Iacici 3. Dif.

Hucusque de Legibus secularibus, nunc de Ecclesiasticis. Et primum quid de concubinis Apostoli senserint, quove modo earum nomen usurpaverint, ex Canone^g eorum xvi. intelligitur, ubi decernitur, eum, qui pot acceptum Baptismum concubinam habuerit, non posse fieri Episcopum, non Presbyterum, non Diaconum, non tandem Clericum; quod Apostoli non constituerint, si concubina uxor esset; cum Clerici, minorum saltuum Ordinum, de quibus Canon etiam agit, uxores habere non prohiberentur. Idem renovavit potesta Innocentius^h Papa I. rescribens Felici Episcopo Nucerino. Idem colligitur ex D. Ambro-
sio

sio^a dum ait: *Quod in ea, quae non sit legitima uxor, commissum fuerit, adulterii crimen non damnatur.* Et postea: *Nulli licet scire mulierem prater uxorem: ideo conjugii tibi datum est jus, ne in laqueum incidas, & cum aliena muliere delingucas.* Et post alia: *Tolerabilius est si latet culpa, quam si culpa usurpetur auctoritas.* Nec hoc solum est adulterium, cum aliena peccare conjugi, sed omne, quod non habet potestatem conjugii. Clarius idem Ambrosius^b: Iter igitur facit Dominus, qui inter ceteras continentias virtutes, matrimonii limitem non excedit, nec conjugii praescriptum terminum adulterina permissione commaculat. Sunt enim nonnulli, qui cum legibus uxores duxerint, contra Divinitatis legem sibi sociare concubinas: non intelligentes, quod contrahendo matrimonia, propriis se vinculis constringerunt. Qui enim legibus dicit uoren, proficitur se contra legem non esse facturum. Reum ergo ipse se statuit, qui adhibendo sibi adulteram, ius pollicitationis excedit. Sed dicit aliquis: *Uxorem non habeo, ideo mihi ancillam sociavi.* Audi quid dicat Scriptura ad Abram: *Ejice ancillam, & filium eius: non enim haeres erit filius ancilla cum filio libera.* Si igitur ancilla filius haeres non est, ergo nec filius est. Cur autem queritur tale conjugium, de quo susceptus filius, nec successoris possit haeres esse, nec sanguinis nec enim habere potest haereditatis confortium, qui non habet originis privilegium. Cur, inquam, queritur tale contubernium, de quo nati non filii sunt matrimonii, sed testes sunt adulterii? Cur haereditate modi suscipiantur adulteri, qui patrii pudori sunt, non horum? Dicit Scriptura d: *Adulterorum filii in consummatione erunt, & ab iniquo toro semen exterminabitur.* Mulier igitur tua, si talibus moribus pradito est, ut mereatur confortium, mereatur & nomen uoxis. Praeterea concubina tua libertatem, & nomen uoxis, ne tu adulteri sit posse quam maritus. Consentit mirifice Augustinus^e Ambrosio Magistro. Semper enim cum de concubinis sermonem infert, turpem esse concubinatum docet: *Audite, inquit, Charissimi membra Christi, & matris Catholicæ Fili. Quod dico Competentibus, audiant Fideles, audiant Competentes^f; quod dico Fidelibus, dico & Competentibus, & paucitibus, audiant Cathecumeni, audiant omnes, omnes timant, si mibi in consolationem vester auditus; ne sit vobis in testimonium dolor meus, Competentibus dico, fornicari vobis non licet.* Audiat Deus, si vos surdi estis: audiant Angeli ejus, si vos contemnitis. Concubinas vobis habere non licet. Audiant Competentes, quod dico Fidelibus. Non habetis uxores, quanto magis damnatio vobis erit, si habere volueritis & concubinas, & uxores dimittatis? Alibi etiam idem Augustinus^f: *Et illud quale est, ait, quod multi virorum ante nuptias concubinas sibi assumere non erubescunt, quas post aliquot annos dimittant, & sic postea legitimis uxores accipiant.* Tractant enim apud se, ut prius de multis calumniis, & rapinis, & injuriis divitiorum, & iniqua lucra conquerant, & postea contra rationem plus nobiles quam ipsis sunt, vel dictiores uxores accipiant. Ecce quantis malis se obligant, qui non solum luxuria, sed etiam avaritia, vel cupiditati infeliciter servire desiderant. Unde coram Deo, & Angelis contestor, atque denuncio, ista mala, & semper prohibuisse, & nunquam ei placita fuisse, quia præcipue temporibus Christianis concubinae habere nunquam licuit, nunquam licet. Sed, quod peccus est, faciunt hoc multi viri, jure Fori, non jure Celsi, non iustitia jubente, sed libidine dominante. Cum enim Apostolus conjugia habentibus dicat: Tempus breve est, & supereat, ut qui habent uxores, tanquam non habentes sint. Et illud: Abstinete ad tempus, ut vacetis orationi. Quomodo adulteras concubinas permittit habere, qui castitatem servare, & conjugis postis præcipit? In qua sententia tam constanti animo perseveravit, ut iterum dixerit, quod qui ante nuptias legitimas habere concubinas presumit, peccus peccat quem qui adulterium committit & ob hoc dignus est a consortio Christianorum separari: qui si non penituerit, eterna illum flamma cruciabit sine remedio. Hoc autem non ideo dixerit, ut simplicis fornicationis graviorem culpam adulterio probaret, sed concubinatus durationem. Cum enim tanto sit graviora peccata, quanto diutius infelici animam detinent alligatum, ut Gregorius ix. b. docuit, merito concubinatus adulterio gravior esse putatur, ob usum, & durationem peccatis; tum etiam ob exemplum plurimorum. Si enim adulterium clam commititur, sine aliquo offendisse; concubinatus vero palam, in omnium conspectu, in populi luce, in offendiculo parvulorum; non dubium est, peccatum levius alio gravius effici, ob ea quae peccatum committantur; circumstantias peccati vocant. Hanc autem fuisse sententiam Augustini, ipsem avertisse declaravit i: *Pro qua re (ait) iterum atque iterum voce libera clamo, quia qui ante legitimas nuptias concubinam sibi habere presumit, peccatum facit, quam qui adulterium committit.* Quia quia adulterat, adhuc tamen grave malum secrete vult agere: *in publico autem, aut metuit, aut erubescit committere: ille vero qui publice concubinam habere voluerit, fronte impudentissima rem exercabilem, toto populo vidente, licenter se putat admittere.* Hoc Augustinus. Quare non potius non mirari doctos Viros Canonicos Lovanienses in Notis ad marginem illius Libri Augustini, qui de rectitudine Catholicæ conversationis inscribitur; existimasse, sententiam illam Augustini non esse: quod tamen verisimile non est, cum in loco citato reperiatur: & veram esse, eo sensu quo Augustinus protulit intellectam, nemo jure possit inficiari. Bandum concubinæ turpitudinem prædicavit idem Augustinus^k. Cum enim doceret, infideles peccatores non statim ad Baptismum admittendos, ni prius jejuniu, lacrymis, penitentia, & precibus præteriorum criminum veniam promeruisserint; addit quod concubina infidelis, etiam si professa fuerit, nullum se alium cognitorum, juste dubitatur, an ad Baptismum sit recipienda: quod non dixisset Augustinus, si eas concubinas, quae uni tantum jungabantur, uxorum loco habuissent. Ambrosii & Augustini sententiam comprobavit D. Chrysostomus^l: duas enim tantum vias agnoscit, propter quas uixi mulieribus cohabitent: *Et una quidem (ait) veteris est, ac justa,*

^a Lib. i. de Patriarchis c. 4.

^b Idem c. 7. Idem Serm. 65. de S. Jo. Bap.

^c Genes. 21.

^d Sap. 5. e Homil. 42. apud Grat. in cap. audite 34. dicit.

^e Ser. 243. de castitate coniugal.

^g i. Cor. 7. Idem Lib. de rectitudine Catholicæ conversationis.

^h Cap. fin. de conjectudine.

ⁱ In Serm. 2. Dom. 22. post Pent.

^k Item Lib. unic. de fida, & operibus cap. 19.

^l Serm. contra concubinar. in prima.

justa, rationique consentanea: nempe matrimonium, quod Deo legislatore institutum: Propter hoc enim (inquit) relinquet vir patrem suum, & matrem suam, & adhuc erit uxori sua, eruntque duo in carnem unam. Altera vero posterior, & ex confessio iusta, & Legi adversa, nempe concubinatus, sive stuprum, quod a malignis introductum est demonibus. Non dissensit ab his D. Leo^a Papa hujus nominis primus ad Episcopum Narbonensem describens, dum differentiam perspicuis verbis constituit inter concubinam, & uxorem: concubinamque dicit non esse uxorem, nec conjunctionem cum ea esse sacramentum, vel matrimonium: & ea ratione mulierem, qua nubit viro habentem concubinam, non peccare, ut pectaret si nuberet homini conjugi impedito. Id autem dicturus non esset Leo, si concubina aliquo modo uxor esset, aut dici posset. Quod si inter concubinas aliqua esset differentia, illam certe Leo constitueret, ut Rusticum Episcopum diceret, quid in omnibus observare debuisset.

a Ep. 92. ad Episcopum Narbonensem C. 4. S. 5.

b Ibid. cap. 41.

*Genes. 21.
ad Galat. 4.*

Genes. 21.

c Idem Leo Cap. 5.

d Serm. 66. in Can.

e De pudicicia Cap. 4.

f In Officio.

g III. Can. 9.

h Sesi. 24. Cap. 8.

i Ep. 1. ad Episcopos Africæ.

*justa, rationique consentanea: nempe matrimonium, quod Deo legislatore institutum: Propter hoc enim (inquit) relinquet vir patrem suum, & matrem suam, & adhuc erit uxori sua, eruntque duo in carnem unam. Altera vero posterior, & ex confessio iusta, & Legi adversa, nempe concubinatus, sive stuprum, quod a malignis introductum est demonibus. Non dissensit ab his D. Leo^a Papa hujus nominis primus ad Episcopum Narbonensem describens, dum differentiam perspicuis verbis constituit inter concubinam, & uxorem: concubinamque dicit non esse uxorem, nec conjunctionem cum ea esse sacramentum, vel matrimonium: & ea ratione mulierem, qua nubit viro habentem concubinam, non peccare, ut pectaret si nuberet homini conjugi impedito. Id autem dicturus non esset Leo, si concubina aliquo modo uxor esset, aut dici posset. Quod si inter concubinas aliqua esset differentia, illam certe Leo constitueret, ut Rusticum Episcopum diceret, quid in omnibus observare debuisset. Polte enim sic inquit b: *Non omnis mulier junta viro uxor est viri: quia nec omnis filius heres est patris: nuptiarum autem fædera inter ingenuos sunt legitima, & inter aequales; multo prius hoc ipsum Domino constituta, quam initium Romani juris existet. Itaque aliud est uxor, aliud concubina: sicut aliud ancilla, aliud libera. Propter quod etiam Apostolus ad manifestandam harum perfiniarum discretionem, testimonium ponit ex Genes., ubi dicit Abrab: Ejice ancillam, & filium eius: non enim heres erit filius ancilla cum filio liberæ. Unde cum societas nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut prater sexuum conjunctionem haberet in se Christi & Ecclesiæ Sacramentum; dubium non est, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua non docetur nuptiale fuisse mysterium. Igitur cujuslibet loci Clericus si filiam suam viro habentem concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendo est, quasi conjugato eam dederit; nisi forte illa mulier, & ingenua facta, & dotata legitime, & publicis nuptiis honestata videatur. Paterno arbitrio viris junctæ carent culpa, si mulieres qua a viris habebantur in matrimonio non fuerint: quia aliud est nuptia, aliud concubina. Et mox: Ancillam a toro abhincere, & uxorem certa ingenuitatē accipere, non duplicatio conjugii, sed profectus est honestatis. Culpa non sine talium negligentia, sed non penitus desperanda: ut crebris coborationibus incitati, quod necessarie experteruntur, fideliter exequantur: nemo enim desperandus est, dum in hoc corpore constitutus est; quia nonnumquam quod diffidentia etatis differunt, consilio maturiore perficitur. Id ipsum D. Bernardus d aduersus quoddam sui temporis hereticos nuptias damnantes: Porro (inquit) turpitudinem in solis existimant reputandam uxoribus: cum vel sola sit ea que cum uxore est causa qua turpitudinem excusat in coitu. Et post alia: Tolle de Ecclesiæ honorabile connubium, & torum immaculatum: nonne repletum eam concubinatis, incestuosis, feminis, mollibus, masculorum concubitoribus, & omni denique gevere immundorum? Elige ergo, aut salvari universa monstra hac hominum, aut numerum salvandorum ad continentium redigi paucitatem. Tertullianus e: Omne homicidium extra sylvam latrocinium est; ita & ubicumque, vel in quamcumque semel ipsum adulterat, & stuprat, qui aliter, quam nuptiis uititur. Ideo penes nos occultæ quoque conjugationes, id est non prius apud Ecclesiæ professæ, juxta matrem, & fornicationem judicari periclitantur. Nec inde conserta obtinetu matrimonii crimen eludant. Reliquas autem libidinum furias impias, & in corpora, & in sexus, ultra iura naturæ, non modo limine, verum omni Ecclesiæ testo subsumimus: quia non sunt delicta, sed monstra. Minutius Felix^c: Sic incesti fabulam ne sit, etiam cum conscientiam non habetis. At nos pudorem non facie, sed mente praestamus; unius matrimonii vinculo inhibemus, cupiditate procreandi aut unam scimus, aut nullam. Sed nolo jam aliis recensendis esse prolixior, cum ex his satis compertum videatur, concubinatum ab Ecclesiæ pro re turpi, & Christiano homine indignissima, & hodie, & olim semper habitum: ob eus turpitudinem non esse ordinandum eum, qui ex concubina filios suscipere; vel eum, qui mortua legitima uxore concubinam haberet, Concilium edxit Aurelianense g: De his (inquit) qui ex concubinis filios habent, & uxores legitimas, aut defunctis uxoribus, sibi concubinas publice crediderint sociandas, id observandam esse censimus, ut sicut eo: , qui jam sunt Clerici per ignorantiam ordinati, non removemus; ita statim, ne alterius ordinentur. In Concilio tandem Tridentino concubinarios tam solutos, quam maritos, cuiuscumque status, dignitatis, aut conditionis ab Ordinario ex officio ter premonitos, si se ab hoc turpi, & damnato concubinatus crimen non se junxerint, excommunicatione percellendos decernitur, neque antea absolvendos, quam re ipsa admonitione facta paruerint; contra permanentes in concubinatu anno integrum, censuris neglectis, ab Ordinario severo pro qualitate criminis procedendum. Concubinas vero, sive solutas, sive uxores, ter admonitas ab Ordinariis locorum, nullo etiam requirente, ex officio graviter puniendas, & extra Oppidum, vel Diocesum, invocato, si opus fuerit, brachii secularis auxilio, ejiciendas, permansuris aliis poenis in suo labore. Mitto præterea lubens, olim in contrahendis nuptiis adeo solennem suile dotis, & benedictionis nuptialis formulam, ut Evaristus i Papa dixerit (vel oratione nimis rem exaggerans, vel quod Ecclesiæ tunc forsitan ferret sic consuetudo) connubia esse non legitima, quæ prætermilla ex solennitate celebrarentur: Alter, ait, legitimum non sit conjugium, nisi ab his, qui super ipsam feminam dominationem habere videntur, & a quibus custoditur, uxor petatur, & a parentibus, & propinquoribus sponsetur, & legibus dotetur; & suo tempore sacerdotialiter, ut mos est, cum precibus, & Oblationibus a Sacerdote benedicatur, & a paronympis, ut confuetudo docet, custodita, & associata a proximis, congruo tempore petita a legibus dotetur, ac solenniter accipiatur, & biduo, vel triduo orationibus vacent, & castitatem custodian. Item ita peracta, legitima scitote esse connubia; aliter vero præsumpta, non conjugia, sed adulteria, vel concubinia,**

bernia, vel supra, aut fornicationes potius, quam legitima conjugia esse non dubitatur, etiam si voluntas propria suffragaverit. Utcumque igitur antiqua in his solennibus se habuerit Ecclesiæ consuetudo, de quibus disputare non est animus, illud ex omnibus præcis Ecclesiæ Patribus manifestum fit, concubinam nunquam uxor nomine dignam habitam, concubinumque cum ea peccatum fuisse lethale, ideoque ad communionem sacram illum accedere juste non potuisse, qui cum hujusmodi concubina contubernium haberet.

Nam quod ex Augustini^a Libro, De bono conjugali, selecti Gregoriani Decreti Censoris referunt, vereor, ne (quod bona illorum pace dixerim) ad concubinas trahatur potius, quam accommodetur; cum Augustinus in eo Libro nec de concubinis his egerit, nec concubitum dixerit licitum esse, si concubina eo habeatur animo, ut donec vivat, non jungatur alteri. Sed cum superioribus Capitibus de uno conjugi bono sermonem institueret, de susceptione videlicet filiorum, dixeritque ad id institutum matrimonium, ut diuturna, & perpetua filiorum propagatione humanum genus conservaretur; quoramdam eunc proposuit questionem, an si vir, & femina, uterque lege conjugii solitus, jungantur non ad sobolis procreationem (quod est magnum matrimonii bonum) sed ad coercendos effervescentis animi, atque libidinis motus, an proprie die possit matrimonium? Quam expediens questionem, respondit Augustinus: Et potest quidem fortasse non absurdè hoc appellari concubium, si usque ad mortem alterius eorum, id inter eos placuerit, & prolixis generationem, quamvis non ea causa conjuncti sint, non tamen vitaverint, ut vel nolint, sibi nasci filios, vel etiam opere aliquo malo agant, ne nascantur. Hoc autem ideo dixit Augustinus, quia quæstio non erat, an licet in concubinatu perpetuo vivere. Nam si temporarium constabat non licere, constabat sane non licere perpetuum; sed an contracto connubio sine principali bono matrimonii, hoc est, sine suscipiendo liberos, verum dici possit matrimonium, si reliqua matrimonii adessent necessaria, hoc est, mutuus consensus, & animus perpetuo simul habitandi, nec recusandi in coitu liberorum susceptionem; nam si hoc adesset, adjectis statim: Ceterum si vel utrumque, vel unum horum deest, non invenio quem admodum has nuptias appellare possumus. Quod si fine axorio fecerint, peccare pro paullo post his verbis edocuit: Veruntamen si ei fidem tori servet, & cum ille uxorem duxerit, nubere ipsa non cogitet, atque a tali opere prorsus continuere se præparet, adulterium quidem fortassis facile appellare non audeam: peccare tamen quis dixerit, cum eam viro, cuius uxor non est, miseri sciat? Nullum ergo præter matrimonii concubitum jultam, D. Augustinus agnovit, nec mutuam concubinarum cohabitationem defendit, ut jultam, si animus adesse perpetuo habitandi cum illis: nec eo tempore concubinarum nomine illas solas fuisse comprehensas, quæ solutæ lege conjugii accederent ad solatos, ex ejusdem Concilii Toletani primi Decreto liquet, dum in principio ait: Si quis habens uxorem fidem, & concubinam habeat, non communicet. Quod autem ex Justiniano e refertur in Novella apud Julianum antecelsorem, minus dubium habet; cum concubinam non comparet uxori in castitate conjugii, de qua sermo est, sed ad hoc ut si pater ab intestato moritur, & sine prole legitima; quo casu, vel cognatio, vel siccus, cui in hoc se dicit parcere, deberent succedere; his exclusis, filius susceptus ex unica tantum concubina, habeat sextam tantum bonorum paternæ substantia una cum matre partendam: sic ut mater unius filii, quotquot illi sint, portionem capiat. Hoc autem non ideo decrevit Justinianus, ut concubinas jultarum uxorum prœmissi afficeret, longe enim hoc dicitur ab ejus animo, & verbis, quibus concubinarum multititudinem, multitudem mulierum fornicantium in eadem Novella dixit, sed id constituit, ut intercluderet aditum habendi plures concubinas. Si enim pater videt a suis bonis filios ex multis concubinis susceptos repelli, nullumque eorum in eis succedere posse, ut in eadem Novella Justinianus constituit a plurimum concubinarum conjunctione ablinebit, vel saltem sibi temperabit, unica solum contentus, ut filii ex ea suscepti suorum bonorum participes fiant & hoc est, quod in ea Constitutione Justinianus in favorem concubinæ, vel potius in concubinarum odium decrevit, quæ ad matrimonii jura, & honestatem accommodare jure non possunt.

At hic, Beatisime Pater, si longius forsitan evecti sumus, in eo tamen venia digni, quod illa non tam refellendi animo, quam interpretandi Concilii Toletani studio flagrantem disquiramus. Concilium ergo Toletanum non docet profecto, ut illi falso imponunt haeretici, qui concubinam habent, si Corpus suscipiat Domini, id digne facere posse; sed permitit potius, ut is a communione non repellatur; & si communicare ille nullo præclaræ conscientie stimul, & Christiano nullo pudore suffusus audeat, communicet, sed suo periculo, & damno. Quod perinde est, ac si dixisset, concubinarios tunc, etiæ gravissima peccati labi tñatos, publica communionis interdictione non percelli. Constat enim verissimum antiquorum Philosophorum placitis, peccantium multititudinem, justam videri causam, ut peccati poena vel omittatur, vel remittatur. Sunt enim multa in Republica, & ea turpissima, quæ a Magistratibus justissime tolerantur, quæ si ad vivum resecarentur, aut ad Divinae Legis severitatem, aut ad rationem naturalis juris, & honestatis, vix contineri posset hæc vita civilis. Quare tametsi communi Ecclesiæ jure receptum fuerit, a communione Ecclesiæ dejectos, vel interdictos, si celebrent, deponendo; & cum tamen juris rigorem delinquentium multitudine temperatum legimus ab Alexandro & III. antiquam depositionis severitatem suspensione mitigante, in Epistola ad Archiepiscopum Toletanum. Quibus alia sunt multa similia. Si ostenderim ergo, hujus Concilii Patres, gravem communicantis reatum, & indignantem minime sustulisse; sed illud tantum ipsis accipientibus, & Clericis tribuentibus permisisse, ad temporum iniquitatem, & delinquentium multititudinem conniventes

*a Explicatur
Augus. locus
Lib. de bono
conjugali.*

*b Concil. Tol.
I. Can. 17.
c Justinian.
Novell. 18. a-
pud Julianum
antecelsorem:
Exstat etiæ in
aut. de trien-
te, & semi. &
consideremus,
Coll. 3.*

*d Alexand. III
in Capitulores
51. post Conc.
Later. p. 50.*

ventes; evincam sane, falsam esse hereticorum, sed præsertim Hermanni Hamelmani calumniam, qua summe est conatus tanto Concilio debitam auctoritatem detrahere.

^a D. Aug. serm. 2. Dom. et post Pent. de bona conjugali. Ex plicatur Conc. I. Tole. Canon XVII.
^b Cor. 5.
^c Idem Ep. 69. ad Aurelium Episc.

Quem igitur tantæ rei probandæ satis locupletem testem accersam? unum ^a Augustinum sapientia, Religionis, & sanctitatis auctoritate multorum initar. Is ergo cum post præclare laudata matrimonii bona quæ retulit, concubinatus turpitudinem multis, & his gravissimis verbis publica concione fulsæ infectatus, postquam illam detestandam omnibus proposuisset, subjunxit: Sed forte illi, qui isto peccato non sunt maculati, dicent: Quare qui hoc agunt, a communione non suspenduntur? Ideo autem tantum scelus a Sacerdotibus non vindicatur, quia a multis admittitur. Si enim unus, aut duo, aut quatuor, vel quinque, malæ ista facere præsumerent; & poterant, & debebant, non solum a communione suspendi, sed etiam a coniugio, & colloquio Christiani populi separari, secundum illud Apostoli: Cum hujusmodi nec cibum quidem sumere. Multitudine tamen peccantium, sicut jam dictum est, prohibet Sacerdotes Domini in illis distinguere: faciunt tamen boni Sacerdotes, quod possunt, & cum perfecta charitate contendunt orare, & suspirare jugiter, & gemitus, ac rugitus effundunt, ut in quibus proper infinitam multitudinem non possunt severitatem, vel disciplinam Ecclesiasticam exercere, monendo, vel orando pro eis, possint vel aliquando ad penitentiam provocare. Constat igitur aetate Augustini, Ecclesia fuisse consuetudinem, de antiqua, & recepta Ecclesiastica discipline severitatem nonnulli remittiendi, & concubinarios ad communionem Dominicam impurissime accedentes, ab ea non arcendi: quod peccantium multitudini ad tempus acceptum ipse Augustinus refert. Id autem mite congruit cum eo, quod idem Augustinus ^b Aurelio Episcopo rescribit, loquens de quibusdam gentium superstitiis, quibus Catholicam Religionem turpiter a Christianis multis foedaram Aurelii Episcopi literis cogoverat: Non ergo aspere, ait, quantum existimo, non duriter, non imperiosam modis ista tollantur: magis docendo, quam jubendo: magis monendo, quam minando: sic enim agendum est cum multitudine: severitas autem exercenda est in peccata paucorum. Occasione vero, qua Afris potissimum, & Hispanis impune fuerit permitta suspicenda Sacrae communionis licentia, non obscure insinuat Salvianus ^c Massiliensem Episcopum, qui Afrorum, & Hispanorum animos ad impudicitiam maxime fuisse proclives refert; de Afris enim haec præter alia: Tam infrequens est enim hoc, & inusitatum, impudicum non esse Afrum, quam novum, & inauditum, Afrum non esse Afrum. Ita enim generale in eis malum impunitatis est, ut quicunque ex eis impudicus esse desideret, Afer non esse videatur. Paria etiam de Hispanis, vel, ut ipse refert, majora. Eos enim multarum gentium victores a Vandalis bellicæ discipline expertibus devictos ait, quod illi tunc pudicitiam exercerentur, isti diligenter; illi violarent, illi amplecterentur. De quo pluribus inferius ^d. Multitudine igitur dilinquentium, non innocentia ratio, Afrorum, & Hispanorum impunitati ad tempus solum impunitatem concessit. Et cum uno, & eodem tempore, quo eam Ecclesia consuetudinem erga concubinarios Augustinus refert in Africa, Concilium hoc Toletanum in Hispania cogereatur, compertum euidem, & exploratum, ni fallor, esse videtur, quo sensu Canon sit intelligendus: concubinarios videlicet, tum ob illorum multitudinem, tum præterea ne in Ecclesiæ adolescentis primordiis infideles tali pena deterriti retraherentur a Fidei susceptione, vel qui Fidem recente suscepere, temere abnegarent, permittos fuisse communicare, non sine gravissima ipsorum spirituali pernicie: tametsi pro certo Catholica Ecclesia haberet, ut habet hodie, & habebit semper, concubinatus peccatum esse capitale, & inter capitalia gravissimum, ut in eadem Epistola docuit Augustinus. Sed quamvis communione publica olim ii non abstinerentur, quod publica non essent, ut sunt hodie, Ecclesia excommunicatio ne percussi, ob rationes quas recensimus; secretis tamen, & publicis nonnunquam admonitionibus, & cohortationibus generaliter habitis, ut abstinerent, rogatos esse, ex Augustino liqueat; & cum scandalum, & publica illa mala non timerentur, in secreto a communione repulsi, veterum Patrum disciplina, sanctitas, & Religio rem mihi facit probabilem.

^e Aug. in dito serm. 2. Domic. 22. post Pent.

¶ L. unic. Cod. de concubinis.

¶ D. Th. 3. par. Q. 80. art. 3.

Hodie vero cum Fidelium jam numerus sit auctor multo; & per Leges fetiam Civiles, non licet, nec permittatur, ut olim permittebatur, concubinatus, decrecente reorum multitudine, crescit publica peccati pena: ideoque jam concubinarios, vel quoscumque alios publicos peccatores communicare nullo modo permittit Ecclesia; sed a communione severe repellendos, tanquam publica jam Ecclesia excommunicatione notatos, præclare nos docet D. Thomas, & non Dominicanæ tantum, sed Christianæ Religionis splendidissimum lumen.

Quod si ea Canonis verba, a communione non repellatur, non de Sacrosancta Corporis Christi communione intelligamus, sed de Ecclesiastica tantum, & civili, cuius interdictio nem, excommunicationem vocamus, quid repugnat? cum sciamus, eo tempore excommunicationis nomen, non tam frequenti Ecclesia ufo receptum fuisse. Pro excommunicari enim multa alia dici, usurparique a Concilio iis, & præcis Patribus, inter doctos satis convenit. Rei enim dicebantur damnari, condemnari, abiuneri, abiici, cohiberi, arceri, exterminari, submoveri, exaucitorari, relegari, repelliri, abscondiri, separari, respici; aliquando nude, & simpliciter, aliquando vero cum adjunctione, a communione, vel a communione Fidelium; aliquando ab Ecclesia liminibus, ab Ecclesia testo, a commercio Fratrum, a communione fraternitatis; aliquando etiam dicebantur, ad communionem non admitti: sic enim non communicari, pro excommunicari dixit Concilium Carthaginense ^f III. Qui quis Episcoporum accusatur, ad Primate Provinciarum ipsius caussam deferat accusator; nec a communione suspendatur, cui crimen intenditur, nisi ad caussam suam dicendam Primate literis evocatus minime occurrerit, hoc est, intra spatum mensis ex ea die, qua eum literas accepisse confiterit. Quod si alias veras necessitatis caussas probaverit, quibus eum occurrere non putuisse,

potuisse, manifestum sit, causa sua dicenda intra alterum mensis integrum habeat facultatem: verum post mensem secundum, tamdiu non communicaret, & nec purgetur. Concilium etiam Milevitani ^a non communicare pro excommunicare usurpat: A judicibus autem, quos communis consensus elegit, non licet provocare: & quisquis probatus fuerit pro contemptu holle obtemperare judicibus, cum b. c. prima Sedis Episcopo fuerit probatum, dei Literas, ut nullus ei communicet Episcoporum, donec obtemperet. ^b Si in matricibus Cathedris Episcopas negligens fuerit adversus hereticos, conveniatur a vicinis Episcopis diligentibus, & ei sua negligentia demonstretur, ut se excusa, & non posset: quod si ex die, quo conveniatur, intra sex menses si in ejus Provincia executio fuerit, & non eos ad unitatem Catholicam convertendos curaverit; non ei communicetur, donec impleat. Si autem execratur ad loca non venerit, non adscribatur Episcopo. Si autem probatum fuerit, eum de communione illorum fuisse mentitum, dicendo, eos communicasse, quos, eu sciente, non communicasse confiterit, etiam Episcopatum amittat. Sic verba hujus Concilii Toletani, Qui autem sine uxore concubinam habet, non repellatur a communione, de excommunicatione intelligi possunt, hoc est, non excommunicetur, ut congruat prima, & secunda pars Canonis cum ultima: alias, inquit, vivens abficiatur. Nam cum hoc peccatum concubinatus, eo præcipue tempore, inveterato Gentium usu, & prava noviter converforum consuetudine esset frequentissimum; non placuit Toletane Synodo, ob delinquentium multitudinem, & usum receptum, vel potius corruptelam, illud excommunicatione percilli, ut percelli plauerit adulterium, incestum, & alia impudicitie peccata. Quare Concilii Bracarense ^c Patres, a communione repelli, vel alienari, pro excommunicari, clarissime conitatis accepisse: Item placuit, ut qui pro heresi, aut pro criminis aliquo excommunicantur, nullus eis communicare præsumat, sicut & antiqua Canonum continent Instituta. Quod si quis spernit voluntarie, saipsum alienum a communione facit. A communione separari, & a communione abstinere dicuntur Concilio Arelatensi ^d I. qui excommunicantur. De agitatoribus, qui fidèles sunt, inquit, placuit, quamdiu agunt, a communione separari. Et polteca ^e: De ministris qui扇erantur, placuit, eos juxta formam divinitus datum, a communione abstinere. Hodem sensu non communicare pro excommunicare usos hujus Concilii Patres legimus ^f: Ab eo, ajunt, qui non communicat, placuit, Episcopum munera accipere non debere. Unde qui excommunicati prius sunt, polteca vero ab excommunicatione abfolvuntur, communicationem accipere dicuntur in eodem illo primo Concilio Arelatensi ^g: De his, inquit, qui pro delicto suo a communione separantur, ita placuit, ut quibuscumque locis fuerant exclusi, eisdem locis communionem consequantur: id est, ne ab alio Episcopo, quam ab eo, a quo excommunicati sunt, impetrarent absolutionem. Quod etiam Statutum est prius in Concilio hoc Illeberitano ^h. Placuit cunctis, ait, ut ab eo Episcopo quis recipiat communionem, a quo abstinere in criminis aliquo fuerit. Quod si aliquis Episcopus præsumit eum admittere, illo adhuc minime sciente, vel consciente, a quo fuerat communione privatus, sciat se hujusmodi caussam inter fratres esse cum status sui periculps praestaturum, Sed id clarius multo docuit D. Cyrillus i, & confirmavit Theodorus Balsamon. Prior enim sic ait, loquens de catechumenis: Sin autem segregationem aliqui sustinuerunt, propter lapsus puniti, deinde sunt morituri, existentes catechumeni baptizentur: & ne ab his manis excedant gratia non participes, scilicet communionem carentes; & videtur enim hoc quoque Ecclesia consuetudini adbarere. Posterior autem in Scholii ad ipsum, hoc addit: Communione carere, Sanctus hic non solum dicit de sancta participatione, neque enim ante baptismum Divinis mysteriis dignus habebitur. Sed etiam de ipso Baptismo: antequam cum baptizatus fuerit, non assequetur, ut cum fidelibus constat; & quæ & ipsa communio in diversis Canonibus dicta est, & ideo hoc quoque adjectit: Videtur enim hoc quoque Ecclesia consuetudini adbarere; hoc enim, inquit, est legitimum, & Ecclesiasticum; ut una cum fidelibus in precibus non consistant omnino catechumeni, vel hi, quibus pœna est imposta ^k.

Qua ratione Neocælarensis Concilii Patres sibi constituerunt, ut idolatria crimine notati, post penitentiam communicent, interdum sine oblatione, interdum cum oblatione, & communicare sine oblatione, & communionem sine oblatione intelligebant, cum rei admittebantur ad Ecclesiam ad precum, & orationum communionem: cum oblatione autem communicare, & communionem cum oblatione suscipere dicebantur rei, qui post peractam penitentiam, cuius compensatione, ut Tertullianus ^l ait, pristinam impietatem redemerant, Sacramentis Ecclesiæ restituabantur, & Corporis, ac Sanguinis Domini siebant participes, & tunc ad plenam communionem, vel ad perfectionis gratiam pervenire, vel communioni reconciliari dicebantur. Quo spectat hujus Concilii Illeberitani Canon m: Si quis Fidelis, inquit, alea, id est, tabula lusifer, placuit, eum abstinere; & si emendatus cessaverit, post annum poterit communioni reconciliari. Communionem sermonis pro communione confabulatione usurpat quoque Auctores profani ⁿ. Tranquillus: Cenam, ait, ternis ferulis, aut cum abundantissime, senis præbebat, ut non nimio sumptu, ita summa comitate: nam & ad communionem sermonis tacentes, vel submissim fabulantes provocabant. Cum ergo usus nominis communio, & proprietas item vocis, tam Ecclesiæ, & civilis convictus, quam Divinam communionem comprehendat, non est, cur ad unam necessario, non ad aliam referri, contendant alii. Non dissidente enim, communionis verbum ad Sacrosanctam Eucharistie communionem frequentius referri solitum, quod potiori significationi, & utui, non proprietati sermonis tribui debet; sepe tamen, communionis verbum ad utramque interdictionem convictus, vel sacri, vel civilis accommodari, & dividim, & conjungim, qui in Conciliorum, & Sanctorum Patrum lectione, vel modicriter sunt versati, probe norunt. Quare ut unam communionem ab alia discernerent, cum de communione Eucharistie dictum

^a Concil. Milevitani Canone XXIV.
^b Et Canone XXV.

^c Conc. Brac. Can. XXIII.

^d Conc. Arelat. I. Can. IV.
^e Idem Canone XII.

^f Illeritani Patres Canone XXVIII.
^g Con. Arelat. I. Can. XI.

^h Conc. Illeberitani Canone LIII.

ⁱ Cyril. in Ep. ad Epiph. Lib. e. & Pentapolit.

^k Conc. Nov. C. 5.5.7.8. & 9.

^l Qui dicere nunti communi care cum oblatione, & sine oblatione.

^m Tertull. Lib. de Penit.

ⁿ Tranquillus in Octaviano Cap. 74.

^o intel-

Intelligi volebant, solebant addere; Communione Dominica, Communione Corporis, & Sanguinis, sancta communione, Altaris communione, panis communione privari, vel abscondi; cum autem ad ditamentum hoc omitterent, nomen communionis generaliter prolatum pro utaque sacra, & civili communione (hodie excommunicationem vocamus) saepe, ut dixi, intelligebant.

Hac Beatissime Pater, de Canone Concilii Toletani. Quod si ad D. Isidorum unam concubinam Christiano permittente, animum, cogitationemque converteris, reperies equidem, illum sensu & sententia, a Concilio Toletano aliquanto dissimilem, consimili tamen & religiosis & doctrina laude approbadum, & venerandum, neque ad cruentam larentem, & illustrandam obsecuri ejus loci veritatem, ea concubinarum differentia esse opus, quam gravissimi Gregoriani Decreti Censores tradiderunt. In populo enim Israelitico, qui veteri Lege Moysis regebatur, & uxorum, & concubinarum multitudinem permisam, auctores sunt Josephus & Tertullianus d., multisque id sacrarum literarum testimonios confit; plures tradentibus fuisse Abram e, Nachor, Jacob, Eliphas, Esau, & Esriel, Manasse, Davidis decem, Salomonis trecentas, Roboam sexaginta, ut ceteras taceamus. In populo autem Christiano, postquam Catholica Christi Fides publice coli coepit, duas uxores, aut concubinas habere, nisi gravi poena, non licet, sed unicam uxorem tantum; vel si uxori non esset, unicam solum, eamque exterioris fori permisum, concubinam; quod ex Decreto Concilii Toletani f., nuper citato, manifeste deprehenditur: *Si quis babens (inquit) uxorem fidem, & concubinam habeat, non communicet; ceterum is qui non habet uxorem, & pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur: tantum ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubina (ut ei placuerit) sit conjunctio consentus; alias vivens abficiatur, donec ad penitentiam revertatur.* Cum ergo D. Isidorus, qui ducentos fere post hoc primum Concilium & Toletanum annos vixit, omnes differentias (sic ille loquitur) recensere vellit, quas inter vetus Testamentum, & novum ipse reperisset, inter alias hanc unam retulit, quod in Lege veteri licet sine poena exteriori pluribus commisceri, vel uxoribus, vel concubinis; in Lege autem nova, seu Christiana non sic; cum nec in foro exteriori liceat plurimum, aut uxorum, aut concubinarum uti consuetudine, sine gravissima excommunicationis censura, sed unicam tantum vel uxoris, vel in foro exteriori, ut antiquus mos ferebat, concubinæ.

Hanc autem esse germanam D. Isidori interpretationem, vel ex solo Titulo Capitis intelligi potest. Illud enim se depropulsisse affirmant Gratianus, & D. Ivo ex Libro Isidori, De Differentia, seu, ut alii Codices habent, De distinta novi, & veteris Testamenti; sic enim extat in pluribus, quos habeo manuscriptos, & apud D. Iyonem b. Non docet ergo Isidorus jure Cœli (ut Augustinus loquitur) licitum esse homini Christiano concubinatum, sed jure fori, in eo quod una concubina sine poena exteriori haberi possit, & non plures, ut Lege veteri, cuius ante ipse meminerat. De antiqua autem Hebreorum Lege ad Christi recentiorem, quoad hanc causam attinet, argumentum sumi non licere, docte convincit Augustinus i: *Plane, ait, uxoris voluntate adhibere aliam, unde communes filii nascantur, unius commissione, ac semine, alterius autem jure, ac potestate, apud antiquos Patres fas erat; nunc autem non est propagandi necessitas, qua tunc fuit, quando & parientibus conjugibus, alias propter copiosorem posteritatem superducere licet, quod nunc certe non licet.* Nam tantum afferit opportunitatis ad aliquid justificandum, siue non agendum, temporum secreta distinctione, ut nunc melius faciat, qui nec unam duxerit, nisi continere non possit. Tertullianus k pariter antiquam uxorum, & concubinarum multitudinem post novam Legis promulgationem non licere, late ante probaverat: *Sed benedicti, inquis, Patriarchæ, non modo pluribus uxoribus, verum etiam concubinis conjugia miscerunt: ergo propterea nobis quoque licet in numerum nubere. Sane licet, si qui adhuc typi aliquibus futuri Sacramenti superferat, quos nuptiae tuae fagerent; aut si etiam nunc locus est vocis illius, Crescite, & multiplicamini, id est, si mandum alia vox supervenit, tempus jam in collecto esse, restare, ut qui uxores habent, tanquam non habentes agant. Utique enim continentiam indicens, & compescens concubitum seminarium generis, absolvit crescere illud, & multiplicamini. Ut opinor autem, unius, & ejusdem Dei utraque pronunciatio, & dispositio est, quia tunc quidem in primordio sententem generis emisit, in adultis conjugiorum habensis, donec mundus repleretur, donec nova disciplina materia proficeret; nunc vero cum extremitatibus temporum compressit quod emiserat; & revocavit quod indulserat, non sine ratione propagationis in primordio, & repensationis in ultimo. Semper initia laxantur, fines contrabuntur; propterea sylvam quis instituit, & crescere finit, ut tempore suo cedat sylvam. Erat vetus dispositio, quæ in Evangelio novo deputatur, in quo & o securis ad radicem arboris posita est: *Sic & pro oculo, & dentem pro dente jam sensuit, ex quo juvennit q, malum pro malo nemo reddat.* Puto autem etiam humanam constitutionem, atque decretum postea præfatis prævalere. Idem r: *Sane apud veteres nostros, ipsiusque Patriarchas non modo nubere, sed etiam plurifarium matrimonii usi fas fuit.* Erant & concubinas. Sed licet figura tum in Synagogam, & Ecclesiam cesserit; ut tamen simpliciter interpretetur, nec farum fuit institutum, quia præcepta aut amputare, aut temperari mererentur. Superventura enim lex erat. Oportebat legis adimplenda cauſas præcurrere. Eadem mox legi succurrere habebat Dei sermo, circumcisus inducens spirituali. Igitur per licentiam tunc passivam, materia subsequentium emendationum præministrabantur, quas Dominus Evangelio suo, debet Apostolus in extremitatibus sacculi, aut excidit redundantes, aut compositus inconditas. En constituta a Tertulliano præclaræ inter veterem, & novam Legem, in uxorum, & concubinarum multitudine differentia; en redditur eodem singulari, & vera ratio, qua multitudinem illo tem-*

In Panormia
Lib. 6. Cap. 50.

i. Lib. de bono
conjug. c. 15.

k. Lib. de Ex-
hortis. ad ca-
pitulum cap. 6.
Gen. 16. 29.
32.

l. Gen. 1.
m. 1. Corinth.
7.

n. Gen. 1.

o. Matth. 3.
p. Exod. 21.
q. Roman. 12.
r. Lib. 1. ad
uxorem cap. 2.
s. Gen. 16.

autem pro dente jam sensuit, ex quo juvennit q, malum pro malo nemo reddat. Puto autem etiam humanam constitutionem, atque decretum postea præfatis prævalere. Idem r: *Sane apud veteres nostros, ipsiusque Patriarchas non modo nubere, sed etiam plurifarium matrimonii usi fas fuit.* Erant & concubinas. Sed licet figura tum in Synagogam, & Ecclesiam cesserit; ut tamen simpliciter interpretetur, nec farum fuit institutum, quia præcepta aut amputare, aut temperari mererentur. Superventura enim lex erat. Oportebat legis adimplenda cauſas præcurrere. Eadem mox legi succurrere habebat Dei sermo, circumcisus inducens spirituali. Igitur per licentiam tunc passivam, materia subsequentium emendationum præministrabantur, quas Dominus Evangelio suo, debet Apostolus in extremitatibus sacculi, aut excidit redundantes, aut compositus inconditas. En constituta a Tertulliano præclaræ inter veterem, & novam Legem, in uxorum, & concubinarum multitudine differentia; en redditur eodem singulari, & vera ratio, qua multitudinem illo tem-

tempore jure permisam, & hoc nostro jure etiam prohibita vere demonstrat. Hoc autem ipsum Augustini, & Tertulliani argumentum cum tractaret D. Isidorus (a Tertulliano enim, & Augustino pleraque aia accepi de Isidore indicavi superius) rectissime dixit: *Christianus non dicam plurimas, sed nec duas simul habere licitum est, nisi unam tantum, aut certe loco uxoris, si conjux deest, concubinam.* Ideoquæ hic nomen, *Christianus*, non ut trito apud Hispanos sermone, pro homine frigi virtute prædicto, & Christi in vita imitatore usurpatur, ut opponitur vitio, sed ut opponitur Judæo; quasi diceret, Judæo plures habere vel uxores, vel concubinas exteriori foro olim licebat; Christiano autem nunc non nisi unicam.

Sola reliqua est, Clemens beatissime, Clementis a Romani Epistola quinta ad Jacobum Fratrem Domini, in qua cum de communione rerum omnium ageret, de communitate uxorum hunc versiculum addidit: *In omnibus autem sunt sine dubio & conjuges.* In cujus loci explicatione mirum quam sudarint ant qui, & recentiores Scriptores; cum eo appareat, adulterium rem licitam esse, etiam ipso jure natura, & ad id eos, qui erant Hierosolymis, a D. Clemente simul cum vita communione admoneri. Gregoriani Decreti adnotatore verba illa decessit affirmant in Epistola Clementis, quæ manuscripta extat in Biblioteca Vaticana; quod scripsit antea Franciscus Turrianus in eo Libro, quem docte quidem, & eruditus pro Epitolis Pontificum edidit, exdimans, hac medicina vulnus Epistole illatum sanari. Quod mihi non facile ille probaverit, qui certo sciam, illa non ab aliquo patrono libidinis in Republica Platonis adiecta fuisse, ut ipse contendit, sed a D. Clemente relata; diverso tamen consilio ac in Epistola nunc referatur; quam non esse ejusdem Clementis (ut Turrianus nervose defendit) sed aliquis perniciosi patroni in Schola Platonis educati, quod de his verbis non solum dixerat Turrianus, non obscurè, mea quidem sententia, probavero. De quo tamen tu, qui Apotolicarum Scripturarum legitimus censor es, & certius, & verius, & sanctius feres judicium.

Fuit vetus hoc haereticorum artificium (quo usos fuisse hujus Epistolæ mendaces confarcinatores ostendemus) adscribendi magnis Auctoribus (quorum doctrina, & Libris ipsi expugnari possent) quæ illi non modo non scriperunt, sed nec cogitarunt quidem, vel si scripserunt, non eodem, qui ab ipsis refertur, animo. Quod ante mille fere annos de sui temporis hereticis commemorat Beatus Joannes Maxentius d. Episcopus Constantinopolitanus ad Hormisdas Pontificem: *Nam cum sua perversitas heretici, ait, nequivarent reddere rationem, ad maleficita convertuntur; & propria in eorum mala trajicientes, quos privati sua sentiunt inimicos, aditum sibi per hoc ad decipiendos simplices existimant aperiri.* Agunt enim omnia callide, quo infamando, & obrectante Catholicis, suam valeant teneare turpitudinem, fingentes & adversus eos quedam scripta sub eorum nomine, qui videntur in Ecclesia eminere, quatenus omnium animos contra hos facile valeant concitare. Sic etiam Russum refert D. Hieronymus, Librum Xysti Pythagorei homini; ethnici, & ab que Christo, immutato nomine Xysti Martyris, & Ecclesiæ Romanae Episcopi, prænotavisse. Similem Gnosticorum veritatem conqueritur sepe Ireneus. In Sethianis eandem vanitatem detexit D. Epiphanius in Marcione. Libellum Tertulliani de Fide Trinitatis Pneumatomachos hereticos interpolasse, & circumstulisse nomine Cypriani; multisque propagatum exemplaribus vendidisse parvo pretio, ut eum emptores, & Viri amplitudine, & pretii exiguitate ille libentius emerent, latentesque errores amplectentur cea Doçmata sacra auctoritate tanti Martyris comprobata, Rufinus est auctor. Quia ratione D. Ireneus Operum initio, adjurat por Deum vivum, exsribentem, ne apicum deminet. Quod se fecisse cum Notariis Luciniis Batici narrat Beatus Hieronymus & Baticius Lucinius sex Notarios, ut eius Opera describerent; sicuti Epistola sequenti ad Theodoreum Luciniu conjugem idem h. Hieronymus testatur. Quod ideo retuli, ut antiquam Hispanorum in Literas sacras propensionem ostenderem, quos nullis pepercisse sumptibus, & laboribus contat, ut vel absentes per literas consulentes, & doctriña, ac pietate eruditrentur; vel praesentes eorum Virorum, qui nomine sapientia claruerant, conspectu solum fruerentur, ut de altero Hispano Plinius Junior i. testatur, & Hieronymus k. Sic etiam Epistola quendam suam ad Flavianum corruptam fuisse se vivente conqueritur D. Leo I. Papa Marcius Imperatori referens. In Hispania Theodosium Graecum, qui Honoro in Ecclesia Hispanensi successit, D. Isidori Opera impio Catholicæ Religionis odio adulterata, ad decipiendos Divi Isidori auctoritate Fidelium animos, refert Lucas m. Episcopus Tudensis, antiquus rerum Hispanicarum Scriptor; & hac ratione translata est Primitia, ut vocant, ex Hispalie Toletum. Quod Jultino Martiri, Origeni, Hieronymo, & Augustino, alitique quamplurimis præficiis Ecclesiæ Patribus impositum, multorum tellatum est monumentum: *Tanta est haereticorum calliditas (ait Divinus Isidorus a.) ut falsa veris, malaque bonis permisceant, salutaribusque rebus plerisque erroris sui virus intermixeant, quo facilius possint pravitatem perversi Dogmati specie persuadere volupatis.* Et postea inquit: *plerumque sub nomine Catholicorum Doctorum haeretici sua dicta conscribunt, ut indubitanter lecta credantur; non nunquam etiam blasphemias suas latenti dole Libris nostrorum Doctorum inserunt, doctrinam veram adulterando corrumpunt; scilicet vel adjiciendo quæ impia sunt, vel auferendo quæ pia sunt.* Quod in Conciliis Generalibus tentarunt etiam haeretici. In Quinta enim Synodo Generali adjectas fuisse ab haereticis ficticias Epistolas Vigili Pontificis Maximi, & Menno Patriarchæ Constantopolitanus, deprehensum est in Sexta Synodo •, dum Acta Quintæ relegerentur, & tres Codices ab eisdem haereticis insertos. Sic enim in Sexta Synodo ab his, qui Romana Ecclesia auctoritatem contendebant minuerunt, omni, quod dicitur adversus Honorium Pontificem.

a Ep. 5. ad Ja-
cobum Fra-
trem Domini.

b In Cap. Di-
lectissimi 12.
Quest. 1.
c Lib. 5. Cap.
3. pro Ep. Pen-
tit.

d Epistola ad
Hormisdas PP.

e Ep. ad Cof-
phonem.

f In Apologico.

g Ep. 28. ad
Lucinium.

h Ep. 29. ad
Theodoreum.

i Lib. 2. Ep.
3. ad Novem.
k In Biblioth.
prologa.

l Epistola 68.
ad Marcien.
Aug. & Epist.

m Lucas Epis-
copi. Tudensis in
Hispania ma-
nuscripta.

n Lib. 3. sen-
tentia de summa
boni cap. 12.

o Sexta Syno-
dus A.D. 12. &

14.

a In sua His-
toria ex Theopha-
ne Isauro Gr. e.
co.
b Lib. 5. Ep.
15. ad Narsem.
c Lib. de Bap-
tismo C. 17.
d De Scriptor.
e Ecol. in Luca.
f In Panar. he-
reli 30.
g C. Sandra Ro-
mana 19. Dif.
h In Synopsi.
i De Hæresib.
j In Epist. 3. ad
Exsuperium Ta-
lojan. Epist. C.
k Lib. de Fid.
l Leonide Philo-
sophi.
m In Panar. he-
reli 26.
n Idem hæresi
47.
o Lib. 5. His.
Ecol. C. 18.
p Theophilus.
q Lib. de Eu-
charist.
r Lib. 6. Conf.
Apost. Cap. 16.
s Lib. 1. de cō-
senis Evang.
Cap. 10.
t Canone LIX.
Apost.
Epistola 5.
Clementis PP.
cujus pars pri-
ma extat apud
Grat. in C. Di-
lēctissimis 12.
Q. 1. posterior
in C. relatum
37. Dif. ab ha-
retico aliquo
compliata fū-
se, non scrip-
tam a Clemente.
u Lib. 2. Polit.
Cap. 1.
x Apologet. C.
39. y Lib. 6.
Strom.
z Lat. Lib.
Divin. Infir.
Cap. 21. & 22.
aa a Lycopo-
etiam eandem
sententia hæ-
reli 15. Platone
refer. Theodo-
retus Lib. 2.
de Grec. affe-
tion. curatio-
ne. Harpalum
in cōdem fuisse
errore, ducit
Clemens Ale-
xandri. Lib. 6.
Scriptori Catholico,
Pontifici Maximo,
& Martyri Sandissimo, tam gravis erroris nota-

Maximum, adjectum esse testatur Anastasius Bibliothecarius. Beatus etiam Gregorius & Concilium Chalcedonense fuisse a Constantiopolitanis corruptum testatur, idemque se suscipiari ait de Ephesino. Nec aduersus hos Sanctissimos Patres, & Sacrosanctas Synodos audaces solum extiterunt hæretici, sed aduersus ipsos Apostolos, Evangelistas, & Prophetas. De Asia enim quodam Presbytero hæc refert Tertullianus: *Si quæ Pauli perperam scripta legunt, exemplum Thecla ad licentiam mulierum docendi, singendique defendunt;* sciant in Asia Presbyterum, qui eam Scripturam construxit, quasi titulus Pauli, de suo cumulans, convictum, atque confessum, id se amore Pauli fecisse, loco decepsisse. Hunc autem Librum inscriptum tuisse, *Periodus Pauli*, & *Thecla*, tradit D. d Hieronymus. Ab Ebione in primis Apostolorum Actus, & Vitas depravatas tellatur Divus Epiphanius. Quare omnia, quæ illorum nomine scripta sunt, ut *circuitus Joannis*, *circuitus Thomæ*, *Actus Andreae*, *Actus Joannis*, *Actus Philippi*, *Actus Petri*, *Actus Pauli*, tanquam erroribus conspersa gravissimis latissime refellit, & refutavit in Concilio Romano Gelasius Papa f, Divus Athanasius g, & Philaster h. A quibus autem suppositi fuerint hi Actus, docuit Innocentius i Papa I. Manichæos id generis commenta plura excogitasse, Apostolorumque nomine conscripsisse falsas Historias, fidem facit Divus Augustinus k. Priscillianistas alios adinvenisse Actus Apostolorum, Orosius l, & Epiphanius m. Encratitas Actus Andreæ, Joannis, & Thomæ, idem Epiphanius n. Asclepidorum, Theodorum, Apollinem, Hermophilum, Artemonitas Divinas Scripturas deposito timore adulterarse, Eusebius o; & corruptentes eas, emendare se dicere solitos. Idem de Nestoriani Theophylactus p testatur. Lucianum, & Helychium Propheticas, atque Evangelicas Literas ad suæ causæ commodum depravasse, Lanfranchus q. Nec aduersus hos solum, sed aduersus Christianum ipsum, quem si non revereri, timere faltem debuissent. De Simone enim Cleobio, & Juda hæreticis hæc refert B. Clemens Romanus r: *Scimus, inquit, quod Simon Cleobius, & Judas in nomine Christi, & Discipulorum ejus, quos circumferunt Libros, ad seductionem vestram conscripserunt, & eorum, qui diligunt Christum, & nos servos ejus.* Gentibus ejusdem doli mali commentum erga Christum tribuit Augustinus s. Qui malo prouidentes Apostoli, deponendum constituerunt eum, qui, falsos Libros inscriberet, & pro sacrificis ad Populi, & Cleri corruptionem publicaret t. Inter alios autem modos, quibus Sacros, & Catholicos contaminabant Auctores, unus erat. Ex his, quæ docte, quæ pie, quæ Christiane quis uno sensu scriperat, adjectis nonnullis, vel detractis, pervertabant; vel si ille errorem referebat aliorum, & rationibus, ac testimoniorum confutabat; his poltrimes ablatis, illa nuda tantum, quæ causæ suæ itabiliendæ inservire videbantur, & eisdem verbis referabant; utque verum se dicere ementito specioso quodam colore persuaderent ruidoribus, alsoverabant, ea Catholicorum monumenta contineri; sed contenta erant sane, non ut illa firmarent Catholici, sed ut contraria prorsus sententia infirmarent. His veltigis opinetur quis eos intituisse, qui Epistolam hanc Beati Clementis nomine divulgarunt; impie enim de communi rerum divisione sentiebant, & multo magis de communione, quæ Nicolaitarum primum hæresis fuit a Divo Petro, a Clemente, & reliquis Apostolis saepe notata, reprehensa, & punita.

Eam igitur Epitolam ab aliquo hæretico esse consarcinatam, certum est ex Operibus Beati Clementis, in quibus ipse non ex animi sui sententia hæc scripsit, sed referens, & postea refellens quæ pater ejus Faustinius adhuc ethnicus, ante conversionem, ut Philosophus Pythagoricus sentiebat. Cum enim coram Petro Apostolo ille disputaret cum Niceta, & Clemente ejus filiis, etsi sibi tunc ignotis, jam tamen conversis, & fidelibus, Discipulisque charioribus B. Petri, cam questionem tunc disputandam proposuit. An aliqua in sua forma, & substantia essent bona, vel mala. In qua ipse quod a Magistris ethnicis acceperat, defendens, objicit, natura nihil bonum esse, vel in malum; sed omnia ex usu, & consuetudine humanae vitæ esse expedienda: quod si illa mala habuerit, e se mala: si vero bona, e contra. Cujus rei triplex exemplum attulit, primum de homicidio: *Homicidium* (inquit) nec bonum esse natura, nec malum, quia vinculis carnis absolvit: *Sed enim iusti judices peccantes perimunt, quod si scirent, homicidium malum esse, non utique id justi homines facerent.* Secundum autem de furo est: *Furtum* (inquit) natura non esse malum, quia si quid mihi deest, aufero ab eo qui multa habet, nibil mali facio, quia id palam, & libere facere poteram: sed quia occulite faci & clam, tunc magis inhumanitas ejus a quo aufero, redargui potest; quia libere non sicut me safferre. Ad hoc ergo propositum furti, & adulterii (quod tertium fuit exemplum, & quod rem esse indifferentem etiam contendit) sequenti a. disputando subjicit; ut ostenderet, nihil admittere mali, qui rem alienam, vel uxorem alienam usurpat: *Communis enim usus omnium, quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debitis; sed per iniuriam aliis hoc suum dicit esse, & alius illud:* & sic inter mortales divisæ facta est. Denique Graecorum quidam sapientissimus (Pythagoram intelligit, vel Lycurgum, vel horum discipulum Platonem), quos hujus erroris autores fuisse, docent Ariosteles u, Tertullianus x, Clemens Alexandrinus y, Lactantius z, Theodoretus a, & alii) bac ita sciens esse, ait communia debere esse amicorum omnia; in omnibus autem sunt sine dubio & conjuges; & sicut non potest (inquit) dividæ aer, neque splendor solis, ita nec reliqua, quæ communiter in hoc mundo data sunt omnibus ad habendum, dividæ debere; sed habenda esse communia. Hæc Faustinius senex pater Niceta, & Clementis, quibus sequentia subjungit, quæ referam, ut ostendam, quomodo hæc, ob disputandi rationem, ante conversionem, nec omnino obstinate senserit, ut nec patri ethnico, nedum filio Christiano, condemnavit tertio adulterium in epitome de rebus gestis B. Petri.

Sed quinam hæretici ex errore a Clemente confutato hujus Epistole consigendæ autores fuerint, videamus num ex alio Clemente Alexandrinus possimus elicere; quem enim Faustinius errorem defenderat, a Carpocrate, & Epiphane defensum iterum ille recenset, & ab eadem Schola Platonis. sive Pythagoræ depropulsisse ait: *Qui autem (inquit) a Carpocrate deson-*

adeo falso tribuatur: *Hæc autem dicere volui* (inquit Faustinius) *quoniam quidem cupio me inclinare ad bene agendum, & non possum bene agere: nisi prius dicerim; quod si intelligere posuero, ex ipso etiam, quid sit malum, hoc est, huic contrarium, advertam. Verum ad hæc, quæ dixi, unum e & bis respondere volo, non Petrum; non enim dignum est, ab illo verba, & doctrinæ cum questionibus capere, sed ille, si quid provocaverit, hoc absque aliqua retractatione teneatur; & ideo ipse nobis servetur quasi arbiter, ut si cibi disputatio nostra exitum non invenerit, ipse quod sibi visum fuerit, pronuncians, indubitatum finem rebus dubiis imponat; & nunc ergo possem sola ejus sententia contentus credere, si quid ei videretur; quod & ad ultimum faciam; volo tamen prius videre, si est possibile, disputando invenerire quod queritur. Placet ergo, ut Clemens primus incipiat, & ostendat, si sit aliquid in substantia, & cibis bonum, vel malum. Huicque Faustinius ethnicus, in Pythagoræ, & Platonis Schola educatus, aduersus doctrinam Christianam, & Apollolicam objiciebat, cum Apostolo, vel ejus Discipulis disputando. Sed videamus, an Clemens, qui ad certam electus est, propositæ opinioni, ejus ratione victus acquiescat: *Ad hæc*, inquit ipse Clemens, *ego respondi. Quoniam quidem a me vis disceere, si est aliquid natura, aut alio bonum, vel malum, an potius usu preventis hominibus, bona quædam, & alia videntur mala, pro eo quod divisum inter se rerum facere communim, quæ deberent, ut ait, ita esse communia, ut aer, & splendor solis, puto, quod non debeat tibi aliunde assertiones adhibere, nisi ex his disciplinis, quibus ipse uteris, & quas ipse confirmas, ut indubitate tibi sint quæ dicuntur. Omnim elementorum, & stellarum certos ponitis fines, quaque stellas dicitis, in quibusdam absque noxia coire, sicut in conjugiis; in aliis vero noxia miseri, sicut in adulteriis. Et dicitis, quædam generalia esse omnium; quædam vero non omnium, neque generalia. Sed ne prolixa disputatio fiat, breviter & de re dicam. Terra, quæ arida est, conjugio, & ad missione indiget aqua, ut possit generare fructus, quibus sine vita hominibus non est; ergo hæc legitima conjunctio. Et contra si aut pruinæ frigus terræ misceatur, aut calor aquæ, hujusmodi conjunctio corruptelum facit, & hoc in talibus adulterium est. Et pater respondit: *Sed sic elementorum, vel stellarum inconsona conjunctione statim proditur noxa, ita deberet & adulterium statim ostendit, quam malum est.* Et ego ajo: *Hoc primo mihi confirmas, si ut etiam ipse confessus, ex incongrua, & inconsona admitione efficiuntur mala, & istud in consequentibus requiretur.* Et pater ait: *Ut se habet rei natura, ita ait, fili. Tum ego respondi: Quia ergo disceere cupis de his, vide quanta sint, quæ mala esse apud neminem dubitantur. Non tibi videntur malum esse febris, incendium, sedatio, ruina, cedes, vincula, supplicia, dolores, lactus, & his similia?* Et pater: *Verum est, inquit, fili, hæc mala esse, & valde mala; aut certe qui negat, hæc esse mala, patiatur ei.* Et ego respondi: *Quia ergo cum eo mihi sermo est, qui in Astrologica disciplina eruditus est, secundum ipsam tecum agum; ut de his, quæ tibi in usu sunt, accipies rationem, citius acquiescas. Audi nunc ergo. Confessus ei mala esse ea, quæ supra diximus, id est, febres, incendia, & his similia; hæc secundum vos a malitiis stellis fieri dicuntur, id est, ab humido Saturno a, & callido Marte; horum vero contraria a benignis fieri stellis, id est, a temperato Jove, & barnida Venere, aut non ita est?* Et respondit: *Ita est, fili, nec aliter fieri potest.* Tum ego: *Quia ergo a bonis stellis, Jove dico, & Venere, bona fieri dicitis, videamus unaquaque malarum stellarum, cum admista fuerit bonis, quid est quod efficit; & illud esse intelligamus malum. Etenim nuptias facere, Venerem ponitis; quæ si Jovem babeat in schema suo, pudicas efficiat; Jove autem non respiciente, si adfuerit Mars, corrumpi nuptias per adulterium pronunciatis.* Et pater: *Ita se, inquit, habet. Ego respondi: Ergo malum est adulterium, quandoquidem ex malarum stellarum admitione committitur; & ut compendiosus explicemus omnia, quæ dicitis ex malarum admitione stellarum, bonas perpeti stellas, mala esse sine dubio pronuncianda sunt. Ista ergo stellæ, quarum admitione diximus febres, incendia, & cetera his similia effici, mala ipsa secundum vos etiam homicidia, adulteria, & furtu operantur, propter vos, etiam & stolidos ipsæ efficiunt. Quibus rationibus permotum Faustinius receperit a veteri errore, & contrarie Clementis acquiesce sententia, ipse Clemens sic refert: Et pater vere, inquit, breviter, & incomparabiliter ostendisti, quia sunt mala in cibis.* En Platonis, & Pythagoræ errorem de rerum, & uxorum communione quoniam modo non solum non defenderit Praedeceps tuus Clemens b Libro x. Recognitionum, in quo hæc omnia existant, sed multis ex Philosophia morali, ex Physica, & Astronomia petitis rationibus, graviter, & acute confutari aduersus Faustinius parentem suum; quem etiæ ethnicum, & Religionis Christianæ disciplina delitatum, tantopere tamen rationes Clementis comoverunt, ut rejecto, quem prius defenderat, Pythagoræ errore, B. Clementis pothac, immo & Chriti, ut veram, & firmioribus innixa rationibus, amplexaret doctrinam. Non est ergo, cur hæretici impie obganniant, & ex hac Catholica Clementis doctrina ad nos oppugnando ducent argumenta, cum non solum illa, sed Faustinius ethnicus sententia, & consensu jam confirmata expugnari ipsos posse, probent quæ diximus clarissime. Damnavit iterum adulterium Clemens in Apostolicis Constitutionibus, & ne ullus relinqueretur suspicio locus, adeo**

a Saturnus,
qui hic humi-
dus dicitur,
communi-
tatem
Medicorum con-
sensus pu-
tatur.

b Lib. 10. Re-
cognitionum.

c Ident. Lib. 7.
Apostol. Conf.
C. 3.

Concilium Illeberitanum

descendunt & Epiphane, censem oportere uxores esse communes; a quibus in nomen maximum emanavit probrum. Hic autem Epiphaneus, cuius etiam scripta feruntur, filius erat Carpocratis, & matris Alexandria nomine, ex patre quidem Alexandinus, ex matre vero Cephalenus. Vixit autem solum septemdecim annis, & Samæ, quæ est Urbs Cephalenia, ut Deus est honore affectus, quo in loco Templum ex ingentibus lapidibus, Altaria, Delubra, Musaum edificatum est, & consecratum: & cum est nova luna, convenientes Cephalenei natalem in Deos relationem, Epiphani sacrificant, libantque, & convivantur, & hymnos canunt. A patre autem didicis, & orbem disciplinarum, & Platonis Philosophiam. Fuit autem auctor, & princeps monadicæ cognitionis. Aquo etiam profluxit heresis eorum, qui nunc sunt, Carpocratianorum. Is ergo dicit in Libro de Justitia, justitiam Dei esse quandam cum aequalitate communem. Aequaliter quidem certe Celum undequaque extensum, tam terram continet in orbem, & nos ex aquo stellas omnes ostendit, & diei auctorem, & lucis patrem solum Deus ex alto aequaliter effudit omnibus, qui possunt aspicere. Illi autem omnes communiter respiciunt, quoniam non discernit divitem vel pauperem, vel populi principem, insipientes & sapientes, fæminas & masculos, liberos & servos. Sed neque fecus facit in brutis. Cum autem omnibus animantibus aequaliter ipsum communem effuderit, bonis & malis, firmam ac solidam efficit justitiam; ut nemo possit plus babere, neque auferre a proximo, ut ipse illius lucem habeat duplicatam. Sol facit omnibus animantibus communia exoriri nutrimenta, communia justitia ex aquo data omnibus, & ad ea quæ sunt hujusmodi similiter fit. Genus bonum ut boves, & suum ut sues, & ovium ut oves, & reliqua omnia. Justitia enim in his apparuit communitas. Deinde per communitatem omnia similiter seminantur in genere, & commune nutrimentum apertum est bumi pascentibus jumentis omnibus; & omnibus ex aquo, ut quod, nulla lege teneatur, ejus autem qui donat iubentis suppeditatione convenienter justusque adst omnibus. Sed neque habent legem scriptam generationis; effient enim abolita. Ex aquo autem seminant, & generant habitant innata a justitia communione. Ex aquo communiter omnibus, oculum advidendum Creator, & Pater omnium, sua justitia legem ferens, præbuit; non discernens feminam a masculo, non id quod est rationis particeps, ab expertise rationis: & ut semel dicam, nullum a nullo, aequalitate autem & communitate visum similiter dividens uno iussu omnibus est largitus. Leges autem (inquit) hominum cum ignorantem castigare non possent, contra leges facere docuerunt: legum enim proprietas difficit divisa legis communione & arrodit, non intelligens dictum Apostoli dicentis a: Per legem peccatum cognovi. Et meum & tuum dicit subiisse per leges, ut quæ non amplius communiter fruantur (sunt enim communia) neque terra, neque posse sionibus, neque matrimonio. Fecit enim vites communiter omnibus, quæ neque passarem, neque sum rem ablegant, & frumentum similiter, & alios fructus. Violata autem communio, & aqua litas genuit furem pecorum, & fructuum. Cum ergo Deus communiter omnia fecisset homini, & feminam cum masculo conjunxit, & omnia similiter animantia conglutinasset, pronunciauit justitiam communione cum aequalitate. Qui autem sic nati sunt, communione, quæ eorum conciliat generationem, abnegaverunt. Et dicit; si unam ducens habeat, eum omnium possint esse particeps, sicut reliqua fecit animantia. Postquam autem haec Clemens Alexandrinus de Carpocratianis retulisset & Sacre Scripturae testimoniis confutasset, rursus de illis subiungit: Et hac quidem dogmata constituant egregii Carpocratiani. Hos dicant, & aliquos alios similium malorum emulatores ad canas convenientes (neque enim dixerim agapem eorum congreSSIONem) viros simul & mulieres, postquam satiate Venerem excitante exsatiati fuerint, lumine amato, quod eorum fornicatoriam banc justitiam afficiebat, aversa lucerna coire quomodo velint, & cum quibus velint, meditatos autem in ejusmodi agape communione, interdiu jam a quibus velint mulieribus exigere Carpocrate, divina enim nefas est dicere, legis obedientiam. Has leges, ut sentio, ferre oportuit Carpocratem, canum, & suum, & bircorum libidinibus. Mibi autem videtur, Platonem quoque male audiisse in Republica dicentem, oportere communes omnium uxores; ut qui diceret, eas quidem, quæ vondum nuperant, esse communes eorum, qui effent petituri; quemadmodum theatrum quoque est commune spectatorum. Hac Clemens Alexandrinus de Carpocrate, quæ sensu similia, vel eadem sunt cum iis, quæ Faustinius aduersus Clementem disputatione sua retulit: quare a Carpocrate non a Clemente Epistola forsitan contra est; quod ab eadem Schola Platonis idem venenum Faustinius & Carpocrates hauserint. Quid enim si litera utriusque nominis prima ansam erroris praebuit? Constat enim, antiquis in usu fuisse, nomina per primas literas compendiis gratia notasse: unde fieri potuit, ut ex C. nota Carpocatis, Clementis nomen extensum sit: quemadmodum criticorum nonnulli contendunt, ex Agelli nomine, Aulum Gellium productum, A prima Agelli litera integrum Auli nomen effecta: nisi vero filius sit, Carpocratianos haereticos errorem magistrum, Clementis sanctiore nomine decorasce. Eundem igitur Faustinius & Carpocratis errorem confutavit uterque Clemens, meliori tamen usus fortuna Alexandrinus, quod non ei Carpocratis infania tributa sit, sicut Romano Faustini. Quod si postremo tandem dicamus, Clementem alium Philosophum Platonica doctrinæ sectatorem, cuius meminit Beatus Dionysius Areopagita de Divinis Nominibus, vel Actum, aut Arium Clementem Philosophum Platonicum, ad quem extant Plinii Junioris b litteræ, illum horantes, ut adhæreat Euphrati alteri æque Philosopho Platonico summi nominis: eum, inquam Clementem operam dedisse, ut Epistola haec, qua Platonis doctrina protegitur, specioso & sancto Clementis Romani nomine proderetur, quo facilius in fidelium animos error posset irrepere, quid vetat?

a Roman. 3.

b Lib. 1. Epist.

Falso igitur ex hoc capite colligunt Interpretes, communem vitam Canoniconum, & Monachorum ex D. Clementis auctoritate ortum habuissent; cum Clemens hic non solum eam consilio, nedum precepto non ornaverit, sed vi, & auctoritate rationum everterit: non quod illum, ut hodie sanctissime inter Religiosos observatur, injustam sibi persuaserit: nam de ea nec cogitavit quidem; sed quam ex placitis Pythagoræ, & Platonis Faustinianus defendebat, in justam, & perniciosa Civitatibus Vir Santissimus diceret, quod & fecerunt Tertullianus, Clemens Alexandrinus Lactantius a, Thendoretus, & alii; & admonuerat ante Aristoteles b contra Socratis, & Platonis doctrinam. Ex quibus sane dilucide constat, Illustrissimi Cardinalis Antonii Carrae curam, & pietatis, & publice utilitatis plenissimam, quaqua contendit, vericulum illum: In omnibus autem sunt sine dubio & conjuges, ab Epistola, & periodo illa Clementis expungi (ut expunxit in ea collectione Decretalium Epistolam, quam ipse, vel eruditus Vir Antonius de Aquino, a Clemente primo usque ad Gregorium IX. accurate satis, & fructuose concinnavit) nec dum (quod bona ejus venia dixerim) fuisse necessariam; cum tam sit verum, eam scripisse, & retulisse ex Faustiniano Clementem: ac certum, illi semper Faustiniani, Lycurgi, Pythagoræ, & Platonis errorem displicuisse: nec multis solum, ut vidimus, rationibus confutasse, sed confutatum errorem eidem Faustinianus parenti docte, & sapienter dissuasse. Qua etiam censura notari posse animadverto recentiori Conciliorum editionem Venetam, dum eum vericulum Epistola Clementis ademit; cum verum sit potius, illum intactum esse savyandum, & Epistola restituendum; at vero Epistolam integrum, ut falso affectam Clementi, e reliquum numero, & Gregoriano Decreto, vel rejici, vel ut spuriam asterisco notari oportere. Illud hic præte ea est etiam observandum, verba illa: Per iniquitatem alius dixit, hoc esse suum, & alius illud, non significare, per iniquitatem, hoc est, per peccatum primi parentis induciam esse rerum divisionem, ut placuit multis. Nam Faustinianus homo ethnicus, & doctrina Pythagorica, non Christiana, vel Mosaica eruditus, non potuit de eo peccato intelligere, quod commissum fuisse, nec ne, ignorabat: sed dicendum est, Faustinianum sensisse, privatos homines iniquitatem admittere, cum rem possident separatis, eumque esse errorem gravissimum; sed tandem rationibus, & auctoritate Clementis ab eodem Faustiniano retractatum, ut paullo superius diximus.

Actum hucusque de priori hujus Epistola parte; jam posterior attingenda, ut clarior inde lux his, quæ diximus, quæque dicturi sumus, afferatur. Extat illa apud c Gratianum. In ea enim disputatione, & congressu, quo erant Nicetas, Aquila, & Clemens cum Petro, cum multa Nicetas de allegoriis Gentilium retulisset, quæ Aquila primum, & D. Petrus postea confutavit, rogavit Clemens Nicetam, ne illi sermoni supersederent; sed alia de eisdem Gentium Deorum allegoriis ipse refert, oportere sane judicans, ea non ignorare; quia cum Gentibus tunc & erant, futuræque erant disputationes; sic enim ait Clemens d, multo post ac de rerum communione, & communitate uxorum egerat: Cum hæc Petrus dixisset, ego Clemens Nicetam rogabam, ut aliqua de allegoriis Gentilium, quas diligenter attigerat, agnoscendi gratia exponeret, utile enim est, ut cum Gentilibus disputationem, etiam ista nos minime lateant. Et Nicetas: Si, inquit, permitt Dominus Petrus, possum dicere. Tum Petrus: Hodie permisi vobis dicere adversum Gentiles, ut nosl. Et Nicetas ait: Dic ergo, Clemens, de quibus audire velis. Cui ego ajo: Quomodo tradunt de Deorum cœns Gentiles, quam in Pelei nuptiis habuerunt, & Thesis d. Quem dicunt esse Paridem patrem, & quas ponunt in Junone, Minerva, & Venere, qua apud eum judicantur? quemque Mercurium, vel quod malum? & cetera quæ per ordinem consequuntur? enarrabit nobis. Tum Nicetas: Cœna Deorum causa hoc modo se habet: Convivium mundum tradunt: discumbens ordinem Deorum, stellarum positionem, quos Hesiodus Cali, & terra primos filios nominat, in quibus sex mares, & sex feminas ad duodecim signorum numerum referunt, quæ universum circumneant mundum. Dapes autem convivis, rationes esse, & causas rerum tradunt, dulces, & concupiscentibiles, quæ qualiter regatur, & gabernetur bi mundus, ex signorum positione, & astrorum cursibus colliguntur. Ad libertatis tamen convivii modum dicunt ista constare, pro eo quod potestate habeat uniuscunusque sensus; si velit degustare aliquid ex hujusmodi scientia, aut si nolis. Et sicut in convivio nemo cogit, sed vescendi libertas penes unumquemque est, ita & philosophandi ratio pendet in voluntatis arbitrio. Discordiam, concupiscentiam carnis dicunt, quæ surgit adversum propositum mentis, & philosophandi impedit studium. Ideo denique, & tempus illud esse ajunt, in quo de nuptiis agitur. Peleum vero, & Thetidem Nympham, aridum, & humidum posunt elementum, ex quorum admitione substantia corporum constat. Mercurium, verbum esse tradunt, per quod sui doctrina confertur: Junonem, pudicitiam: Minervam, fortitudinem Venereum, libidinem dicunt: dicunt Paridem sensum. Si ergo, aijant, accidat in hominem, barbare esse, & imperitum sensum, & retum judicium nescientem, pœtra pudicitia, & virtute, libidini palam, quod est malum, dabit: per quod non solum sibi, sed & civibus, & universa genti subversio, & pernicias aderit. Hæc ergo licet illis componere ex qualibet materia visum sit, tamen aptari ad omnia hominem possunt; quia si quis pastorale, & ruficium atque imperitum habeat sensum, nec velit erudiri, ubi corporis calor de libidinis suavitate susciperit; continuo pœtris studiorum virtutibus, & scientia bonis, ad voluptates corporum animalium confert. Et hinc est, unde impacata bella consurgunt, Urbes ruunt, patria concidunt; sicut & Paris, rapta Helena, ad mutum Græcos, & Barbaros armavit exitum. Hæc Nicetas de allegoriis Gentilium translatis, & transferendis ad verum sensum. Quæcum audillet Petrus, ne in Lega Dei simile quid contingeret, & Sacras, atque Divinas Literas suo sensu singuli interpretarentur; sequenti doctrina Clementem, Nicetam, & Aquilam voluit erudire:

a Lib. 3. Divin. In libro, Cap. 21.
b Lib. 22.
c Lib. 1. Polit. Cap. 1.

erudire: *Et Petrus collaudans prosecutionem ejus, ait: Multas, ut video, ingeniosos homines, ex his quae legunt, verisimil studines capiant; & ideo diligenter observandum est, ut Lex Dei cum legitur, non secundum proprii ingenii intelligentiam legatur. Sunt enim multa verba in Scripturis Divinis, quae per se sunt trahi ad suum sensum, quem sibi unusquisque sponte præsumpsit, quod fieri non oportet. Non enim sensum, quem extrinsecus attuleris, alienum & extraneum debes querere, quem ex Scripturarum autoritate confirmes, sed ex ipsis Scripturis sensum capere veritatis; & ideo oportet ab eo intelligentiam dicere Scripturarum, qui eam a majoribus secundum veritatem sibi tradidit servat; ut & ipse perficit ea, quae recte suscepit, competenter adserere. Cum enim ex Divinis Scripturis integrum quis suscepit, & firmam regulam veritatis, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi, ac de liberalibus studiis, quae forte in pueritia attigit, ad assertiōnem veri dogmatis conferat: ita tamen, ubi vera didicit, falsa & simulata declinet. Et cum bac dixisset, ad patrem nostrum respiciens ait: Tu ergo, senex, squidem saluti anime tuae consulis, ut cum corpore fuerit resoluta, pro brevi hac conversione requiem inveniat sempiternam, require de quibusvis, & consule, ut posses, si quid in te est dubitationis, abjecere: incertum enim est etiam juvenibus vita tempus, senibus autem jam nec incertum est: non enim dubitatur, quin quantumcumque est, quod putatur superesse, breve sit: & ideo, tam juvenes, quam senes oportet de conversione, & penitentia volde esse sollicitos, & satagere, ut de reliquo orvent animam suam ornamentis dignissimis; id est, dogmatibus veritatis, decore pudicitiae, splendore iustitiae, candore pietatis, aliisque omnibus, quibus comptam decet esse rationabilem mentem. Cum ergo haec omnia, que in dicta Epistola V. Clementis exstant, ex diversis fragmentis Libri x. Recognitionum eruta sint, ut vidiisti constat sane, eam ab haeretico quodam contextam esse, idque fatis insulsa; cum agens de communī vita, misceat statim reliqua de interpretatione Scripturae Sacrae, quae diverso proposito docuerat D. Petrus, & retulerat B. Clemens, dum uteque de allegoriis Deorum, & interpretatione Sacre Scripturae tractaret. Ex quo consequens erit, textum in Cap. Relatum. xxxvii. Distinct, non Beato Clementi, sed B. Petro tribui debere, si verum est, que ipse Clemens dicto Libro x. Recognitionum retulerat, D. Petrum docuisse.*

Hæc autem, Beatissime Pater, de Epistola Clementis tam longo sunt a me repetita sermone, ut ostenderem, mæchia reatum, ut loquuntur Patres, quem sape in hoc Conclilio pœnis multis coerceri legimus, nulla posse natura Legi, aut Ecclesiæ Decreto probari: neve haereticus ex Clementis loco illo, ut erat, difficili, anfam acciperent liberius in mulieres nuptias debacchandi. Hic autem videre mihi videor, Opera omnia Clementis, quæ nulli dubium est, quin sint pietatis plena, eruditio illuſtria, sapientia referta, operam tuam, qui illius non solum nomen tenes, sed Religionem, & pietatem imitaris, exposcere, & expectare, ut sentibus, qui ab haereticis interserti sunt, perpurgata, eam denique recipient auctoritatem, quam Divus illorum auctor, Catholica doctrina meruit, sancta dignitate acquisivit, & Divino martyrio comparavit. Plures enim ejus Epistolæ nobis falso obtrusa non ejusdem sunt apud pios, & doctos ponderis. Meministi enim, sat scio, in Canone Apostolorum ultimo duas tantum Epistolas Clementis referri, quas solas recensuit Damasus a. Eusebius b unam tantum ad Corinthios illius agnoscit, & aliam ad Hebreos; nec plurimum meminit. Illam autem, quæ sub Romana Ecclesiæ persona ad Corinthiorum Ecclesiam direxit, adhuc non extare, certum est, etsi dixerit Eusebius, illam omnium Ecclesiarum consensu approbatam, & ex sententia Egesippi eam tanti habitam a Corinthiis, ut Dominicus diebus semper in Ecclesia legeretur. De ea D. Ireneus c: *Sub hoc Clemente, inquit, dissensio non modica inter eos, qui Corinthi erant Fratres, facta scriptit, quæ est Roma Ecclesia potentissimas literas Corinthiis, ad pacem alias eos congregans, & reparans fidem eorum, & annuncians, quam in recenti ab Apostolis receperant, traditionem.*

De eadem meminit Photius Patriarcha Constantinopolitanus in eo Opere, quod de Libris a se lectis compositus, & Bibliothecam appellavit. Epistolas duas Clementis ait se legisse, unam ad Corinthios, aliam ad Jacobum fratrem Domini. Floruit is ante septingentos annos. Multa ex eadem Epistola transtulit eisdem verbis, variis in locis Clemens Alexandrinus d. De eadem meminit Divus Hieronymus e, nonnulla ex ea referens: quam fortasse indicavit, & intellexit Concilium Laodicenum f, dum de Clementis unica tantum Epistola mentionem facit; reliquias non omnifurum, si existarent. Sed nec eam certo fuisse Clementis constat; nam contextam ex verbis, & sententia Epistola Pauli ad Hebreos accepimus, sed an Clemens, an vero Lucas transkulerit, incertum Eusebii g, & Nicephori h. Qua ratione Dionysius Exiguus, Ferrandus Diaconus, & Cresconius, antiqui Decretalium Epistolarum Collectores, non a Clementis, sed a Siricis Papæ Epistolis initium fecerunt, in Canonum, & Epistolarum Collectionibus. Agnoscis etiam hos Libros Recognitionum, quos alii circuitus, alii periodos Petri nuncuparunt, ab Ebionais fuisse corruptos, ut prodidit Divus Epiphanius i qui ipsum Clementem refert sepe fuisse conquelatum, quod eos Libros illi depravassent. Tam antiqua est hujus criminis querela: *Utanur autem, ait ille, & alii Libris, nimis circuitibus Petri appellatis, per Clementem scriptis, multa corrumptentes in ipsis, & pauca vera relinquentes, velut ipse Clemens omnes per omnia regurgit in Epistolis encyclicis, quæ in sanctis Ecclesiis leguntur.* Id ipsum testatur Rufinus k & D. Hieronymus l, docens, eos etiam esse depravatos ab Arianis, seu Hunomianis. Et alibi m ait: *Postquam Discipulus Christi factus est Petrus, socrum ejus legimus, uxorem ejus non legimus. Clementis enim, inquit, periodi, quæ scilicet de uxore Petri narrant, apocryphae.* Quare eos Libros, ut apocryphos rejectit Divus Athanasius n, Philastrius

lastrius o, & Photius b Patriarcha Constantinopolitanus. Et (quod majoris adhuc momenti est) Gelasius Papa in Synodo Romana, & Leo nonus contra Epistolam Nicetae Abbatis, & ejus nomine Humbertus ejus Legatus, affirmans, antiquos etiam Patres illos, ut apocryphos rejecisse, quod tradidit Synodus Nicæna II. c, & antea Eusebius d: *Jam vero, inquit, quidam alia item opera, verbosa illa quidem, & prolixia, heri prope, & nudiuspertius, perinde quasi illius essent, introduxerunt; quæ quidem disputationes Petri, & Appionis continent; quorum apud veteres nulla omnino fit mentio.* Nam puram illam, & sinceram Apostolicae orthodoxæ Doctrinæ notam minime retinunt. Constitutionibus Apostolicis ejusdem Clementis quedam a pietate Christiana maxime aliena, inserta fuisse ab haereticis, Sexta Synodus e refert. De illis etiam quodam suo tempore dubitare, recenseret D. Epiphanius f. Inter apocrypha antea retulit Eusebius.

Sed ut revertatur tandem eo, unde deflexit oratio, si queratur, quæ are de tribus tam criminibus meminerint Patres Hispani in hoc Canone, & cum idolatria, homicidium, & moechiam conjunxerint; duplex occurrit ratio. Prior, ut Apołolos imitarentur, a quibus in Concilio Hierosolymitano ob Gentiles tria speciatim interdicta legimus apud Lucam: *Abstinete ab idololatria g, sanguine, & fornicatione;* quem locum sic intellexit Tertullianus h: *Cum primum innotuit, inquit, Evangelium, & vetera concusset, ut de Legis retinenda nec statu disceptaretur, primam hauc regulam de autoritate Spiritus Sancti Apostoli emittunt ad eos, qui jam ex nationibus allegi cœperant i. Visum est, inquit, Spiritui Sancto, & nobis, nullum amplius vobis adjicere pondus, quam eorum, a quibus recessit ab abstinenci, a sacrificiis, & a fornicatione, & sanguine. A quibus obserendo recte agitis, vestante vos Spiritu Sancto. Sufficit & hic servatum esse moechia, & fornicationi locum honoris sui inter idololatriam, & homicidium. Interdictum enim sanguinis multo magis humani intelligimus. Porro qualia videri volunt Apostoli crimina, quæ sola in observatione de Lege pristina excerpunt, quæ sola necessario abstinentia prescribunt. Non quod alii permittant, sed quod haec sola præponant utique non remissibilia, qui ethnorum crux catena Legis onera remissibilia fecerunt.* Tria enim haec crimina, moechia, idolatria, & homicidii, una in Scripturis damnari, probat idem Tertullianus k. Eadem conjunxit Divus Leo l Papa primus Rustico Narbonensi reprobans: *Qui convivio, ait, solo Gentilium, & escis immolatiis usi sunt, possunt jejunii, & manuum impositione purgari, & deinceps ab idololatriis abstinentes, Sacramentorum Christi possunt esse particeps; si autem aut idola adoravere, aut homicidiis, vel fornicationibus contaminati sunt, ad communionem eos nisi pro penitentiam publicam non oportet admitti.*

Posterior causa est, ut ostenderent Christianos longissime ab his criminibus, quæ falso impostura nomine Gentes nobis olim objiciebant, ut idem Tertullianus m refert: *Sed illud, inquit, solum expectatur, quod odio publico necessarium est, confessi nominis, & non examinatio criminis, quando si de alio nocente cognoscitis, non statim confessi eo, nomen homicidæ, vel sacrilegi, vel publici hostis, ut de vestris eloigiis loquar, contenti sitis ad pronunciandum. Quæ crima diluerunt elegant, & copioso sermone olim Arnobius n, Laclantius o, Athenagoras p, & alii. Qua forsitan ratione, ad majorem eorum criminum detractionem ea solum tria crimina ex communicatione punienda, quorundam opinio fuit, quam refert Divus Augustinus q: *Qui autem opinantur, inquit, cetera eleemosynis facile compensari, tria tamen mortifera esse non debitant excommunicatione punienda: donec penitentia humiliori sanentur, impudicitiam, idololatriam, homicidium; neque nunc opus est querere, qualis sit e. ram ista sententia, utrum corrindenda, an approbanda, ne opus sunt sceptum mittamus in longum, propter eam questionem, quæ huic absolvendæ minime necessaria est; sufficit enim, quia si omnia non sunt admittenda ad Baptismi Sacramentum, inter haec omnia est adulterium, unde ista disputatione mota.**

COMMENTARII NOVI.

Mœchiam, & concubinatum omnino in Ecclesia fuisse prohibitum, & datum, fuse probarunt Gregorius in Sum. verb. *Concubinatus*, Germonius Lib. 1. *Animadu. Petrus Gregorius Lib. 3. Titulo 21. Cap. 5. Bermundus integro tract. De Concub. batilius Lib. 7. de Matrim. Cap. 54. Spencæus de Concub. Cap. 6. qui omnes agnoverunt difficultatem dicti Can. xvii. Concil. Tolet. relati in d. Cap. 1s qui 4. & auctoratis D. Isidori conscriptæ a Gratiano in Cap. Chrysiano 34. Di. t. qui ea oppressi asservare, in illis locis permitti concubinatum ob assiduum hominum facilitatem tunc temporis in lapsum carnis. Et ita hanc Mendozæ interpretationem sequuntur Duarenus ad tit. ff. de offic. testam Cap. 6. Hothomanus de spuriis Cap. ult. Joan. Savarus in Not. ad Sidon. Lib. 4. Ep. 7. sed perperam; nam scortatio, seu for-
Tb. II.*

a Philostrius
de barej.

b Photius in
sua Biblioteca
Referunt in C.
Sancta Roma-
na 19. Dif.

c Secunda Sy-
nod. Nicæna
actiones 5. verb.
Epiphian.

d Euseb. Lib. 3.
Eccl. hist. C. 32.

e Sexta Synod.
actione 2.

f D. Epiphian.
Lib. 3. contra
Audianos. Eu-
sep. Lib. 3. hist.
Eccl. C. 19.

g A. Ap. C. 15.

h Tertull. Lib.
de pudicitia C.
12.

i Ap. 15.

k Tertul. eod.
Lib. de pudicit.
C. 4. 5. & 6.

l D. Leo. I. in
Epist. ad Rustic.
Episcop. Narbo-
nen. C. fin.

m Tertull. in
apolog. advers.
Gentes. C. 2.

n Arnob. ad-
versus Gentet.
o Lactant. in
divinæ infit.

p Athenagor.
in apolog. pro
Christianis.

q D. Aug. Lib.
unic. de fidei &
oper. Cap. 19.

libus instrumentis, de quibus Euaristus in Cap. Aliter 30. Quæst. 5. in illis verbis: *Aliter præsumptæ, non conjugia esse, sed contubernia.* Et addit: *Nisi propria voluntas suffragaverit, & vota succurrerint legitima.* Respiciens ad uxores non legitime ductas, quæ concubinae dicebantur, & affectione uxores erant. De his concubinis, idest, uxoribus non legitime ductis, accipunt tam Concilii Toletani Canonem, quam D. Isidori sententiam post Gratianum in eadem Dicit. *Concubina, Menoch.* Lib. 2. de arbitr. cas. 418. num. 20. P. Gregor. Lib. 10. *Syntagm.* Cap. 1. in fin. Bellarm. tom. 1. *Contrrov.* Lib. 2. de Concil. Cap. 8. Germon. Lib. 1. *Animad.* Cap. 11. Coquæus in Not. ad D. August. de civit. Dei Lib. 16. Cap. 33. Ritherius in Not. ad Salyvnum, *de gubern.* Hugo Grotius, *de jure belli* Lib. 2. Cap. 5. num. 15. Pefsius ad Tit. Capitis *De Concub.* concl. 3. Gyronius ad tit. *de donat. inter.* in fin. Arias de Mella Lib. 3. *Var.* Cap. 38. Chopinus Lib. 1. *de-jurisdict.* Cap. 41. num. 8. Epidius Hortensius de privileg. honest. art. 8. Basil. Lib. 7. *de Matrim.* Cap. 54. num. 6. Loaifa in Not. ad illum Can. plures Theologi expositi congesiti a Sherlogo tom. 3. in Cantica vestig. 34. Cap. 6. sect. 1. fol. 405. Primarius Academæ nostræ Præceptor meus in Regio gaza Senatu fisci patronus D. Franciscus Sanctius in d. Cap. Aliter Cap. 6. Quorū interpretatio, ut rectius perpendatur, sciendum est, concubinam uxorem legitimam non esse, sed eam imitari, ut ait Julianus antecessor in Novell. 18. Cap. 5. Quare concubinatus inæquale conjugium dicitur in Lege 3. versu, *Quod si alterutrum.* C. de natural. liberis. Lege 1. Cod. de Collegiat. Lib. 1. Impar matrimonium appellatur ab Aulejo Lib. 5. Afini aurei: *Impares nuptiæ, ac propterea in viulis sine testibus, aut patre non consentiente, factæ, legitima non possunt videri.* Unde jure Quiritium concubina ab uxore dignitate tantum secernitur & distinguitur in L. Item 49. §. *Parvi, ff. de legat.* Notarunt Cujac. ad tit. *de Concubinis*, & in Novell. 18. Merillus Lib. 3. *Observ.* Cap. 16. Et quamvis pellicis nomen honestius esset quam concubinæ apud Hebreos, apud Romanos tamen honestius erat concubinæ nomen L. *Maf-surius.* 144. ubi notarunt Fornerius & Gentil. ff. de V. S. Augustinus Gillius Lib. 4. Noft. Attic. Cap. 3. *Pellicem autem appellatam probosumque habitam, &c.*

Ex qua concubinatus, & matrimonii similitudine colligitur in pluribus convenire concubinam cum uxore legitima, quas exæquationes, & differentias agnoverunt Cujac. Lib. 5. *Observ.* Cap. 6. & ad. Pandect. in L. *Cum tabul.* 1. §. *Quoniam stuprum, ff. De bis quæ ut indig.* Basil. Legion. d. Cap. 54. Germon. d. Cap. 11. Arias de Mella Lib. 3. *Variar.* Cap. 38. & 39. Ex quibus nonnullas referam. Primo convenienti concubinæ, de quibus agimus, cum uxoribus, quia sicut nemo duas uxores eodem tempore potest habere, ita nec duas concubinas. L. *Eum qui 18. C. ad L. Jul. de adult.* L. 2. Cod. de incest. nupt. Immo neque concubinam, vivente uxore, L. *Ex ea 121. §. Mulier.* ff. de V. O. L. unic Cod de Concub. Lib. 3. Cod. comm. de Manumif. D. Ignatius in Epist. ad Antiochen. *Uni una, non plures simul data sunt uni in conditione omni.* Arnobius Lib. 4. *advers. gent.* Cassiodorus Lib. 9. *Variar.* Cap. 18. Secundo, quemadmodum teltatio in nuptiis fiebat, scilicet uxorem duci liberorum procreandorum causa. L. *Si is qui te 13. Cod. de Postlimin. revers.* Cap. 1. 3. quæ 5. Hothoman. *de ritu nuptiar.* Cap. 3. ita in concubinatu liberæ, & honestæ mulieris. L. 3. ff. *de Concubin.* Hothoman. ubi supra Cap. 22. Fabr. Lib. 3. *Conject.* Cap. 14. Petrus Gregor. Lib. 9. *Syntagm.* Cap. 5. num. 35. Tertio, sicut uxor ex Lege Julia de adulter. accusari potest, ita & concubina, licet non jure mariti, saltem jure extraneæ. L. *Si uxor 3. ff. ad Legem Jul. de adult.* quam exponit Arias de Mella d. Cap. 39. num. 18. Quarto, quemadmodum quæ patrono nupst, si invitò eo divertit, cum alio nuptias contrahere non potest, L. unic. ff. *Vnde liberi.* L. in eo 45. ff. *de ritu nuptiar.* L. ultim. ff. *de divort.* ita & quum in concubinatu patroni fuit. L. 1. ff. *de concubin.* quam contra Gothofred. recte explicant Hothoman. de V. I. verb. *Concubinarium.* Briffon. *de ritu nuptiar.* pag. 39. Arias de Mella dicto Cap. 38. num. 28. Qui uilliter obseruant circa libertam in concubinatu patroni cōmoran tem, quod quemadmodum matrimonium cum liberta contractum, furore superveniente, non dissolvitur, L. 4. ff. *de divort.* L. *Si cum dote 22. §. Si maritus ff. solut. matrim.* ita nec concubinatus. L. 2. ff. *de concubin.* Item quod sicut patronus aliam uxorem ducentio, libertam dimittit, ita & concubinam assumendo. L. ult. in fine, ff. *ad L. Jul. de adult.* Connan. Lib. 8. *Comment.* Cap. 13. num. 4. Hothomanus ubi supra, verb. *Concubina.* Et sicut a liberta sibi nupta operas exigere non potest, durante conjugio, L. *Liber-* 8. L. *Placet,* 14. ff. *de oper. libert.* ita nec a concubina. L. *Liberta* 46. ff. eod. Tit. Tandem sicut in legato eorum, quæ uxoris causa parata sunt, prioris uxoris causa parata, & posteriori tradita continetur. L. *Si qui earum,* 47. ff. *de legatis* 3. ita similiter in concubina. L. *Qui concubinam* 79. L. Item 46. §. *Parvi,* ff. *de legatis* 3. illustrat Schifordeg. Lib. 3. Tractat. 25. Quæst. 3. Alias concubinatus, & matrimonii exæquationes congererunt Faber in *jurisprudent.* Tit. 9. princ. 7. illat. 1. Cujac. Lib. 33. qq. Papin. in L. *Mali-* 14. ff. *de bis quæ ut indign.* & Lib. 8. resp. in dict. L. *Cum tambulis* 16. §. *Quoniam.* & Lib. 10. in L. *Ex ea parte.* §. *Mulier ff. de V. O.* & Lib. 27. in L. *Donationes* 13. ff. *de donat.* & ad tit. Cod. de concubin. Connan. dict. Cap. 13. Pinellus Lib. 2. *Selectarum* Cap. 18. Sed licet in his, & aliis convenienti concubinæ cum uxoribus, in pluribus tamen rebus & casibus differunt; siquidem revera jure civili Romanorum alia erat uxor, alia vero concubina, in qua licet affectus daretur, non tamen usu, fare, aut coemptione ducebatur. Unde alia est uxor, alia concubina, Cap. *Non omnis,* 13. 32. Quæst. 2. Leo epist. 92. ad Rustic. Cap. 4. Differenti inter se primo delectu, Paul. Lib. 2. sent. tit. 20. idest, animi destinatione. L. penult. ff. *de concub.* Notarunt Cujac. ad eundem locum Paulli, & Lib. 12. Resp. Papin. in L. *Donationes* 31. ff. *de donat.* Hotho-

thomanus, *de ritu nuptiar.* Cap. 22. & dignitate. L. Item 46. §. *Patruī,* ff. *de legat.* 3. quæ præcipue consistebat in nominibus matronæ, dominæ, matrisfamilias, quibus uxores vocabantur, honorabantur. L. *Titio* 19. §. 1. ff. *de annuis legat.* cum concubina his nominibus non decoraretur. L. *Probrum* 41. ff. *de ritu nupt.* L. *Si uxor 1. ff. ad L. Jul. de adult.* Notavit. Cujac Lib. 2. *Obser.* Cap. 18. & ad tit. C. *de Concub.* facit D. Augustinus relatus in Cap. *Dicat* 32. Q. 4. in illis verbis: *Mereatur & nomen uxoris, praesta concubina tua libertatem, & nomen uxoris, ne adulter sis potius quam maritus.* Quare apud Romanos revera, & effectu alia erat uxor, alia concubina; in antiquis vero Ecclesiæ Canonibus mulier injuste ducta sine solenitatibus conjugii, revera uxor erat, sed dicebatur concubina, de quibus uxoribus injustis agitur in dicto Cap. *Christiano*, dicto Cap. *Is qui*, & Can. xvii. Apolt. relato in Cap. 1. 33. Dist. quæcum ita de illegitimis nuptiis acceperunt PP. Sextæ Synodi Trull. Can. 11. ubi cum in vers. *Qui vero*, Clerico ad secundas nuptias transiunt suspensi indiceretur, & in versu, *Ceterum*, eadem suspensi licet ad brevius tempus imponeretur ei, qui viduam uxorem duxit, vel illegitimis nuptiis adhæsit, concluditur, ita restitui, & instaurari Can. xvi 1. Apolt. relatum in dicto Cap. 33. Distinct. Intellexerunt ergo PP. in versu, *Qui vero nuptiarum, vorum & legitimum matrimonium, in versu, Ceterum, illegitimas nuptias, quæ concubinatum vocarunt: non tamen inde inferas, ut fecit Basilius, de Matrim.* dicto Cap. 57. in prisca Ecclesiæ Canonibus semper concubinam accipi pro injusta uxore; contrarium enim verius est, videlicet plerumque concubinas accipi profolutis, & in honore contubernalibus, ut in Cap. *Dicat* 32. Quæst. 4. Cap. *Ancillam*. Cap. *Non omnis* 32. Quæst. 2. & aliis auctoritatibus, in quibus concubinarios amplius Ecclesia improbabavit, severaque ultiōne compescuit, quas congerunt Claudio Spencæus, *De bono GONZALEZ.*

CANON III.

De eisdem si Idolis tantum munus dederint.

Item Flamines, qui non immolaverint, sed munus tantum dederint, eo quod se a funestis abstinuerint Sacrificiis, placuit in fine præstari eis Communionem, facta tamen legitima poenitentia. Item ipsi, si post poenitentiam fuerint moechati, placuit, ulterius eis non esse dandam Communionem, ne lusisse de Dominicâ Communione videantur.

CAPUT NON U.M.

Qui olim sacrificati dicerentur, qui libellatici.

Postquam egerunt Episcopi de sacrificatis, in duobus Canonibus precedentibus (vocabant olim sacrificatus, eo: qui sacrificium Deorum vel agebant, vel quoquomodo juvabant) nunc agunt de libellaticis, de his videlicet, qui ut non cogerentur sacrificare, munus dabunt, eo pretio vite, & idololatriæ exterioris periculum, & infamiam redimentes, & Christianismi professionem quodammodo confusione abnegantes. Pro munere autem libellos exposcebant, vel ipsi, vel alii eorum nomine a Magistratibus, ut his velut securitatis presidio muniti, a satellitum se audacia, furoreque defenderent. Horum autem libellorum formulam, quam illi obsignabant, expressam nobis reliquit D. Cyprianus 2 ad Antonianum: *Ego prius legeram, & Episcopo trattante cognoveram, non sacrificandum idolis, nec simulacra servum Dei adorare debere; & siccirco ne hoc facerem, quod non licet;* Epist. 52. ad Antonian. Cap. 4. T. 2. II.

Luc. 6.

Rom. 13.
Luc. 6.Idem.
Luc. 11.

Luc. 6.

Matth. 21.

Petr. Alex.
Cap. 13.Matth. 8.
Luc. 9.
Matth. 6.

Actuum 17.

Actus peccare
Libellaticos
quam Sacrifi-
cantes.
a lyp. 52. ad
antonianum,
Cap. 4.

uarium Casari, nisi Sanguinem, quem pro me Filius fudit ipsius? Quod si Deo quidem hominem & sanguinem meum debeo, nunc vero in eo sum tempore, ut quod Deo debeo expostuler; utique fraudem Deo facio, id agens, ne quod debeo solvam. Bene observavi preceptum, Casari reddens, quae sunt Casaris, Deuero, quae sunt Dei, abnegans. Sed & omni potenti me dabo. In causa eleemosynæ, non in concussione. Potenti inquit. Porro qui concutit, non petit; Qui comminatur, si non acceperit, non postular, sed extorquet. Non eleemosynam expecto qui non miserendus, sed timendum venit. Dabo igitur misericordia, non timiditatis mea nomine; ubi qui accepit, Deum honorat, & benedictionem mibi reddit; non ubi amplius se benefactum præstisſe credit, & prædam suam aspiciens dicit: De reatu est. Pasca & inimicum. Sed inimicitia & aliis habet titulos. Nuntiatur diuit traditorem, aut persecutorem, aut concussorem. Nam huic quanto magis carbones acervabo super caput, si non me redemero? Proinde inquit: Qui tibi tunica sustulerit, vel etiam pallium, concede. Adeum pertinet, qui rem, non qui Fidem meam eripere quereris. Concedam & pallium non minanti traditionem. Si minatus fuerit, etiam tunicam repescam. Omnia jam nunc Dominicarum pronunciationum sua sunt & causæ, & regula termini, non in infinitum, nec ad omnia spectant. Atque adeo, qui omni potenti dari jubet, ipse signum potentibus non dat. Alioquin si omnibus passim potentibus dandum putas, tu mibi videris, non dico vinum febricitanti, sed etiam venenum, aut gladium mortem desideranti daturus. Facite autem vobis amicos de Mammone; quomodo intelligendum sit, parabola præmissa te doceat, ad populum Iudaicum dictum, qui commissum sibi rationem Domini cum male administrasset, deberet de Mammone hominibus, quod nos eramus, amicos sibi potius propiscere, quam inimicos; & relevare nos a debitis peccatorum, quibus Deo detinebamur, si nobis de Dominica ratione conferrent; ut cum excepisset ab his deficeret gratia, ad nostram Fidem refugientes, recipierentur in tabernacula aeterna. Quamvis nunc putem aliam interpretationem parabolæ, & sententia istius, dum scias verisimile non esse, ut concussores nostri in amicitiam redacti per Mammnam, recipiant tunc nos in tabernacula aeterna. Sed quid non timiditas persuaderet? quasi & fugere scriptum permittat, & redimere præcipiat? Parum denique est, si unus, aut alius ita eritur, massiliter tota Ecclesia tributum sibi irrogaverunt. Nescio dolendum, an erubescendum sit, cum in matribus Beneficiariorum, & Curiosorum, inter tabernarios, & laicos, & fures balpearum, & aleones, & lenones, Christiani quoque vestigales continentur. Hanc Episcopatui formam Apostolorum providentius condiderunt, ut Regno suo securi, frui possent sub obtentu procurandi. Scilicet enim talem pacem Christus ad Patrem regrediens, mandavit a militibus per Saturnalitatem redimendam. Sed quomodo colligemus, inquis, quomodo Dominica sole nuna celebrabimus? Utique quomodo & Apostoli, Fide, non pecunia tuti; qua Fides si montem transferre posset, multo magis militem. Esto sapientia, non præmio cautus. Neque enim statim & a populo eris tutus, si officia militaria redemeris. Una ergo tibi & Fide, & sapientia ad tutelam opus est; quibus non adhibitis, redemptionem tuam putes perdere; adhibitis, haud redemptionem desiderare. Hac in Hispania, & Africa ad conservandam Christianæ Fidei integritatem summa severitate Hispani, & Africani Episcopi constituerunt. Alter autem D. Petrus Martyr Episcopus Alexandrinus: His enim, inquit, qui pecuniam dederunt, ut ab omni improbitatis molestia omni ex parte remoti essent, crimen intendi non potest; damnum enim, & justitiam pecuniarum sustinuerunt, ne ipsi animæ detrimento afficerentur, vel ipsam etiam perderent; quod alii propter turpe lucrum non fecerunt; cum Dominus dicat: Quid prodeit homini, si universum mundum luceretur, animæ vero sua detrimentum patiatur? Vel quam commutationem dabit homo pro anima sua? Et rursum: Non potestis Deo servire, & Mammonam. In his enim apparuerunt Deo servire, exosis, conculcati, contemptisque pecunias, & in eo compleverunt quod scriptum est: Præmium redemptiois animæ hominis propria divitiae. Nam & in Actis Apostolorum legimus, eos, qui pro Paullo, & Syla Thessalonice ad Magistratus trahebantur, dati multis pecuniis, fuisse dimisso. Postquam enim ipsos propter nomen multum oneraverunt, & multitudinem, Magistratusque perurbassent; ab Iasoni, inquit, & reliquis satisfactione accepta, eos dimisserunt. Fratres autem nostri protinus Paullum, & Sylam miserunt in Berœam. Hec Petrus Martyr. Quæ tametsi ad eam Hispanie, & Africa severitatem redacta non sint, locum tamen habere aliquando poterunt: cum videlicet aut Fidei, aut Religionis, aut Ecclesiæ jacturam, vel Fratum offendiculum, qui periculum patitur, minime extimescat; vel cum ubiorem ex hac redemptio fructum spirituale in se, & Ecclesiam redundaturum speret, in quo percipiendo, & augendo pii viri totis debent viribus invigilare. Si in Hispania ergo Flamines a sacrificiis se abstinuerunt, munus tamen dederunt, ut se a sacrificando liberarent, penitentiam acturi sunt: in fine tamen communio illis non denegatur. Quod etsi peccatum grave sit, non tamen est visum tanta poena dignum, quanta sacrificantibus superiori Canone decreta est. Libellaticos enim minus, quam Sacrificatos peccare, ipsa rei gelta natura argumento est: docuitque apertissime D. Cyprianus^a ad Antonianum: Nec tu existimes (inquit) Frater charissime, sicut quibusdum videtur, Libellaticos cum Sacrificatis aquari oportere, quando inter ipsos etiam, qui sacrificaverint, & conditio frequenter, & causa diversa sit. Neque aquandi sunt illi, qui ad sacrificium nefandum statim voluntate profiliavit, & qui reluctans & congregatus dia ad hoc funestum opus necessitate pervenit; ille qui se, & omnes suos prodidit, & qui ipse præcunctis ad discrimen accedens, uxorem, & liberos, & domum totam periculi sui perfunctione protexit: ille qui inquilinos, vel amicos suos ad facinus compulit, & qui inquilinis, & colonis pepercit; fratres etiam plurimos, qui extor-

res, & profugi recedebant, in sua tecta, & hospitio recepit; ostendens, & offerens Domino multas viventes, & incolues animas, que pro una saucia deprecentur. Cum ergo inter ipsos, qui sacrificaverint, multa sit diversitas, qua clementia est, & quam acerba duritia, Libellaticos cum his, qui sacrificaverint, jungere? quando is, cui libellus acceptus est, dicat: Ego prius legeram, & Episcopo trattante cognoveram, non sacrificandum idolis, nec simulacra servorum Dei adorare debere; & iccirco ne facerem quod non licet, cum occasio libelli fuisse oblate (quem nec ipsum acciperem, nisi ostensa fuisse occasio) ad Magistratum vel veni, vel alio eunte mandavi, Christianum me esse, sacrificare mihi non licet, ad aras diaboli me venire non posse, dare me ob hoc præmium, ne quod non licet, faciam. Et post alia: Et ideo placuit, Frater charissime, examinatis causis singulorum, Libellaticos interim admitti, sacrificatis in exitu subvenire; quia exomologesis apud inferos non est.

Quod si munus dare alii pro Libellaticis nolint intelligi, sed pro his, qui sumptus suppedant ad protana Deorum Sacrificia, nihil repugnabo; quinimmo epigraphe Canonis tam in editis, quam ms. Codicibus id demonstrare videtur, dum ait: De eisdem, si Idolis tantum munus dederint. Hoc enim genus est idolatriæ, Tertullianus b docte monuit: Plane ad Sacerdotium, inquit, & Sacrificium vocatus non ibi (proprium enim Idoli officium est) sed neque consilio, neque sumptu, aliave opera bujusmodi fungar. Idem c: Sit nunc aliqua justitia quæstus secura de cupiditatibus, & mendaciis observatione, in crimen ostendere idolatriæ eam opinor, qua ad ipsam Idolorum animam, & spiritum pertinet, qua omne dæmonium saginat, an non illa principalis idolatriæ viderint, si eadem merces. thura dico, & cætera peregrinitatis, Sacrificium Idolorum. Etiam hominibus ad pigmenta medicinalia, nobis quoque insuper ad salutis sepulturæ usui sunt. Certe cum pmpa, cum Sacerdotia, cum Sacrificia Idolorum, de periculis, de dannis, de incommodis, de cogitationibus, de discursibus, de negotiis instruuntur, quid aliud quam procurator Idolorum demôntraris? Nemo contendat, posse hoc modo omnibus negotiationibus controversiam fieri. Graviora delicta quæque pro magnitudine periculi diligentiam extendunt observationis, ut non ab his tantum abscedamus, sed & ab eis, per quæ sunt. Licet enim ab aliis fiat, non interest si per me. In nullo necessarius esse debeo alii, cum facit quod mibi non licet. Ex hoc, quodvetor facere, intelligere debeo, curandum mihi esse, ne fiat per me. Denique in alia caussa non levioris reatus præjudicium istud obseruo. Nam quod mibi de stupro interdictum sit, alii eam rem nihil aut opera, aut conscientia exhibeo. Num quod ipsam carnem a lupinibus segregavi, agnosco, me neque lenocinium, neque id genus lucrum alterius caussa exercere posse. Si & homicidii interdictio ostendit mibi, tamen quoque ab Ecclesia arceri; ne per se non faciat, quid faciendum alii subministrat. Ecce magis proximum præjudicium. Si publicarum victimarum redemptor ad Fidem accedit, permitte ei in eo negotio permanere, aut si jam Fidelis id agere suscepit, retinendum in Ecclesia putabis? Non opinor, nisi si quis & de thurario dissimulabit, scilicet ad alios peruenit procuratio sanguinis, ad alios odorum. Si antequam Idolo in sacculo esset, his mercibus adhuc informis idolatria transfigebatur; si & nunc sine Idolo opus idolatriæ, & incendiis odorum perpetrat; ecquid majoris opera & erga dæmonia thurarius? nam facilis sine idolatria, quam sine thurarii merce. Ipsius Fidei conscientiam perrugemus, quo ore Christianus thurarius, si per tempora transibit, quo ore fumantes aras despuit, & exstibit quibus ipse prospexit? Quia constantia exorcizabit alumnus suos, quibus domum suam cellulariam præstat? Ille quidem si excluserit dæmonium, non sibi placeat de Fide. Neque enim inimicorum exclusit. Facile debuit de eo impetrare, quem quotidie pascit. Nulla igitur ars, nulla professio, nulla negotiis, qua aut instruendis, aut formandis Idolis administrat, carere poterit titulus idolatriæ: nisi si alius omnino interpretetur idolatriam, quam famulatum Idolorum calendoria. Paries etiam hujus Concilii d, eos Sacerdotes, qui coronas sacrificantium deferunt, Communione privant biennio, si nec sacrificant, nec de suis sumptibus aliquid Idolis prætulissent; hos enim omiserunt, quod jam hoc Canone poena adversus ipsos fuisset sancta; qua originem habuit ab Apostolis, quos referit Clemens e decretis, ut si Christianus oleum ad sacra Gentilium, aut Synagogam, Iudeorum, in Feltis eorum detulisset, aut lucernas incendisset, Communione privaretur; illi autem de quocumque Christiano; hi vero de solis Flaminibus ethnicon ad Fidem conversi constituerunt, ne quoquo modo Sacrificis Idolorum consentire viderentur. Et ipsa hac de causa, peculiari hujus Concilii Decretu fcautum est, ne matronæ, vel earum mariti vestimenta sua ad ornandam seculariter pompa darent, sub triennii excommunicatione.

Manus etiam dare, pro mercede loco eleemosynæ forsitan alius interpretabitur. Gentes enim olim tam de sacris rebus, quam profanis opes sibi undecimque comparabant, qua ratione Deorum simulacra, qua sanctiora habebantur, magis quæstiuosa. Antistites efficiebant. Deferebant illa secum, & eorum nomine stipes ad instaurationem Templorum exigebant, adiutusque quotidianos venditabant: Sed enim agri (scribit Tertullianus g) tributo onusti, vi- liores; hominum capita stipendio censu, ignobiliora; nam hæ sunt votæ captivitatis. Dicit vero, qui magis tributarior, magis sancti; immo qui magis sancti, magis tributarior. Majestas questuaria efficitur. Circuit cauponas Religio mendicantis, exigitis mercedem pro solo Templo, pro aditu sacri. Non licet Deos nosse gratis: vñales sunt. Et post alia^h: Certe, inquit, Templorum vñigalia quotidie decoquunt, stipes quotusquisque jam jahat. Non enim sufficiens, & hominibus, & Deis vñbris mendicantibus opem ferre, nec putamus alii quam potentibus impariendam. Denique porrigit manum Jupiter, & ac- cipiat,

^a Idem Cap.^b Lib. de ido-
lat. Cap. 16.^c Idem Cap. 11.^d Can. LV.^e Can. LXX.^f Apof.^g Can. LVII.^g In apostoli-
co adver-
gentes Cap. 13.^h Idem Cap. 4.

^{a Lib. de Mo-} cipiat, cum interim plus nostra misericordia insumit viciam, quam vestra Religio templam. Justinus ^a Martyr, ex Menandro in Auriga:

Nullus foris ambulans Deus mibi placet.
Nullus, qui familiam alloquatur in tabella.
Oporret justus Deum.
Domini manere, servantem erectos.

Et in Sacrifica:

Nullus Deus servat, o mulier,
Alterum hominem, per alterum; si quem enim Deum trahit.
Cymbalis homo quo vult,
Is, qui hoc facit, major est Deo.
Sed sunt bac audacia, & vita instrumenta,
Inventa ab hominibus impudentibus,
Excitata ridicule in vita.

^{b In Oratione}
^{ad gentes.}

Clemens ^b etiam Alexandrinus: Menander certe Comicus (ait) in Auriga, in Actu, qui dicitur suppositius, inquit: Nullus mibi placet Deus foris ambulans cum vetula, neque in domum iugrediens Metragyres (tales enim erant Metragyrtæ) undeis medicantibus merito dicebat Antisthenes: Non alio matrem Deorum, quam Dii alunt. Solebant enim illi pro matris Deorum simulacro mendicare. Eam Berecyntiam vocat D. Augustinus ^c a Berecyntio Phrygia monte: Idaam D. Cyprianus ^d, & Minutius Felix ^e, quod in Ida ejusdem Phrygia monte coleretur. Alii volunt, eam Jovis, Neptuni, Plutonis, & Junonis fuisse matrem, sicque Rheam, Latine Opin, & Cybelen quoque nuncuparam. Ejus Sacerdotes singulis mensibus pecunias colligebant, Pagos, Urbes, domos obeantes, ac mendicantes, simulacula ferentes in humeris. In Hispania autem id genus charitatis, sive Religionis, sive superstitionis exercuisse infideles, tribuentes vel ad Templæ, vel ad Sacrificia Deorum stitem, & munera, Beata Justæ, & Ruffinae Martyrum exempla probant, quæ inferius referemus.

^{c Lib. 2. de Civ. Del. C. 4.}
^{d In Lib. Quod Idols non sunt Dii.}

^{e In Octavio.}

^{f Lib. 3. C. 45.}

COMMENTARII NOVI.

Illa vocabatur legitima poenitentia, quæ erat secundum Canones Pontificios, ut ex Poenitentiali Romano Theodori, & Bedæ patet. Apud Burchard. Lib. 20. multa Librorum poenitentialium fragmenta citantur, & infra Can. V. Si qua femina. LOAISAS.

Mirum est, poenitentiam requiri, ubi nullum est delictum. Sicut fuga mortem violentam evadere juxta illud Christi apud Matth. decimo Capite: Quando vos persecuti fuerint, ex una civitate fugite in aliam, illincitum non est, ita vexationem corporis, ac vite, oblatis muneribus, & pecunia, redimere, malum non esse, exemplum Jasonis, aliorumque Pauli Apostoli Discipulorum, Act. 17. data pecunia se redimentum, testatur. Unde recte & verissime Petrus Martyr Episcopus Alexandrinus Can. xii. supra recensito sic ait: His enim, qui pecuniam dederunt, ut ab omni improbitatis molestia omni ex parte remoti essent, crimen intendi non potest; damnum enim, & jacturam pecuniarum sustinuerunt, ne ipsi anima detimento afficerentur, vel ipsam etiam perderent. Qui vexam gentilium data pecunia redimebant, Libellatici, ut quidam male putant, non sunt: ideo quod ii, quibus securitatis libellus ob datam pecuniam a Magistratu concessus erat, priusquam eum acciperent, privatum per se, vel per suos ministros verbo, Christi Fidem negare debuerint. Quovis pacto Fidem negare, grave est peccatum. Periculum peccati, adeoque gravissimum animæ damnum, pretio oblatu redimere, non modo nullum peccatum, sed potius actus est charitatis, que omnia bona corporis, ac fortunæ saluti animalium nostrarum postponere iubet. Quod igitur hoc loco Sacerdotes vexam corporis oblatis muneribus sub pena aliqua redimere prohibentur, novum est, inusitatum, & a Canonibus

Petri Alexandrini diffonum. Itaque cum certum sit, Episcopos hujus Concilii in eo vermentissime laborasse, ut Fideles ab idololatria acrioribus minis intentatis absterrerent, obcautiam quandam nobis incompertam hanc vexæ redemptionem Sacerdotibus Ecclesiæ pro certo tempore interdixisse, necessario dicendum est. Vide Baron. anno ccv. num. 16. & 17. item anno cclii. num. 20. & anno ccv. num. 44. BINIUS.

Qui non immolaverint. Poterant non immolare, quamvis suis sumptibus spectacula ederentur; nam aliquis alius Flamen poterat præesse, & præsidere.

Sed munus tantum dederunt. Omnes hos Canones de lapis explicit nonnulli: ideo per munera, dona intelligent, & pecuniam, quam Præsidibus offerebant lapsi, ne sacrificarent. Verum munus hoc loco, ni fallor, ludos, & spectacula significat, quæ Flamines præstare tenebant, & in quibus solebant sacrificare. Ajunt igitur Patres, veniam iis esse concedendam in fine, qui Flamines fuerint, & non sacrificaverint, quamvis ludos præbuerint, & munera, si modo hanc culpam legitima expiaverint poenitentia.

In fine eis præstari communionem. Quam gravem, & acerbam vindictam exercabant in eos, qui sacerdotia gentilium ambiant, aut suscipiebant, quamvis non sacrificarent.

Acta tamen. Hoc est, qui poenitentiam sibi impositam alacriter subierant. Nam si eam aut negligenter, aut segniter arripiuerint, aliter cum eis erat agendum: non autem hoc ita accipendum, quasi momento illo temporis, quo morerentur, legitimam possent age-re poenitentiam.

Legitima poenitentia. Ut poenitentia censemur legitima, non satis erat expiere tempus constitutum ab Episcopo, ut volunt Gar-sias,

sias, & Binius; sed ea legitima vocabatur, quam bona fide ducebant poenitentes; & cum domi, & in Ecclesia, noctu, & interdiu, perpetuis exortuñis se exercebant, & lacrymis, fletibus, & multis præterea signis animi dolorem clam, & publice teatarentur. Illegitima autem dicebatur, quando poenitentes languidius eam subirent, & parum dolerent de peccatis, quamvis prescriptum tempus explorarent.

Si post poenitentiam. Ideat, si post conceitam poenitentiam, non vero exploram, sed conceitam ab Episcopo. Et ita accipendum suadent, quæ prius habentur, in fine eis præstari communionem. Si enim in fine dumtaxat præstari debeat communio, certum est, eo usque poenitentiam durare, & constituta non fuisse, & non finitiæ ante mortem. Quare illud post, significat quidem, si post concessam poenitentiam, & si cum agunt poenitentiam, ejusmodi Flamines moechantur.

Ne lassif. Sed quomodo, quæso, de communione ludere poterant, quam non possidebant? Nam agit de his, qui perpetua poenitentia effient addicti. Sed ludere de communione dicuntur, si peccanti poenitentes, dum agunt poenitentiam; quia quo tempore magis prospicere deberent, ne ea indigni viderentur, eo ipso novis peccatis se obligant.

De Dominica communione. Quamvis sacra Eucharistia nonumquam vocetur *Dominica communio*; simplex tamen communio, ideat ius in societate, & corpore fidelium, hoc etiam nomine appellatur, quod uniat, & conglutinet poenitentes Corpori Domini nostri Jesu Christi. Ceterum vides, hunc Canonem nihil minus adverfar, quam Canonibus Petri Alexandrini (ut existimat Binius in suis Notis) quibus licebat, ab impijs sacrificiis, pecunia fuisse redimere. Nam hoc Canone agitur de Flaminibus, qui ludos ediderunt populo, & non sacrificaverunt, ut diximus; non vero de his, qui pecunia obtinuerant a Præsidibus, ne sacrificarent. ALBASPINÆUS.

Posset dici, & fortassis magis ad mentem Canonis, quod quia ad idole accidentes, non solum sacrificia funesta celebrabant verum & munera eisdem idolis offerebant ideo quia sacerdotes a primo abstinuerunt, quod est gravius, non vero a secundo, quod erat minus grave; & propterea Patres Concilii non tam gravem penam eis indixerunt. CORIOLANUS.

Notum est, lapsorum duplex genus olim fuisse: alii dicebantur, sacrificati, thurificati, vel idololatæ; alii vero appellabantur Libellatici. Albaspinius Lib. 1. Observ. Cap. 21. per totum, Georgius Ambian. ad Tertull. de Fuga Cap. 12. Observ. 1. Sacrificati dicebantur, qui quomodocumque immolabant, immolata guttabant: thurificati, qui idolis thus obtulerant: idololatæ, qui quolibet religionis cultum publice Diis exhibebant. Libellatici vero erant, qui Christum negare nolentes, privatum per se, vel per alias, a Magistratibus libellos securitatis impetrabant, ne amplius inquirebant, impensa, & soluta certa pecunia quantitate. De his passim D. Cyprianus Epist. 31. 52. & 68. ubi notarunt Pamelius, & Rigaltius. Diversum genus ab hisce erant ii, qui statim atque audiebant promulgatum edi-

To. II.

hono-

honoris gradus appeterent Christiani, sive ad illos suscipiendo aliquando essent adacti, certum est, & gentilium sacerdotio perfundatos, & sacris profanorum, & paganorum fuisse praefectos, quod Ecclesia evelere non poterat, cum persecutionum procellis premere tur; immo & in Canone xxxxi. hujus Concilii PP. succens dominis Christianis, ut in domibus idola retineant, si tradi, & traduci a servis metuant, dum ab eorum cultu se abstinent. Deinde sciendum est, nullam fuisse apud Gentiles prefecturam, nulla sacerdotia, quae ludis non initiaarentur, & spectaculis. Tertull. *De Spectac.* Cap. 12. ibi. *Transit hoc genus editionis ab honoribus mortuorum ad honores viventium. Quæsturas dico, & Magistratus, & Flaminia, & Sacerdotia.* Et C. ult. *Ut talia species, ut talibus exultes, quis tibi Prator, Consul, aut Quæstor, aut Sacerdos de sua liberalitate præstabit?* L. i. C. Theod. de Spectac. *Magistratus, & sacerdotiorum editiones, qua aut in Civitatibus, aut certe in his debent exigi, quas delevit antiquitas.* L. 8. C. *De munere patrum.* Lib. 10. *Si de proprio suo patrimonio muneric editionem tuo nomine pater tuus reprobavit, ideoque etiam sacerdotem creare impetravit, onus erogationis commune omnium bæredum ejus esse, Praeses Provincia non ignoravit.* Quapropter numero quinque liberorum subnixos in Asia sacerdotium suscipere non cogi, Imperator Severus constituit in L. i. C. *De priv. paren.* Lib. 10. de quo num. accipit textum in L. *Neque 5. C. De munere patr.* Ubi Senuachius disp. 8. num. 19. Et ne crebro immodicis ludorum sumptibus illi vexarentur, statutum fuit, vt nullus in provinciis, nisi sponte, sacerdotium iterare cogeretur L. *Sponte ff. De mun. & honor.* Plura de his ludis, & spectaculis a sacerdotibus, & provinciarum Flaminibus editis pro exposit. textus in L. *Ad sacerdotium.* 75. L. *Africanus.* 145. L. *Excepis.* 176. C. Theodos. *De Curcion.* congerunt Cujac. Lib. *Obser.* Cap. 13. & in Lib. 6. ff. *De excusat. tut. Panciroli.* in Notis Cap. 105. & Lib. 2. *Variar.* Cap. 258. P. Faber Lib. 3. *Semestr.* Cap. 1. in fine, Gothofred. in L. *In honoribus.* 8. *De vacat. muneron.* Juretus in Notis ad Symmachum Lib. 4. Epist. 62. Bullenger. Lib. *De Imper. Roman.* Cap. 69. Pamelius, Cerda, & Georgius Ambian. ad Tertull. *De Spectac.* d. Cap. 12. Gutherus, *De jure Pontif.* Lib. 3. Cap. 20. Tandem observandum est, his ludis tam Rome, quam in provinciis, praesertim Sacerdotes, & Flamines, ut probat Gutherus d. Cap. 20. & in eis plerumque idolatriæ jungi homicidium, & moechiam. Cum enim sacrificia ibi idolis fierent, quid sperari poterat, nisi obsecnitates, & homicidia. Tertull. *De Spectacul.* Publicæ libidinis hostiae in scena proferuntur, per quæ omnis etatis, omnis dignitatis ora transducuntur. Cum ergo spectaculum sine idolo, nec ludus sine sacrificio ederetur, juxta Cyprianum Lib. *de Spectac.* ibi: *Quod spectaculum sine Id. lo, qui ludus sine sacrificio?* Christiani, qui sacerdotium suscipere cogebantur, ludos, spectacula, & scenas edebant, ubi obvia homicidia, & impudicitias erant. D. Hieronymus in Vita S. Hilarionis ibi: *Sed lealicus ejusdem oppidi municeps*

que quod sibi metuerent, & pecuniam abjectarent ad vitandum periculum violandi Fidei, vel negandi Christum, quem interius, exteriusque colebant, nulla videtur reprehensi one dignum. Argumenta Tertulliani in oppositum encrypia sunt, & nimium probant, ut palam ostendere possemus, si nece latium edet. Vide quæ supra monuimus Tomo I. Disert. xiv. Excurru II. ne eadem repetamus.

Forsitan vero Tertullianus ipse, sicut & Cyprianus locis a Mendoza exscriptis, & PP. Illiberritanis in presenti accipi possunt de aliis Libellaticis deterioris conditionis, qui ita redimebant pecunia vexam, ut claim libellos persecutoribus offerrent, in quibus abnegabant Christum, quamvis intus crederent. Nimur, multos hujus generis fuisse, perspicuum est, vel solo testimonio Plini Junioris ad Trajanum Lib. 10. Epist. 67. ajetis: *Præpositus est libellus sine auctore multorum nimirum contingenens, qui negarent esse Christianos, aut fuisse; cum præente me appellarent Deos, & imaginis tua, (quam propter hoc jussaram cum simulacris Numinis afferri) thure, & vino supplicarent, præterea maledicerent Christo.* Patet vero id Libellaticorum genus execrabilis esse, licet publice non procederent ad idololatriam externam, immo & adhuc Fidei in animo retinerent. Certe auctoritas S. Petri Alexandrinus, cuius verba eo loco κατὰ πόδας exscriptissimus, & ratio manifesta, præponderant sophismatis Tertulliani, qui in ea parte videtur abductus errore Montani exigitans eos, qui in persecutione fugiunt, nec intelligentis verba Christi, quibus hortatur ad fugiendum ab una Civitate in aliam.

Meliori certo jure Origenes verba illa Christi interpretatur, & questionem dirimit fere eandem, in qua versamur. Etenim tomo 31. sive Cap. 31. in Joannem, ad verba illa Evangelistica: ὁ δὲ Ιησος εἶπεν τῷ πατέρι τὸν λαόν Οταν διάκωσι σάρξ ἐν τῷ πέλαγῳ ταῦτα, φεύγετε ἀπὸ τοῦ θλαυτοῦ οὐχίς καὶ καὶ τὸ διάκοστα παρακαλέσθωτος, διὸ οὐκοῦν ἀκκλήσετε τὸν πατέρα, &c. id est: *Cum autem rursus dixerit (Christus) Quando vos persecuti fuerint in in una Civitate, fugite in aliam; non suaderet fugere, tanquam malum sit pati persecutionem: nec ut mortem extimescentes, jubet nos eam fuga declinare. Vult autem nos nulli esse auctores, neque alicuius mala causa adiutores, nec nobis ipsis, nec ei, qui persequitur, nec ei, qui interimis. Denuncias enim quodammodo, ut caveat. Qui autem non obedit, est audax, & temerarius, & inconsciente se in manifesta pericula conjiciens.* Si autem qui hominem Dei interimis, in Deum peccat, is quoque ejus cædis reus tenetur, qui se offendit iudicio. Talius autem erit, qui non vitat persecutionem, capiendum se præbens per audaciam. Is est, qui, quantum in se est, adjuvat improbitatem ejus, qui persequitur. Quod si etiam irristeret, plane caussa est, ut qui provocet feram. Similiter etiam si præbeat aliquam pugna caussam, vel damnum, vel iudicium, vel iniuriam, is occasionem peperit persecutionis. Et ideo jussi sumus nihil retinere ex iis, quæ ad hanc vitam pertinent; sed ei qui tollit pallium, præterea etiam dare tunica, non solum ut permaneamus obnoxii nullis animi perturbationibus, sed ne ea vendicantes, eos qui in iudicio contendunt, in nos reddamus efferatos, & per nos eos commoveamus, ut nomen maledictis appetant.

His positis, censeo, nec S. Cyprianum, nec Illiberritanos Patres criminari, aut posse adeo gravi afficere in hoc Canone voluisse Libellaticos illos, vel Flamines, qui non sacrificaverant, sed munus tantum dederant ad redimendam graviorem vexam; protestatione etiam adhibita de sua in Christum Fide, quam deserere nullatenus vellent. Nihil malum est, nec ulla mali species, in eum finem, plane innoxium, munera dare, sive bonorum temporalium jacturam subire, & ea transfer-

re in persecutores, ne gravius noceant. Ni-
mirum ii eo pretio illecti, desiliebant ab infe-
gencis cruciatibus, & minus peccabant, quam
si illorum sanguinem funderent, aliorumque
innocentium Christianorum, qui & fortalit
cessuri essent cruciatum immanitati. Qua-
propter Flamines hoc loco memorati, alterius
quodammodo, & deterioris conditionis mu-
nera dediti censendi sunt, aut cum aliquis
peculiariter deformitatem ut propterea jure me-
rito ab iis sanctissimis Episcopis gravissime,
& adeo diuturne pœnitentiæ addicerentur.

Sane Christus D. hortatur nos ad eruen-
dum oculum, & abscondendam manum, vel
pedem, ubi nobis scandalum parit. Quanto
autem magis ad spernendum bona fortunæ, &
dandum persecutoribus, ubi aliter imminet
periculum æternæ salutis in nobis, aliisque,
si forte impares sumus ferendis cruciatibus?
Redimentum itaque videtur id grande peri-
culum pretio aliquo, simul & vitandum ma-
jus peccatum corundem persecutorum, ubi
nec causa publica Fidei, nec honor Dei, nec
peculiaris ipsius inspiratio exigit, ut profilia-
mus palam ad resistendum iis, & ad publicam
Fidei professionem edendum. Alioqui vero,
sicut licet persecutionem fugere, ita & pretio

redimere, aut devitare?

Nec propterea argui possumus Fidei inter-
ius violatae, aut consensus animi in idolola-
triam, ut cavillatur Tertullianus. Cohæret
enim optime cum vera Fide, & proposito fir-
mo profitandi illam, ac vitandi omnem infi-
delitatem externam, datio pecuniarum. Ni-
mirum illa est medium opportenum in casu
persecutionis ad ipsam Fidem non dimen-
dam; sive ad alterendam occasionem labendi
fortalit ex nostra fragilitate, Deo id permit-
tente, ut sepiissime contigit. Sic certe fuga
persecutionis ab una Civitate in aliam (ad
quam Christus nos hortatur) non est interna
Fidei negatio, aut consenus animi in idolola-
triam; sed cautio prudens, ne Fides ipsa per-
iculo exponatur absque necessitate urgente.
Sic denique (ut alia plura exempla misera fac-
iam) qui propria fragilitate conscius colli-
batum, aut Sacrum ordinem recusat, & uxori
rem dicit, ne forte incontinentis sit; non pro-
pterea interius callitatem violat, aut consentit
in scelus aliquod incontinentia, sed potius
ab ejus periculo graviori se preservat pru-
denti consilio, juxta illud Apollonii: *Melius isti nubere, quam uiri.* CARDINALIS DE
AGUIRRE.

Item, si post pœnitentiam fuerint moechati, placuit, ulterius eis non esse
dandam communionem, ne lusisse de Dominica communione videantur.

Si Flamines, accepta in exitu, post peractam pœnitentiam, communione convaluerint, & iterum moechia sordibus se inquinarent, placuit Patribus, a communione po-
stea perpetuo repelliri, ne lusisse de communione Dominica videantur. Id ipsum erga
pœnitentes moechos iidem Patres constituerunt a: *Si quis forte fidelis, ajunt, post lapsum
moechia, post tempora constituta, acta pœnitentia, denuo fuerit forniciatus, placuit, cum nec
in fine habere communionem.* Recte enim a Clemente Alexandrino b admonemur, veram
pœnitentiam non videri, sepe veniam potestis de iis, quæ quis sepe peccavit.

a Can. 7.

b Lib. 2. Strom.
ante medium.

c Can. 47. 45.
48.

d Tom. 1. de controvers. Christian. fid. controver. 7. Lib. 2.

e De Eccles. Pierar. p. 1. Cap. 3.

f Lib. 2.

g Lib. 2.

h Lib. 2.

i Lib. 2.

j Lib. 2.

k Lib. 2.

l Lib. 2.

m Lib. 2.

n Lib. 2.

o Lib. 2.

p Lib. 2.

q Lib. 2.

r Lib. 2.

s Lib. 2.

t Lib. 2.

u Lib. 2.

v Lib. 2.

w Lib. 2.

x Lib. 2.

y Lib. 2.

z Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn Lib. 2.

oo Lib. 2.

pp Lib. 2.

qq Lib. 2.

rr Lib. 2.

ss Lib. 2.

tt Lib. 2.

uu Lib. 2.

vv Lib. 2.

ww Lib. 2.

xx Lib. 2.

yy Lib. 2.

zz Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn Lib. 2.

oo Lib. 2.

pp Lib. 2.

qq Lib. 2.

rr Lib. 2.

ss Lib. 2.

tt Lib. 2.

uu Lib. 2.

vv Lib. 2.

ww Lib. 2.

xx Lib. 2.

yy Lib. 2.

zz Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn Lib. 2.

oo Lib. 2.

pp Lib. 2.

qq Lib. 2.

rr Lib. 2.

uu Lib. 2.

vv Lib. 2.

ww Lib. 2.

xx Lib. 2.

yy Lib. 2.

zz Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn Lib. 2.

oo Lib. 2.

pp Lib. 2.

qq Lib. 2.

rr Lib. 2.

uu Lib. 2.

vv Lib. 2.

ww Lib. 2.

xx Lib. 2.

yy Lib. 2.

zz Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn Lib. 2.

oo Lib. 2.

pp Lib. 2.

qq Lib. 2.

rr Lib. 2.

uu Lib. 2.

vv Lib. 2.

ww Lib. 2.

xx Lib. 2.

yy Lib. 2.

zz Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn Lib. 2.

oo Lib. 2.

pp Lib. 2.

qq Lib. 2.

rr Lib. 2.

uu Lib. 2.

vv Lib. 2.

ww Lib. 2.

xx Lib. 2.

yy Lib. 2.

zz Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn Lib. 2.

oo Lib. 2.

pp Lib. 2.

qq Lib. 2.

rr Lib. 2.

uu Lib. 2.

vv Lib. 2.

ww Lib. 2.

xx Lib. 2.

yy Lib. 2.

zz Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn Lib. 2.

oo Lib. 2.

pp Lib. 2.

qq Lib. 2.

rr Lib. 2.

uu Lib. 2.

vv Lib. 2.

ww Lib. 2.

xx Lib. 2.

yy Lib. 2.

zz Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn Lib. 2.

oo Lib. 2.

pp Lib. 2.

qq Lib. 2.

rr Lib. 2.

uu Lib. 2.

vv Lib. 2.

ww Lib. 2.

xx Lib. 2.

yy Lib. 2.

zz Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn Lib. 2.

oo Lib. 2.

pp Lib. 2.

qq Lib. 2.

rr Lib. 2.

uu Lib. 2.

vv Lib. 2.

ww Lib. 2.

xx Lib. 2.

yy Lib. 2.

zz Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn Lib. 2.

oo Lib. 2.

pp Lib. 2.

qq Lib. 2.

rr Lib. 2.

uu Lib. 2.

vv Lib. 2.

ww Lib. 2.

xx Lib. 2.

yy Lib. 2.

zz Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn Lib. 2.

oo Lib. 2.

pp Lib. 2.

qq Lib. 2.

rr Lib. 2.

uu Lib. 2.

vv Lib. 2.

ww Lib. 2.

xx Lib. 2.

yy Lib. 2.

zz Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn Lib. 2.

oo Lib. 2.

pp Lib. 2.

qq Lib. 2.

rr Lib. 2.

uu Lib. 2.

vv Lib. 2.

ww Lib. 2.

xx Lib. 2.

yy Lib. 2.

zz Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn Lib. 2.

oo Lib. 2.

pp Lib. 2.

qq Lib. 2.

rr Lib. 2.

uu Lib. 2.

vv Lib. 2.

ww Lib. 2.

xx Lib. 2.

yy Lib. 2.

zz Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn Lib. 2.

oo Lib. 2.

pp Lib. 2.

qq Lib. 2.

rr Lib. 2.

uu Lib. 2.

vv Lib. 2.

ww Lib. 2.

xx Lib. 2.

yy Lib. 2.

zz Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn Lib. 2.

oo Lib. 2.

pp Lib. 2.

qq Lib. 2.

rr Lib. 2.

uu Lib. 2.

vv Lib. 2.

ww Lib. 2.

xx Lib. 2.

yy Lib. 2.

zz Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn Lib. 2.

oo Lib. 2.

pp Lib. 2.

qq Lib. 2.

rr Lib. 2.

uu Lib. 2.

vv Lib. 2.

ww Lib. 2.

xx Lib. 2.

yy Lib. 2.

zz Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn Lib. 2.

oo Lib. 2.

pp Lib. 2.

qq Lib. 2.

rr Lib. 2.

uu Lib. 2.

vv Lib. 2.

ww Lib. 2.

xx Lib. 2.

yy Lib. 2.

zz Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn Lib. 2.

oo Lib. 2.

pp Lib. 2.

qq Lib. 2.

rr Lib. 2.

uu Lib. 2.

vv Lib. 2.

ww Lib. 2.

xx Lib. 2.

yy Lib. 2.

zz Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn Lib. 2.

oo Lib. 2.

pp Lib. 2.

qq Lib. 2.

rr Lib. 2.

uu Lib. 2.

vv Lib. 2.

ww Lib. 2.

xx Lib. 2.

yy Lib. 2.

zz Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn Lib. 2.

oo Lib. 2.

pp Lib. 2.

qq Lib. 2.

rr Lib. 2.

uu Lib. 2.

vv Lib. 2.

ww Lib. 2.

xx Lib. 2.

yy Lib. 2.

zz Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn Lib. 2.

oo Lib. 2.

pp Lib. 2.

qq Lib. 2.

rr Lib. 2.

uu Lib. 2.

vv Lib. 2.

ww Lib. 2.

xx Lib. 2.

yy Lib. 2.

zz Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn Lib. 2.

oo Lib. 2.

pp Lib. 2.

qq Lib. 2.

rr Lib. 2.

uu Lib. 2.

vv Lib. 2.

ww Lib. 2.

xx Lib. 2.

yy Lib. 2.

zz Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn Lib. 2.

oo Lib. 2.

pp Lib. 2.

qq Lib. 2.

rr Lib. 2.

uu Lib. 2.

vv Lib. 2.

ww Lib. 2.

xx Lib. 2.

yy Lib. 2.

zz Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn Lib. 2.

oo Lib. 2.

pp Lib. 2.

qq Lib. 2.

rr Lib. 2.

uu Lib. 2.

vv Lib. 2.

ww Lib. 2.

xx Lib. 2.

yy Lib. 2.

zz Lib. 2.

aa Lib. 2.

bb Lib. 2.

cc Lib. 2.

dd Lib. 2.

ee Lib. 2.

ff Lib. 2.

gg Lib. 2.

hh Lib. 2.

ii Lib. 2.

jj Lib. 2.

kk Lib. 2.

ll Lib. 2.

mm Lib. 2.

nn

maxime impudicitiam subjugaret. Quid enim? Nunquid non erant in omni Orbe terrarum barbari fortiores, quibus Hispani tradenterantur? Multi absque dubio, immo, ni fallor, omnes. Sed ideo ille infirmissimi hostibus cuncta tradidit, ut ostenderet scilicet, non vires valere, sed caussam; neque non tunc ignavissimorum quorundam hostium fortitudine obruit, sed sola uitiorum nostrorum impuritate superari, ut vere in nos venerit dictum illud, quod ait ad Iudeos Dominus: ^a Secundum immundicias suas, & secundum iniquitates suas feci illis; & averti faciem meam ab eis. Et alibi ad Gentem ipsam: Adducet Dominus super te gentem de longinquo, & unguis, inquit, equorum furore omnes plateas conculcabit, & populum tuum gladio interficiat. Completa in nos sunt omnia, quæ ait sermo Divinus, & jura verborum Cælestium hanc pœna cunctorum.

^a Ezechiel. 38.
^b Deut. 28.

COMMENTARII NOVI.

Si fuerint Catechumeni. Ubi statuerunt le Fidelibus, mox de Catechumenis agunt, in quos lenius multo, & mitius animadvertisunt, quam infideles, ut alibi dicemus, Capite, *De penitentia Catechumenorum*. Sed quid agendum est, si Catechumeni Flamines sacrificarent, non explicant Patres, nescio an gratia Baptismi in perpetuum privarentur. non existimo tamen, sed quantum conjicere possum, ante mortem non baptizabantur. ALBASPINÆUS.

Catechesis tempus, non unum, idemque semper fuit in Ecclesia, sed pro temporis varietate diversum, ut dicemus infra in Can. xxxii. Triennium assignatum lego iis, qui ad percipienda Fidei mysteria propter ingenii imbecillitatem tardiores erant, de quibus D. Clemens Lib. 8. *Confit.* Cap. 38. ita statuit: Qui catechesi eruditendus est, per tres annos erudiatur. Quod si virtute praeditus sit, erga Scripturam studium ostendat, recipiatur, quoniam non tempus, sed animus afitatur. Idem etiam triennium assignatum fuit iis, qui turpissimo idolatriæ crimen Fidei ejurabant. Illi enim cum sceleris commissi labem diurno tempore diluere deberent, per tres annos in catechesi persistebant. Synodus Nicæna Can. xiv. *De Cathecumenis lapidis sancto & magno Concilio placuit, ut tribus annis sint inter audientes.* Ex quibus verbis rede perensis lucem accipit præsens Canon. Nam cum affirment PP. Concilii Nicæni, Catechumenum lapsum debere esse inter audientes, aperte docent, triennium illud non tan-

tum assignari catechesi, verum & penitentiæ; siquidem inter audientes, id est inter penitentes, consistentes in secundo gradu, qui vocabantur audientes (ut probant Lantmeter Lib. 2. *De veteri Cleric. Mon.* Cap. 6. Gibalinus *De Claustra*, disquisit. Cap. 2. §. 6. num. 33. Licit non me lateat, duobus prioribus Ecclesiæ facultis audientes appellari Catechumenos, qui Fidei mysteriis initui inhiantes, aures doctrinæ accommodabant, ut probat Paulinus in Not. ad D. Cyprianum Epist. 13. §. 24. & ad Tertull. *De Pœnit.* Cap. 26. Sed sequentibus facultatis audientes proprie ti dicebantur, qui in secundo penitentiæ gradu erant, uti probatur ex plurim Conclitorum Canonibus, quos congerunt Gibalinus dicto Cap. 2. §. 6. num. 33. Morinus Lib. 2. *Exercit.* Cap. 3. Zonaras in Notis ad Can. IV. XI. & XII. Concilii Nicæni. Unde dum PP. in præsenti Canonone triennium assignant Flaminibus Catechumenis, accipiendi sunt de Flaminibus, qui aut sacrificaverunt, aut munera dederunt, de quibus in duobus præcedentibus Canonibus egerant; quibus triennium præscribunt, non tantu h[ab]it ad catechesim, & ad Fidei instrutionem, verum ut cum penitentibus in gradu audientium consistant. Nec novum est in Ecclesia, Catechumenis lapsis aliquod tempus ad peragendam penitentiam assignari; siquidem infra in Can. XIV. XLV. & LXVII. Concilio Neocæsar. Can. v. diversa pœna itarum Gatechumenis, ac Fidelibus. Notavit Albaspinæus Libro 2. *Observationum*, Capite 2. GONZALEZ.

CANON V.

Si Domina per zelum ancillam occiderit.

* Quinque annorum tempora.

Si qua domina furore zeli accensa, flagellis verberaverit ancillam suam, ita ut intra tertium diem animam cum cruciatu effundat, eo quod incertum sit, voluntate, an casu occiderit; si voluntate, post septem annos; si casu, post * quinquennii tempora, acta legitima penitentia, ad communionem placuit admitti. Quod si intra tempora constituta fuerit infirmitas, accipiat communionem.

CAPUT UNDECIMUM.

Quid zelus, quid zelotypia.

Exstat Canon hic apud Rhabanum in Poenitentium Libro, Cap. 14. Poenitentiale Romanum, apud Antonium Augustinum Titulo 1. Cap. 4. Ivonem P. 15. Cap. 22. & 24. Burchard. Lib. 6. Cap. 19. Anselmum Lib. 11. Cap. 36. Gratianum in Capite, *Si qua femina* 50. Distinct. & antecos apud Concilium Vormaciense, Cap. 39. & Moguntinum sub Rhabano Archiepiscopo, Cap. 22. Sed Poenitentiale Romanum, & Concilium Mo-

guntini-

guntinum, & vetusti Codices manuscripti, domino pro femina habent.

Latinum nomen *zelus* a Græco ζέλος, quod amulatio est, ortum tradunt; ea tamen, ut Tullio a placuit, ægritudo est, ex eo quod alter quoque potiatur eo, quod ipse concupiveris. Chrysippus apud Laertium ^b inter *zelum*, & *zelotypiam* distinxit. *Zelum* voluit esse dolorem ex eo quod alius potiatur eo, quod quisque cupit; *zelotypiam* vero dolorem ex eo quod adsit alteri, quod ipse quisque habeat. Sed alterum jam pro altero usurpari video. Eiusmodi malum, apte furorem vocarunt hujus Concilii Patres, quod inter animi perturbationes haec vehementissima sit; quippe quæ mentem perturbet, & veluti furore quodam vesano, modo huc, modo illuc mentem trahat, & impellat, & ad quodvis malum aggrediendum commoveat. Ea viri quandoque laborant, sed feminæ vehementius. Mala enim omnia in marito, vel eo, quem ardenter amat, æquioribus oculis aspiciunt, quam illorum pellices.

Nec hoc solum zelotypæ malo mulieres voluptati servientes laborant, sed quantumlibet modeitæ, honestæ, & viris suis indulgentes, non tam voluptatis gratia, quam honoris, quem sibi jure debitum, injuria eripi vident: *Quod si Sara* (inquit Ambrosius ^c) *moderationem non tenuit, quæ tenebit?* Ante Ambrosium Aristoteles d: *Maximus*, inquit, *honor est fabriæ mulieri, si cernat virum suum observantem sibi castitatem, nec de ulla muliere magis cogitarem, sed præ ceteris omnibus banc, & suam, & fidam sibi existimatem.* Tanto enim magis studebit mulier se talem præstare, quanto se cognoverit fideliter, atque justæ a viro diligi. Ergo prudentem ignorare non decet, qui parentibus, qui uxori, & filiis honores convenient, ut tribuens unicuique quæ sua sunt, justus, & sanctus habeatur. Pergravior enim unusquisque fert honore suu privari. Nec si aliena quis permulta tribuat, contentus erit, si sua sibi auferantur. Nihil vero magis suum est uxori, nec magis illi a viro præstandum, quam sancta, & intemerata societas. Quapropter non decet hominem sana mentis, ubicumque conigerit, semen expondere, ne de vilib[us], & inquis, similes liberis legitimis præcentur; ex quo & uxori honore suu privatur, & filiis injuryia fit, ac sibi pro his omnibus dedecus incumbit. His enim de causis a pellicibus, concubinæque deberent omnes abstinere, nobiliores præcipue, ne præter injuriam, quæ Deo sit, & uxori, sibi etiam, filiis, & familiæ toti, quam Philosphorus docet, parent infamiam. Cimon Atheniensis patrem, quem optimum habuit, & bellicis rebus clarissimum, matri plebeja, tenuissimæque, & contempta fortunæ postpositus; quoniam mater operam dederat, ut filios ex optimo viro suscepit, parent vero nihil minus curat. Quare idem Aristoteles e graviori reprehendit Agamemnonem, quod raptam mulierem, atque ignotam uxori prætulerit, ex qua liberos suscepit; contra vero Ulyssen immortalitate dignum ex sententia Homerii arbitratur, quod rogantem Atlantis filiam, & aeternitatem pollicentem, a concubita rejecit, & cum Circe, quæ suam, & sociorum salutem promittebat, manere recusaverit.

^a Cic. Lib. 4.
^b Laert. in Zetone Cynico.
^c Ambros. Lib. de Abraham³ Cap. 4.
d Aris. Lib. 2.
e Econom. Cap. 2.

^f Idem Cap. 3.

COMMENTARII NOVI.

Satis constat, ut opinor, nonnullis in locis, hæc peccata, mochia scilicet, homicidii, & idololatriæ, perpetua olim penitentia damnata fuisse, & primis illis temporibus Ecclesiam his legibus iterfuisse, ut patet ex Tertulliano, & aliis. Deinde humanus eam homicidas habuit, & in fine eos in societatem admisit, ut legitimus in XXI. Can. Concilii Ancyran. Verum quo primum tempore, & qua primum auctoritate eis ante finem pepercit, non tam liquido conitat, atque de mochia, & idololatria. Certum nihilominus est ex hoc Canone, & Ancyrano, hanc disciplinam mutatam fuisse, cum si voluntate ancillam occiderit, post septem annos jubeat in societatem Fidelium dominam recipi. ALBASPINÆUS.

Zelotypia est perturbatio animi truculentissima, ita ut alacrius sit mortem subire, quam sub ejus tyrannide vitam ducre, ut probant Philippus Camerarius Cent. Cap. 53. Tiraquell. in L. 26. *Connubial.* Et quidem five virum, five feminam hæc pestis incusat, truculentos, & immanes reddit supra ferarum iram. De viro ita ait Cassiodorus Lib. 1. *Var. Epitola 37.* Feris insitum est copulam suam extrema concertatione defendere, dum omnibus est animantibus inimicum, quod naturali lege damnatur. Videamus tauros feminas suas corribili concertatione defendere,

Nec

Nec tea cū catalis laetantibus ubera præbat,
Nec brevis ignaro viperæ laſa pede,
Femina quam socii depreſa pellice lecti
Ardet, & in vultu pignora mentis habet.
In ferrum, flamusque ruit, poliisque decore,
Fertur ut Aoris coruibus ita Dei.

Sed elegantiori exemplo effræne, & im-
placabile hujs Veneris toxicum describit
Apulejus Lib. 8. Mileſiar. his verbis: *Servus*
quidam, cui cunctam familiæ tutelam Do-
minus permiserat suis, quicunque poffeffionem
maximam illam, in quam divertebamus,
willicabat, habens in eodem familiæ confe-
vam conjugem, libera & cuiusdam, extra-
neaque mulieris flagrabit cupidine; quo do-
lore pellicatus, uxor ejus infirmita, cunctas
mariti rationes, & quidquid horrore recundi-
tum continebatur, admoto combuſit igne.
Nec tali damno ibori sui contumeliam vindic-

caſſe contenta, etiam contra sua ſæviens vi-
ſcera laqueum ſibi nequit, infantulumque,
quem de eodem marito jam dudum ſuſcepereſat,
eodem funiculū nequit, ſequi in peraltissimum
putum, appendicem puerum trahens, præ-
cipitat. Quia vero Deus talerit leges in zel-
otyptie medelam, habes Numerorum Cap. 4.
verfu 12. De quibus Philo Judæas, Lib. De
ſpecialibus Legibus, Jolephus Lib. 3. Anti-
quit. Cap. 10. Plura congerunt de zelotypia,
ultra ſupra laudatos, Lælius Bifciola Tom. 1.
Horar. ſubſiſ. Lib. 15. Cap. 11. P. Sherlo-
gus Tom. 3. in Cant. veſtit. 36. Cap. 8. pa-
gina 544. D. Antonius de Feloaga in Cap. 1.
De bis, qua vi. in principio. Unde appetat,
quam proprie, & eleganter PP. Iliberini in
præfenti Canone de domina zelotypa ob amo-
rem mariti erga ancillam referat: Si qua
Dmina furore zeli accensa. GONZALEZ.

Flagellis verberaverit ancillam ſuam.

C A P U T D U O D E C I M U M .

Quæ olim flagellorum, & verberum, quæ fustium pœna.

a. Lege Capitulum. b. non omnino de pœna.
Erant apud Romanos supplicia ingenuorum propria, & propria servorum. Ingenuos fultibus caſſigari, Callitratus a docet, & Hermogenianus b; servos autem flagris, flagellis, ſeu verberibus, Ulpianus c. Quare idem Callistratus d in metallum dannatis libertatem adimi, inde collegit, quod verberibus coercenter. Seneca e eodem argumento evincit, Claudium in fervitute fuſile, quod ſervilibus verberibus affeſtus fuſile: Apparuit, ait, ſubito C. Caſar, & petere illum in fervitatem cœpit; producit teſteſ, qui illum viderant ab illo flagris, ferulis, colaphis vapulanteſ. Idem Equitem quendam Romanum, quia filium ſuum flagellis cœciderat, pena a turba in foro graphiis confoſilum narrat, indignum facinus populo exiſtante, ingenuum filium ſerviliter a patre tractari. Ex quo appetat, atrociorem fuſile flagellorum, quam fultum caſtigationem. Et ſicut harum admonitionem in levi, & modica, ſic illorum in gravi, atroci, & ſervili animadverſione conſtitutæ, ut Julianus f, & Ulpianus g docent. Sed prudenter Marcus Varro h monuit, mancipiis imperandum elle, ut verbis coerceantur potius, quam verberibus. Pieque, & Chriftiane Prosper i, ut Domini ſervos, velut eorum in Christo conſervi, miſericorditer trahent; & servi Dominis ita ex corde deferviant, ut voluntatem non ſolum Dominorum ſuorum, ſed etiam Dei hoc iſum jubentis efficiant.

C O M M E N T A R I I N O V I .

Ex quibus caſſis Jure Civili Romano- rum liberi homines fultibus cœdeban- tur, ex eiusdem ſervi extrema nota, & non integræ frontis homines flagris, ſeu verberibus afficiebantur. Quam verberum diſferentiam dapsile illuſtrant Gothofred. in L. 12. ff. De jure fisci. Petrus Fabr. Lib. 2. Semestr. Cap. 5. 6. & 7. D. Joannes Solorzan. De par- ricid. Lib. 1. Cap. 10. Brilon. Lib. 3. Select. Cap. 9. Justus Lipsius Lib. 2. De Cruce, Cap. 3. a num. 34. D. L. Ramir. in Pentecont. Cap. 37. Fornerius Lib. 4. Rerum quotid. Cap. 2.

Ita ut intra tertium diem animam cum cruciatu effundat.

C A P U T D E C I M U M T E R T I U M .

Cur de tertio die mentio hic injecta.

Tertiū diem adjecterunt Patres, ut conjectura magis idonea agnoscetur, mortis cauſam verbera fuſile, non morbum ortum ex alia cauſa. Si enim tam acerba fuſile vulnera verberibus illata, ut intra tertium diem illi afflictam mori contingat, ve- riſimile erat, animum interficiendi ancillam habuisse; quod ſi pro certo id habitum fit, pœ-

poena homicidii erat imponenda. Hanc autem dierum diſtinctionem divino precepto obſer- a Exod. 21.
vaſſe Moysen a legimus. Si enim statim ſervus moriebatur, poena homicidii illi imponenda erat; ſin autem die uno, vel duobus ſupervixiſet, non illi poena ſubjiciebatur. Quam dierum diſtinctionem, forſan etiam apud Romanos obſervatam, ſuſtilit Imperator Conſtantinus b, adimēns Dominis omni tempore animadverſionem capitalem, potestatemque infligendæ privato judicio mortis. b In Lege 1. C. de emendatione ſervorum.

C O M M E N T A R I I N O V I .

Aliquando etiam perſumitur, vulneratum ex vulnere accepero decessiſe, etiam ſi poſt octo dies occumbat. Cap. Continebatur, De homicidio. Immo & ſi poſt octo menses, ſi vulnus fuit lethale, Cap. 3. De Clerico percuſſo docent Julius Clariu in §. Homicidium, num. 44. Menochius, De arbitrii cal. 277. Pereyra De empt. & vendit. Cap. 7. num. 12. Farinac. parte 5. Praxis criminis 28. num. 27. Hoc tamen prelumptio certior deducitur ex inſtrumento percuſſionis, L. 1. §. Divus, L. ult. ff. ad L. Cornel. De ſcar. Ulpian. apud Licin. Ruffin. in collat. tit. 1. D. Basil. ad Amphiloche. Cap. 8. Notarunt Balfamon in Can. 92. Sextæ Synodi, Fornerius Lib. 3. Select. Cap. 23. Si enim ferula, colaphis, aut fultibus iecuſ in feratur, levis percuſſio eſt. L. Veluti, De pœnis. Secus autem ſi flagellis ſervus coerceatur. Flagellorum enim coercitio acerbifima cefetur: Gruenta dicitur a Martiale Lib. 2. Epigr. xvii.

Cruenta pendent qua flagella tortorum.
Horribilia appellantur ab Horatio Lib. 1. Satyr. 111. *Nec ſcutia digna, horribili ſectore flagello.* Maxime ſi flagella catenata, & oſtilata ſint, de quibus Appulejus Lib. 8. Mileſiar. vel ſi no- dola, aut aculeata, que ſcorpiones vocantur a D. Isidoro Lib. 5. Origin. Cap. 27. propter acumina pungentia in modum ſcorpionis, de queſi plura Baron. in Martyrol. die xii. Junii, Hurtado, De Martyrio, refol. 36. ſect. 6. qui inde expoſunt locum Lib. 3. Regum, Cap. 2. ubi Roboam hiſ verbis comminatur populu: *Pater meus cœcidit vos flagellis, ego autem cœdam vos ſcorpionibus.* Unde uſufructario ſervum, in quo uſumfructum habet, flagellis cœdere non permititur. L. *Sed ſicuti* §. ult. ff. *De uſufructu.* Paul. Lib. 3. ſentent. tit. 6. ibi: *Servos neque torqueare, neque flagellis cœdere, neque in eum caſum faſto ſuo produceare uſufructuarius poteſt, quo deteriores ſunt.* Notavit D. Joannes Suarez ad. L. Aquil. Lib. 2. Cap. 3. ſect. 1. immo fre-

Si voluntate, poſt septem annos.

C A P U T D E C I M U M Q U A R T U M .

Quæ in ſervorum caſtigatione dominorum potestas.

Habebant olim domini Jure Romanorum in ſervos vitæ, neciſque potestatem, Ulpiano teite c, quod a Graciſ foran acceperunt. Platonem in iuſtiuſe réfert Theodo- retus d, in fonte, innoxiumque haberit eum, qui proprium ſervum occidiſſet. At con- ficiatione poitea Divi Antonini hanc potestatem adempram reconfet idem Ulpianus; nec aliter puiſſandum, qui ſervum ſuam occidiſſet ſine cauila, quam ſi alienum. Cui legi feru la acerbitatem Hispanorum, Bética præſertim provinciæ, in qua & hoc Concilium peractum eſt, cauſam dediſſe, te tatur eiusdem Antonini Rescriptum, quod de ſervis Julii Sabini Hispani ad Etiā Marcianum Proconsolem Beticæ direclum, hiſ verbis extat: *Dominorum quidem potestatem in ſervos ſuos illibataſ effe oportet, neccuiquam hominum juſ ſuam detrahi:* e Lib. 2. de his qui ſunt iuri uel alieni iuri. d Lib. 9. de Grecarum ex- ratio, affection.

R sed

sed dominorum interest, ne auxilium contra sevitiam, vel famem, vel in tolerabilem injuriam denegetur iis, qui juste deprecantur. Ideoque cognoscere querelis eorum, qui ex familia Julii Sabini ad Statuam confugerunt; et si vel durius habitos, quam aquum est, vel infami injuria, ut in potestate domini non revertantur. Qui si meæ constitutione fraudem fecerit, sciat me hoc admissum severius executurum. Nec causa solum subesse sat erat, nisi illa a judicibus examinata probaretur, ut meminit Caius^a. Adrianum etiam refert Spartanus vetuisse servos a dominis occidi, & iussisse, a judicibus eos damnari, si digni essent. Quare eundem Adrianum refert Ulpianus^b in quinquennium relegasse Umbrianum Maronam nobilem, quod ex levissimis cassis ancillas suas atrocissime trahat. At Constantinus^c Magnus illud præcepit, ne sine causa dominus servum privato iudicio occideret, homicidii poena dominis injecta. Quod si ad coercendam servorum contumaciam, vel nequitiam, illos verberibus afficiens dominis, casu occidissent, eos poena liberos Constantino placuit. Necesse enim est aliquando jus moderatae castigationis non omittere, ne alioquin sit in dominatu servitus, & in servitute dominatus, ut scripsit Cicero^d. Hanc tamen lic oportet temperare, ut nec impune contemni, aut ludibrii haberri possit; ne soluta, & effrenis erumpat in tyrannidem. Quam Cato apud Tullium probat in sene, nos probamus in eo, qui alios in potestate habet, severitatem, sed eam (sicut alia) modicam, acerbitatem nullo modo; nam ex ea natum proverbium illud, recte apud Macrobius & Evangelius monuit: *Vnde putas (ait) arrogantisimum illud manasse proverbium, quod jastratur, totidem nos habere servos, quot hostes? non habemus illos hostes, sed facimus, cum in ills superbissimi, contumeliosissimi, crudelissimi sumus.* Non hi dissimiles sevitia antiquo Pollioni, nec indigni simili poena. Cum enim aliquando Augustus Cæsar apud Pollionem conaret, & quidam servus ob fractum crystallinum vaseum iulius elset ab ipso hero Pollio muranis objici lacerandus, Augustus hujus sevitiae novitate motus, gravissime incanduit in hospitem Pollionem (quem etiam hoc nomine dignum mille moribus putabat Seneca^e) simulque iussit, coram eo omnia ejus crystallina frangi, ut his pro servo, quem liberum emisit, impleretur piscina muranarum.

Quod si tanta in foro civili pietatis ratio habita est, in Ecclesiastico quid statutum? Audiamus Concilium^f Hispanensis sub Gelasio Patres: *Si quis servum proprium (ajunt) sine conscientia judicis occiderit, excommunicatione bienniis effusionem sanguinis expiabit.* Item Agathensis^g Concilii: *Si quis servum proprium sine conscientia judicis occiderit, excommunicatione, vel paenitentia bienniis reatum sanguinis emendabit.* Sed septennem paenitentiam, renovato hujus Concilii decreto, confirmavit Concilium Vvormacienseⁱ & Moguntinum^k. Quae poena pro criminis capitali, five mortali (uti vocant) olim solebat imponi. Sed quæ fuerit ratio, ut tot annorum paenitentia injungeretur (ne casu factum quisquam opinetur) ab Isidoro illa petenda est: *Nec ipsum (ait scribens ad Massonam Episcopum Emeritensem) quod Canonum censura post septem annos remeare paenitentem in statum pristinum præcepit, electione proprii arbitrii, sed postius sancti Patres ex sententia divini iudicis sanxerunt.* Nam legitur, quod Marius foror Aaron prophetia, dum detractionis adversus Moysen incurrit, delictum, illico stigma leprosum percusa est. Cumque peteret Moyses, ut emundaretur, præcepit eam Dominus extra castra spem diebus egredi; & post emundationem rursus eam intra castra admitti. Maria ergo foror Aaron, caro intelligitur fæcatoris, quæ dum superbiæ dedita, folidissimis cogitationum illecebris maculatur, extra castra septem diebus, hoc est, extra collegium sanctæ Ecclesie septem annis projiciebatur; ubi post emendationem vitiorum, loci, vel pristinæ dignitatis recipiet meritum.

C O M M E N T A R I I N O V I.

Cirtum est, primis Reipublicæ Romanæ temporibus dominos in servos vita, necisque potestate habuisse. L. 1. §. 1. it. *De his qui sunt sui* §. 1. initit. eod. tit. Plato apud Theodoret Lib. *De Græc. affect.* Plutarch. in Cat. *Cœfus*. Seneca Lib. 3. *De Benef.* Cap. 33. Probat Samuel Petitus ad Jus Atticum Lib. 2. tit 6. pag. 177. Cujacius Lib. 4. *Respons. Papin.* in L. 94. ff. *De condit. & dem. in strat.* A. Gomez Lib. 2. *Var.* Cap. 2. num. 51. Olaus. Lib. 2. Donel. Cap. 9. lit. S. Valtejus, Arnold. Binus, Mantius, Arpretus, & alii Institutarii in dicto §. 1. Nec statum intra lares proprios hanc potestatem, seu tyrannidem exercebant, verum extra domesticos parientes in foro, & plateis; ut legitur de Antonio cive Romano, qui servum proprium capite plectendum propria auctoritate conservis tradidit, ut per Circum virgis cum cederent. Apud Livium Lib. 2. Dionys. Halic. Lib. 7. Macrob. Lib. 1. *Saturn.* Cap. 11. Quam potestatem deliberat, & restrictam Pe-

^a In L. 2. ad L. Cornel. de Sicar.
^b In L. 2. §. fin. de his, qui sunt juri, vel alter.
^c L. 1. C. Theodos. de emen. servorum.
^d Oratione pro Defensoro.
^e Lib. 1. sa-
turniarum.
^f Cap. 11.
^g C. 34.
^h C. 62.
ⁱ C. 37.
^k C. 22.
^l Ivo parte 6.
Decre. C. 398.
Num. 12.

Petitus ubi supra. Quam legem firmarunt, & roborarunt Adrianus, & Antoninus suo Rescripto relato in Leg. 1. §. 2. ff. *De his, qui sunt juri*; addentes, ut si dominus servum sine causa Legibus cogniti occidisset, non minus puniretur, quam si alienum servum occidisset. Et quia isti Imperatores supra relatas Constitutiones firmarunt, & suscitabant, illis hec delibatio, & restrictio potestatis dominicae tribuitur, ex vulgari regula, nostra facimus, quibus nostram impartimur auctoritatem, quam illustravi in Cap. 1. *De Translat.* quod in iure novum non esse, notavit Fornerius Lib. 1. *Rerum quotidian.* Cap. 17. Post quam Imperatorum Constitutionem, servi, qui crimina morte digna perpetrabant, a dominis Magistris punierendi offerebantur. L. *Cum servus* 15. ff. *De condit. can. data*, L. *Eleganter* 14. §. ult. ff. *De pignorat. action.* d. L. *Circumcidere*, §. ult. Cuius Lib. 1. *Instit. tit.* 3. Quod etiam Ecclesia PP. statuerunt. *Concil. EPAUN.* sub Gelasio Can. xxxiv. Agathense Can. xxvi. relati ab A. Augustino in epit. Juris Pontifici, tit. 1. Lib. 35. Permiterunt tandem Imperatores dominis in seruos favere causâ Legibus cognita, veluti cum dominus invenerit servum cum propria uxore adulterantem, ita decernente Lege Julia *De adult.* teste Paullo Lib. singul. *De adult.* apud Lici-nium Rufin. tit. 4. Notavit Theophil. in Lib. 1. *Instit. tit.* 8. §. *Sed & major.* Quod aper-tius jure nostro patrio statutum fuit in L. 6. tit. 21. par. 4. Si enim alienus servus in adulterio deprehensus, impune a marito occiditur. L. *Qui occidit* 30. ff. *ad Legem Aquiliam* L. *Quid ergo* 53. §. *Sibères.* ff. *De Legat.* L. *Qui servum* 96. ff. *De V. O.* Suarez ad Leg. Aquil. Lib. 1. Cap. 2. quanto magis proprium? Ad quem casum servi adulteri referendi sunt textus in L. *Servum quem* 27. ff. *De pignorat.* L. *Eleganter* 14. §. ult. ff. *De pignorat.* ut ipse Suarez docet Lib. 2. Cap. 3. sect. 2. Sed si tantum dominus zelotypiam patiebatur, non autem adulterium commisit servum liquido constabat, tantum poterat eum accusare, non vero occidere. L. *Servos*, ff. *De accusat.* qui casus singularis notatur a Græcis, ubi dominus cum servo in iudicio constituit.

Nec tantum potestas necis dominis ablata fuit dictis Constitutionibus, verum & cohibita nimia sevitia; quod & Constantinus firmavit in L. un. *De emendat. servor.* qua cavetur, ut homicidiam damnandum esse dominum, qui servum suum ita verberaverit, ut occidere, si ex verberum genere præsumptio homicidii contra dominum detur, veluti si fuisti, aut alio acri instrumento eum percutias. Ceterum si virgis, vel loris servum occiderit, non punietur tanquam homicida, licet paullo post servus decesserit; quia præsumitur habuisse animum emen landi potius, quam occidendi & emendatio, castigatioque, modo in eis formam servent, domini permittitur. L. *Item* 15. §. *Sed eti malier.* ff. *De liber. bom. exbib.* Aulus Gellius Lib. 10. *Nit. Attic.* Cap. 23. Nec si cum deprehenderet in adulterio, occidere ullo jure poterat. Non Cælareo, quo & si patri, & marito id permittetur Leg. Jul. *De adulter.* uxori tamen nunquam licuit; immo nec Lege Romuli digito maritum adulterum tangere licebat. Plutarch. in Vita Romuli, Gellius dicto Cap. 23. Foedior enim Romanis videbatur libido in feminis, quam in maribus. Quintil. Lib. 5. *Instit.* Facit Text. in L. *Si qua illustris.* Cod. *ad Orbit.* Non iure Canonico, quo inspecto, nec maritis licet uxores in adulterio deprehensas occidere. Cap. *Inter* 6. Cap. *Admonere* 8. 33. Quæst. 2. Plura congerunt Covar. Par. 2. *De matrim.* Cap. 7. §. 7. Basilius eod. in Tract. Lib. 9. Cap. 15. Azor. Tom. 1. *Instit. moral.* Lib. 5 Cap. 20. Scobar. Lib. 1. *De utroque foro.* §. 7. Bernigerus ad Tacitum, Quæst. 103. Politic. GONZALEZ.

S' casu, per quinque annorum tempora acta legitima poenitentia,
ad communionem placuit admitti.

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

Ob delicta casu admissa cur olim poenitentia imponeretur?

Quae olim septennis poenitentia pro homicidio, non sponte, sed casu admisso, imponebatur, humaniori sententia ad quinquennium restringitur hujus, & Ancyranii Concilii^a decreto: *Eos vero (inquit) qui non voluntate, sed casu homicidium fecerint, prior quidem regula post septem annorum poenitentiam communioni sociavit, secundum gradus constitutos. Hac vero humior definitio quinquenni tempus tribuit. Quod confirmavit postea Concilium Epaunense b sub Gelasio.*

^a Can. 22.^b Can. 31.^c Lib. de poenit. Cap. 3.^d Can. 18.^e Can. 18.^f In Poenitentiis. Cap. 3.^g Can. 13.^h Apud Ant. Aug. Tit. 5. C. 3.ⁱ In Poenitentiis. C. 12.^j Apud Ant. Aug. Tit. 5. C. 8.^k L. 45. ad Legem Aquil. Cle. pro Milone.^l Petr. Roizius in Ep. ad Sigismund. Polon. Regem, Lithuaniae decisio- nibus prefixa.^m Explicatur Theodori Ca- non Poenitentialis apud Gregorium IX.ⁿ in Lib. 2. de ratione temporis Lib. 4. bi-^o Hor. Eccles. gen- tis. anglie c. 1.^p in Init. collect.^q Decretal. Tit.^r de Juris C. 5.

Sed illud definire quibusdam videtur difficile, quare pro homicidio casu admisso poenitentia imponatur, non solum hujus Concilii, sed Ancyranii, Epaunensis, & aliorum decreto? cum poenitentia culpam supponat, culpa autem libera voluntatis actionem, actio vero libera casum non admittat. Tertullianus e: *Quid? quod voluntas facti origo est? viderint enim, si qua casus, aut necessitas, aut ignorantia imputantur, quibus exceptis, jam non nisi voluntate delinquitur. His & aliis ut quam lucem preferamus, observandi sunt antiquae Ecclesiae mores, quibus receptum fuit, in omnibus his, quae sua natura sine julta temporis, & rationis (ut vocant) circumstantia, virtiose erant, quamvis illa circumstantia adesse, publicam poenitentiam indicere, si publicum erat facinus, non ob culpam, que nulla erat, sed ob exemplum; ut quos exemplo suo rei ad malos quodammodo provocaverant mores, poenitentiae, & emendationis testimonio ad rectam viam revocarent; & ut proclives ad delinquendum hominum animi, severa hac Ecclesiae disciplina terrorerentur. Hac ratione tam in hoc, quam in Concilio Ancyranio, & Epaunensi poena illi injuncta est, quia casu homicidium fecerit. Non dissimilem constituit legem Concilium Nannetense d: *Si quis (ait) casu, non volens, homicidium perpetraverit, quadraginta diebus in pane, & aqua paeniteat; quibus peractis, biennio ab oratione Fidelium segregetur: non communicet, nec offerat: post biennium in communione orationis offerat, non tamen communicet: post quinquennium ad plenam communionem recipiat. Abstinencia ciborum in arbitrio Sacerdotis maneat. Infans præterea (quod magis mirere) si delinquent, poenitentiam imposuit Concilium Vvormaciense e: Si quis insanus, inquit, aliquem occiderit, si ad sanam mentem pervenerit, levior est poenitentia imponenda est, quam ei, qui sanamente tale quid commiserit; cui quamvis poenitentia sit imponenda, quia ipsa infirmitas causa peccati fuisse creditur, tantum tamen levior, quam ei qui sanus aliquem occiderit, quantum inter sanum & insanum, & irrationali- bili rationabile constat esse discri- men. Hos item qui casu, vel in bello publico aliquem occidissent, poenitentia affici voluit Beda f: Qui casu (ait agens de variis cædium, generibus) annum unum: qui in bello publico, dies quadraginta. Ne autem hanc poenitentiam pro bello injusto, non autem justo, imponi quis arbitretur, Divi Basilii g tertiimo rem illustrabo. Rescribens is ad Amphiliocium Iconi Episcopum: *Cædes (inquit) in bellis factas Patres pro cædibus non imputaverunt, ut mibi videatur; ignorantes eis, qui pro padicitia, & pietate decerant; recte autem forte habet consulere, ut qui sunt manibus non puris, sola trium annorum communione abstineant. Non est poena dissimilis, quam his qui sine culpa per ignorantiam inebriati essent, imposuit Poenitentiale Romanum h: septem enim fuit dierum: Sacerdos quilibet (ait, quod & retulit probavitque Beda i) si inebriatur per ignorantiam, septem dies paeniteat in pane, & aqua. Et rursus: Qui sacrificium evomuerit, quadraginta dies paeniteat; si infirmitatis causa, septem dies. Ab his antiquis Ecclesiae moribus haud recedunt nunc Leges politicae k. Nam etiæ vim illatam vi repellere, & injuriæ manu, aut quacumque ope possint propulsare, & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipsa prescribat; in Polonia l tamen, si quis aggressorem, dum nec evadere fuga, nec se loco tueri, aut quo modo vim declinare potest, cum caussa, & moderamine inculpatæ tutelæ occiderit, pecunia magna multatur; ut poenæ exemplum peccandi licentiam coerceat.***

Ex his petenda est interpretatio Canonis Poenitentialis Theodori apud Gregorium IX. Erat autem Theodorus Instituto Benedictinus Monachus, natione Græcus, ex Tarso Ciliciae, dignitate Archiepiscopus Cantuariensis: qui cum vita sanctitate, & doctrina laude præstis- set, missus est cum alio Monacho, Adria no nomine, a Vitaliano Papa in Angliam anno Domini DCLXXII. ut ea, quæ Divus Gregorius in religiosis, & morum disciplina inchoarat, ipsi propagaret, Auctore Beda m. Cum autem Sacerdotes Anglia docere ille vellit poenitentiae leges, quibus peccantes possent coercere, Poenitentiale illud condidit, quod vulgo circumfertur; ex quo caput illud decerpit Bernardus Papensis^a in prima compilatione, & ab eo Gregorius IX. in hac ultima. Ait igitur Theodorus: *Si quis propter necessitatem furatus fuerit cibaria, vel vestem, vel pecus, per famem, aut per nuditatem, paeniteat hebdomadas tres. Cruciatur Glotia, & Doctores in illius explanatione; ac tandem communis consensu docent, ideo impositam fuisse poenitentiam, quia famæ, vel nuditas modica erat, non autem extrema; nam si extrema esset, ajunt, nulla foret poenitentia imponenda.*

Eam tamen interpretationem verba ejusdem Canonis sequentia labefactant: *Et si reddi- derit, non cogatur jejunare. Poenitentia ergo remittitur, si res ablata reddatur; quæ remit- tenda*

tenda non esset, si modica fuisse necessitas; nam culpa contracta, violato Dei precepto de non furando, non remittitur, restituta re sublata, sed obligatio solum, & necessitas can- dem domino restituendi. Jejunare ergo non cogitur is, quia extrema inopia non fuit; nam quavis extrema esset, non ideo minus jejunare, & poenitentiam agere cogeretur, ut da- cet Poenitentiale Romanum a: *Si fecisti (ait) furtum necessitatis causa; sic dico, ut non haberes unde viveres, & propter famis penuria; & tantum furatus es virtualia extra Ec- cleiam, & non propter confuetudinem fecisti, redde quod tulisti, & sex ferias in pane & aqua paeniteas. Quam severitatem Anglis noviter conversis remisit Theodosius in suo Poenitentiale, si res ablata reddidissent, ut ad earum restitutionem illos invitaret. Sed quod poenitentiam prisci Patres indicis, & agi vuluerint, tam pro malis, quam pro his omnibus, quæ malis speciem natura ipsa præfererebant; eaque ratione furto (si furtum jure potest) vel homicidio casuali (si homicidium nuncupandum est) poenitentiam præscriperunt, ut poenæ metu, in officio, & æquitate Fideles continerentur. Poenam autem sine culpa, et si non fine causa, imponi posse, utriusque Juris regulis fancitum est.*

Antiquarum autem poenitentiarum leges cum jam in usu esse desierint, non est cur hujus Canonis sanctione, & Poenitentialis Theodori ad liberandos reos poenitentes impediuntur Sacerdotes; cum utrumque suo tempori inferuisce sat sit. Hodie autem, recepta jam in Ec- clezia consuetudine, lenius se gerunt Sacerdotes, & contractam culpan arbitraria poenitentia castigare solent,

Quod si ex Poenitentia Sacramento ad forense judicium dilabamus, inquiramusque, an poena aliqua civilis proposita sit his, qui vel corrigendo, vel castigando servos culpæ alicui obnoxios, tandem casu occiderint, Constantinus b occurrit, hæc Macrobius rescribens:

^b L. 2. C. Th. De emenda- serv.

Constantinus A. Maximiano Macrobius. *Quoties verbera dominorum talis casus servorum comitabitur, ut moriantur, culpa audiunt, qui dum pessima corrugunt, meliora suis adquirere vernacula voluerunt. Nam requiri in hujusmodi fausto volumus, in quo interest domini incolumē juris proprii habere mancipium, utrum voluntate occidendi hominis, an vero simpliciter facta castigatio videatur. Toties etenim non placet dominum morte servi reum homicidii pronunciare, quoties simplicibus quaestivis domesticam exerceat potestatem. Si quando igitur servi, plagaram correctione imminentे, fatali necessitate rebus humanis excedunt, nullam metuant domini questionem. Cujus legi exemplo illud educi potest, ancillam, si propria libidine caullam dederit zelotypia, & indignationi, verberibusque postea cohibita, & correcta, tandem casu mortua fuerit, civili poena liberam dominam fore; sed ea etiam caveat, ne plus iusto zeli malo, vel furore turbata, levissimis indicis conceptam alienæ culpæ suspicionem in propriam convertat; tunc enim poena homicidii teneretur.*

COMMENTARII NOVI.

Licet in delictis coercendis animus fere magis, quam exitus, & effectus potius, quam effectus attendatur, Paulus Lib. 5. Sentent. Tit. 23. Quintil Declam. 281. Unde inter dum qui hominem occidit, absolvatur; & qui non occidit, pro homicida damnatur, L. 1. §. Divus ff. ad L. Corneliam De saceris L. Is, qui cum telo. C. eodem. Tit. Itque demum Legum poenis obnoxios sit, qui consulto, non ignorantia, delictum adimit. Tertull. De Poenit. *Quid? quod voluntas facti origo est? Viderint enim, si qua casus, aut necessitas, aut ignorantia imputantur; quibus exceptis, jam non nisi voluntate delinquitur. Huc spectat & defensio illa, quam attingit Cicero tertio de Orator. & in Topicis ad Trebatium: Facere telum, voluntatis est; ferire quem volueris, fortuna. Ex quo aries ille subjicitur in vestris afflictionibus, si telum manu fugit magis quam jecit. Ubi Boethius ita explicat: Si quis cædis accusetur, optima solet esse defensio, fugisse manu telum, & magis, quam voluisset, jecisse. Et in quadam Tragedia Eurypides ita effatur: Si telum manus meas liquit. Seneca Lib. 4. De Benefic. Cap. 34. D. August. Lib. 1. De libero arbitr. apud Gratianum in Can. Si homicida 23. Q. 5. Extant in jure nostro hujus formula vestigia non obscura in L. Si ex plagiis. §. In clivo de hoc Tit. & apud Paulum Lib. 5. Sententiar. Tit. 23. §. Qui hominem i.*

Illustrat Cujac. Lib. 19. Observat. Cap. 10. & Lib. 6. Differentiarum. Modeltin. in L. Si servum 27. ff. De accu. sat. Tamen aliquando quæ non sponte, sed casu committuntur, Legibus vindicari deprehendimus. Unde Marcius in L. 2. ff. De Legibus, Demosthenis sententiam referens, apponit ea verba: Coercito eorum, qua sponte, vel involuntarie delinquuntur. Græcus enim Orator ad suscep- tientis mores, & instituta, Legis definitionem accommodavit; non tamen eodem sensu accipiens definitionem Papiniani in L. 1. ff. De Legibus, in illis verbis: *Quæ sponte, vel ignorantia trahuntur; ut fecerunt Fornerius Lib. 6. Rerum quotid. Cap. 24. P. Burgi Lib. 1. Eleff. C. 5. quos docte refellit, veram ipsius textus assignans rationem, Collega noster D. Franciscus de Amaya, Lib. 1. Observ. Cap. 3. Apud Græcos ergo homicidium fortuito casu admissum exilio plectebatur. L. Aut facta 16. §. Eventus. ff. De poenit. Demothenes in Oratione contra Anticeratrem, & contra Timocratrem, & contra Midiam, quam transcripsit Gratianus sub Distinct. I. De Poenit. Armen. in Promp. tutor. Lib. 6. Tit. 6. §. 12. Et pro jure Græco, Romano proponit Ataliata in Synops. Basile. Tit. 78. his verbis: *Involuntaria cædes exilium irrogat. Ex Platone, & Pausania ita concepit Legem Samuel Petitus ad Jus Atticum Lib. 7. Tit. 1. Qui alium casu fortuito necasset, annum ex- tra**

^a Apud Anton. Augst. Tit. 4. Cap. 16.

sra fines patriæ exul est. Græci accesperunt a Phœnicibus, Phœnices ab Hebreis, apud quos qui inconsulto homicidium perpetrabat, exilio plectebatur. Exod. Cap. 21. *Qui percussit hominem volens occidere, morte moriatur;* qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus ejus, constitutum tibi locum, in quem fugere debeant. Numer. Cap. 35. ait Dominus ad Moysen: *Quando filii Israel, & dices ad eos: quando transgressi fueritis Jordanem in terram Chanaam, decernite, quæ Urbes esse debeant in præsidio fugitorum, qui volentes sanguinem fuderint.* Et infra: *Quod si fortuito, & absque odio, & inimicitia quidquam horum fecerit, & hoc audiens populo fuerit comprobatum, atque inter percussorem, & propinquum sanguinis quæstio ventilata, liberabitur innocens de ultioris manu, & reducetur per sententiam in Urbem, ad quam confugerat.* Quæ verba docte exponit eruditus Vir D. Nicolaus Antonius, Lib. 1. *De Exilio,* Cap. 6. Apud Romanos etiam exilium quinquennale poenam fuisse patrata cædis imprudenter, prodit Quintilianus Lib. 7. *Instit.* Cap. 4. & Declam. 96. & 305. Ad quam sententiam respexisse etiam videtur Ulpianus in L. 4. §. 1. ff. ad L. Com. *De scariis;* unde sumpta est Lex nostra Regia 5. Tit. 8. Par. 4. ubi traditus, relegatum fuille eum, qui per lasciviam caußam mortis dedit. Responsum Ulpiani restituendum est ex Ruffino Titulo 1. *Collat. Leg. Mysic.* ubi casus ponitur de eo, qui cum fuisset sago jactatus, vulgo *Manteado*, ut canes jactati solent, negligenter unius, qui sagum tenebat, cecidit, & post diem quintum decepsit; & referunt, confirmatam fuille sententiam Ignatii Proconsulis Bæticæ, qui eum in quinquennium relegavit. Quod postea immutatum fuit, & cautum, ut Rescripto a Principe accepto, homicida casualis immunis remaneret. L. 1. L. *Eum qui s. Cod. ad Leg. Corn. De scariis.* Novell. Valent. *Ne quis purgetur de cæde casu, vel sui tenudi caussa fuit sine adnotazione Principis.* Ubi adnotatio accipitur pro Rescripto Principis manu sua subscripto, in quo veniam admissi sceleris faciebat, ut in L. fin. Cod. *De diversi. Rescript.* Illustrant Guillerm. Forner. Lib. 1. *Select.* Cap. 10. Rodulphus Forner. Lib. 3. *Rerum quotidian.* Cap. 17. & Lib. 6. C. 24. Scipio Gentilis Lib. 1. *Parerg.* Cap. 31. Gerardus Vossius Lib. 1. *Instit Orat.* Cap. 9. §. 8. Tiberius Decianus Lib. 9. *Trat. crimin.* Cap. 27. *Tiraquel. De paucis temper.* Cap. 13. D. Joanne Solorzani. Lib. 2. *De parricid.* Cap. 17. D. Nicolaus Antonius dicto Lib. 1. Cap. 6. Grotius in *Horibus ad text.* in dicta Legge. *Aut facta 16.* D. Joannes Suarez L. ad Leg. *Aqnil.* C. 2. Sect. 9. *Balsam.* in Can. 110. D. Basil. ad *Amphilochium.* Nec solum apud eas Nationes, homicida casualis exilio plectebatur, sed etiam a Sacris, Sacrificisque arcebatur, donec ab homicidio fato admisso expiaretur. De Greco referunt Theodoretus Lib. 1. Julius Pollux Lib. 8. Lysias in *Oratione contra Agoram,* Alianus Lib. 3. Cap. 44. Qui resert interrogatum *Oraculum* de eo, qui cum sicarium gladio peteret, socium suum imprudens ceciderat, respondit, priores

Cap.

Cap. Is., qui pœnitentiam. Cap. *Aurelius.* 16. Quæst. 6. *Concil. Matifonen.* I. Can. xi. *Tolet.* XII. Can. 11. *Illustrant Bosquetus in Notis ad Innoc. Lib. 1. Regest.* 13. Epist. 149. *Albaspin.* Lib. 2. *Observationum.* Cap. 32. *Loisa in Concilium Toletanum XI.* Canone xi. *Cerda in Advers.* Cap. 133. *Menardus in Notis ad Librum Sacramentarii Divi Gre-*

gorii Papæ I. pag. 234. *perdoctus, atque eruditus Vir D. I. A. de Otarol.* *De Irregular. ex pœnitent. solenn.* Parte 2. *Excurru 1.* Unde licet in pœnitentiâ Canone indulgent Patres Illiberritani communionem homicidie adversa valetudine capto, tamen si potea convulsus, debebat explorare pœnitentiâ tempus.

GONZALEZ.

CANON VI.

*Si quicumque per * maleficium hominem interficerit.*

* malitiam.

Si quis vero maleficio interficiat alterum, eo quod sine idolatria perficere scelus non potuit, nec in fine impariendam esse communionem.

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

Maleficium idolatria cur perfici datur.

Burchardus Lib. 6. *Decret.* Cap. 26. Ivo Parte 10. Cap. 145. paullo aliter: *Si quis vere, ajant, beneficio interficeris alterum, & quid sine idolatria perficere scelus non potuit, nisi in fine impariendam non effici illi communionem.* Sed vulgatam Concilii lectionem magis probo; cum quod frequentissima sit in hoc Concilio pœna, ut quis etiam in ultimo vitæ spiritu communione privetur; tum quod ratio redditâ a Concilio: *eo quid sine idolatria perficere scelus non potuit, magis congrui maleficio, quam beneficio.* Beneficium enim, sive venenum dari potest ad hominem interimediam sine idolatria; maleficium vero non item, quia maleficii nomine olim notabatur magia, magique maleficî vocabantur. Lactantius a: *Sed eos, ait, magi, & ii, quos vere maleficos vulgus appellat.* a Lib. 2. Divin. Inflit. C. *Litteris sanctis leguntur.* Imperator Constantinus b: *Chaldaei, ac magi, & ceteri, quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec hanc partem aliquid miscentur.* b L. 5. Cod. de malefic. & mag. them. Hi enim verborum, & magicæ artis præstigiis elementa turbabant, nominque plerunque innocentes, vel odio, vel quæstui, lucis usura privabant. Idem Constantinus c: *Multi, ait, magicis artibus aucti elementa turbare, vitas infontium labefactare non dubitant, & manibus accitis audent ventilare, ut quisque suos conficiat malis artibus inimicos.* In his maleficiorum artibus idolatriam involvi, contestatur Tertullianus d: *Animadvertisimus, inquit, inter artes etiam, professiones quasdam obnoxias idolatrias.* De Astrologis ne loquendum quidem est. Sed quoniam quidam istis diebus provocavit, defendens sibi perseverantiam professionis istius, paucis utar. Non allego, quod *Idola honoret, quorum nomina Cælo inscripsi, quibus omnem Dei potestatem addixit;* quod propterea homines non putant Deum requirendum, præsentem, stellarum nos immutabilis arbitrio agi. *Vuum propono, Angelos esse illos desertores Dei, amatores seminarum, proditores etiam bujus curiositatis, propterea quoque damnatos a Deo.* Divina sententia usque ad terram pertinax, cui etiam ignorantis testimonium reddunt. Expelluntur Mathematici, scilicet Angeli eorum. *Urbis, & Italia interdicitur Mathematicis, sicut Calum & Angelis eorum.* Eadem pœna est exilii Discipulis, & Magistris. Sed Magi, & Astrologi ab Oriente venerant. Scimus Magia, & Astrologia inter se societatem. Primi igitur stellarum interpres natum Christum annunciarunt, primi munera raverunt. Hoc nomine Christum (opinor) sibi obligaverunt. Quid tam? Ideo nunc & Mathematicis patrocinabatur illorum Magorum religio? De Christo scilicet est mattheis bodie, stellas Christi, non Saturni, & Martis, & cujusque ex eodem ordine mortuorum observat, & prædicat. At exim scientia ista usque ad Evangelium fuit concessa, ut Christo edito, nemo exinde astutitatem alicujus de Cælo interpretetur. Nam & ihus illud, & myrram, & aurum idei infanti tunc Domino obtulerunt, quasi clausulum sacrificacionis, & gloria secularis, quam Christus erat adempturus. Quod iissem Magis somnum sine dabo ex Dei voluntate suggerit, ut irent in sua, sed alia, non qua venerant, via; id est, ne pristina secta sua incederent, ne illis Herodes persequeretur, qui nec persequuntur est etiam ignorans alia via digressi, quoniam & qua venerant, ignorabat. Adeo viam rectam, & disciplinam intelligere debemus. Itaque Magis præceptum exinde aliter incederent. Sic & aliam speciem magie, quæ miraculis operatur etiam adversus Moyseum emulata, patientia Dei traxit ad Evangelium usque. Nam exinde & Simon Magus jam Fidelis, quoni am aliquid adhuc de circulatoria secta cogitaret, ut scilicet inter miracula professionis sua, etiam Spiritum Sanctum per manuum impositionem evundinaret, maledictus ab Apostolis, de Fide ejectus est; & alter Magus, qui cum Sergio Paullo, quoniam iisdem adversabatur Apostolis, Iminum amissionem emulatus est. Hoc & Astrologi retulissent, credo, si quis in Apostolos incidisset. Attamen cum magia punitur, cuius est species Astrologia, utique & species in genere damnatur. Post Evangelium usquam inveneras, aut Sopistas, aut Chaldeos, aut incantatores, aut

Exod. 7.

AG. 8.

Ibid. 17.

con-

*conjectores, aut Magos, nisi plane punitos. Ubi sapiens, ubi literator, ubi conqueritor
bujus aevi? Nonne infatuavit Deus sapientiam bujus faculi? Nihil scis, Mathematicus,
si nesciebas, te futurum Christianum. Sin sciebas, hoc quoque scire debueras, nihil tibi
futurum cum ista professione. Ipsa te de periculo suo institueret, qua aliorum clima terica
præcavit. Non est tibi pars, neque sor in ista ratione. Non potest Regna Cœlorum spe-
A.D. 18. a Lib. 2. Di- rare, cuius digitus, aut radius abutitur Cœlo. Nec Tertullianus solum, sed & Lactantius,
vin. Infis. Cap. 17. & alii antiqui Patres maleficam artem, ut inventum dæmonum, & veram idolatriam dam-
narunt; eam præcipue, qua ultra magicorum verborum vanitatem, sanguinis humani, vici-
tia. Lib. 8. marum, & mortuorum corporum addebat superstitionem. D. Isidorus b: Magi sunt, inquit,
Etim. l. Cap. 9. qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. Hi & elementa concutunt,
apud Grai. in turbant mentes hominum, ac sine ullo veneni baustu, violentia tantum carminis interi-
C. Nec mirum. 26. Quæst. 5. munt. Unde & Lucanus:
Mens bausti nulla sanie polluta veneni.
*Incantata perit.**

*Dæmonibus enim accitis audent ventilare, ut quisque suos per imat malis artibus inimicos.
Hi etiam sanguine utuntur, & victimis, & sape contingunt corpora mortuorum. Quos
hi malefici artibus suis inficerant, maleficiatos reliqui vocabant, quasi illorum maleficio
impeditos ad exercendam naturalium virium, & membrorum corporis functionem; eos
h. Tit. de Frigi- præfertim, quos Veneri infensos malefici volebant; idque impedimentum ad diabolendum
dis, & Male- Matrimonium efficax esse, Ecclesiæ definiunt Constitutiones.*

COMMENTARII NOVI.

Recite correxit Garsias, atque hanc vo-
cem malitiam detrahit, nam de ma-
leficio Canonem illum intelligentum
esse, demonstrabimus, non vero de beneficio,
aut malitia.

*Eo quod sine idolatria. Tertullianus, De
Pudicitia, C. 5. Ego quoque homicidium non
sunquam mæchia elabore, ut tragarias omittam,
sciunt hodie venenarii, sciunt magi,
quot pellicias ulciscar, quot rivotilitates de-
fendam, quot cuffades, quot delatores, quot
conscios auferam. Magicis artibus homines necari posse, pauci sunt qui non existiment, cum
reperiantur Leges apud Romanos, quæ ut eos ultimo multant supplicio, ita hic Canon es-
dem pejori morte, & supplicio afficit. ALBA-
SPINÆUS.*

Maleficorum improbum scelus, ubi in uno
crimine multiplex peccatum datur, immo
quædam colluvies, sentina, & semper repul-
lans hydra peccatorum, gravissimis vindicarunt poenis, tam Leges Divinæ, seculares,
quam Ecclesiastice. Exodi Cap. 22. vers. 19.
legitur: *Maleficos non patieris vivere* Secularibus Legibus vindicatum reperitur integro titulo C. *De Maleficis.* Sacris Canonibus in Cap. *Pervenit, Cap. Contra Idololatriam.* 26.
quæst. 5. Extravagantib. Joan. 22. *Super specula.* Innoc. viii. Alexand. vi. ac Leonis, con-
gemitis ab Auctore Mallei malefic. Bodino in *Demonolatri. Remigio, De Idololatr. mag.*
Philesacus eod. tract. P. Delrio Lib. 5. *Disquisit.* sect. 16. In maleficio enim non solum Deus Optimus Maximus, verum Virgo Deipara, & omnes Cœlestes, universa Ecclesia, genusque humanum, animata, & inanima offenduntur: nam malefici Deo, & Superis maledicunt, creaturis abundantur, & illis exitium parant, Dæmoni sacrificia offerunt. Unde magiam idolatriam parentem, & alumnam esse, dixit Divus Hieronymus in Epistola ad Ephesios. Et malefici semper idolatriam habere comitem, late probat Philesacus in *Idololatr.* §. 6. per totum. Idolatria autem plerumque malefici utuntur, vel ad morbos inferendos, vel ad eorum remedia captanda. Concilium Nannente C. viii. *Omnibusque interdi-*

*catur, ut nullus votum faciat, aut candelam, vel aliquod munus profu lute sua rogaturus alibi deferat, nisi ad Ecclesiam Domino Deo suo. Concilium Agathense, Canone vi. apud Ivonem Par. 2. Decreti Cap. 57. Perscrutandum est, si aliquis vota ad arbores, vel ad fontes, vel ad lapides quasi ad altaria faciat, aut ibi candelam seu quodlibet munus deferat, velut ibi quoddam Numen sit, quod bonum, aut malum possit inferre. M. Bracar. in sua Collect. Can. lxxv. Non licet in herbarum collectionibus, quæ medicinales sunt, aliquas observationes, aut incantationes attendere, nisi tantum cum Symbolo Divino, & Oratione Dominica, ut tantum Deus creator omnium, & Dominus honoretur. Ven. Beda in Pœnitentiali, Cap. 2. *Mulier si filium suum ponit super testum, aut in fornacem pro sa- nitate febrium, avnum unum pœnitentia.* Concil. Rorhomense Can. iv. *Perscrutandum est, si aliquis subulcus, vel bubulcus, sive ve- nator, vel cateri bujusmodi, dicat diabolica carmina super panem, aut super quædam nefaria ligamenta, & hac aut in arbore ab- scindat, aut in trivio projiciat, ut sua ani- malia liberet a peste & clade, & alterius perdat: quæ omnia idolatriam esse, nulli fidelium dubium est, & ideo summo opere sunt exterminanda.* Concilium Ancyranum in Can. xxiv. in vers. Dionysii: *Qui divinatio- nem expetunt, & morem Gentilium subse- quuntur, aut in domos suas bujusmodi ho- mines introducunt, exquirendi aliquid arte malefica, aut expiandi causa, sub regula quinquenniis taceant, secundum gradus pœnitentia definitos.* Unde cognoscitur idolatriæ cum maleficio magna consensio. Ideo recte PP. Illiberini hujusmodi malefici imponunt perpetuam pœnitentiam, atque in fine vite communionem denegant; quia maleficium, quo homo occiditur, perfici non potest sine idolatria. GONZALEZ.*

Optime interpretatur Canonem hunc Mendoza de maleficiis, prout differunt a ve-
neficiis. Hi etenim possunt, & solent interficere hominem sine idolatria aliqua, vel pacto cum dæmoni. per applicationem veneni le-
thi-

thiferi, ut plerumque fit, sive illud mittatur intus per cibum, aut potum, sive extrinsecus adhibetur per contactum qualitatis lethifere: ut post Dioscoridem & alios plures antiquos, observat Ambrosius Parvus, *De Venen.* Cap. 2. Ioannes Schenkius to. 2. *Observat Medicaram,* Lib. 7. *Delrinus Lib. 3. Magic.* Q. 4. Raphael de la Torre to. 2. Q. 96. ar 2. dip. 10. Maleficium id appellatur *b. file,* & proditorum, veluti truculentio animo factum clam, & per insidias, ac proinde gravioribus poenis subiacet; quoniam pejus censetur hominem interficere veneno, quam gladio, ut habetur Cod. *De Maleficis & Mathem.* L. Si excepta, & L. finali, atque inter Lege Hispania Lib. 10. tit. 9. par. 2.

Malefici itaque hoc loco memorati intelliguntur, qui arte diabolica utuntur ad occidendum hominem, etiam nullo veneno applicato. Audiendus ea de re Rhabanus, Lib. *De Magorum præstigiis*, contexto ex variis scriptis SS. Augustini, & Isidori, ubi inquit: *In tantum prodire maleficorum artes, ut etiam Moysi simillimi signis resisterent, vertentes virgas in dracones, & aquas in sanguinem.*

C A N O N VII.

*De pœnitentibus mæchiæ, si rursus * mecha-
verint.*

Si quis forte Fidelis, post lapsum mæchiæ; post tempora constituta, acta pœnitentia, denuo fuerit fornicatus, placuit, eum nec in fine habere communionem.

C A P U T D E C I M U M S E P T I M U M.

Adulterii coercionem ad Episcopos spectare.

Deferebantur olim adulteri ad Episcopos, & Presbyteros, ut ex vita turpissimæ fodi-
bus ad honestatem conjugii severa Ecclesiæ pœnitentia revocarentur: quod Inno-
centius I. a docet ad Exuperium Episcopum Tolosanum. Quod si post lapsum mæ-
chiae, & post tempora pœnitentia adscripta, & peracta, in eadem se flagitia ingurgitarent, Epiph. 3. ad
Exuperium Epis-
copum Tolos.
Cap. 4.
placuit, eos communione usque ad ultimum vite spiritum privari. Simplex adulterium quin-
que annorum pœnitentia interius multarunt. Quod si pœnitentia semel acta, fœda se iterum
ejusdem criminis labo deturpauerint, perpetuo communione privari definitum hic, & in Cano-
ne xlvi. b ne ut dicitur in III. præcedenti, lusit de Dominicæ communione viderentur.
Et si non inepte ad simplicem (ut vocant) fornicationem hujus Canonis verba accommodari
possint, quam vitare nascentis Ecclesiæ Fideles summo studio, non secus ac certam animi pe-
nitentia, contendebant, adeo ut gravius crimen illud, quam idolatriæ sibi persuaserit Ter-
tullianus, in hoc Novatiani errore lapsus; quod hujus metus, alterius sola voluntas ad-
mittendi cauila fuerit. Mæchiæ autem aliquando pro fornicatione simplici usurpari in hoc
Concilio liquet, præter hunc Canonem, ex Canone lxxii. de vidua moechante.

C O M M E N T A R I I N O V I.

Soptimo hoc Canone a ceteris Fidelibus eos in perpetuum semovendos esse statutum, & in morte ne quidem in societate revocantur, qui accepta, aut peracta pœnitentia, istud peccatis, quibus, ut libera-
re faciat, pœnitentiam subierant, sese inqui-
na ient: neque hæc judicia ab illorum tempo-
rum moribus, & disciplina abhorrebant. Cum enim paulo ante hoc Concilium, hoc est Zephycini estate, & auctoritate, mæchiæ tum primum venia laxata esset, rationi maxime consentaneum videbatur, qua sese indignos

Tom. II.

Forte fidelis. Hæc vox forte, hanc vim ha-

Habet si forte eveniat, si forte accidat. Raro enim illis temporibus eveniebat, ut post baptismum, Christiani gratiam, quam in lavacro adepti essent, scelere aliquo corrumperent, & rarius, ut a peccato aliquo, quod post baptismum commisissent, liberati, in idem peccatum rursus incidenter. Quapropter ait hi Patres: *si forte, casu.*

Fidelis. Quia Catechumeni alia ratione erant puniendi.

Post constituta tempora. Hoc est, postquam ei imposta est poenitentia, & poenitentiae benedictionem receperit. Nam si post lapsum moechiae rursus in eandem, antequam poenitentiam obtinuerit, laberetur; in perpetuum non ejiciebatur ab Ecclesia, sed solum si post acceptam poenitentiam moecharetur.

Accepta poenitentia. In vulgari lectione legitur, *ata.* Ambae haec lectiones possunt retineri: nam eodem modo in eos animadvertebatur, qui ex pleta post baptismum poenitentia, iisdem rursus viis se maculassent, & qui in ipso poenitentiae curriculo, & antequam eam perfecissent, rursus peccarent. ALBASPINÆUS.

Consentient PP. Concilii Toletani iiii. Can. xi. his verbis: *Quoniam comperimus, per quasdam Hispaniarum Ecclesias, non secundum Canones, sed fædissime pro suis peccatis homines agere penitentiam, ut quoties libuerit, toties a Presbyteris se reconciliari expofulent;* & ideo pro coercenda tam execrabilis presumptione, id a sancto Concilio jubetur, ut secundum formam Canonum antiquorum detur penitentia: hoc est, ut prius eum, quem sui penitet facti, a communione suspensum, faciat inter reliquos penitentes ad manus impositionem crebro recurrere. Euplecto autem satisfactionis tempore, sicuti Sacerdotalis contemplatio probaverit, eum communioni restituat. Hi vero, qui ad propria via, vel infra penitentia tempus, vel post reconciliacionem relabuntur, secundum priorum Canonum severitatem damnentur. Text. in Cap. Agnoscimus 26. Quæst. 6. D. Cyprianus, *De lapsis*, supra relatus. Primit enim illis Ecclesiæ temporibus severius PP. animadverterebant in Fideles lapsos, quo metu anterioris disciplina in officio, & fide continebant contra persequitionum fluctus, turbulentissimasque tempestates, quibus Ecclesia vehementius jactabatur. Unde tunc conveniens visum fuit, moechis relapsis, qui Dei misericordiam ludibrio habebant, janus occludere Ecclesiam, ut probant Albaspl. Lib. 6. Observ. Cap. 5. cum seqq. Georg. Ambian. ad Tertullianum. *De pudicitia*, Cap. 12. & jam notavi in Can. i. hujus Concilii. GONZALEZ.

Canonem hunc non solum accipi de moechia prese sumpta pro adulterio, sed etiam pro simplici (ut ait) fornicatione, probat optime Mendoza. Licet enim illa prior sit longe gravior, sive pejor ob adjunctam injunctio labem; hec tamen semper reputata fuit a Sanctis Patribus, & Conciliis inter delicta valde gravis, quæ diurna maceratione luebantur. Unde in Poenitentiali Romano legitur: *Si laicus cum laica femina, id est, uterque lege conjugii absolutus, concubuerit, tres annos peniteat;* & quanto sapienter, & negligenter,

gentius ea peccata commiserit, tanto magis, & tempus addatur, & modus penitentia. Verum quo tempore haec præscripta fuerunt, mitius cum fornicatoribus agebatur. Severius autem tempore hujus Concilii, immo & multo postea. Nam inclinante eodem sæculo quanto haec sancta fuerunt, teste S. Basilio Epist. Canon. iiii. ad Amphilochium, Canone LIX. Οπόρος ἐπει τοις ἀκοινώντος εἰσι τὸν ἀγαμάτων. Εἰ προσκλατῶν, καὶ εἴ ἀκρομένων. Εἴ υποπίπτων, καὶ εἴ συνεσθέ μόνον. τῷ δὲ ὄγδῳ διεχθίσται τὸν κοινωνικὸν: Fornicator septem annis sanctis non communicabit, duobus deflens, & duobus audiens, & duobus subfrustratus, & in uno solo consiliens; octavo autem ad communionem admittatur.

Nec mirum tam severe animadverterent SS. Patres in reos ejus sceleris, cuius crudelitatem non modo Lex naturalis, & Divina prescribit, sed & Apostolus multiplici ex capite exercatur i. Cor. 6. præcipue dum ait: *Nescitis quoniam corpora vestra membrum sunt Christi?* Tollens ergo membra Christi, faciam membra meritrix? Ubi S. Thomas inquit: *Hoc est enim horrendum sacrilegium.* Licit in iis, qui speciali vinculo consecrati non sunt, videatur exaggeratione quadam usurpatum nomen sacrilegii.

Porro S. Augustinus Serm. 162. alias fragmento 3. de verbis Apst. i. Cor. 6. gravissime invenitur adversus peccatum fornicationis, & ante ipsum Cyprianus Epist. 52. ad Antonianum, ubi pejorem esse fornicatoris, quam Libellatici cauillam ostendit contra Novianum, qui pacem fornicatoribus concedebat, Libellaticis autem negabat: *Si se (inquit) cordis, & renis scrutatorem constituit, & judicem, per omnia aequaliter judicet, & . . . fraudatores, & moechos a latere suo, & a comitatu suo separe;* quando multo gravior, & pejor est moechi, quam Libellatici cauilla; cum bio necessitate, ille in luctu peccaverit &c. Ubi ex contextu patet, etiam de simplici fornicatione mentionem edidit. Eant nunc, qui id peccatum non valde grave censent, aut levi contritione, aut satisfactione expiandum putant, quod tam severe puniendum censuit Ecclesia, & PP. hujus Concilii. CARDINALIS DE AGUIRRE.

JOSEPHI CATALANI ADDITIO.

Quæ fuerit circa adulteros antiqua Ecclesiæ disciplina, constat non modo ex nostro hoc Canone, verum etiam ex variis in Canonem ipsum Commentariis hucusque descriptis. De variis penitentia gradibus, quibus percurrentes homines, aliquique gravissimum criminum rei fuerunt olim subjecti, tuse janu diximus nostro Tomo i. Conciliorum in Appendice ad Canonom xi. Concilii Nicæni. Quamvis autem penitentia rigorem gravissimi peccatis luendis præscriptæ Ecclesia sequioribus temporibus mitigavit; adhuc tamen novissimum Tridentinum Generale Concilium Sessione xiv. *De penitentia*, Cap. viii. expresse mandavit, debere Sacerdotes Domini, quantum spiritus, & prudentia suggesterit, salutares, & convenientes satisfactiones injungere, ne, si forte peccatis conniverant,

rum participes efficiantur. Utinam Confessarii non pauci hodierni molles serio hoc saltet Concilii Tridentini monitum perpendent.

C A N O N VIII.

De feminis, quæ, relictis viris suis, aliis nubunt.

Item feminæ, quæ, nulla praecedente causa, reliquerint viros suos, & alteris se copulaverint, nec in fine accipiant communionem.

C A P U T D E C I M U M O C T A V U M.

De matrimonii, & divortii antiquitate.

I Vo Parte 8. *Decretorum*, Cap. 193. paucis additis Canonem citat. Item feminæ, ait, quæ, nulla praecedente causa, reliquerint viros suos, & alteri se copulaverunt, & in hoc permanere voluerint, nec in fine accipiant communionem. Sic etiam Burchardus Lib. 9. Cap. 62. et si ex Canone vii. hujus Concilii citat; eti autem vii. in editis, & mls.

Creavit Deus eximia sua bonitate, & sempiterna potentia hominem, ut Cœlo, terraque antea creatis fruieretur, furetque tanquam filius, & hæres parti; non eorum bonorum tantum hæres, & dominus, sed suæ aeternitatis immensæ, & ineffabilis gratia, & gloriae particeps futurus. Collocavit illum in amenissimo quodam loco, cui ea de causa *Paradisi* nomine Persica voce Christiani veteres indiderunt. Quia ramen ille ex spiritu, & corpore compactus erat, oportebat, & ad majorem voluptatem fruitionis bonorum, & ad sui generis propagationem, illi sociam adjungi; quod Deum non prævidile tantum, sed dixit, Moyses refert: *Dixit (inquit) Dominus Deus: non es bonus, hominem esse solum: faciamus ei adjutorium simile sibi.* Immisit ergo Dominus soporem in Adam, itaque obdormientem costam detrahit, & ex illa feminam non sine maximarum rerum significatione formavit, eamque, ut ostenderet bonorum, & laborum viri non partipem tantum, sed sociam, & comitem esse oportere, Divino Spiritu afflatus Adam, illam formatam videns dixisse fertur: *Hoc nunc os ex offibis meis, & caro de carne mea Propter hanc relinquere humum patrem, & matrem, & abhærebit uxori sua.* Non dixit primo Deus: *faciamus ei adjutoria, sed adjutorium.* Adjutores enim dixit, si pluribus eum uxoris detinasset, ut Tertullianus a animadvertisit: *Ei erunt duo in carne una;* non ergo tres, neque plures. Et abhærebit uxori sua non uxoris, ut Innocentius III. b docuit, & ante illum Hieronymus, Augustinus, & alii; ut ostenderet, unius viri ad unam uxorem, Christi & Ecclesiæ exemplo, unicum affectum esse oportere, & velut in unum corpus utrumque coalescere. Ideoque non posse, illa derelicta, alterius matrimonio copulari. Cujus interpretationis non Tertullianum, Cyprianum, Auguinum, Hieronymum, Chrysostomum, Basilium, & reliquo. Santos Doctores, & Catholicæ Ecclesia Concilia, sed ipsum Divine Legis Auctorem laudabo. Christus enim verus Deus, & homo, interrogantibus Judæis, an licet homini ab uxore, qualibet ex causâ divorceret? sic respondit, Matthæus refert: *Nisi legisti, quia qui fecit ab initio masculum, & feminam, feci eos,* & dixit: *Propter hoc dimittit homo patrem, & matrem, & abhærebit uxori sua, & erunt duo in carne una?* Itaque jam non sunt duo, sed una caro; quod ergo Deus conjunxit, homo non separat. Dicunt illi: *Quid ergo Moses mandavit dare libellum repudii, & dimittere?* Ait illis: *Quoniam Moses ad duritiam cordis vestri permisit.* Poitea autem cum Judæorum improbitas longius progredieretur, visum est Deo, satius esse, divortium permittere impiis, & dure cervicis hominibus, quam cogi invitatos, uxores, quas occidirent, retinere; ut Christum Judæis respondibile, idem Matthæus narrat. Eum autem libellum viris permilum ad repudiandas uxores, Sacra nos Literæ docent; uxoris autem eorum, libellum maritis remittere licuisse, non item. Apud Romanos pariter Lex Romuli feminis dimittiendi viros negavit, viris autem de nitendi uxores tribus de causis licentiam concessit. Si in liberorum beneficio, aut in adulterio foret deprehensa, aut clavis subiecisset, ut est Auctor Plutarchus d. Quod si aliter quis repudiasset, ejus opum uxori portionem dari, reliquum Cereri esse huius sacrum, & qui divorceret, sacra Diis infecis obire. Lege postea duo decim Tabularum divortia fuisse permisla, indicat e Tullius contra Antonium scribens: *Nislite querere, frugi fatus est Antonius; nimam illam suam fratres habere sibi habere iussit, ex duodecim tabularis claves ademit, exegit.* Sed five duodecim Tabularis divortia permisla fuerint, five non fuerint, illud est perspicuum, tantam præcis temporibus Matrimoniorum fuisse concordiam, ut divortium Romæ intra sexcentos fere annos nulla donus sensile dicatur, teste Halicarnasse f. Aulo Gellio g, & Tertulliano h. Primus apud illos Spurius Corbillius, cui Ruga cognomentum fuit, stereolatis causa uxorem repudiavit anno Urbis condita quingentesimo tertio & viceximo, M. Attilio, & P. Valerio Coss. Et tunc primum (inquit Gellius) cautiones rei uxoriae necessaria visa, cum antea nullæ uxoram fuisse, tum Romæ, tum in Latio, atque in Corbillius traditur, uxorem egregie dilexisse, charissimamque morum ejus gratia habuisse; sed jurisjurandi religionem animo, atque amori prævertisse, quod jarare a Censoribus coatus erat, uxorem se liberare Tom. II.

a Lib. de Adm. neg. Cap. 4.
b C. Gaudemus de divort.

Matth. Cap. 19.
Deut. 24.

d In Vita Rom. Celsius Lib. 28. Letton. antiq. C. 15.

e Philip. 2.
f Lib. 2. Rom. 4. No. 3. Atte. Lib. 4. Cap. 3. h In Apolog. Cap. 6. S. Lib. 2. de monog. C. 9.

S 2 rum

^a Lib. 6. Cap.
^b

^b In Sermone
de libello repu-
di, super. 1.
Epist. Pauli ad
Corinth. Cap. 7.

^c Cicer. in To-
picis.

^d Boethius in
Topic. Cicer.

^e Lib. 11. In-
stitution.

^f In epitome
Tit. 6. de dotti-
bus.

^g In problem.
Cap. 23.

rum querendorum gratia habiturum. Hunc fecutus Sulpicius Gallus uxori nuncium misit, quod eam capite aperto foris versatam agnoscet, ut memoria prodit Valerius Maximus^a. Idem fecit P. Sempronius Sophus, quod uxor ludos funebres spectasset. Sed nec impune divertere licet, sed inquirebatur, quæ causâ esset divertendi. Quid si non subeisit, qui occasionem sua culpa prebeat, multabatur amissione dotis, & donationis propter nuptias. Divus Chrysostomus^b: *Nemibi Leges ab exteris conditas legas, pricipientes libellum re-
pudiis, & divelli.* Neque enim iusta illas judicaturus est te Deus in die illa, qua ventu-
rus es, sed secundum tuas, ut ipse statuit. Etiam externa Leges non simpliciter, nec ab-
solute hoc posuerunt, nam ipsæ puniunt factum. Et hinc liquet, quod peccatum valde ægre
tulerint. Unde eam, quæ auctor fuerit repudii, nudam, & spoliatam facultatibus ejec-
tiunt, ut unde fuerit dissolutionis occasio, etiam facultatum sit jactura. Cicero^c: *Si viri
culpa factum est divorzium, est mulier nuncium remisit, tamen pro liberis manere nibil
oportet.* Ubi Boethius^d: *Si quando divorzium intercesserit culpa mulieris, parte quadam
dotis pro liberorum numero multabatur.* De ea autem Paulus^e: *Si divorzium est, inquit,
Matrimonii, & hoc sine culpa mulieris factum est divorzium, in singulos liberos sexta pars
dotis a marito retinetur, usque ad medianam partem dumtaxat dotis.* Quare quoniam quod ex
dote conquiritur, liberorum est (qui liberi in patris potestate sunt) id upud virum necesse
est permanere. Ulpianus^f: *Propter liberos retentio fit, si culpa mulieris, aut patris, ca-
jus in potestate est, divorzium factum sit.* Tunc enim singulorum liberorum nomine sextæ
retinentur ex dote; non plures tamen, quam tres sextæ in retentione sunt, non in petitio-
ne. Neque vero qualibet culpa tanta parte dotis multabatur, sed ea solum, qua accusaba-
tur de stupro; de reliquis levioribus alia poena erat, ut idem Ulpianus docet: *Morum, ait,
nomine graviorum quidem sexta retinentur, leviorum autem octava; graviores mores sunt
adulteria tantum, leviores omnes reliqui.* Hæc adversus uxorem, adversus maritum eodem
jure alia; punitur enim in ea dote, quæ a die reddi debet ita; propter maiore presentem do-
tem reddit, propter minores senum mensum die; in ea autem, quæ presens reddi solet,
tantum ex fructibus jubetur reddere, quantum in illa dote quadriennio redditur. Cum hæc
in more, & usu essent Romanorum (eorum enim Legibus Hispanos illis subjectos parvile
certum est) eamque poenam levissimam ducerent, cum vellent Matrimonia, & uxorum mo-
leitias a se abjecere, siveque pasum Matrimonia disfollerentur; quod Plutarchus & refert,
contra publicam utilitatem violata pacis, & unitatis fidei, id ne accideret Christianis, ean-
dem forsitan libertatem, ni mavis licentiam, justam esse prætentibus, sapienter provide-
runt hic Hispani Patres, gravem anathematis censuram adversus eas feminas constituentes,
quæ, spreta Sacramenti Religionis, disoluto inviolabilis Matrimonii nexu, abrupta primum
mariti fidei, contempto sacri leæti genio, abjectaque tandem omnis Divini, & humani juris
communicatione, secundas nuptias contraherent, vel potius conjugia adulterina. Qui pri-
miero præter Christianum Matrimonii individuam societatem, seu vinculum indisolubile esse,
præcepto, & poena confirmarunt, Hispani Episcopi videntur; ne illis temere contraria sen-
tentia imponatur.

C O M M E N T A R I I N O V I .

Cum Legibus Romanis libera esset repudia, Christianis vero matrimonia essent firma & perpetua; rursus vero cum ea inter conjuges diverse religionis, & cultus contrahi possent nulla in re stabilitanda aut regenda, plus negotii invenit Ecclesia, quam primis illis temporibus reperire, qua ratione, aut quibus poenis coerceret, aut omnino puniret, qui facilitate legum Romanarum matrimonii abuterentur. Quapropter hi omnes Canones, qui de repudiis, aut matrimonii gentilibus aliquid ita-
tuunt, difficillimi, & obscurissimi sunt. Hoc autem præsenti Canone, & duobus sequen-
tibus agitur, qua causa repudium liberum sit, & legitimum, & qua ratione puniendi sunt qui sine causa conjuges suas repudiant. Mu-
lier igitur, quæ virum suum, quamvis infidelem, repudiascat, & alii nupsilset, perpe-
tua poenitentia, quæ nec in morte relaxare-
tur, hoc octavo Canone punitur. Nam nisi aliqua, & quidem legitima, subeisset causa, non erat liberum in disciplina Christiana ab infidieli recedere. Ea autem legitima censem-
batur causa, si metus aliquis, aut vis infer-
retur Christianæ, ut a Religione sua discederet: quæ si non esset, aut a viro suo infidelis

non eisset repudiata, mali moris, & indignum eis videbatur, uxorem a marito divelli; ut hac disciplina, præter alia, id unum docerent, Christianorum matrimonia, quæ aliquo Sacramento cohererent, multo minus dissolvi posse.
Viros suos. Dubitari potest, an de solis dumtaxat gentilibus viris, num etiam de Christianis hic Canon accipiens sit. Cum enim hisce Canonibus de repudiis, & qua ratione admittenda, aut coercenda sint, agatur; & nulla in sequentibus præscribatur ratio, qua animadvertisendum sit in eas, quæ viros fideles sine causa reliquerint; merito quis suspicari posset, hac voce viros, virosque, gentiles scilicet, & fideles intelligendos esse. Alii contra, cum nulla inter conjuges Christianos legitima repudii causa posset esse, de viris gentilibus, quos fidelis mulier repudiascat, censem accipendum esse hunc Canonem. Nihilominus ad utrosque Canon referri potest, & verba illa: *nulla præcedente causa*, non ita accipienda, quasi legitima aliqua reperiatur causa, cur vir fidelis ab uxore sua possit repudiari; sed addita sunt, ut intel-
ligeretur eas gravius puniendas esse, quæ sine causa, quam quæ ob causam adulterii a viris

viris suis recessissent. His enim in hoc Concilio aliquot dumtaxat annorum, illis perpetua imponitur poenitentia.

Accipiant communionem. Absolvantur. ALBASPINÆUS.

Licit matrimonium ex Dei institutione contineat viri & mulieris conjunctionem cum individuali vita consuetudine, ut ait Justinian. in §. 1. Inst. *De patria potest.* aut juxta Modeltinum in L. 1. ff. *De ritu nupt.* cum con-
sortio omnis vita; tamen ex lege Romuli tribus de causis maritis repudiare uxores licet: videlicet si mulier adulterium commis-
set, si claves subiecisset, id est, furtum com-
misisset (ut interpretatur Connarus Lib. 8. Comm. Cap. 12. num. 2. licet Gifanius in L. 8. C. *De divortiis legat, partum subiecisset*) vel si filios natos beneficio necalat. Alias ab uxoribus divertentes egaltatis perpetuo sub-
jacebant mortori, ita ut integrum substantiam amitterent, ex qua pars Cereri sacra manebat, pars vero ipsi uxori adjudicabatur. Quælex Regia ad annos Urbis ferme DC. per-
duravit, quo quidem tempore Spurius Cor-
bilius, quoniam coram Auspicibus testaretur se ob liberos procreandos nuptias contraxisse, sterilitatis causa, primus repudiavit uxorem; quod divorzium Imperator Diocletianus permisit, auctore Plutarcho in compar. Romuli & Thesei. Referunt Tertullianus in Apolog. Cap. 6. *Ubi est illa felicitas matrimoniorum de moribus utique prosperata, quæ per annos ferme sexcentos nulla repudium domus sensit? jam vero repudium votum est, & quasi matrimo-
nius frustus.* Idem *De Monogam.* Cap. 6. A. Gellius Lib. 4. Nostr. Cap. 3. Valerius Maxim. Lib. 2. Cap. 8. Notavit Ritherusius ad Leg. XII.

Nulla præcedente causa.

C A P U T D E C I M U M N O N U M .

*Sine causa justa, & judicio Episcoporum, nunquam licuisse
a matrimonio divertere.*

Abit, ut hinc aliquis eruat, quamcumque causam prætentam ad dissolvendum matri-
monii vinculum sufficere. Ea enim debebat Episcoporum judicio, ut hodie, proba-
ri, an iusta esset, necne, ut matrimonium secundum recte iniri posset, vel si ad hoc
efficax non erat, ut tori saltem indiceretur separatio. Neutrum enim privata auctoritate fieri,
nec potest, nec potuit.

C A N O N I X .

*De feminis, quæ * adulteros maritos relinquent, & aliis nubunt.* <sup>* Religilis viris
suis, al. nubi-</sup>

Item fidelis femina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum ducit, prohibeatur ne ducat; si autem duxerit, non prius accipiat communionem, quam is, quem reliquit, de seculo exierit; nisi forte necessitas infirmitatis dare compulerit.

Burchardus Lib. 9. Cap. 63. Ivo Parte 8. Cap. 199. aliter: *Item femina fidelis (inquit)* quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & adulterum ducit, prohibeatur ne ducat: si autem duxerit, non prius accipiat communionem, quam is, quem reliquit, de seculo exierit; nisi forte necessitas infirmitatis dare compulerit. *Adulterum, ajunt, ducit, pro alterum,* non recte. In omnibus enim hujus Concilii Codicibus editis, & ms. alterum legitur, & apud Gratianum in Cap. Fidelis 32. Q. 7. E., quod minoris non facio, in vetusta nostra Conciliorum Collectione. Non enim prohibuerunt hic Patres, ne qua femina, dimisso marito suo adultero, alium adulterum duceret: in Canone superiori, ne ex quacumque causa; in hoc, ne ex graviori adulterii, repudium liceat.

Item

Item fidelis femina, quæ adulterum maritum reliquerit fidelem, & alterum ducit, prohibeatur ne ducat.

C A P U T V I C E S I M U M .

Connubium secundum durante primo semper ab Ecclesia improbatum, presertim ab Hispanica. Defensa Ambroxi Commentaria in Epistolam Pauli ad Corinthios. Explicatus in his locis de divortio, & alter Lactantii.

Eccliam Catholicam, cuius gubernacula tibi non fortuna, aut humana sapientia, sed Christus ipse, tanquam vero suo, & legitimo Vicario tractanda conciluit, B Pater, multa Hispaniae nostra debere (ut alia omittamus) hoc unum Concilium non suadere tio tantum, sed & persuadere potest. Nullum enim fere Decretum, vel de morum integritate, vel de Sacramentorum mysteriis, vel de Divinis, & Apostolicis traditionibus, non in Graecia, & Europa tota; sed nec in Asia, aut Africa, per mille & trecentos fere annos repertus, quod hujus auctoritate, & exemplo constitutum non sit, vel constituit non potuerit, ut ex hoc Canone, & reliquis, quorum poitea interpretationem suscipiemus, tibi liquebit aperi- tissime. Anseps fuit olim, & dubia satis in omnibus fere Christiani orbis provinciis excitata contentio, ut Augustinus a teletatur, an liceret uxorem aliqua ex causa dimittere, dimilia- que, an ad alterius nuptias, ut legi primi conjugii libera, posset convolare? quibusdam illam opinionem tenentibus, ut testatur Origenes^b, obtinuit tandem Apostolica, & Evangelica, ni mavis Christi doctrina, ab Hispanis nunc Patribus primum apertus, & perfectius repetita, & confirmata, conjugi uni non licere alium remittere, etiam ob gravem causam, pudicitia scilicet violationem; quod matrimonii semel contracti, & copula consummati vinculum adeo sit indidolabile, ut nisi morte alterius conjugum perfringi nec debeat, nec possit. Christus enim, cuius doctrinam disertius confirmant hic Hispani Episcopi, familiam suam Christianam ad primam Legis institutionem, & naturae Decreta revocari volens, hoc ipsum constituit, dum Iudeis quærentibus, an liceret ex quacumque cauilla uxorem dimitttere? respondit, ad duritiam cordis illis permisit Moyse, ab initio autem non fuisse sic. Quasi clarius dixisset, se velle matrimonii Leges non noviter in bituere contra antiquam Legem. Moyse, sed antiquiores naturæ, iustitiae, & honestati congruentes renovare; ut quod Iudeorum improbitas, & pertinacia potius, quam justitia extorserat, lenitate, & iustitia Christiana sopiretur. Quod Hispani hic primum, in Gallia poitea non Gallicani tantum, sed ex diversis orbis provinciis convocati decreverunt in Concilio Arelateni I. De his (ajunt) Conc. Arelat. qui conjuges suas in adulterio deprehendunt, & iidem sunt adolescentes fideles, & pre- bidentur nubere, plucaut, ut in quantum potest, consilium eis detur, ne viventibus suis, licet adulteris, alias accipiant. Consilium vocant Patres, non quod peccatum novent esse; sed quod in vitiis corrigendis ea tunc moderatione uterentur, ut suidere potius honesta velut parentes, quam cogere ut judices videri vellent. Nec in Gallia tantum, sed in Africa paulo post Africani Episcopi id sequuti sunt in Concilio Milevitano c: Placuit, inquit, ut secundum Evangelicam, & Apostolicam disciplinam, neque dimissas ab uxore, neque dimissas a marito, alteri conjugantur; sed ita maneant, ut sibimet reconcilientur: quod si contempserint, ad penitentiam redigantur. In qua causa Legem Imperialem petendum promulgari. Legem autem Imperialem ideo ferri postulante Africani Episcopi, ut quos Ecclesia monita, vel anathematis censura a secundis nuptiis non coherenter, coherenter tandem severissimæ Imperatorum Sanctiones poenam confirmatae civilibus. Idem decrevit Concilium Triburicense d sub Arnulpho. Post alia enim, quæ de euodia malicie adulteris egerat, & de refugio ad Episcopum, sic ait: Maritus vero, quandiu ipsa vivat, nullus modo alteram ducat. Idem etiam constituit Concilium Eorentinum in Decreto Armenis dato. Postremo tandem, cum adhuc essent Judaica ducitrix homines, non Christianorum nomine tantum, sed literarum studiis spectati, qui licere nuptias secundas, spretis primis, adulteris dicentes, Tridentino e Concilio eorum audacia succursum est: Si quis, inquit, dixerit, Ecclesiam errare, dum dicit, & docet iusta Evangelicam, & Apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius conjugum, matrimoniis vinculum non posse diffundi, & utrumque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse, altero coniuge vivente, alii matrimonium contrahere, moxcharum cum, qui dimissi adulteris, aliam duxerit, & eam, quæ dimissi adulterio, alii nupserint, anathema sit. Quod adeo verum censuit, judicavit, & habuit Catholica Ecclesia, ut olim in Africa non admitterentur ad baptismum gentiles, qui dimissi primis uxoriibus, cum secundis nuptias contraxiissent, Augustino teste: Ad hanc autem, inquit, videtur disputationem impulsu, quod eos noverint fide, & operio. non admitti ab baptisum, quia, dimissi uxoriibus, alias duxerint; vel feminas, quæ dimissis viris, aliis nupserint. Quia haec non conjugia, sed adulteria esse, dominus Christus sine ulla dubitatione testatur. Cum enim negari non possit, esse adulterium, quod Veritas adulterium esse sine ambage confirmat, eique suffragari vellet ad accipendum baptismum; quos hujusmodi laqueo ita captoe viderent, ut si non admitterentur ad baptismum, siveullo Sacramento mallent vivere, vel etiam mori, quam disrupto adulterii vinculo liberari, humana quadam miseratione commoti sunt ad eorum causam sic suscipiendam, ut omnes cum eis

a Lib. 1. de a-
dulterio. con-
jug. Cap. 25.
b Tract. 7. Ju-
per Matib.

Matib. 19.

Ex explicatur
Conc. Arelat.
x. Can. 10.

c Cap. 17.

d C. 46.

e C. 24. Can.
7.

f Lib. unic. de
fide, & operio.
C. 1.

eis facinorosos, & flagitosos, etiam nulla prohibitione correpos, nulla instructione corre-
tis, nulla penitentia mutato, ad baptismum admittendos censuerit.

Quia tamen in hujus rei disputatione, non cum hereticis tantum, sed cum Catholicis quibusdam nobis agendum est, post decursa Oecumenica, & Provincialia Concilia, Pontificum Decretis, & sanctorum Patrum Sententiis rem adhuc adstruere conabor. In primis se nobis Clemens^a offert Romanus, & Romanus Pontifex. Inter Canones enim quos referit Apostolorum^a Can. 43. Apof. 1. ad hunc recenset: Si quis uxorem propriam pellens, alteram, vel ab alio dimissam duxerit, communione privetur. Evaritus^b Papa ad Episcopos Aegypti: Et sicut uxori b Epist. 2. ad inquit non licet dimittere virum suum, ut alteri se, vivente eo, societ, aut cum adulteriis Episco- teret, licet fornicatus sit vir ejus; sed iuxta Apostolum, aut viro suo reconciliari debet, aut posse Aegypti. manere innupta: ita etiam Ecclesia; Innocentius Papa I. c scribens ad Exuperium Episcopum c Epist. 3. Cap. Tolosanum: De his etiam requisivit dilecto tuo, qui inteveniente repudio, aliis se matrimo- nio copularunt: quos in utraque parte adulteros esse manifestum est, qui viro, vel uxore vi- wente (quamvis dissociatum videatur esse conjugium) ad aliam copulam festinarent. Neque possunt adulteri non videri; in tantum, ut etiam ha persona, quibus tale conjuncti sunt, etiam ipsa adulterium commississe videantur, secundum illud, quod legimus in Euangelio: Qui dimiserit uxorem suam, & duxerit aliam, moxchatur. Et ideo tales a communione fideli- um abstinent. De parentibus autem, aut propinquis eorum, nihil tale status potest, nisi intentores illiciti consortii fuisse detectantur. Notissima est, & toto orbe decantata illa trag- dia, qua Nicolaus primus Lotharium Imperatorem diris devotus, quod dimissa Regina Tetherga, cum Valdrada concubina nuptias celebraverit, damnata Guntharii Coloniensis & Theogualdi Treverensis Archiepiscoporum sententia, quam pro divortio inique tulerat, magno sui honoris, & dignitatis petulicos nam ea de causa suorum Ordinum jacturam a Nic- colao passi sunt in Concilio d Romano. Innocentius etiam III. ad Episcopum Tyberiadis : d Concil. Rom. Sane, ait, veridica bac sententia probatur, etiam de testimonio Veritatis testantis in sub Innoc. C. 2. de quo Regine Evangelio: Quicunque dimiserit uxorem suam ob fornicationem, & aliam duxerit, moxchatur. Lib. 2. Chron. Si ergo uxore dimissa, duci alia de jure non potest, fortius & ipsa retenta. Tertullianus i: Gratiano in C. Caterem, inquit, & alia ratio conspirat, immo non alia, sed quæ initii formam imposuit, Theogualdum, & voluntatem Dei movit ad prohibitionem repudii; quoniam qui dimiserit uxorem suam, ii. Q. 3. præterquam ex causa adulterii, faciet eam adulterari; & qui dimissam a viro duxerit, e In Epifol. ad Epif. Tyberia- adulterat utique. Non & nubere legitime potest repudiata; & si quid tale commiserit, si- dis in C. gau- ne matrimonii nomine, non capit elogium adulterii, qua adulterium in matrimonio crimen demus de di- est? Deus aliter censuit, citra quam homines, ut in totum, sive per nuptias, sive vulgo nupsiis. alerius viri admisso, adulteriam pronunciet a Deo. Videamus, quid sit matrimonium f Lib. de Mo- apud Deum, & ita cognoscemus, quid sit æque adulterium. Matrimonium est, cum Deus nog. C. 9. jungit duos in unam carnem; aut junctos deprehendens in eadem carne, conjunctionem si- gnavit. Adulterium est, cum quoquo modo disjunctis duobus, alia caro, immo aliena misce- tur, de qua dici non possit: Hæc est caro ex carne mea, & hoc os ex ossibus meis. Et post Gen. 2. alia: Hanc quoque eam demonstrat intelligendam, quæ & ipsa sic fuerit inventa soluta a viro, quomodo & vir solus ab uxore: per mortem utique, non per repudium facta solu- tione: quia repudiatis non permitteret nubere adversus pristinum præceptum. Parum igitur recte Erasmus opinacionem, seu errorem potius adscripit Tertulliano g, & post illum g Cap. 11. & alios Covarruvias h, cum ab eo tantum absfuerit, ut contrarium proslus docuerit. Quod h In 4. 2. P. autem refert ex codem Tertulliano i, levius multo est quam ut confutari mereatur. Leyibus 13. enim, & in aliis impedimentis cursum nullo mora pretio retardari, facile non pariar; cum i L. 2. ad uxori. præsertim in Notis id ipsum docte animadverterit Jacobus Pamelius. Ante Tertullianum Cap. 1. & Lib. 4. adu. Mar- candem sententiam docuit Justinus k martyr. Post hos Augustinus l quoties de eadem causa- cionem. egit (egit autem sapissime) toties docet, non licere mulieri repudiata ante mariti mortem k In 2. Apolog. alteri nubere. Primum: Et si licet (inquit) dimittitur conjux ob causam fornicationis, sed pro Christi- manet vinculum prioris, propter quod fit reus adulterii, qui dimissam duxerit, etiam ob causam fornicationis. Sicut enim manente in se Sacramento regenerationis, excommunicatur cu- l. 2. de adul. conjug. jusquam reus criminis, nec illo Sacramento caret, etiam si nunquam reconciliatur Deo: ita Cap. 4. & 5. manente in se vinculo fæderis conjugali, uxor dimittitur ob causam fornicationis, nec carebit illo vinculo, etiam si reconcilietur viro. Carebit autem, si mortuus fuerit vir ejus. Reus vero excommunicatus ideo nunquam carebit regenerationis Sacramento etiam non re- conciliatus, quia nunquam moritur Deus. Remanet itaque, ut si sapere secundum Apo- stolum volumus, non dicamus virum adulterum pro mortuo deputandum, & ideo licere uxori ejus alteri nubere. Quoniam enim sit mors adulterium, non corporis, sed quod peccatum est, ani- ma; non tamen de ista morte loquatur Apostolus m, Quod si mortuus fuerit vir ejus, cui vult, nubat. Sed de illa sola qua de corpore exitur. Eandem sententiam scripsit in Sermone in monte C. 26. Domini in monte n, & alibi sepe. Ab Augustino non discrepat Hieronymus o: Omnes, inquit, o In Epist. ad cauſationes Apostolus amputans, apertissime definit, vivente viro, esse adulteram mu- amand. Preb. patris auctoritatem, propinquorum catervam, servorum infidias, atque contemptum, dam- Refertur a Gra- na rei familiaris. Quamdiu vivit vir, licet adulter sit, licet fudomita, licet flagitis nes 32. Q. 7. omnibus cooperatus, & ab uxore propter haec sceleris derelictus, matritus ejus deputatur, cui alterum virum accipere non licet. Nec Apostolus hac propria auctoritate decernit; sed Christo in se loquente, Christi verba sequuntur eft, qui ait in Euangelio: Qui dimiserit uxorem suam, excepta cauilla fornicationis, facit eam moxchari; & qui dimissam accepit, adulter est. Unde, & Apostoli gravem conjugii sarcinam intelligentes: Si ita est (inquit) non

non expedit homini uxorem accipere. Ad quos Dominus: Qui potest (inquit) capere, capiat. Statimque sub exemplo trium eunuchorum virginitatis infert beatitudinem, quæ nulla carnis lege tenetur. Divus Basilius a: Quare quæ relinquit, est adultera, si ad alium virum accessit. Qui autem relinquit, est dignus venia; & quæ ei cohabit, non ideo condemnatur. Sed si vir, qui ab uxore discessit, accessit ad aliam, est & ipse adulter: quoniam fecit eam adulterari, & quæ eis cohabit, est adultera, eo quod alienum virum ad se traduxit. Divus Chrysostomus b: subscriptis his omnibus, nec semel eandem doctrinam repetit; quod fortan hominum improbitas repetita indigerit disciplina: Quenam est (inquit) Lex quam nobis Paulus pastus: Mulier (inquit) non separetur, vivente viro, neque alium superinducat maritum. Non autem dixit: Cohabiter viro, quoad vixerit vir illius. Atque adeo etiam si libellum repudii det, etiam si domum relinquit, etiam si ad alium abeat, Legi adstricta est adultera, quæ est talis. Nam quemadmodum servi fugitiivi, etiam si domum herilem relinquent, ceteram secum trahunt; ita mulieres Legem habent pro catena, adulterii accusantem, ac dicentem: Aduic superest maritus, & adulterium facinus hoc est. Mulier enim adstricta est Legi, quoad vixerit maritus illius. Tunc enim licebit secundas nuptias contrahere, ubi a catena liberata fuerit, quando vir morietur solum. Et post alia: Ne mihi Leges ab exteris conditas legas, præcipientes dari libellum repudii, & diuelli. Neque eum iusta illas te judicaturus est Deus in die illa, qua venturus est, sed secundum suas, ut ipse statuit. Sed Moyses, ajunt, hoc fecit. Tu vero audi Christum ita dicentem: Nisi abundaverit justitia vestra, plusquam Scribarum, & Phariseorum, nequaquam intrabitis in Regnum Cælorum. Idem e probat, reputium eadem, & præter naturam quidem, quia caro inciditur: contra Legem autem, quia cum Deus conjunxit, ac iussit non separari, ipsi contra præcepta Dei facere ausi estis. Quam sententiam pluribus in locis docet, & diversi rationibus comprobavit Divus Isidorus d: Sacramentum, inquit, ideo inter conjugatos dictum est, quia sicut non potest Ecclesia dividiri a Christo, ita neque uxor a viro. Quod ergo in Christo, & in Ecclesia, hoc in singulis quibusque viris, atque uxoribus coniunctionis inseparabile Sacramentum. Unde Apostolus: Præcipio, inquit, non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere. Prohibet enim dimiti quacumque ex causa, ne aliis conjungantur, secundum consuetudinem Iudaorum, quam Dominus interdixit, dicens: Quicumque dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, & alium duxerit, mænatur. Et post alia: Cumque habet quis uxorem (ut ait Laelius e) neque servam, neque liberam habere poterit, ut Matrimonii fidem servet. Neque enim juris publici ratio est, si sola mulier adultera, quæ virum habens, ab altero poluitur, & maritus si adulteram habeat, a crimen adulterii alienus habetur; dum Divina Lex duos in unum Matrimonii corpus conjunxit, adulteri sit, quisquis compagem corporis in diversa distinxit. Ante hos Sanctissimos Ecclesiæ Patres, id ipsum docuerunt Clemens f Alexandrinus, & ejus Discipulus Origenes g. In eadem sententia fuerant Anselmus, Divus Thomas, Primasius, Beda, Rhabanus, Haymo, Hugo de Sancto Victore, Bonaventura, Albertus, Petrus Lombardus, Divus Antoninus, Carthusianus, & alii, quos compendii cauda missis facio.

h. 1. ad Cor. C. 7. verf. Postquam. Matth. 5.

b Serm. de Libello repud. ju- pter bp. Pauli ad Cor.

c Homil. 33. in Matib.

d Lib. de offic. Eccl. C. 19.

e Lib. 6. Di- vin. Inß. C. 3.

f Lib. 2. Stro- mal.

g Tract. 7. sup. Matth.

h. 1. ad Cor. C. 7. verf. Postquam. Matth. 5.

Ephes. 5.

i L. 1. Thes. C. 35.

k. In quodam peculariibus. Quæst. Opus. I. 4. 2. P. C. 7. 8. 7. N. 13. Cap. Uxor. 33. Q. 2.

m. De Divinis Leff. C. 8.

n. L. de abrah. Cap. 4.

Sed cum Catholicæ interlit Reipublicæ, Sanctos Ecclesiæ Doctores, Ambrosium præser- tim (quem in Paulli Epistolas scripsisse testatur Cassiodorus¹) ab adscripta potius, quam scripta sententia, vel errore vindicari, facturus sane videor opera pretium, si Divi Ambrosii doctrinam cum Apollonica, & Evangelica misifice convenire probavero. Quod ut efficiam, redeo in memoriam quorumdam locorum, in quibus eandem quæstionem attigit Ambrosius n, ut apertius possim elicere, an ille, ut dixi, suum cum Apollonica, & Evangelica doctrina, sibi metipsi consentientem tradiderit, an vero illi, & sibi ipsi contraria. In Libro enim de Abraham post alia sic inquit: Sed & vos moneo viri, maxime qui ad gratiam Domini tenditis, non commisceri adulterino corpori. Qui enim se jungit meretrici, unum corpus est; nec date hanc occasiōem divortii mulierebus. Nemo sibi blandiatur de Legibus hominum. Omne stuprum adulterium est; nec viro licet, quod mulieri non licet. Eudem a viro, quæ ab uxore, debetur castimonia. Quidquid in ea, quæ non sit legitima uxor, commissum fuerit, adulterii damnatur criminis. Ergo advertitis, quid debeatis cōvere, ne quis Sacramentis se indignum præbeat. Clarius idem: Nulli licet scire mulierem, preter uxorem; ideoque conjugi tibi datum est jus, ne in laqueum incidas, & cum aliena muliere delinqas. Vinculus uxori? noli querere solutionem, quia non licet tibi, uxore vivente, uxorem ducere; nam & aliam querere, cum habeas tuam, crimen est adulterii; hoc gravius, quod putas peccato tuo autoritatem Legi esse querendum.

Idem Cap. 7. 1. Cor. 5. Matth. 19.

Idem:

Idem a: Etenim si alienos, multo magis uxoris debes tolerare, & emendare mores. Audidi quid dixerit Dominus: Qui dimittit uxorem, facit eam mochari. Etenim cui non licet, vivente viro, mutare conjugium, potest obrepere libido peccandi. Itaque qui auctor erroris, etiam reus culpa est. Quo cum parvulis facta dimititur? Quo titubante vestigio gran- dava detruditur? Durus, si excludas parentem, pignora teneas; ut ad contumeliam charitatis addas etiam pietatis injuriam. Durus, si propter matrem etiam filios simul pellas; quum magis redimere a patre liberi debeant culpam parentis. Quam periculsum, si fragi- gilem adolescentulæ atatem erroris offeras? Quam impium, si ejus destitutas senectutem, cu- jus defloraveris juventutem? Ergo in honoratis stipendiis, & veterarum Imperator dimit- tat inglorium, atque Imperiū sui p. p. secessione derudit, & rusticum laboris sui effectum agro suo proprius agriculta? An quod in subditus fas est, in comparem fas est? Dimittis ergo uxorem, quasi iure, sine crimine, & putas id tibi licere, quia Lex humana non prohibet? Sed Divina prohibet. Qui hominibus obsequitur etiam qui Leges ferunt: Quia Deus conjunxit, homo non separat. Sed non solum hic Cælestis præceptum, sed quoddam etiam opus Dei solvitur. Paterisne, oro, liberos tuos, vivente te, esse sub vitrō? aut incolui matre, degere sub noverca? Pone, si repudiata non ubat. Et hæc viro tibi debuit discipere, cui adultero fidem ser- vat? Pone, si nubat; necessitatibus illius tuum crimen est, & conjugium quod putas, adulte- rium est. Quid enim referti, utrum id aperta criminis confessio, an mariti specie adulteri admittas? nisi, quod gravius est, legem criminis fecisse, quam furtum. Sed fortasse dicit a liquis: Quomodo Moyses mandavit dare libellum repudii, & dimittere uxorem? Qui Deut. 24. hoc dicit, Judæus est. Qui hoc dicit, Christianus non est. Et ideo qui hoc obicit, quod obiectum est Domino, respondeat ei Dominus: Ad duritiam, inquit, cordis veltri permit- fit vobis Moyses dare libellum repudii, & dimittere uxores; ab initio autem non fuit sic. Moyses permisit, inquit, non Deus iussit. Ab initio autem Dei Lex est. Quæ est Lex Dei?

Relinquit homo patrem, & matrem, & adhæribit uxori sua, & erunt ambo in carne una. Genes. 2.

Ergo qui dimittit uxorem, carnem suam scindit, dividit corpus. Offendit autem hic locus,

qua propter fragilitatem humanam scripta sunt, non a Deo scripta. Unde & Apostolus: Denuncio, inquit, non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere. Et infra b: Cæ- teris, inquit, ego dico, non Dominus. Si quis frater infidelem habet uxorem. Itaque

abi est impar conjugium, Lex Dei non est. Et addidit c: Quod si infidelis discedit, diffe- dat. Simil idem Apostolus negavit Legis esse Divinæ, ut conjugium qualemcumque solva- tur. Nec ipse præcepit, nec dedit deferendi auctoritatem, sed culpam abstulit destituto.

Qui apertius, qui clarius sensa sue mentis Ambrosius potuit exprimere? Quid cum Christi, & a posteriorum doctrina docere ille potuit congruentius?

Sed urget lectores, quod dicto Cap. vii. Epist. 1. ad Corinthios ipse scripsit Ambrosius. Quem nodum, ut dissolvant, non illius Capitis tantum, sed totius Libri elevant auctorita- tem, Ambrosii totum esse denegantes, ityli nescias quam dissimilitudinem, & verborum suavitatem (quæ una certe est cum illa, quam in reliquis suis Libris observavit Ambrosius) coarguentes. Dum Scyllæ enim pericula fugiunt, in Charybdis incident scopulos. Sed vide- mus nos, an utroque facilis salvi, & incolumes, sine Ambrosianæ doctrinæ detrimento, & totius Libri jactura, possimus evadere. Mirari enim satis ipse non possum, tantos Vikos, qui cum oculis soleant plusquam lynceis minutissima quæque discernere, in pleno hoc, mi- nimeque difficili, offendit.

Ambrosius enim, Beatissime Pater, cum docet, uxorem non posse adulterum maritum dimittere, & alii nubere, posse tamen maritum, Legis Julie, non Dei: Imperatorum Se- veri, & Antonini, non Christi: forensis judicii, non Cœlestis, rationem habuit. Cum enim de Divina egit, semper contendit, & docuit, parem esse utriusque causæ æquitatem. Quod autem de Civili intellexerit, non ex illo loco tantum, sed ex tribus, quos retulimus, dilu- cide comprobabimus. In hoc enim, de quo sermo est, ait, cum de muliere agit: Non enim permittitur mulieri, ut nubat, si virum suum causa fornicationis dimiserit, aut aposto- sia; aut impellente lascivia, usum querat uxoris invertere. Quia inferior non omnino hac

d. Defenditur; & explicatur D. Ambr. do- trina in Cor. ad Epist. 1. ad Cor. Cap. 7.

lege uitat, qua potior. Agit ergo de permissione Civili, & de auctoritate Legis Civilis, quæ potiore habet causam viri, quam uxor (ut & Augustinus e testatur) cum tamen Lege Di- vina par sit utriusque. Cum autem agit ad finem de viro, ait: Quia viro licet ducere ux- rem, si dimiserit uxorem peccantem; quia non ita Lege constringitur vir, sicut mulier.

e. Lib. 2. d. adulti. conjug. Cap. 8.

Verissimum enim est, quod scribit Ambrosius, non constringi Legi Civili virum ad hoc, ut repudiare non possit, & accusare uxorem de adulterio, & inde cum alia contrahere, ut con- stringitur mulier, qua maritum adulterum accusare non potest, nec ab illo ea de causa di- vertere; quod id Legi Civili, & consuetudine jam inductum, receptumque fuisse. Nec in hoc solum loco de Legi Civili intellexit Ambrosius hominem enim jurisprudentia studiis ab ineun- te etate deditum, & causis civilibus poslea præfectum, de Legi Civili Romanorum crebro meminisse, satis est consentaneum) sed in reliquis duabus, quos supra citavimus, locis.

f. Idem Ambr. Cap. 4. de ab- rabam. Cap.

In priori enim f: Sed & vos moneo, viri, maxime qui ad gratiam Domini tenditis, non com- misceri adulterino corpori. Qui enim se jungit meretrici, unum corpus est: nec date hanc occasiōem divortii mulierebus. Nemo sibi blandiatur de Legibus hominum. Omne stuprum adulterium est: nec viro licet, quod mulieri non licet. Vides quomodo Jurisconsultus Am- brosius de Legibus hominum, veterum Jurisconsultorum, & Imperatorum Civilibus (hos ho- mines vocat) intelligit, non de Legi Dei. Nam de ea subjungit: Nec viro licet, quod mulieri non licet. Clarius, si quid clarius scribi potuit, in posteriori loco g: Vinculus es

g. Idem de Ab- rabam. Cap.

T. m. II. uxo- ram. Cap.

uxori^t noli querere solutionem: quia non licet tibi, uxore vivente, uxorem ducere. Nam & aliam querere, cum habeas tuam, crimen est adulterii; bsc gravius, quod putas peccato tuo auctoritatem Lege quarendam. Tolerabilius est si lateat culpa, quia si culpa usurpetur auctoritas. Propositum igitur fuit A nos^{si}, utpote Juris Consultissimi, x in forensibus judiciorum fraudibus audiendis, reprimendisque exercitatiissimo, eum errorem ex illorum animis evellere, qui putabant, ideo posse uxores ob fornicationem dimittere, & alias superinducere, quod per Leges Civiles sibi licere dicent, putantes, idem esse Papiniani, & Dei, Pauli, & Ecclesie iudicii tribunal. Id etiam pietate, & iterato docet in Evangelium Lucae a: *Dimitis ergo uxorem, quasi jure sine crimen.* Et putas id tibi licere, quia Lex humana non prohibet? Qui hominibus obsequeruntur, Deum verere. Audi Legem Domini, cui obsequuntur etiam, qui Leges ferunt: Quae Deus conjunxit, homo non separat. Sed non solum bic caleste preceptum, sed quoddam etiam opus Dei sicutur. Paterisne, oro, liberos tuos vivente te esse sub vitrino? An incolu[m] matre, degere sub noverca? Pone, si repudiat non nubat. Et hoc viro tibi debuit dispergere, cui adulteri fidem servat? Pone si nubat, necessitatibus illius tuum crimen est: & conjugium, quod putas, adulterium est. Quid enim refert, utrum id aperta criminis confessione, an mariti specie admittas? nisi, quid gravius est, legem criminis fecisse, quam furtum. Sed fortasse dicit aliquis: *Quomodo Moyses mandavit dare libellum repudii,* & dimittere uxorem? Qui hoc dicit, Iudeus est. Qui hoc dicit, Christianus non est. Legem autem humanam, sive Civilem, Legem Julianam intelligit, quae jus accusandi uxores adulteras, & ab eis divertendi, maritis concessit, uxoribus vero accusandi maritos adulteros denegavit, ut Inpp. Severus, & Antonius b rescriperunt ad Galsianum: *Publico iudicio, inquiunt, non habere mulieres adulterii accusationes, quamvis de matrimonio suo violato queri velint, Lex Julia declarat, quae cum masculis jure mariti accusandi facultatem detulisset, non idem feminis privilegium detulit.* Hanc confirmat Graecorum Basileone: *Lege Julia, ait, de adulteriis mulier accusare non poterat, nec si ipsa dicatur delinquit.* Num Lex viris delinquentes merit, facultatem dedit accusandi jure mariti, soluto matrimonio. In ejus aucta interpretatione, Theodorus Graecus Interpres, *Mulier, ait, non accusat adulterii, nec pro se quidem viris enim hoc accusatio competit.* Et paullo post: *Nota, hoc crimen mulierem nunquam intendere posse.* Hanc autem Legem in foro etiam exteriori Ecclesie, quoad torum observationam, sic ut divortium non admitteretur ob viri adulterantis fornicationem, sicut admittebatur ob adulterium uxoris. D. Basilius d[icit] testis est locupletissimus: *Domini autem dictum, in publico. Iconii* secundum sententia consequentiam ex aquo, & viris, & mulieribus conseruit, quod Episc. Can. IX. non liceat a matrimonio discedere, præterquam propter fornicationem. *Consuetudo non ita habet, sed in mulieribus quidem mulium accurate, & diligenter observari iuvemus.* Cum 1. ad Cor. 6. Apostolus quidem dicat: quod qui adhæret metrici, sit unum corpus. Hieremias autem: *Quod si fuerit mulier cum alio viro, non revertetur ad virum suum, sed polluta pollutetur. Et rursus; Qui habet adulteram, stultus est, & impius. Consuetudo vero etiam adulterantes viros, & in fornicationibus versantes, jubet a mulieribus retineri. Quare quae cum viro dimisso cobabit, nescio an possit adultera appellari. Crimen enim hic attigit mulierem, quae dimisit.* Quoniam ob caussam a conjugio decessit? Si enim pulsata, & verbera non ferens; pati satias erat, quam a conjugi separari; sive iacturam in pecuniis non ferens, nec ipsa est justa excusatio: sive autem, quod ipsa vivat in fornicatione, non habemus hanc observationem in Ecclesiastica constitutione: sed etiam infidelis viri iussa est mulier non separari, sed remanere, propter incertitudinem eventus. Quid enim scilicet, mulier, an virum si servatura? Quare quae relinquit, est adultera, si ad alium virum accessit; qui autem reliquit, est dignus venia, & quae ei cobabit, non ideo condemnabitur. Sed si vir, qui ab uxori discessit, accessit ad aliam, est & ipse adulterus; quoniam fecit eum adulterari. Et quae ei cobabit, est adultera, eo quod alienum virum ad se traduxit. Eadem sententiam, consuetudinemque Ecclesia repetito sermone docet in eadem Epistola paulo post, ubi sic ait: *Qui autem fornicatus est, non excludetur a cobitatione cum uxore, quemadmodum mulier maritum suum a fornicatione revertentem excipiet. Vir autem eam, que pollutus est, a suis cibis amandabit; ac eorum quidem ratio minime est facilis; consuetudo autem sic invalidit.* Qui hanc D. Basilius doctrinam Ecclesie usu, & auctoritate receptam, cum Ambrosiana contulerit, competeret sane, Ambrosium nihil ab Ecclesia moribus alienum scripsisse, sed de forensi tantum usu sui temporis. Quod anverum sit, vel falsum, coetanei sui Basilius testimonio (eodem enim tempore unus in Oriente, alter in Occidente vixerunt) habetur compertissimum. Quo circa Augustinus f, Ambrosii, & Basilius vestigis, insitens, eum, qui, prima uxore derelicta, cum secunda contrahit, non esse adulterum Lege facili, sed Lege Dei, docuit: *Quoniam sane, ait, non tantum facunditas, cujus fructus in prole est: nec tantum pudicitia, cujus vinculum est fides; verum etiam quoddam Sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus conjugatis.* Unde dicit Apostolus: *Viri diligite uxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam.* Huius proculdablio Sacramenti res est, ut mas & femina connubio copulati, quandiu vivint, inseparabiliter perseverent: nec liceat, excepta causa fornicationis, a conjugi conjugem dirimi. Hoc enim custoditur in Christo, & Ecclesia, ut vivens cum vivente in aeternum nullo divortio separetur. Cujus Sauramenti tanta observatio est in civitate Dei nostri, in monte sancto eius, hoc est, in Ecclesia Christi, quibusque fidelibus conjugatis, qui sine dubio membra sunt Christi, ut cum filiorum procreandrum causa, vel nubant feminas, vel ducantur uxores, nec sterilem conjugem fas sit relinquere, ut alia focunda ducatur. Quod si quisquam fecerit, non Lege hujus facili

a Idem in Lu-
cum Cap. 16.
Matth. 19.

b In L. 1. C. ad
L. Julianum de
adult.

c L. 60. Tir. 38

d Ep. 1. ad Am-
phiboc. Iconii

e Idem Basili-
Cap. 21.

f Lib. 1. de nup-
& concup. Cap.

g Colos. 3.

h Matth. 19.

ubi interveniente repudio sine crimen conceditur cum aliis alia copulare connubia; quod etiam Sanctum Myssen Dominus, propter duritiam cardis illorum, Israelitis permisit te- statur, sed Lege Evangelii reus est adulterii; sicut etiam illa si alteri nupserit. Quare cum Episcopi Africani in Concilio Milevitano a praenam constitutis Canonicas adverbus illos, a c. 17. qui, dimissi primis conjugibus, cum secundis contrahunt; illud præterea addiderunt, ut ab Imperatore Legem postularent, qua id etiam in foro civili non licere posna proposita fanci- tur. Idque apertius etiam docuit D. Chrysostomus in Sermone, *De libello repudii.* Pot- quam enim vinculum naturale, & Divinum tetulit, quo conjuges devincti tenentur conju- gem adulteram non repudiare, sic ait: *Ne mibi Leges ab exteris conditas legas, præcipien- tes dari libellum repudii, & divelli.* Neque enim iuxta illas te judicaturus est Deus in die illa, qua venturus es, sed secundum suus, ut ipse statuit. Lactantius c: *Non enim, in- quirit, sicut publici juris ratio est, sola mulier adulteria est, qua habet alium, maritus au- tem, etiam si plures habeat, a crimine adulterii solitus est;* sed Divina Lex ita duos in ma- trimonium, quod est in corpus unum, pari jure conjungit, ut adulteri habeatur quisquis compagem corporis in diversa distracterit. Quod si in tam perspicua, & clara Ambrosii cum Basilio, Augultino, Chrysostomo, Lactantio, & universa Ecclesie Cattholicae concordi sententia, Lutherus, Magdeburgensis, & reliqui haeretici velut noctus erexit ad solem oculis cœciant, & conjugium secundum durante primo ex Ambrosii sententia licere contendat, illos non ut Judæos dura cervicis, spernentes rejiciemus, sed velut pertinaces haereticos ad judicis secularis tribunal ariori sententia remittamus puniendo.

At si Lactantii tandem sententia, & auctoritate oppugnemur, ut oppugnant nos non solum haeretici, sed etiam Catholici; quod putent illum fuisse inter Catholicos Scriptores, qui minus Catholice, dissentient ab Apostolica, & Evangelica doctrina, conjugium ob adulterium dissolvit, etiam quoad vinculum putaverit; exquirere sane curabimus, an quemadmodum Ambrosio, Lactantio etiam falso id imposuerunt Scriptores, minori forsan pietate, vel minori saltu diligentia, quam de tanto Viro dici pat erat. Antiquorum enim Doctorum Libros, qui non ex suis fontibus, sed ex rivulis legere, & intelligere malunt, caveant, ne pro pura, & salubri aqua, coenosam, & sordidam haerientes, suæ, & Reipublicæ saluti ma- le consulant; indeque in gravissima pericula, & errorum tenebras dilabuntur. Lactantius ergo in *Divinis Institutionibus*, cum antiquarum gentium vanitate, & superstitione confutatis, Christianas veritatis lucem ostendere vellet, & docere, multa quinque Libris superioribus doce, & copiose differit. In hoc autem sexto id summe conatus est, ut repulso omni, qui Diis Gentium tribuebatur, cultu, veram Deo vero Religionem tribueremus. Hanc autem dicebat præstantissimam esse, qua non ex rebus corruptis, ex pecudum, taurorum que sanguine, & aliis antiquorum superstitionibus, quas commemorat; sed qua ex virtu- tibus animi, qui oritur e Caso, contaret. Verum enim cultum dicebat, in quo mens co- lentis se ipsum immaculatam Deo victimam siteret. Id autem quomodo esset consequendum, quomodo & præstandum, totius Libri texti disputatione perdocuit. Cum autem in illius principio de Religione, de pietate, & humanitate, & misericordia, de metu fugando, de patientia, & aliis egredit, usque ad Caput xx. ab eo cœpit sermonem contra iniquas sen- tum voluntates. Egit autem illo Capite de oculorum voluptate, que in spectaculis publi- cis percipi solebat: quam cum longe fuisse infectatus, confutationem aggreditur Cap. xxi. illius, que ex vocum, & cantuum suavitate percipitur. Et Cap. xxii. que ex sapore, & odore. At Capite xxxii. ad eam partem voluptatis refutandam accederet, que percipitur ex tactu, sed præcipie ex libidine, multis, & his gravissimis rationibus illam ut illicitam tempore, & cohære Christianos docuit. Nec diverso iure ab uxoribus censuit maritos. Utrosque enim individuum illam animorum, & corporum conjunctionem, quam semel con- traxerant, perpetuo observaturos adnonauit; nec licentiam concessit, ut alter utriusque alterius confortio abuteretur: *Nondum, inquit, omnia castitatis officia exequuntur sum, quam non modo Deus intra privatos parientes, sed etiam præscripto letuli terminat; ut cum quis habeat uxorem, neque servam, neque liberam habere insuper velit, sed Matrimonio fidem servet.* Non enim, sicut juris publici ratio est, sola mulier adulteria est, qua habet alium; maritus autem, etiam si plures habeat, a crimine adulterii solitus est. Sed Divi- na Lex ita duos in Matrimonium, quod est in corpus unum, pari jure conjungit; ut adulteri habeatur quisquis compagem corporis in diversa distracterit. Nec ob aliam caussam Deus, cum ceteras animantes suscepit facta, maribus repugnare voluisse, sicut omnium mulierem patientem viri fecit; scilicet ne feminis repugnantibus, libido cogeret viros aliud appetere, eoque facta castitatis gloria non tenerent. Sed neque mulier virtutem pudicitia caperet, si peccare non posset. Nam quis mutum animal pudicum esse dixerit, quod suscepto facta mari repugnat. Quod ideo facit, quia necesse est, in dolorem, atque in periculum venias, si adseritur. Nella igitur laus est non facere, quod facere possit. Ideo autem pudicitia in bonive laudatur, quia non naturalis est, sed voluntaria. Servula igitur fides ab utro- que alteri est, immo exemplo continentia docenda uxor, ut se casta gerat. Iniquum est enim ut id exigas, quod præstare ipse non possit. Quia iniquitas effectus profecto, ut essent adulteria; feminis ager ferentibus, præstare se fidem non exhibentibus mutuam charitatem. De- nique nulla est tam perditu pudoris adulteria, que non banc caussam vice suis pretendat; injuriam se peccando non facere, sed referre. Quod optime Quintilianus expressi: Homo, inquit, neque alieni Matrimonii ab fine, neque sibi cu[t]os, que inter se natura connexa sunt. Num neque maritus circa corrumendas aliorum conjuges occupatus, posset vacare do- mesticæ sanitati; & uxor cum in tale incidit Matrimonium, exempli ipso incitata, aut

b Serm. de Li-
bello repudii
super Ep. Pauli-
ti ad Cor. 7.

c Lib. 6. Divin.
Infl. C. 23.

d Explicatur
Lact. cod. tacit.

invitari se putat, aut vindicare. Cœendum igitur, ne occasionem vitiis nostra intemperantia demus; sed assuecant invicem mores duorum, & jugum paribus animis ferant. Nos ipsos in altero cogitemus. Nam fere in hoc iustitia summa conficit, ut non facias alteri, quicquid ipse ab altero pati nolis. Ut omnem autem tergiverandi occasionem auferret, an aliquo casu liceret uxori dimittere, Divini præcepti memor sequentia addit: *Hoc sunt, quæ ad continentiam præcipiantur a Deo.* Sed tamen ne quis Divina præcepta circumscribere se putet posse, addantur illa, ut omnis calunnia, & occasio fraudis removatur; adulterum esse, qui a marito dimissam duxerit, & eum, qui præter crimen adulterii uxorem dimiserit, ut alteram ducat. Dissociari enim corpus, & distrahi, Deus voluit. Non ergo placuit Lactantius, ut dimissa quis prima uxore ob adulterium, cum alia contrahat; nam si hoc censueret, non dixisset paullo antea, adulterum esse eum, qui dimissam duxerit. Nam si adulterii crimen illud est, nulla alia id ratione constat, nisi quia vinculum Matrimonii prioris indissoluble fuerat, ut ipse clarissimis verbis antea scriperat: *Sed Divina Lex, inquit, ita duos in Matrimonium, quod est in corpus unum, pari jure conjugit, ut adulteri babeatur, quisquis compagem corporis in diversa distractaverit.* Nec est probabile, eum, qui omnem occasionem calunniandi Divinum præceptum ad Matrimonii solutionem amovere nitebatur, idque se velle perspicue asserebat, statim licentiam concessisse, & impunitatem, ut ob adulterium uxori possit dimitti. Si Divini præcepti Interpretem agebat, qui fieri poterat, ut illud concedat Interpres, quæ Doctor negavit? Quod si aditum omni repudio se velle intercludere dicebat, quo pacto, nisi despiciasset, in causa adulterii licere potuisset affere? Sic enim non intercluderet apertum, sed interclusum aperiret. Quod contendit Lactantius, illud est, Divinum præceptum interpretando, Matrimonium dissolvi non posse, nec conjugem dimittiri. Nam si alter eorum dimittatur, ut cum alio contrahat, tam erit adulteri qui cum dimissa contrahat; quam qui ea de causa ut cum alia contraheret, uxorem dimisit. Hoc enim est, quod docuerat Paulus, & quod antea docuerat Christus, cuius præcepti interpretationem tradebat Lactantius. Alter enim non Christi interpretaretur doctrinam, sed perverteret, & corrumperet. Quod autem exceptionis loco adjecitur: *præter crimen adulterii*, ad verbum itatim sequens referri debet; hoc est, ad dimissionem uxoris; illi enim conneccitur, non autem referri debet ad alterum, quod postea adjectum est, ut uxorem accipiat; nam illud ad sententiam, quam dixerat de adulterio, & mœchia, dubio procul referendum est; quod non similis tantum, sed re, &

Matt. C. 19. verbis eadem est prouersus doctrina, quam Christi ore prolataram retulit Matthæus: Dico autem vobis, quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Et hujus interpretationem se dare idem Lactantius dicebat, dum adjecit: Sed tamen ne quis Divina præcepta se posse circumscribere putet, addantur illa, ut omnis calunnia, & occasio fraudis removatur; adulterum esse, qui a marito dimissam duxerit, & eum, qui præter crimen adulterii, uxorem dimiserit, ut alteram ducat. Si ille ergo, qui dimittit uxorem ob fornicationem, ut aliam ducat, & ducit, mœchatur; sive & ille, qui ab alio dimissam duxerit.

a. D. Augst. re de sola fornicatione meminerit, consulamus quid Divus Augustinus a olin in hac quæstione Pollentio responderit: Cur ergo, inquis, ait; interposuit Dominus causam fornicationis, & non potius generaliter ait: Quicumque dimiserit uxorem suam, & aliam duxerit, mœchatur; si & ille mœchus est, qui, dimissa fornicante muliere, alteram ducit?

Credo, quia illud, quod magis est, hoc Dominus commemorare voluit. Magis enim adulterium esse quis negat, uxore non fornicante dimissa, alteram ducere, quam si fornicantem quis dimiserit. Et tunc alteram duxerit? non quia & hoc adulterium non est, sed quia minus est, ubi fornicante dimissa, altera ducitur. Nam simili locutione etiam Apostolus Jacobus ait: Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum est illi. Nunquid ideo non peccatum est illi, qui nescit bonum facere, & ideo non facit? Utique peccatum est, sed hoc gravius, si etiam sciat, & non facit. Nec illud ideo nullum, quia minus. Ut ergo codem modo utrumque dicamus, sicut quicumque dimiserit uxorem, excepta causa fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur; ita quicumque sit bonum facere, & non facit, peccat. Sed quemadmodum hic recte dici non potest; ergo si nescit, non peccat (sunt enim etiam peccata ignorantium, quamvis minora, quam scientium) ita nec illic recte dici potest; ergo si causa fornicationis dimiserit, & aliam duxerit, non mœchatur. Est enim mœchatio etiam eorum, qui alias ducunt, relatis propter fornicationem prioribus; sed utique minor quam eorum, qui non propter fornicationem dimittunt, & alteras ducunt. Poteſt quippe, sicut dictum est: scienti bonum facere, & non facienti, peccatum est illi, eo modo & illud dici, dimittenti uxorem sine causa fornicationis, & aliam ducenti, mœchatio est illi. Quemadmodum igitur si dixerimus: Quicumque mulierem a marito præter causam fornicationis dimissa duxerit, mœchatur, procul dubio verum dicimus; nec tamen ideo illum, qui propter causam fornicationis dimiserit, & alteram duxerit, ob hoc crimine absolvimus, sed utrosque mœchos esse, minime dubitamus; ita eum, qui præter causam fornicationis uxorem dimiserit, & alteram duxerit, mœchum pronunciamus; nec ideo tam eum, qui præter causam fornicationis dimiserit, & alteram duxerit, ab his peccati labe defendimus. Ambos enim, licet alterum altero gravius, mœchos tamen esse cognoscimus. Nogue quisquam ita est absurdus, ut mœchum neget esse, qui duxerit eam, quum maritus propter causam fornicationis abjectus; cum mœchum dicat eum, qui duxerit eam, quæ præter causam fornicationis adjecta est; sic ergo isti ambo sunt mœchi. Unde cum dicimus: Quicumque mulierem

Matt. 5.

liarem præter causam fornicationis a viro dimissam duxerit, mœchatur: *de uno quidem iporum dicimus, nec tamen ideo mœchari negamus eum, qui eam duxerit, quam propter causam fornicationis maritus dimiserit.* Ita cum ambo sint mœchi, & ille scilicet, qui dimiserit uxorem suam præter causam fornicationis, & aliam duxerit; & ille, qui propter causam fornicationis, uxore dimissa, se alteri copulaverit; profecto quando de uno eorum legimus, non ita intelligere debemus, quasi ex hoc alter mœchus negatus sit, quod alter expressus sit. Sed si hoc Evangelista Matthæus, qui, expressa una specie, alteram tacit, facit ad intelligendum difficile; nunquid non ali generaliter id ipsum ita complexi sunt, *Marc. 10. ut atroque posset intelligi?* Num secundum Marcum sic scriptum est: *Quicunque dimiserit uxorem suam, & alteram duxerit, adulterium committit super eam; & si vir dimiserit virum suum, & alii nupserit, mœchatur.* Secundum Lucam sic: *Omnis, qui dimittit uxorem suam, & alteram ducit, mœchatur; & qui dimidiabit a viro dicit, mœchatur.* Qui ergo nos sumus, ut dicamus: *Est qui mœchatur, uxore sua dimissa alteram ducens, & est qui hoc faciens non mœchatur; cum Evangelium dicat, omniem mœchari, qui hoc facit?* Proinde sic quicunque hoc fecerit, ut uxore sua dimissa alteram ducat, mœchatur; *sine dubia ibi sunt ambo, & qui præter, & qui propter causam fornicationis dimisit uxorem.* Hoc est enim, quicunque dimiserit, hoc est, omnis; qui dimittit.

C O M M E N T A R I I N O V I .

L Egibus Romanis cum essent liberae repudia, Patrum auctoritate non poterant mulieres Christianæ, que viros suos fideles ob causam adulterii repudiassent, coerceri. Quapropter reperiebantur quæ plures simul maritos haberent, in quas hoc Canone animadvertisit. Addiderunt autem hi Patres Eliberini hæc verba: *Si fidelis, quia si fuisset Catechumena, non nita erat punienda. Cum enim nullum esset inter ethnicos conuges Sacramentum, minus peccabant, quam Christiani, cum libellum repudii afferebant.*

Reliquerit fidem. Quia si gentilem ob eamdem causam reliquistet, levius multo erat punienda, quamvis hoc etiam ab Ecclesia prohiberetur.

Prohibeatur, ne ducat. Ita loquuntur in Concilio Arelat. 1. & prohibetur nubere. Carterum antequam contraherent nuptias, Ecclesiæ, id est, Episcopo, aut Sacerdoti itatum, & conditiones futuri conjugis exponebant: quæ si alienæ a Christiana disciplina viderentur, quantum poterant, nuptias disuadebant Ecclesiastici; hoc est, cœsularum consignare, ut ait Tertullianus, & Oblatione, & Sacris confirmare. Ideo dicitur hoc Canone: *Prohibeatur. Verum quia Legibus Romanis haec nuptiae nihilominus erant firmæ, & poterant stare, reperiebantur qui, spreta religione, eas facerent, in quos hoc Canone animadvertisit.* *Nisi quam.* Illis temporibus, ut vides, matrimonium poterat stare, & validum esse inter adulteros, qui vivente vero, & legitimo marito, rem simul habuerant; quod hodie ita prohibitum est, ut ne quidem post mortem mariti mulier possit cum adultero suo nuptias firmas, & legitimas facere, nisi Summo dispensante Pontifice. **ALBASPINÆUS.**

Certum Ecclesiæ dogma est, nec adulterum conjugem, nec innocentem, superiterit alio conjugi, novum posse inire conjugium; quia licet facultas detur innocentii discedendi a nocente, ut notabimus infra in Can. LXV. non tamen permittitur cum alio matrimonium contrahere, ut probant textus in Cap. *De conjugali* 27. Quæst. 2. Cap. *Videtur* 35. Q. 6. C. *Placet.* 5. 32 Q. 7. Cap. *Ex literi,* *De divorcio.* Cap. *Ex parte,* *De sponsal.* Synodus VI. Trull. Can. LXXXVIII. & xciv. Concil. Foro-Julien. Can. x. Item placuit, ut resolutio fornicationis causam jugali vinculo, non

Leg.

Legum Visigoth. Docent Ecclesiae PP. D. August. De nupt. Cap. 10. & De bono con- jug. Quæst. 7. Anselm. in Cap. 5. & 19. D. Matth. D. Hieronymus in Epist. ad Fabiolam, & in d. Cap. 19. Matthæi, D. Chrysostom. Homilia 16. in Matthæum. Isidorus Lib. 1. De divin. offic. Cap. 9. Clemens Alex and. Lib. 2. Stromat. Beda in Cap. 10. D. Marci. Tertull. contra Marcion. Docent Theologi Scholast. in 4. Dist. 35. Basil. De Matrim. Lib. 7. Cap. 11. Jure enim Civili, cum per divortium matrimonio solveretur quoad vinculum, libebat superfluite quoque conjugi ad vota transire. L. Si qua mibi 12. De ritu nuptiar. L. Nuptias. 30. in princ. L. penult. §. Uxor. ff. Solut. matrim. L. Cum vir 25. ff. De condit. & demonstr. L. Mulier 22. in princ. ff. ad Trebell. Illustrat Forner Lib. 6. Rer. quotid. Cap. 23. Immo ipsa uxor dimisit ex causa adulterii properabat secundas nuptias contrahere, ut effugeret adulterii accusationem. L. Si postulaverit 27. ff. ad L. Jul. de adult. Martial. Lib. 1. epig. 17. & Lio. 6. epigr. 4. Quare Legibus cautum fuit, etiam nubente post divortium adultera, accusari adulterum posse. L. Adulter. 29. ff. ad Legem Jul. de adult. L. 3. C. Theod. eod. tit. Hoque etiam abso luto, accusari feminam valere, coarctantes connubii auxilium ad eos fines, in quibus utroque tempore, & accusati rei, & absoluti nuptia mulier inveniretur. Etiam in eo casu vetus jurisprudentia permisit marito cautionem nuciatione facta mulieri diver tenti, & secundas nuptias paranti, ne in præjudicium accusationis nuberet. L. Qui uxori 16. cum sequenti ff. ad L. Jul. de adult. Sam que nunciationem extra judicium etiam per servum factam valere placuit. L. Denunciare 17. in princ. & §. 1. L. Vim 30. §. Nuptia. De adult. L. 4. §. Totiens ff. De dann. infect. quia præcedente nunciatione, si nihilominus mulier nuptias contrahebat, manebat contra ipsam accusandi jus: at si nunciationis remedium marito negligente secundo nubebat, de se potius maritus, quam de Lege conqueri debebat. Ad quas Leges referendi sunt D. Ambrosius in dicto Cap. Uxor, Lactantius Lib. 6. Divinarum Institutum, Cap. 23. necnon Divus Basilius in Epitola ad Amphiochium Cap. 9. Divus Augustinus dicto Lib. 1. Cap. 42. ut post Mendozam docet Basilius De matrimonio, dicto Cap. 52. num. 6. & 7. GONZALEZ.

Si alterum duxerit, non prius accipiat communionem, quam is, quem reliquit, de saeculo exierit.

CAPUT VICESIMUM PRIMUM.

Eorum lapsus detegitur, qui Concilio huic secundum conjugium, durante primo, aut admisisse, aut permisisse imposuerunt.

PErpetuum ergo ut Dei, sic & Hispanorum Lege durat matrimonii vinculum, perpetuus durat gravitas servitutis, perpetuum durat jugum uxor, cuius imperio Paulus (auctore Chrysostomo^a) subjectum virum magis esse vult, quam puerum emptum pecunia. Servus enim si quando comparata pecunia, premium quanti emptus est, domino persolvere potuerit, plerumque libertatem omnino recuperare potest: at vir quamvis omnium difficultiam nactus sit uorem, servitutem tamen perfere necesse habet: quippe qui nullam inire potest viam, qua solitus hujusmodi dominatu liberetur. Quod tam ab his obser-

servari decet, nec decet solum, sed oportet, qui incauti, falsa voluptatis praetextu, conjugium contrahunt, quam qui contractum haeretica impudentia disolvunt. Prioribus consilium amice Paulus dedit: posterioribus preceptum sanctissime inject Christus. Quod non solum hic, sed inferioris Hispani Patres satis diserte clareque demonstrarunt^b: Si qua vidua (inquit) fuerit mochata, & eundem postea haberet maritum, post quinquennii tempus, acta legitima penitentia, placuit eam communioni reconciliari; si alium duxerit, relatio illo, nec in fine dandam ei communionem. His adjungenda, quæ nuper ad principium Canonis dicebam. Si autem moechiæ crimen implicantur cohabitantes cum secundo, dum vivit primus, cur Sacrum Christi Corpus suscipere permittuntur? Permituntur sane in extremo vite spiritu vera doloris, & penitentia signa exprimentes, promittentesque, adulterii reatum esse deserturos, ne gravi peccatorum præteriorum dolore confecti, tanta Sacramenti gratia privarentur.

Quod si tam gravi anathematis censura uxor afficitur, quæ primo viro neglecto, ad secundi amplexus turpiter dilabitur; miror profecto, doleoque, Didacum Covaruviam^c, Viderum, & acri judicio, & multiplici eruditione prædictum, scripsisse, eam sententiam, quam prius ipse, & alii tribuerant Ambrosio, hujus Illeberitanum Concilii decreto comprobari: licere videlicet marito, adultera uxore repulsa, cum secunda contrahere, repetitque Canonem hujus Concilii a Gratiano, sive Palea in Cap. Si qua mulier xxxi. Quæstione prima, In quo duplum reperio labeculam; alteram in eo, quod falsa Gratiani, aut Paleæ citatione contentus, Concilium Vvermerense, pro Illeberitanum citaverit; cum hoc Hispanæ antiquissimum, illud vero Gallia multo recentius fuerit, ut cum Gallicana, Divino Spiritu favente, aggrediemur, dicemus: alteram, quod homo Hispanus, Hispani Concilii decretum aliena fide citarit, nec præclara, qua prætitit, eruditione, Hispanorum Concilia diligentius accutiusque evolverit. Nam si omnes hujus Canones ipse vel leviter percurrisset, potuisse sane agnosceremus, nuptias has secundas tanquam adulterinas, non in hoc Canone tantum, sed in Canone LXXII. inferiori, singulari severitate improbari.

Xyitus etiam Senensis in Bibliotheca sancta eandem concessi rapudii notam huic Concilio inuisibile videtur, dum agens de ducenta uxore secunda, vivente adhuc primi, sic ait: Exstat apud eundem Gratianum in eadem Quæstione paullo ante, non diff. sile decretum, quod Ellebertini Concilii creditur, permittens marito, ut abjecta uxore quæ cum fratre mariti se commiscuit, alteram ducat, his plane verbis: Quædam cum fratre viri sui dormivit, decretum est, ut adulteri nunquam conjugio cepulentur: illi vero, cuius uxor constuprata est, licita conjugia non negentur. Et ut mentem huc alquanto dubiam, aperebret, addit, quod hujusmodi repudia permisérunt olim Patres, & interdum iussecant promulgatis super hoc sanctionibus, & decretis; non quidem generalibus, & perpetuis, sed ad tempus, idque certis nationibus, & gentibus, & in incertibus tantum, atque aliis atrocibus flagitiis; ne longe pejora turpioraque perpetrarentur ab his, qui tam fœda conjugia tolerare non poterant; in quorum numero constituit Illeberitanos, Moguntinos, & Triburientes. Hos enim omnes secundum conjugium, durante prima, permisisse ait, citatis ab ipso locis. Sed verius est, Hispanos Episcopos secundas nuptias, durantibus primi, nunquam laudasse, nunquam probasse, nunquam permisisse; eos præsertim, qui huic Concilio interfuerunt: cum violatores priorum multis sepe (ut dixi) & his gravissimi pennis coercuerint. Quod autem ex hoc Concilio apud Gratianum citat Senensis, hujus Concilii non esse, superius demon stravimus, indicatis fontibus, a quibus Gratianus hausit, & Burchardus.

Sed quamquam hujus Concilii decretum esse permitteremus Senensi; non tamen inde repudium, & matrimonium secundum licuisse, durante primo, evinci posset: cum illud solum decernat, ut si axor, vivente viro, cum ejus fratre concubuerit, a secundo poitea matrimonio prohibeatur: si forsitan marito primo defuncto (sic enim intelligo) nubere velit secundo. Erat enim haec poena olim in Ecclesia frequentissima, ut qui atrox aliquod delictum admisissent, nuptiis impedirentur, ne vel ipsi delicatus viverent, neve ex illorum stirpe infecta filii ejusdem criminis suspicione notabiles procrearentur. Parricidis hanc poenam imposuit Concilium Moguntinum e sub Rhabano: Sed quia in modernis temporibus, ait, parricidae profugi currunt per diversa, & variis vitiis, atque gule illecebris deserviunt; melius nobis videtur, ut in uno loco manentes, penitentia disticta senetipos castigent, si forte a Dominis bonitate indulgentiam facinoris sui percipere moreantur; non enim licebit ei: ultra militie cingulum sumere, & nuptiis, vel conjugiis copulari; quia sacri Canones hoc eis non consentiunt. Inceluois eandem decrevit Concilium apud Vvermeriam^d: Si quis cum matre, ait, & filia fruicatus est, ignorante matre de filia, & filia de matre, ille nunquam accipiat uxorem: ille vero si voluerint, accipient maritos. Si autem hoc scierint ipse feminæ, absque maritis in perpetuum maneat. Concilium Triburicense. Si quis, ait, cum qualibet fornicatus fuerit, & eo nesciente, filius eius, vel frater eiusdem rei nescius, cum eadem se polluerit, & postquam se esse pollutum agnovit, confessus fuerit, & hoc se neficeret in juramento confirmaverit; quia hoc paenituit, & confessus fuit, post peractam congruam penitentiam, legitimo utatur matrimonio; nam, ut Hieronymus ait, ferreas montes donat libido. Mulier vero, quæ tantum nefas commiserit, alterius peniteat, atque contineat, & innupta permaneat. Eandem poenam imposuit Hailulpho uxoricide Pius Papa, vel Stephanus V. ut refert Ivo, & Burcharius, ac tandem ex Ponitentiali h. antiquo Antonius Augustinus^e: Arma (inquit) depone, & canita secularia negotia dimitte, carnem, & sagittam omnibus diebus vite tua non comedas, excepto uno die Resurrectionis Domini, & uno die Natalis Domini; ceteris temporibus in pane & aqua, & interdum leguminibus &

^a Paulus 1. Cor. 7.
^b Matth. 19.
^c a Canone 72.

^b Coan. in 4.
^c 2. Parte 6. 6.
^d N. 23.

^c Lib. 6. Biblio
thece sancta
annotation. 81
^d In Cap que-
dam cum fra-
tre 32. Q. 7.

Lib. 1. Cap. 6.

e Cap. 20.

f Can. IV. Bur-
chard. Lib. 17.
C. 12. C. quis
§. 35. Q. 1.
Concil. Tribu-
riense Can. 44.

g Lib. 7. Panor.
Tit. 3. C. 3.
h Lib. 6. C. 3.
i In Panien.
Romano Tit. 1.
Cap. 11.

Concilium Iliberritanum

oleribus poniteat: in jejuniis, in vigiliis, & orationibus, & eleemosynis persevera omni tempore: vinum, & medonem, & mellitam cervisiam nunquam bibas, nisi in illis praeditis tribus diebus. Uxorem ne ducas, concubinam non habeas; absque conjugio in perpetuo maneas. De medone autem interdicto, quia hic fit mentio, & in Concilio Vvormaciensi^a, mac. 30. Triburiensi^b, & aliis, & in antiquis Poenitentialibus poena huc frequens esse solet, & se b. C. 6. § 3. ignorare scribat Antonius Augustinus^c, quod genus ester potionis, illud obiter explicemus. In Notis ad Gallia, Germania, Phrygia, Polonia, Hungaria, & reliquæ gentes Septentrionales vocant eis in Penit. medonem, quod Graeci οδρόνει, Latini aquam mulsum, potum ex melle & aqua, qui (ut Rom. Tit. 1. auctor est Plinius^d) vetustate vini saporem aequatur, nec usquam laudator, quam in Cap. 11. Phrygia; tametsi vini appellatione non contineri doceat Ulpianus^e. Antiquam ejus confici- genu ester post endi rationem reddunt Plinius^f, & Palladius^g. Moscovitarum potum communem tradit Jo- tionsis, de quo annes Bohemus^h, & alii. Hoc ergo potu his gentibus, ut deliciori, interdicebatur olim crebro atque poenitentia causa, ut & matrimonio; quod pluribus aliis criminibus interdictum probe no- Poenitentialibus. runt, qui antiquis Rhabani, Teodori, & Romanis Poenitentialibus vel modiocrem operam d. L. 14. C. 17. sequis. 9. navarint. Quinimmo poenitentes omnes matrimonio interdictos, Leo Magnusⁱ docet, & de tristico, vi. Concilium Toletanum vi. k & alia pleraque. Quod & hodie observatur in his, qui ob cri- no, & oboe- men violata Religionis, ab Inquisitoribus hereticæ pravitatis perpetua poenitentia puniun- gato. Quod si poenitentes olim nuptiis se implicarent, velut apotatas puniendo Concilii f. Idem in eo Toletani vi. l auctoritate cautum est. Mulierem igitur (ut eo unde digressa est, revocetur dem Lib. oratio) quæ cum fratre viri sui turpi se polluit adulterio, tanta poena antiqui Patres dignam g. Lib. 8. Tit. 7. h. Lib. 6. de judicarunt, ut mortuo etiam viro, alio quoconque matrimonio censerent indignam. Cujus moribus G. sententia testem locupletem, & interpretem gravissimum Gregorium^m citabo, qui de adultera Cap. 8. sic ait: *Hi vero, qui uxores suas in adulterio deprebendunt, non licet nec eum, nec eam, Rufficum Epis. aliam uxorem accipere, vel alium virum, quamdiu ambo vivunt. Si autem adultera mortua scupum Nar fuerit, vir ejus, si vult, nubat tantum in Domino: adultera vero nunquam, etiam si bon. mortuus fuerit vir ejus; omnibus tamen diebus vita sua, acerrima poenitentia lamenta perf. lat. Nunquam igitur Concilium Iliberritanum secundas nuptias vel probavit, vel per- m Grec. apud misit; nec Moguntinum, & Triburiense, ut illis impegit Senensis, nam ut de uxore secun- Grat. in C. bi da, mortua prima, loquuntur, sic & de ipsa necessario intelligenda sunt.*

COMMENTARII NOVI.

MEndozam sequitur Basilius Legionensis dicto Cap. 9. & merito. Textus enim in dicto Cap. Si quis despontam, Cap. Quidam dispensavit. 27. Quæst. 24. Cap. Si qua mulier. 31. Quæst. 1. Cap. Quidam cum fratre. Cap. Qui dorminit. Cap. Concupis. Cap. Si quis cum novera 32. Quæst. 8. accipiendi sunt, defuncto altero coniuge, ita ut in eo dispar esset conditio nocentis, & innocentis; quod innocens defuncta uxore nubere alteri poterat; at nocens etiam defuncto coniuge, sine spe conjugij remanebat, quod discrimen aperie docetur in dicto Can. x. Concil. Foro-Jul. Cum ergo in predictis juribus statuatur, licet, dimissa uxore adultera, cum alia matrimonium inire, supponendum est, uxorem decepsisse. Quomodo enim accipiendi sunt texti in Can. 11. Conc. Veneti: *Eos, qui relitis uxoribus suis, sicut in Evangelio dicitur, excepta causa fornicationis, sive adulterii probatore, alias duxerint, statuimus, a communione esse arcendos.* Concilium Bituricense apud Lemovic. Act. 2. Can. xv. *Qui uxores legitimas sine culpa fornicationis dimittunt, alias non accipiunt, illis viventibus, nec uxores viros.* Suezionense: *Maritus mulierem suam non debet dimittere, excepta causa fornicationis deprehensa.* In quibus non recte a contrario sensu quis deducet: igitur ex causa fornicationis licet illam dimittere, & aliam ducere. Nam præterquam quod sequitur absurdum, non valet argumentum. Responderi potest, licet innocentem nocentem dimittere, & aliud inire conjugium ea defuncta: ipsam vero nec premortuo innocentem posse ad secundas nuptias transire, in poenam violatae fidei. Nec novum est hoc genus poenæ in Ecclesia. Ob

Cap.

Cap. 24. *Levit. Cap. 21. Hierem. Cap. 2. Ezech. Cap. 44.* Unde Dominus respondens, non licere, nisi ex causa fornicationis, exaudiens est de eadem dimissione quoad vinculum: tum quia responsio ad interrogationem est referenda. L. *Sed defensor. ff. De interrogat.* tum quia dispositio conjungens Legem antiquam, secundum ejus terminos accipienda est. *Novella 19. Justiniani, & juxta ejus naturam est exaudienda.* L. *Nihil. ff. De conjung. cum emancipa.* L. *Sed & pseverio. 28. ff. De legibus.* Sed facile responderetur, si animadvertissemus, in ea interrogatione duo membra esse consideranda, totidemque in response. Pharisei primo propositerunt num licet uxorem ex quacunque causa dimittere? Secundo, num licet aliam ducere? Respondit Dominus noster, non licere dimitt-

tere nisi ex causa fornicationis. Sed ad pri- mum dubium primum responsum referendum est. Secundo respondet Dominus, non licere; immo si aliter fieret, adulterium, seu moe- chiam committi. Unde Christus tantum voluit ipsos docere, non licere illis dimittere uxores ob fecunditatem, vel alias causas, ex quibus licebat ex Lege veteri, propter duritiam cordis eorum, repudium mittere, *Deuteronom. Cap. 24.* sed tantum licere uxorem dimittere ex causa fornicationis. Non autem potuerunt Pharisei interrogare Dominum, an liceret, adultera dimissa juxta legem Moysis aliam du- cere; cum juxta eam Legem adultera lapi- danda simul cum adultero esset, *Levit. C. 20. vers. 10. Deuteronom. Cap. 22. vers. 22.* Unde extra dubium erat tunc licere marito aliam ducere uxorem. GONZALEZ.

CANON X. vulgatus.

De relictæ catechumeni, si alte- rum duxerit.

Si ea, quam catechumenus reliquit, duxerit maritum, potest ad fontem lavacri admitti. Hoc & circa fe- minas catechumenas erit observandum. Quod si fuerit Fidelis, qua- ducitur ab eo, qui uxorem inculpa- tam reliquit; & cum claverit illum ab uxore, quam sine causa reliquit, placuit bujusmodi in fine dari com- munionem.

CAPUT VICESIMUM SECUNDUM.

De catechumenorum connubii, & cur relictæ a catechumeno alteri nu- bere possit, & nupta ad Baptismum admitti.

Sacramentum Matrimonii contracti inter Fideles, quid, quam eximæ virtutis, & diu- turnitatis, quam inviolabilis fidei, quam indissolubilis nexus, ostensum est hactenus a Patribus duobus Decretis precedentibus; quod huic proximum erat, hoc Canone, decimo continenter annexum, Catechumenorum scilicet connubia, ut omnes agnoscerent, quid inter Fidelium, & infidelium, Catechumenorumque Matrimonia interrellet; anve qui dimisis his, cum aliis contrahunt, ad Baptismi gratiam forent admittendi. Fideles enim non posse, quam semel suscepserant, uxorem Fidelem quacumque de causa dimittere, antea edocti sumus; at infideles, si infidelium Leges sectantes permitta velint ipsarum uti licen- tia, si ob adulterium, vel ob captivitatem, vel aliam legitimam causam, uxorem dimis- rent, posse cum ad Fidem convertuntur, aliis copulari, antiquissimo Eurychiani Pontificis Decreto^a constat: *Si quis Gentilis, inquit, Gentilem uxorem dimiserit ante Baptismum,* a Cap. Siquis. *post Baptismum in potestate ejus erit eam habere, vel non habere. Nec eo tantum casu, sed* 2. 23. Q. 1. *& in alio licere, cum videlicet alter conjugum converti non vult sed Fidem cum converso.* Simili modo si unus ex conjugatis baptizatus est, & alter Gentilis, & sequi non vult, sicut dicit Apostolus: *Infidelis si discedat, discedat.* Hocque receptum etiam in Græcia teletatur Theodorus Balsamon^b: *Fidelis, inquit, si placeat cum infidele cohabitare, vel contra Fi- deli, ne separantur; si quis enim horum separari maluerit, Matrimonium ex eo divelle- tur.* Quod quidem factum est tempore Sanctissimi Patriarchæ D. mini Theodori. Separatus est enim a sua infidele uxore Basilius Buccinator p. si quam baptizatus fuerat, cum Decreto Patriarchali, utpote quæ a viri fusione induci non posset, ut baptizaretur. A hodiæ Ecclesiæ Constitutionibus cautum est, ne Gentilis conversus secum habitare volentem dimittat, quoniam in Baptismo crimina solvuntur, non legitima conjugia. Quod primum in Concilio Romano statutum refert Triburicense c: *Quare si unus, inquit, & quibus, unam eam eam in duas dividere, & copulam nupiale machinetur disjungere, dicendo, non se- cuat. & si gentilis Legem iura Matrimonii contraxisse, & occirco separari posse: Canoni- ca i. p. 2. & definitus, & nostro, omniumque orthodoxorum iudicio statuimus, ut quod* c. 39. *V. II. II.* Lue-

CANON X. emendatus.

De relictæ catechumeni, si alte- rum duxerit.

Si ea, quam catechumenus reliquit, duxerit maritum, potest ad fontem lavacri admitti. Hoc & circa fe- minas catechumenas erit observandum. Quod si fuerit Fidelis, qua- ducitur ab eo, qui uxorem inculpa- tam reliquit; & scierit, eum habere uxorem, quam sine causa reliquit, placuit, huic nec in fine dari com- munionem.

Legis imperfectum sit, perficiatur; & jus Matrimonii nequaquam dissolvatur. Synodus Romana ait, quod non dimittenda sit uxor post Baptismum, quae habita est & ante Baptismum. In Baptismo solvantur crimina, non tamen legitima conjugia. Cum enim de Baptismo transmigret de vita in vitam, & non mutat uxorem legitimam, quomodo mutat eam, qui non mutat vitam, sed transit de gente ad gentem. De repudiata ante Baptismum Innocentius III. a. Qui vero secundum, inquit, ritum suum legitimam repudiavit uxorem, cum tale repudium Veritas in Evangelio reprobaverit, nunquam eo vivente, liceo poterit aliam, etiam ad Fidem Christi conversus, habere. Hoc tamen intelligendum est, cum is, qui converti non vult, cohabitare sine modello, & pacifice velit; nam si cohabitare cum Fidelis refusaret, vel id facere nollet sine contumelia Creatoris; hoc est, inducendo conjugem ad peccatum idolatrie, vel aliud quodcumque mortale, potest utique conjux conversus, illa derelicta, cum alias Matrimonium contrahere; ut idem Innocentius b respondit Ferrariensi Episcopo: Si enim alter infideli, inquit, conjugum ad Fidem Catholicam convertatur, altero, vel nullo modo, vel non sine blasphemia Divini Nominis, vel, ut cum pertrabat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente, qui relinquitur, ad secunda, si voluerit, vota transibit. Et in hoc casu intelligimus, quod ait Apostolus: Si infidelis discedit, discedat; frater enim, vel soror non est servituti subjectus in hujusmodi. Et Canonem etiam (miror vocatio Canonem Innocentium, quod Ambrosius c solam dixit; nisi dicamus, eum, ut Coelestium d Papam, sententiam illam Gregorii esse credidisse) in quo dicitur: Contumelia Creatoris solvit jus Matrimonii circa eum, qui relinquitur. Ob peccata enim haec mortalia posse dimitti uxori, si maritum Fidelem ad ea committenda invitet, jam diu docuerat Divus Augustinus e: Quamobrem & illud, inquit, quod dicunt, veluti probare cupientes, quantum valeat sola Fides, ubi Apostolus dicit: Quod si infidelis discedit, discedat; non est enim servituti subjectus frater, vel soror in hujusmodi; id est, ut propter Fidem Christi etiam ipsa uxor legitima societate conjuncta, sine ulla culpa relinquitur, si cum viro Christiano propter hoc quod Christianus est, permanere noluerit; non attendant eo modo illam rectissime dimitti, si viro suo dicat: non ero uxor tua, nisi mibi de latrocino divitias congeras, aut nisi solita lenocinia, quibus nostram domum transigeris, etiam Christianus exerceas, aut si quid aliud, vel facinorum sum, vel flagitiosum in viro noverat, quo delectata, vel libidinem complebat, vel facile victim habebat, vel etiam incedebat ornatrix. Tunc enim ille, cui uxor hoc dicit, si veraciter egit penitentiam ab operibus mortuis, quando accessit ad Baptismum, habetque in fundamento Fidem, que per dilectionem operatur, procul dubio plus tenet amorem Divinæ gratiae, quam carnis uxoria, & membrum, quod eum scandalizat, fortiter amputat: Quemcumque autem in hac diremptione dolorem cordis propter carnalem afflictionem conjugis sustinebit, hoc est, detrimentum, quod patietur, hic est ignis, per quem falso ardente ipse salvabitur. Sed si peccatum est uxori dimittere etiam ad Fidem conversum, dimissoque uxori vinculis primi Matrimonii adstricta contrahere non potest cum secundo; quare ad Baptismum illa recipiendum admittitur, cum nullo peccato graviori irretitos accedere ad Baptismum par sit; quod si accellerint, repellendos ostendit, multisque rationibus probat Divus Augustinus in toto Libro, De Fide, & operibus. Quinimmo haec sola causa fuit Libri illius edendi adversus eos, qui docebant, prius eis baptizandos, postea docendos peccata dimittere, ut ipse refert: Ad hanc autem, at, videtur disputationem impulsu, quod eos noverint, non admitti ad Baptismum, qui, dimisso uxori, alias duixerint; vel feminas, qua, dimisso viris, aliis nupserint; quia haec non conjugia, sed adulteria esse, Dominus Christus sine ulla dubitatione testatur. Cum enī negare non possint, esse adulterium, quod Veritas adulterium esse sine ambage confirmat, eisque suffragari vellent ad accipendum Baptismum, quos hujusmodi laqueo ita captos viderent, ut si non admitterentur ad Baptismum, sine ullo Sacramento malent vivere, vel etiam mori, quam disrupto adulterii vinculo liberari; humanam quadam &c.

Ut hanc autem difficultatem componamus, vel dicendum videtur, quod Hispani Patres agant hic de Catechumeno agrotante (ut & egerant in Canone precedenti de Fideli) huic enim interius p̄sonenti, etiamsi actu primum maritum non reliquerit, nec verbis poscat, nec posere possit Baptismum morbo gravata, nec ad interrogata respondeat, Baptismum tamen dandum ipse Augustinus consiluit, ut adulterii peccatum cum ceteris lavacro regeneratione ablueretur. Vel quod Ecclesia Hispanica fuerit ex his, quas idem h Augustinus refert consilium illud non obseruisse: Sed quoniam, inquit, malorum Christianorum Fidei, & operis, qui fuerunt etiam ante peccati, habuisse non videntur hoc malum, ut alienas uxores ducerent viri, aut alienis viris feminæ nubent; inde fortasse apud quasdam Ecclesiæ negligenter ista subrepit, ut in Catechisnis Competentium, nec quererentur, nec reperirentur haec vita. Atque inde factum est, ut inciperent & defendi; quia tamen in baptizatis rara sunt adhuc, si ea nos negligendo non defensa faciamus. Talem quippe in quibusdam negligenter, in aliis imperitiam, in aliis ignorantiam probabiliter Dominus somni nomine significasse intelligitur, ubi ait: Cum autem dormirent homines, venit inimicus, & super seminavit zizania. Sed sive erroris, sive ignorantiae, sive negligentiae arguat has Ecclesiæ Augustinus, conitatis sane, ne multi & suscipienda Fide retraherentur, primis Ecclesiæ temporibus Eutychiani Romani Pontificis Decretum Hispanis nostris Episcopis placuisse. Fortasse Augustinus solas Africa sue Ecclesiæ notavi, quod in illis diutina consuetudine illud receptum esset, quod in Romana, & Hispanica non obtinuit. At cujuscumque Ecclesiæ consuetudinem servandam, sape Augustinus monuit; tamque erit periculosum suæ quem-

quemque Ecclesiæ consuetudinem non observare, quam a ratio ne alienum cogi ad alienas. Nisi quis dixerit, Augustinum sensisse de Catechumenis culpa a sparsis, quod uxores primas sine causa dimitterent, ut contraherent cum secundis; in hoc autem Concilio de innocentibus solum uxoribus desertis a Catechumenis; quas ideo postea etiam aliis nubentes ad Baptismi Sacramentum admitti, quod Catechumeni, qui eas repudiaverant prius, ut contraherent cum secundis, jam cum secundis contraxissent. Si enim illi, spropto primo Matrimonio, celebrabant secundum, non est cur parti innocentii connubium denegaretur secundum; & hoc non negavit fieri post Augustinus, cum tempore, quo Catechumenus, vel jam Fidelis poterat infidelem uxorem dimittere, & alteri copulari, uxor infidelis eodem jure non privaretur, cum nullum delictum admisisset. Sieque poterat secure regenerationis tingi lavaco. Quæ autem observanda essent in his, qui ad Baptismum suscipiendum accedebant, postea referemus.

COMMENTARII NOVI.

Hujusce Canonis perdifficilis est sententia, cuius hunc sensum esse suspicor: si inculpatam mulierem catechumenus retinquit, & repudiavit, ad Baptismum non prius admittatur, quam relicta receperit, & domum reduxerit: si vero ea sit in alterius potestate, ut quæ post repudium alteri conjuncta sit, quia eam repetrere nequit, non est Baptismum privandus, atque eadem judicij forma in Catechumenas observanda est, quæ nulla satis legitima ex causa viros reliquist. Quod si ea mulier, cum qua Catechumenus ille, qui suam repudiavit, nuptias fecit, & non ignoravit, priorem illam mulierem sine causa ejectam esse, ea ipsa vel in morte, communione Ecclesiæ, atque absolutione carere debet. Ratio hujus Canonis est, quod Catechumeni, quamvis non essent Christiani, Legibus tamen Christianis tenerentur: quibus quidem infidelem dimittere, & repudiare licet.

Potest ad fontem lavaci. Non alia poena coercerantur Catechumeni, nisi prorogatione, aut privatione Baptismi, utique ad mortem. Excommunicati enim non poterant, cum non essent in communione fidelium, neque societate Christiana donati. ALBASFINÆUS.

Matrimonium apud infideles valet, ut contractus, & licet legitimum sit, non tamen est ratum, vel ab Ecclesiæ approbatum; & in eo sensu dicitur Sacramentum conjugii aquiliter esse apud fideles, ac apud infideles, Cap. Gaudemus. De divortiis; ubi notavit Balboa num. 100. Cap. fin. De transactis. Ideo per conversionem ad Fidem dissolvi potest, cum adhuc non habeat indissolubilitatem ratione Sacramenti. D. Thomas in 4. Dist. 35. Quæst. unic. Art. 2. Covarr. De matrim. 2. P. Cap. 1. nec in Sacramentum transeat, donec novo consensu, aut perseverantia in antiquo confirmetur. Basil. Lib. 1. De matrim. Cap. 9. Balboa in dicto Cap. Gaudemus, num. 47. non tamen ipsa susceptione Baptismi dissolvitur. Cap. Deinde 26. Dilt. Cap. Num. quid 28. Quæst. 1. Cap. De infidelibus, De consanguinitate. & affini. Late probant Sanchez, Lib. 2. De matrim. Disp. 9. per totam. Leo Pinelus ad Titul. Qui filii sint legit. nam. 312. Joann. Dartis ad Decretum 28. Quæst. 1. Cum baptismus non solvat conjugia, sed peccata tollat, ut ait Innocentius III. in dicto Cap. Gaudemus, & tractat D. August. relat. in Cap. Sic enim 28. Quæst. 1. non tamen prius Ecclesiæ seculis tenebatur conversus ad Fidem cohabitare cum infideli sine contum. II.

tum, quia tunc illam reprobete non alet, admittatur ad baptismum. Licet enim tunc uxor relata non possit, antequam conversus novum iniret conjugium, ad secundas nuptias transire, quia illi privilegium dissolvendi materi ualium concessum non est; tamen quia per trersitum ad secundas nuptias cognoscitur ejus obtinatio, neque Catechumenus sperare potest ejus conversionem, ideo ad Baptismum ad uitetur. Ideo circa feminas Catechumenas statuunt PP. quae si viros renuentes ad Fidem converti reliquerint, & illi alias duxerint uxores, poterunt Catechumenas retinere eadem hypothesi baptizari. Tertium casum proponi in Iliberini Patres, quando videlicet Catechumenus reliquit eorum incepit, id est, qui post converti noluit, tamen cohabitare volet sine contumelia Creatoris, & ipsa duicit; non ab alio gentili (ut in primo casu hujus Canonis) sed a fidelis baptizato, qui sciebat am relicta suam culpam a Catechumeno sine causa, tunc statuunt PP. ipsum nec in fine accipere debere communionem: tum quia contraxit matrimonium cum ea, quae adhuc legitima uxor erat Catechumeni, cum ejus matrimonium non dissolvetur, quoque post Baptismum conversus novum inisset eorum; & cum tum quia cum esset fidelis, nupcialis contraxit cum gentili, quae converti ad Fidem renuebat. Et haec, ni fallor, est vera sensatio hujus Canonis, quem merito difficulter dixit Albaspinæ.

Nisi etiam audenter affirmemus, in primo casu hujus Canonis agi, non de eo qui reliquit a crede, & dimittendo ad baptismum, vel non, sed de illa uxore relicta, quae cum noluerit maritum sequi, aliud conjugium contraxit, & postea baptizari petebat, quam ad Baptismum admitti posse PP. affirmant, & tunc pergunt quid observandus sit cum feminis. Catechumeni relicta a maritis, qui aliud inierunt conjugium, & ita distinguunt PP. quod si fuerit uxor, quae ducitur ab eo qui uxorem inculpatam praestitu Baptismi suscipiens reliquit, scieritque ipsum uxorem suum dimisisse, jam placuit, hujusmodi mulieri fidei tantum dari communionem: quod si ipsa adhuc non est fidelis, sed Catechumen, per quinquennium in catechesi persistat. Si autem intra illud tempus graviter infirmetur, ad Baptismum admittatur. Itaque Canonem hunc cum sequenti ita lego: *Si ea, quam Catechumenus reliquit, quia noluit converti, sicut velit cohabitare sine contumelia Creatoris, duxerit maritum, potest ad fontem lavacri admitti*

Quo si fuerit Fidelis, quae ducitur ab eo, qui uxorem inculpatam reliquit, & cum cluerit, illum ab uxore, quam sine causa reliquit, placuit, hujusmodi in fine dari Communionem.

Quater Decreti periodus, ut in editis exstat, sensum rectum non reddit; verior illa est, quam retinuerunt verulli Codices ms. *Quod si ducitur, ait, ab eo, qui inculpatam reliquit uxorem, & eum scierit habere uxorem, quam sine causa reliquit; placuit, nec in fine dari communionem.* Supplenda sunt duo verba priora: *Quod si fuerit Fidelis;* id est, si fuerit feminæ Fidelis, non Catechumen, quae ducitur ab eo Catechameno, vel Fidelis, qui inculpatam uxorem reliquit; placuit, nec in fine dari ei communionem. Fidelis enim feminæ, Christianis inititutis, & tribus erudita, scire poterat, & debebat, maritum Catechumenum uxorem innocentem non debere, nec posse dimittere; quod si dimisisset, & alteri se copulasset, mœchari. Quare si cum illo contrahat, ejusdem peccati rea habetur, & pena obnoxia; ideo & in fine illi interdic ut sacra communio.

(ipsa videlicet mulier relicta, cum infidelis est, quæ potest secundas nuptias baptizari potebat.) *Hoc (non quod traditum est, sed quod statim sequitur) & circa feminas Catechumenas erit observandum (tolle punctum, & consequenter lege) quod si fuerit fidelis (id est baptizata) quæ ducitur ab eo (fidelis) qui uxorum inculpatam reliquit, & scierit eum habere uxorem (ab uxore diversibile legit Antonius Auguinus Lib. 39. epist. Tit. ult. Cap. 9.) Quam sine causa reliquit, placuit, hujusmodi nec in fine dari communionem.* Hucusque poena illius, quæ post catechesim jam fidelis accepit in maritum illum, qui tam uxorem inculpatam reliquit, & illi tantum injunxerunt PP. dilationem baptismi per quinquennium, quæ erat poena Catechumenorum, ut in Can. IV. notavi; & si ipsa infirmitate oppressa efflagitaret Baptismum, statuerunt PP. *Intra quinquennii autem tempora Catechumenæ si graviter fuerit infirmata, datum ei Baptismum placit, non denegari.* Sed ut ista sunt in conjectura posita, & a me investigandi tantum, non etiam affirmandi gratia proposita, ita velim a Lectore accipi. GONZALEZ.

JOSEPHI CATALANI ADDITIO.

Cum ambo conjuges essent antea infideles, si eorum alter fidelis factus ob uxoris pervicaciam separari ab ea voluerit, & illa se relicta cum alio secundas nuptias vivente marito inierit, hanc fidem postea factam ad Baptismi lavacrum nihilominus admittendum, puriori Ecclesiæ disciplina minime congruit, nec nisi agre concedi invidetur, ut observar eruditus Auctor Delectus Actuum Ecclesiæ universi in Nota ad hunc Canonem x. Concilii Iliberitani; ubi etiam ait, hunc fuisse forsitan peculiarem usum Provinciarum Hispanie, quarum Patres ita se geilerant, ut infideles quoquo modo conjugati a Christiana Religione non deterrerentur. Simile quid legi observat apud Theodorum Balsamonem, in quo resertus Basilii Buccinatoris matrimonium ex hoc ipso divisum fuisse declaratum, quod conjugem suam infidelem, ut baptizaretur, non potuisse adgere. Certe periculum in primitam in se letatatem relabendi, & non servandi continentiam fecit, ut Patres facilliores se præberent in diximendis conjugiis, cum conjugum alter infidelis remaneret, quia ex contumelia Creatoris solvi jus matrimonii arbitrabantur.

Quo si fuerit Fidelis, quae ducitur ab eo, qui uxorem inculpatam reliquit, & cum cluerit, illum ab uxore, quam sine causa reliquit, placuit, hujusmodi in fine dari Communionem.

Quater Decreti periodus, ut in editis exstat, sensum rectum non reddit; verior illa est, quam retinuerunt verulli Codices ms. *Quod si ducitur, ait, ab eo, qui inculpatam reliquit uxorem, & eum scierit habere uxorem, quam sine causa reliquit; placuit, nec in fine dari communionem.* Supplenda sunt duo verba priora: *Quod si fuerit Fidelis;* id est, si fuerit feminæ Fidelis, non Catechumen, quae ducitur ab eo Catechameno, vel Fidelis, qui inculpatam uxorem reliquit; placuit, nec in fine dari ei communionem. Fidelis enim feminæ, Christianis inititutis, & tribus erudita, scire poterat, & debebat, maritum Catechumenum uxorem innocentem non debere, nec posse dimittere; quod si dimisisset, & alteri se copulasset, mœchari. Quare si cum illo contrahat, ejusdem peccati rea habetur, & pena obnoxia; ideo & in fine illi interdic ut sacra communio.

C A N O N X I.

De relicta Catechumeni, si graviter egrotaverit.

Intra quinquennii autem tempora, Catechumenæ si graviter fuerit infirmata, datum ei Baptismum placuit, non denegari.

C A P U T V I C E S I M U M T E R T I U M.

Cur hic quinquennii Catechumenæ femina, cum reliquis biennii, ad Baptismum tempus definiatur.

NON statim (ut diximus a) ad Baptismum olim infideles adulteri, serie conversionis, & sacratoris vitæ documenta præstantes, admittebantur, sed suis tradi Catechistis, erudiebantur Christianæ disciplina rudimentis, catechizabantur, & docebantur, quid credere, quid agere, quibus observationibus anteactæ vita sole; purgare, quibus legibus inchoare futuram Christiano nomini congruentem, quibus rationibus æternam capere, comparereque debuissent; ut priusquam aquæ, Spiritus Sancti fides, dignissimæ habitacula efficerentur. Quod præter Concilium hoc, & Nicenum b, testatur superrissime Divus Augustinus c. Nec omnibus Catechumenis idem tempus ad suscipiendum Baptismum prescriptum erat, sed varium. Flaminibus, hoc est, singulorum Deorum Sacerdotibus ethni corum, triennii tempus superius; reliquis vero, si bona essent indeole prediti, & moribus, biennium inferius; Iudeis conversis octo menses Agathensis d Concilii sanctione. Augustinus e autem diu voluit esse Catechumenos, ob nimios animi sui hinc inde fluctuantes motus, ut ipse de se testatur. Quod si intra tempora cuique Provincie prescripta Catechumeni gravi periculo valetudinis premerentur, antea baptizari posse, uno conuersu diversa Concilia, & Patres semper decreverunt. De quinquennio autem ideo facta est mentio hic, quia non agitur de Catechumenæ solum, sed Catechumenæ peccante. De qua in Capite superiori, q. sed indicat junctio illa, autem.

C O M M E N T A R I I N O V I.

Ambigitur de hujus Canonis explicatione, neque satis intelligitur quis ei sensus esse possit. Nam quæ causa esse potuerit, cur Catechumenarum potius, quam Catechumenorum mentionem fecerint hi PP. Eliberitani? Quamobrem deinde tyrocinium, & catechumenatum quinque annorum ejusmodi Catechumenis prescribunt, culus tempus ultra tres aut duos annos non producatur? Præterea de quibus Catechumenis loquuntur, aut ad quas, quæso, has poenas pertinere dicimus, cum de crimine omnino taceant; neque exponent quod peccati genus hoc Canone coercant? Denique cum morientibus Baptismum præberent, eum negari posse, videntur innovere. Ille omnia mihi persuadere potuerunt, hunc Canonem a præcedenti avulsum esse, neque illum sensum, aut sententiam referre, aut reddere posse, nisi cum eo connectatur. Nam præter ea, quæ supra attulimus, illa etiam particula, autem, id omnino continere videtur, atque ostendere, totum hunc Canonem ad illa, quæ jam essent dicta, & cognita, referendum.

Præterea nullibi unquam repertus Baptismi gratiam dilatam, & catechumenatus tempus productum, nisi ob aliqua criminis admisfa. Quæ cum ita sint, verisimile est, de illud ipsi feminis, & Catechumenis hic agi, de quibus statutum esset præcedenti & proximo Canone, in quo cum PP. statuissent, eas esse puniendas, quæ viris repudium sine causa obtulissent; pœna vero modum, aut tempus, quo diutius retinerentur in catechesi natu (non enim alio genere pœnarum coercabantur Catechumeni) non apposuerint; hec sequuntur Canone, ut petius hanc ultima ejusdem.

a Supra Lib. 2.
Cap. 10.

b Cap. 2.
c L. de Fidei operibus, Valtero de catechi zandis ratiob. Can. IV.

d Can. XLII.

e Lib. 5. Con sessio. C. 2.

dem Canonis parte, pœna modum, aut tempus addiderunt.

Sensus igitur Canonis est, Catechumenas, que vitæ sine causa reliquist, quæ in que annos in catechumenata detinendas esse, & intra hoc tempus baptizandas, si graviter quo morbo occupentur.

Intra quinquennii tempora. Agant: catechumenatum quinquennii tempore, quem explore, si morte impediantur, Baptismus doinentur.

Catechumenæ. Que matrium sine causa repudiaret, quæque post repudium alium duxisset; nam si marius post repudium solitus remansisset, rursusque ha nuptia, quæ sine causa dicempta essent, coalescere potuissent; non aliter ad lavacrum admittenda erat, quam si eundem pro viro habuisset. LABASPINÆUS.

Eadem hypothesi retenta, prosequi PP. quod si Catechumen, q. s. omnia reliquit virum, dum in catechesi per quinquennium esset, infirma fuerit, datum ei esse Baptismum. Quæ ultima pars convenit cum Canone XLII. h. j. Concilii. Prior autem, q. s. supponit, Catechumenam per quinquennium in catechesi persistere, non facile percipitur, nisi s. propria, q. s. omnia bus hojus C. 2. Catechumenis peccantibus aliquando triennio, ut supra nota i. in Canone IV. aliquando quinquennio. Egnatius & Catechumenam ideo per quinq. annum persistere in catechesi, quia adhuc ante Baptismum, nec dissoluto primo coniugio, secundum contraxit. Quæ ad Catechumenam, & tempus catecheseos spectant, dabimus infra i. Canonem XLII. GONZALEZ.

C A N O N XII.

De mulieribus, quae lenocinium fecerint.

Mater, vel parentes, vel qualibet Fidelis, si lenocinium exercuerit, eo quod alienum vendiderit corpus, vel potius suum; placuit, eam nec in fine accipere Communionem.

IVO Parte 8. Cap. 306. Mater, aut parens, vel qualibet Fidelis, si lenocinium exercuerit, eo quod alienum corpus vendiderit, vel suum; placuit, nec in fine communicandam. Burchardus Lib. 19. Decret. Cap. 5. ad finem, aliter: Ut ille, ait, qui bac perpetraverit, nisi in fine, non accipiat Communionem. Sic etiam ex Punitentiali Theodori retulit Antonius Augustinus, Tit. 3. Cap. fin. Sed lectio vulgata magis placet, ut ad finem Canonis dicemus.

CAPUT VICESIMUM QUARTUM.

De poena lenocinii parentum.

Vteres, licere verbum, pro implicare dicebant, a licio, quod est filium, quo in tela textrices stamen implicant. Unde trilicem vestem, quae ex tribus liciis conitat. Ab hoc verbo *licere*, *lenones* appellantur, quod allificant, & implicent; horum delictum *lenocinium*. Si mater ergo, vel parentes illud exercuerint, in perpetuum communionem privantur. Turpe enim, & foedum lenonum officium, sed si in liberos exerceatur, turpisimum semper habitum; quod non tam alieni, quam proprii corporis, & natura bona, summa pretii vilitate vilissime commutentur. Ideoque notatum fuit semper gravissima infamia, non apud Christianos modo, sed & apud ethnicos, Ulpiano a te: *Prator, in-
Pretor, de his, qui lenocinium fecerit; lenocinium facit, qui quaestuaria mancipia habet;* sed & *qui notantur qui in liberis hunc quaestum exercet, in eadem causa est.* Nec infamia notam satis penitus infamia.

a L. 4. 6. ait b *In Idenone*, habuisse aduersus parentes lenones, voluerunt Imperatores Valentianus, & Theodosius b, fin. C. de spe- cum filios, vel ancillas, quibus parentes, vel domini hanc peccandi licentiam, vel ne-
& faciliis Lib. 10 cessitatem imposuerint, a nexus sua potestatis absolvi, implorato Episcoporum, vel Defen-
sorum suffragio, constituerunt; addita etiam poena exilio, & damnationis in metallum.

Vel qualibet Fidelis.

CAPUT VICESIMUM QUINTUM.

Quae sit antiqua lenonum poena.

NON parentum solum, sed & cuiuscumque Fidelis lenocinium, severa, sed & justissima animadversione Episcopi nostri vindicarunt, probe intelligentes, delicta non auctoribus magis, quam fautoribus obesse. Tertullianus c: *Graviora delicta qua-
que pro magnitudine periculi diligentiam extendunt observationis, ut non ab his tantum ab-
scedamus, sed & ab iis, per quae fiunt.* Licet enim ab aliis fiunt, non interest, si per me. In nullo necessarius esse debet aliis, cum quod mibi non licet. Ex hoc, quid vector facere, intelligere debeo, curandum mibi esse, ne fiat per me. Denique in alia causa, non levioris reatus, prejudicium istud obseruo. Nam quod mibi de stupro interdictum sit, aliis ad eam rem nihil aut opera, aut conscientia exhibeo. Nam quod ipsam carnem meam a lupanaribus segregavi, agnoscere, me neque lenocinium. neque id genus lucrum alterius causa exercere posse. Sic & homicidii interdictio ostendit mibi, lausquam quoque ab Ecclesia arceri; nec per se non faciet, quod faciendum aliis subministrat. Nec pari lenones, qua & auctore censueris poena dignos, sed & multo acriore; quod sanctissimum praecipit de non morchando tanto hi majori culpa violent, quanto minor voluptatis explenda urgebat necessitas. Edocuit nos hoc olim Solon, qui quo pauciores essent in Republica, qui ad tam facinus juvenes, vel feminas illicerent, & a turpissimo hoc lenonum officio (si posset) vindicaret Rempublicam; accusatos, & convictos lenones morte damnari jussit, ut ait *Aeschines*. Sic Euthymachus, quod puellam Olynthiam prostituiisset, capite multatus est. Cleomenes Tyrannus, apud Metymnos tres, vel quatuor lenas, quae apertissime lenocinari solebant, liberalisque mulieres prostituerere, in saccis ligatas iussit quibusdam immergere. Hermippus in Libris, *De septem Sapientibus*, hoc ipsum fecisse Periandrum narrat, referente Atheneo d. Ultimo supplicio afficiendos, placuit Justiniano e, quem referri Proco-pius, Theodora Augustae suae, & sodalitia meretricum, & lenonum Constantinopoli sustulisse. Sed cum fierissima huic lenonum turpitudini, par repertinet postea quorundam cupiditatis, nec habendi fructum felix & cupiditate querenti miserrima, efficit tandem, ut aditum, quem criminis tanto Imperatorum pudicitia & castitas intercluserant, aurea clavis luxuri ubi aperuerit & avaritia; delata ad ararium annis singulis tributi nomine quadam pecuniarum sum-

summa: a ejus foeditate, & injuria ut Rempubl. vindicaret, sine Reip. incommodo, singulari quadam pietatis & beneficentiae impulsu Florentius V. C. præfectus prætorianus proprium patrimonii fundum arario obtulit, tantum honestatis, decoris, & emolumenti addens arario, & Reip. quantum detraxerat turpitudinis, & infamie. Quod grata, ut debuit, memoria, ad præclarum pudicitia, & liberalitatis exemplum retulit, & laudavit a Theodosius Imp. dignumque illud censuerim ejusdem Imp. exemplo, non solum ut hic repeteretur, ^{a Novella Con-} fit. 18. sed ut recenti Magistratum memoria, & futura etiam posteritatis retineatur. Sic enim ait:

Imp. Theodos. & Valent. AA. Cyro & Alypio PF. P. PM.

Fidem de exemplis præsentibus mereantur historiæ, & omni de ambiguitate liberetur antiquitas, que nobis summos Viros præstalisse Rempublicam facultatibus indicavit. Virum illustrem Florentium præfutura Prætoriana administratione subfultum cernamus, non jam cum majorum laudibus, sed cum suis magnis in Rempublicam meritis, præclaris anni- mi amula virtutis certantem existimationem Reipublica non solum consilio suo ac providentia, sed etiam devotione ac munificentia padenda turpitudinis labe, atque ignominia liberaffe. Nam cum lenonum calliditate damnable circumventum veterum videbat incuriam, ut sub cuiusdam lustralis præstationis obtenuit, corrumpendis pudoris licet exercere commercium, & injuriam sui ipsam quodammodo ignaram cobibere Rempublicam: pio circa omnium verecundiam proposito mansuetudinis nostræ more pudicitiaque suggestit, ad injuriam nostrorum temporum pertinere, si aut lenones in hac liceret Urbe versari, aut eorum turpissimo quaestu ararium videretur augeri. Ac licet nos illud adverteret execrari, etiam cessante vicaria oblatione vectigalis, tamen ne ullum ad ararium incommode perveniret, propriam possessionem obtulit, ex cuius redditibus possit accedere, quod prædictum pessimum genus confueverat pensare. Unde providentiam, & munificentiam ejus libenter amplexi, bac mansura in eum Lege sancimus, ut si quis posthac mancipia tam aliena, quam propria, aut ingenua corpora qualibet taxatione condicet a profite sacriflegi temeritate tentaverit, in libertatem prius miserrimi mancipiis vendicatis, vel ingenuis personis conductione impia liberatis, gravissime verberatus, hujus Urbis finibus, in qua vetitum nefas crediderit exercendum, ad-exemplum omnium, emendati nemque pellatur. Cyre P. K. AA. Illustris igitur autoritas tua, ea qua tuende honestatis decrevimus gratia, veneratione debita jubeat custodiri, officio amplitudinis tue viginti librarium auri poenam, si præcepta nostra neglexerit, iuraro.

Quod in foro faculat Theodosius Imp. idem in foro Ecclesiæ recipi hic nostrates Epivoluerunt, lenones in perpetuum communione privantes præsenti Canonis sanctione, que satis justa, pia, & sancta est. Quod si aliquandiu eam denuo sanciri oportuit, & sanctam jam denuo renovari; hoc maxime tempore sunt pietate, & doctrina graves, qui optent, quod minus tuta sit etiam inter parentes virginum pudicitia.

Nec ab hac lenocinii poena illi eximi poterunt, qui vel quaestu, vel suau, vel alia quaque ratione, munuscula, vel literulas (quibus juvenes, vel virgines solicitari solent, & solicitare nonnunquam) eo animo ad mulieres, vel virgines deferre confueverunt. Nam si hoc lenocinari non est, quid est lenocinari?

Olim enim Athenenses majore poena afficiebant eos, qui alienam uxorem munieribus, precibus, & illecebris corrupserint, quam qui vi adhibita violassent: illos morte multabant, hos autem dupli poena afficiebant; damnum illatum prius pretio estimantes: quod videlicet, qui vim intulerant, odio futuri essent his, quas violassent; contra vero qui ad stuprum pellexerant, sic animum feminarum ad sui studium, & amorem conciliassent, ut mariti uxor, & domus tota magis in adulteri, quam mariti benevolentia, manu, & potestate foret, ut ex oratione Lysia refert Petrus Victorius b. Quare qui tanquam alienæ pudicitiae proxenetas ad fidissimam hanc amoris fidissimum conciliationem, feminarum animos, <sup>b Lib. 32. va-
riorum letition. Cap. 15.</sup> vel munieribus, vel blanditiis, vel quo alio malo consilio in fraudem illiciunt, aut ferentes literas, aut referentes responsa, non essent sane minoci poena puniendi, quam qui ad rapsum, vel stuprum inferendum, opem, auxilium, vel auctoritatem accommodant; & de his sane dixerim Iubentius, quod de Reip. suffragiis olim dixisse Ciceronem c Ammianus refert: Cumquenibz, ait, tam incorruptum debeat esse in Republica, quam suffragium, quam sententia; non intelligo, cur qui ea pecunia corrupserit, poena dignus sit: qui eloquentia, laudem etiam ferat. Mibi quidem hoc plus male facere videtur qui oratione, quam qui pretio judicem corruptit; quod pecunia corruptere prudentem nemo potest, dicendo potest.

Placuit, eam nec in fine accipere communionem.

CAPUT VICESIMUM SEXTUM.

In vulgatis Conciliorum Codicibus, & apud Iovem d cum negatione litera extat. Apud Burchardum e vero cum conjunctione exceptiva, naf. *Exercitisti*, ait, lenocinium, <sup>d P. 8. Cap.
106.</sup> aut in te ipsa, aut in aliis, ita dico, ut tu meretricio more suis amatoribus corpus tuum ad tractandum, & afforditandum pro pretio tradidisses, seu, quod crudelius est, & periculosis, alienum corpus, filia dico, vel nepis, vel alicuius Christiana, amatoribus vendidisti, vel concessisti, vel internuncia fuisti, vel consiliata es, ut stuprum aliquod tali modo perpetraretur: si fecisti, sex annos per legitimas Ferias panitezas. Tamen

in Concilio Eliberitano præcipitur, ut ille qui hac perpetraverit, nisi in fine, non accipiat communionem. Sic etiam in Pœnitentiali Theodori¹. Sed vulgata lectio, & Iwonis cum negatione magis placet, & quia criminibus aliis non adeo gravissimis similis poena sœpe fæcita est a Patribus in hoc Concilio, & quia in votu nostra Conciliorum collectione cum negatione litera exstat.

COMMENTARII NOVI.

Gayius puniuntur lenones, & earum turpitudinem artifices, quam ipsam adulteria, & virginum itupratio-nes. Nam Zephyrini edicto moschias & fornicationi pœnitentia functis, veniam in morte, vel post longam pœnitentiam concessam, legimus: hoc vero Canone ea ipsa moribundis lenonibus, & parentibus, qui quæstum ex fiduciarum stupro fecerint, denegatur. Cujus severioris disciplina hanc rationem adducunt, quod suum (ad parentes id refertur) aut alienum vendiderint corpus, hoc est, peccatum dederint, perdiderint, & libidini manciparint, ALBASPINÆUS.

Lenocinium definit Ulpianus in L. Athletas 4. Ait Prator. 2. ff. *De bis qui not. infam.* his verbis: *Lenocinium facit qui quaestua mancipia habuerit; sed & qui in liberis hunc quaestum exercet, in eadem causa est.* Nec refert, suo id nomine faciat, an alieno. L. Palam §. Lenam. ff. *De ritu nupt.* At nec illud intereat, utrum principaliter hoc negotium gerat, an alterius accessione utatur, veluti si caupo sit, aut stabularius, & mancipia talia habeat ministrantia; in Lege Julia *De adulter.* qua lenocinium in marito damnabatur, leno dicitur maritus, qui deprehensam in adulterio uxorem retinuit, adulterum dimisit, vel qui de adulterio uxoris sue aliquid coepit. L. 2. §. *Lenocinium.* L. Miles 11. in princ. & §. ult. L. Mariti 29. in principio, & §. Plebitur cum sequenti ff. ad Leg. Jul. *De adulter.* L. Sine metu 17. Cod. eodem Tit. L. Ipsi 8. ff. *De eo quod metus caus.* L. 3. §. *Sed si aliud ff. De accusat.* Accepisse autem dicimus non solum eum, qui pretium pro comperto adulterio percepit; sed & si quid aliud pro pecunia datum sit, sive qua obligatione liberatus fuerit. d. L. Mariti 29. §. Plebitur. L. Furti 6. §. *Pactus.* ff. *De bis qui notantur infam.* L. 2. ff. *De calumniat.* Si autem maritus nihil coepidet, sed precibus exoratus negligenter, vel culpa adulterum dimiserit, ut leno non tenetur. d. L. 2. §. *Caterum.* d. L. 29. §. Plebitur. Etiam ut leno ex Lege Julia tenebatur maritus, qui ab inchoata accusatione delitit, ac uxorem iterum in domum recipit. d. L. 2. §. 1. L. Miles 11. §. *Socer.* 3. L. Quæstitum 40. §. 1. ff. ad L. Jul. *De adulter.* L. 2. ff. ad Turpil. Lenonis maritis proximi sunt, qui dominum, agrum, vineam, balneum præbuerunt adulterio vel stupro L. *Qui domum* 8. L. *Et si amici* 9. L. *Mater* 10. §. 1. L. Mariti 19. §. Plebitur. ff. ad L. Jul. *De adulter.* L. *De Crimine* 10. C. eod. Tit. L. *Auxilium* 37. §. fin. ff. *De Minor.* Item qui persualit adulterium. L. *Is enjus* 14. ff. ad Leg. Jul. *De adulter.* cuius ope factum est, ut vir, feminave in adulterio deprehensa, pretio, aliave pactione se redemit. d. L. *Is cuius* 14. qui adulterii damnatam sciens uxorem duxit, quæve damnato nupserit. GONZALEZ.

CA-

CANON XIII. vulgatus.

De Virginibus Deo sacratis, si adulteraverint.

Virgines, quæ se Deo dedicaverunt, si pacta perdididerint virginitatis, atque eidem libidini inferuerint, non intelligentes, quid admiserint, placuit, nec in fine dandam eis esse communionem. Quod si semel passas pœnituerit, quod infirmitate corporis lapsæ fuerint, & toto tempore vita sue hujusmodi feminæ egerint pœnitentiam, & abstinerint se a coitu, eo quod lapsæ potius videantur; placuit, eas in fine communionem accipere debere.

Pobarunt hunc Canonem olim Concilium Colonense sub Carolo III. Imperatore cognomento *Craffo*, Canone vi. Mogunitum 111. tempore Arnulphi Regis, Canone xxvi. & Rhabanus in suo Pœnitentium Libro, Cap. iv. Gratianus in Cap. *Virginis qua*, xxvi. Q. 1. ac tandem vetusta nostra Conciliorum, & Epitolarum collectio, his quæ retulimus immutatis.

CAPUT VICESIMUM SEPTIMUM.

Virgines voto sacratas ab ipsis Apostolorum temporibus fuisse in Ecclesia, præsertim Hispanica; & cur de Virginibus hic, non de Viduis, mentio injecta?

Ad illustrem, & summam Hispanie laudem pertinet, inter media: sœvientium persecutionum procellas, inter immanes tyrannorum Imperatorum cruciatus, inter tot varias gentium superstitiones, ac tandem inter turpissimas meretricum, lenonumque officinas, Virgines in ea fuisse castissimas, æterni, omnipotentis, & veri Dei sacro cultui dicatas, qua insigni pudicitia, orationibus, lacrymis, jejuniis, & pœnitentia sponsum suum ad majora in Hispaniam conferenda beneficia moverent. Faciat igitur jam Petrus Martyr hereticus, qui a tempore Constantini Magni virginitatem sacrari cœpisse, omni antiquitatis Ecclesiasticæ præsidio destitutus adfirmat; cum multo antea, tempore Diocletiani & Maximiani, sacratas fuisse, non argumentum solum suppeditet Hispania, sed testimonium clarissimum. Cujus sacri voti tanto flagravit studio, ut illius violatrices omni communione perpetuo privaverit. Cuius præcepta adjectio nova, veterem fuisse, & ab ipsis Apostolorum temporibus sacræ virginitatis observationem profecto indicat. De Virginibus solum Concilii Patres meminerunt; non quod Viduae sacro etiam cœtitatis, & continentia voto tunc solite non essent oblitæ (nam solitas cœtitat ex Paullo sed quia Viduae tunc velo sacro (ut Virgines) non consecrabantur. Gelasius Papa^a: *Viduas autem, ait, velare Pontificum nullus attente: quod nec auctoritas Divina delegat, nec Canonum forma præstituit. Non ergo penitus usurpandum eis, quia sic Ecclesiastica sunt conferenda præsidia, ut nibil committatur illicitum.* Confirmavit Concilium Triburicense b sub Arnulpho: *Viduas autem, inquit, velare Pontificum nullus attente, prout constitutum est in Decretis Papæ Gelasi Cap. xij, quod nec auctoritas Divina, nec Canonum forma præstituit: quæ si propria voluntate continentiam professæ est, ut in ejusdem Gelasi Cap. xxi. legitur, ejus intentio pro se reddat rationem Deo.* Concilium Rothomagense c: *Statutum est, ait, Viduas non debere velari. Similiter hoc statutum est, ut si quispiam Presbyterorum deinceps hujus constitutionis normæ contumaciter transgressor extiterit, scilicet, ut aliquas Viduas velare præsumat, quia hoc & Episcopis non licet, gradus sui periculum incurrat.* Hac ipsa ratione in votandi ritu sic a virginis discernebantur, ut non Viduae tantum, sed quovis etiam modo defloratae ad votum continentiam cum Virginibus, nec recipieren, nec remanerent, etiam in persecutions vim passæ, & violenter oppressæ, pudicitiam mentis apud Deum non amissent. Leo Magnus d: *De bis, ait, que in sacro virginitatis proposito constituta barbaricam pertulere violentiam, & integratatem pudoris non animo, sed corpore perdidere, t. ea nobis servanda videtur moderatio, ut nec in Viduarum gradum dejiciantur, nec in sacrarum, & perseverantium Virginum numero cœseantur: quibus si in omnibus virginibus observationibus perseverant, & castimonie soliditatem mente casti diant, Sacramentorum non est neganda communio: quia injustum est, eas in eo argui, notarive: quod visibilia eripuit, non voluntas amisit; Et interior e: Dei igitur famula (Familias Dei, ancillas Dei, servas Dei, moniales olim nuncupari scitum, quas in Africa, & Egypto vocatas*

^a Tim. 5.
^b Epist. 1. ad Episcopos per Lucaniæ Druitos, & Siciam constitutos C. 15.
^c Can. 15.
^d Can. IX.
Refert. Iov. P. 7. C. 52.

^d Epist. 87. ad Episcopos Mauritanian. Cela-rien. C. 2.

^e Idem C. 5.
X. fuisse

fuisse Nonnas, ex Hieronymo didici) qua integratatem padoris oppressione barbarica perdiderunt, laudabiliores erunt in humilitate, ac verecundia, si se incontaminatis non audent comparare Virginibus. Quamvis enim omne peccatum ex voluntate nascatur: Et potuerint corruptione carnis mens invita non pollui; minus tamen hoc illis obserit, si quod potuerint animo non amittere, doleant se, vel corpore perdidisse. Quod adeo verum censuit Augustinus^a, ut feminam catechumenam vitiata, non posse post Baptismum inter Dei Virgines consecrari, dixerit: *Acutius intelligunt, qui nec eum, qui catechumenus, vel parconjugali. c. ganus habuit alteram, ordinandum censuerunt; quia de Sacramento agitur, non de peccato.* Nam in Baptismo peccata omnia dimittuntur: Et qui dixerit: Si nupserit virgo, non peccat; satis declaravit, nuptias non esse peccatum. Propter sanctitatem autem Sacramenti, sicut femina si catechumenata vitiata est, non potest post Baptismum inter Dei Virgines consecrari; ita non absurde visum est, bigamus non peccasse, sed normam Sacramenti amississe non ad vitam meritum, sed ad ordinationis Ecclesiasticae signaculum necessarium. Unde Gregorius Magnus^b ait: *Nullam igitur Fraternitas tua, nisi sexagenariam Virginem, cujus etas hoc, atque mores exegerint, velari permittat.* Romanos etiam constat, non nisi virginem ad cultum Vestae, & earum societatem admisisti. Qua ratione de casitate Vestalium ad Virginem nostras sacras exemplum ex Romanorum Annalibus desumperunt D. Ambrosius^c, & Turonensis^d Concilii 11. antiqui Patres: *Cum etiam (inquit) in Chronicis beatior de virginibus gentilium, tempore quo se Deo sacrificaverant, postmissio proposito, & corrupta virginali gratia, legali sententia viwas fuisse in terram defossus. Si Fana coleentes, tali sunt sententia condemnata; quanto magis, qua in honorem Redemptoris sui se ueste mutaverint, & perseverare voluerint, gravem debent expectare sententiam?*

COMENTARII NOVI.

Erant hoc tempore Virginem Deo sacrae speciali dedicatione & votis quibus nefas erat, conjugio, aut libidini servire, sed in celibatu & castitate sancte vitam traducebant. Et ex Carthaginensi Concilio 111. Cap. 33. in quo D. Augustinus subscriptis, pater, jam tum fuisse hanc Virginem structa monasteria, in quibus magna cum pietate & religione educatae, mente simul & corpore silent Virginem. Bas etiam auditorium habuile, quod nunc loquitorum dicitur, in quo coram testibus loquebantur, constat ex Concilio Cabilonensi sub Carolo Magno Cap. 61. in quo studium sanctimonialium legendi & cantando, & in Psalmorum celebratione, sive oratione, & Canonis horis, vitaque communis clare describitur adversus calamitosi hujus temporis peccatores, & castitatis corruptores. Concilium etiam Hispanense de custodia Virginem severe decrevit. LOAISA.

Virginem quae Deo sese voverant, a categoris non removebantur, aut claustris includebantur, ut ex hoc Canone, & D. Cypriano, & Tertulliano, *De Virginibus velandis*, licet colligere.

Eidem libidini. Non sumperint, aut flagitiosa vita non recollerint.

Non intelligentes, quid amiserint. Hoc est, si impudicitiae eas ante mortem non peniteat, precibus, & lacrymis Ecclesiam non fatigent, ut ab ea penitentiam accipiant, vel in fine, communione, & absolutione, quamvis eam ardentissime exoptent, priventur. Cum enim toto vita tempore libidini inservierint, metu mortis pacem Ecclesia potius, quam peccatorum dolore querere videbantur.

Eo quod lapsa potius videantur. Peccasse potius videntur, quam virginitatis votum violasse, que in oblitinato, & obscurato libidinis proposito non remanerent. ALBASPI-NÆUS.

Duplex fuit olim apud nostros Virginum genus. Erant enim Virginies Dei, & Virginies hominum. Illæ jam devore, atque sacratæ

Deo nupserant; istæ nuptias temporales expectabant. Clare constat ex integro Libro Tertulliani, *De velandis Virginibus*. De primis agitur in hoc Canone, & illis in luxuriam lapsis vix conceditur absolutio; de secundis in Canone sequenti; quibus etiam lapsis facile redditur communio. Notavit Ambian. ad Tertull. *De veland. Virg.* Cap. 1. Observ. 1. Virginem sacrae distinguebantur ab aliis habitu, velo videlicet. Primit enim Ecclesia seculis, sicut religiosiores viri solo pallio ab aliis distinguebantur, ita sanctiores Virginem solo capitum velo, quod apud Gregorios dicebatur *mitra*. Optatus Milevit. De Schism. Donatist. Memoratus *Felix inter criminis & faciutora sua nefanda ab eo compressa puella, cui mitram ipse impoferat, a qua pater paulo ante vocabatur, nefarie incestuare minime dubitaverit.* Notavit Merillus Lib. 3. Observ. Cap. 40. Apud Latinos *velum* dicitur, Cap. *Virgines*, & fere per totam 27. Quæst. 1. Cum autem hoc velum recipiebant, ab Episcopo solenni ritu consecrabantur. D. Ambrosius, *De lapsa Virgin.* Cap. 5. *Non es memorata diei sanctæ Dominicae Resurrectionis, in quo divino altari te obtulisti velandam? non es memorata, qualis ad te die illo fuita est allusio? servare te oportuit fidem, quam sub tantis testibus pollicita es, semper cogitare, cui virginitatem spoponderis.* Quæ consuetudo velandi virginem ab ipsis Apostolis provenit. Iphigenia enim Virgo Regia a S. Mattheo Apostolo Baptismo donata, & in Fide Catholica edocta, sacro velo cum aliis multis Virginibus summo sponso Deo consecratæ fuit ab eodem Apostolo, ut tradit Abdias. Claudio, *De continent.* Lib. 4. Cap. 9. & refertur in Martyrol. Romano, die 21. Septembri. Etiam S. Thecla, & S. Petronilla a B. Petro consecrata fuerant, ut narrant Suar. Tom. 3. *De Relig.* Lib. 3. Cap. 3. num. 12. Tambur. *De jure Abbatis*. disp. 27. Q. 1. Et primis Ecclesiæ seculis in Hispania fuisse Monachorum, & Monialium Monasteria probatur expresse ex Canone LXXXV. hujus Con-

stitutio. In illis verbis: *in monasterio permaneat. ex Concil. Tolet. 1. ubi in Can. vi. & xii. agitur de religiosa puella; in Can. ix. de profeta; in Can. xvi. de devota.* In Concilio Casaraugust. 1. celebrato anno CCCLXXX. ubi in Can. viii. legitur, ut ante 40. annos sanctimonialis Virginem velentur. Concilium Tarraconen. Can. 1. & 11. Norarunt Morales Lib. 11. Hilt. Cap. 43. Bivar. ad M. Maxim. anno XXVI. num. 8. Plura de his Virginem velis, earumque consecratione congerunt Georg. Ambian. ad Tertull. *De veland. Virgin.* Bellarm. Lib. 2. *De Monachis*, Cap. 24. Bulengerus ad Casaubonum Diatrib. 3. Cap. 22. Baronius ad annum CLXXXV. Spencæus ad D. Paul. Lib. 1. Digreil. 17. Mafana ad D. Hieron. verbo, *Episcopus*, fol. 159. Pamell. ad D. Cyprian. Epist. 62. Hallerius, *De sacris elec.* Sect. 2. Cap. 2. Avendano, *De metu*, Lib. 2. Cap. 10. num. 48. Leo Pinel. in Cap. 2. *De Regul.* num. 182. Baronius anno LVII. ubi Spondan. n. 26. Caesar, *De Ecclesiastica Hierarch.* Disp. 6. §. 3. Germon. *De Sacrum.* immunit. Cap. 10. Haefken Disquisit. monast. Lib. 5. Tract. 9. Disquisit. 7. Julius Labor, *De elect.* Cap. 24. Barbosa, *De jure Eccles.* Lib. 1. Cap. 45. num. 24. Baron. in Martyrol. die 7. Maii, Menardus ad Sacrament. P. Gregorius fol. 211. Narbona, *De statu anno XL.* Quæst. 2. Pinto in *Spicil.* 1. Parte, Cap. 2. Nus plura dedimus in Cap. 1. *De tempor. ordin.*

Vidua, in illis verbis: *in monasterio permaneat. ex Concil. Tolet. 1. ubi in Can. vi. & xii. agitur de religiosa puella; in Can. ix. de profeta; in Can. xvi. de devota.* In Concilio Casaraugust. 1. celebrato anno CCCLXXX. ubi in Can. viii. legitur, ut ante 40. annos sanctimonialis Virginem velentur. Concilium Tarraconen. Can. 1. & 11. Norarunt Morales Lib. 11. Hilt. Cap. 43. Bivar. ad M. Maxim. anno XXVI. num. 8. Plura de his Virginem velis, earumque consecratione congerunt Georg. Ambian. ad Tertull. *De veland. Virgin.* Bellarm. Lib. 2. *De Monachis*, Cap. 24. Bulengerus ad Casaubonum Diatrib. 3. Cap. 22. Baronius ad annum CLXXXV. Spencæus ad D. Paul. Lib. 1. Digreil. 17. Mafana ad D. Hieron. verbo, *Episcopus*, fol. 159. Pamell. ad D. Cyprian. Epist. 62. Hallerius, *De sacris elec.* Sect. 2. Cap. 2. Avendano, *De metu*, Lib. 2. Cap. 10. num. 48. Leo Pinel. in Cap. 2. *De Regul.* num. 182. Baronius anno LVII. ubi Spondan. n. 26. Caesar, *De Ecclesiastica Hierarch.* Disp. 6. §. 3. Germon. *De Sacrum.* immunit. Cap. 10. Haefken Disquisit. monast. Lib. 5. Tract. 9. Disquisit. 7. Julius Labor, *De elect.* Cap. 24. Barbosa, *De jure Eccles.* Lib. 1. Cap. 45. num. 24. Baron. in Martyrol. die 7. Maii, Menardus ad Sacrament. P. Gregorius fol. 211. Narbona, *De statu anno XL.* Quæst. 2. Pinto in *Spicil.* 1. Parte, Cap. 2. Nus plura dedimus in Cap. 1. *De tempor. ordin.* Vidua etiam licet non eodem velo Virginum, diverso tamen volatas, & Deo dicatas, legimus in antiquis Ecclesiæ Canonibus, ubi simul prohibetur, ne eas velo Virginum velare Pontificum ullus attenter, Cap. *Devotis*. §. *Viduas.* Cap. *Viduas.* Cap. ultimo, 20. Quæst. 1. Cap. *Viduas.* Cap. *Omnis.* Cap. *Viduas* 27. Quæst. 1. Concil. Carthag. iv. Can. xii. Arausic. Can. xxvii. Forojal. sub Adriano I. Can. xi. Tribur. Can. xxv. Epaupense, Can. xxii. Turonen. ii. Can. xxi. Arelat. i. Can. xxvii. Turonen. iii. Can. LXXXI. Mogunt. iii. Canone xxvii. Paris. iii. Canone xl. Illustrant Decretita in d. Cap. *Viduas*, 20. Quæst. 1. Clasifici repente in d. Cap. *Viduas*, *De Regul.* Georg. Ambian. ad Tertull. supra Cap. 8. Observat. 2. Yepes, Tom. 2. *Chron. Divi Bened.* cent. 1. fol. 335. Spencæus Lib. 4. *De vot. contin.* Cap. 9. Spondan. in epit. Baron. anno LVII. num. 28. P. Gregor.

Si pactum perdidarent virginitatis, atque eidem libidini servierint.

CAPUT VICESIMUM OCTAVUM.

Post votum nunquam licuisse sacris Virginibus vagam impudicitiam, vel contubernium; explicata in eam rem duo, Cypriani, & Augustini, loca.

Pudicitiam, quam semel Deo quis obtulit, si violat, tametsi scortationis peccatum honesto nuptiarum nomine tegere cupiat, libido est, fornicatio est, stuprum est, adulterium est, incensus est, sacrilegium est. Ideo quamvis incertum videatur ex hujus Canonis verbis, an Patres agant de Virginibus sacris impudicitia lapsis, an vero matrimonio, sive contubernio contracto; certius est, vero sensu, & sententia utrumque comprehendendi posse; quod utroque modo fides profanetur Deo vero consecrata, sed tanto gravius quam contracto matrimonio, quam quum vaga impudicitia violatur, quanto diutius matrimoniis.

monii, seu contubernii diuturnitas cum populi offendiculo infeliciam animam detinet alligata^a, juxta Gregorii a sententiam.

^b In C. fin. De
confusione. An etiam hic egerint Patres de Virginibus castitatis votum simplex, vel solenne, ut vocant, voventibus, quare potest. Et probabilius est, de sacro, vel solenni; quia illas, quae votum solenne emiserant, se Deo devovere, vel devotas Deo vocabant; ut conitat, præter hoc Concilium in hoc Canone, & Can. xxvi i. inferioris, Concilio Arelatensi b II. De pueris, inquit, quæ se voverunt Deo, & præclaris nominis decore floruerunt, si post virginis

^c Can. 33. & quinque annos atatis ad terrenas nuptias sponte transferunt, id custodiendum esse decrevimus, ut cumbis, cum quibus se obligaverint, communione priventur; ita ut eis postulantibus penitentia non negetur, cuius penitentia communio multo tempore differatur. At hic de sacratis Virginibus, quas sanctimoniales vocamus, Patres egide, qui Concilio Turenensi c interfuerunt, clarius interpretati sunt: *Devotam enim, pro sacra voto solenni intelligi constat ex Concilio Carthaginensi d IV. & ex Toletano & I: Devotam peccantem, ait, non recipiendam in Ecclesia, nisi peccare desierit. De Religiosis autem, & voto solenni obstrictis egide etiam Toletanos Patres, inde intelligi potest, quod matrimonium postea contractum separari acta penitentia percepit: Corruptorem, ajunt, par pena constringat; quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad penitentiam, nisi adhuc ipsa vivente marito caste vivere coperit. Et mox f: Episcopi, sive Presbyteri, sive Diaconi familia, si devota fuerit, & peccaverit, & maritum duxerit, si eam pater, vel mater in affectu receperint, a communione habeantur alieni. Id etiam confirmat Concilii Chalce dominis g Decretum: Si qua Virgo, inquit, se dedicaverit Deo, similiter Monachus, non pote*s*, si qua^e licet eis nuptiis jungi; si vero inventi fuerint hoc facientes, maneat excommunicati. Sic^f 27. Quæb.ⁱ que de Virginibus sacris votum solenne emitentes intellexerunt hunc Canonem antiqui Concilii Colonensis h Patres, quorum interpretationem sequi placet. Post alia enim sic ajunt: *De Virginibus autem sacratis in Concilio Eliberitano Cap. XIII scriptum est: Si mæcchaverint Virgines, quæ se Deo dedicaverunt, si pallium perdiderint virginitatis, & reliqua.* Hujus Canonis verba eodem sensu intellexerunt Concilii Moguntini i sub Arnulpho Episcopi: *De Viduis, ajunt, præcepimus, ut nequam cito velentur, sed in p. testate earum maneant, consentiente Episcopo, utrum nubant, an professionem castitatis assumant, usque dum probetur earum conversatio; ne forte de iisdem dici possit, quod ab Apostolo dicitur: Quæ autem in deliciis sunt, viventes mortua sunt. Si autem prop. scriptum castitatis assumperint, aut Monasterii claustris regulariter constringantur, aut domi manentes castitatem suæ professionis integrissime custodian. Quid si a proposto deviaverint, Canonica Institutionis censura corriganter; quod & de Virginibus, si mæchata fuerint, statim scitur in Concilio Eliberitano, Cap. XIII. scriptum est: Virgines, quæ se Deo dedicaverunt, & cætera.**

^k Epist. 6. ad
Pomponium. Sed adversari videtur D. Cyprianus k, dum licere Virginis, quæ se Deo jam devovit, nuptias inire, his verbis exprefit: *Quod si ex fide se Christo dicauerunt, pudice, & casta sine ulla fabula perseverent, ita fortes, & stabiles præmium virginitatis expectent; si autem perseverare nolunt, vel non possunt, melius est nubant, quam in ignem delitios suis (deliciis est in alio Codice) cadant.* Sunt qui putent, de Virginibus non velatis loqui Cyprianum, de his scilicet, quæ simplex, ut vocant, castitatis votum emiserant, non autem solenne; quæ etsi parum juste fecerint, cum nupserint, matrimonium tamen in Ecclesiæ foro validum ineunt, non inane, & irritum. Sed verosimilius est, illum de Virginibus neuro voto obstrictis, nec simplici, ut dicitur, vel solenni, ad Pomponium rescripsisse; quod ut mihi persuasi, ita persuadeam cæteris, occurruunt multa. In primis enim, ut a fonte rem petamus, Pomponius, cui rescribit Cyprianus, non scripsit, aut consuluerat illum de Virginibus velatis, aut sacris tantum, sed de omnibus Virginibus, ut ex principio Eo^l stolæ Cypriani constat: *Legimus, inquit, Literas tuas, Frater charissime, quas per Pannonium Fratrem nostrum misisti, postulans, & desiderans, ut tibi rescriberemus, quid nobis de his Virginibus videatur, quæ cum in statu suo esse, & continentiam firmiter tenevere decreverint, detectæ sint postea in eodem leto pariter manifeste cum masculis. II. Quia dubio Pomponii se rescribere ait e. Evangelicis, & Apostolicis traditionibus: Circa quam rem, ait, quoniam confilium nostrum desiderasti, scias, nos ab Evangelicis, & Apostolicis traditionibus non recedere, quominus fratribus, & sororibus fratris consisterent, & fortiter censuratur, & per omnes utilitatis, & salutis vias Ecclesiastica Disciplina servetur.* At omib[us] Evangelicis, & Apostolicis traditionibus repugnat, ut quæ semel suæ pudicitiae, & professionis Christum testem adhibuerunt, abolito castitatis chirographo, repellant illum, contemniant, abjiciant. III. Quia in illis verbis: *Si autem perseverare nolunt, melius est nubant, quam in ignem delitios suis cadant;* imitatus est locum Pauli docentis, Virgines, & Viduas melius esse nubere, quam uri. At Paullum de Virginibus, & Viduis nullo voto constricti loquuntur, constat ex illius verbis: *Dico autem non nuptias, & Viduis: bonum est illis, si sc[ilicet] permaneant, sicut & ego; quid si non se continent, nubant; melius est nubere, quam uri.* Quem locum de his, quæ nullum voto emiserunt, intelligunt communis consensu Catholicæ Ecclesiæ Patres, & Concilia. Addo quartum, post ista verba, illa statim subjunctione: *Certe nullum fratribus, aut sororibus scandalum faciant; cum scriptum sit: si cibus scandalizat fratrem, non manducab[us] carnem in sæculum, ne fratrem scandalizem.* Si ergo vult Cyprianus, ut nubant Virginis, ne fratrem ullum scandalizent, de quibus rogo Virginibus illum intellexisse est probabilius? de his, quæ ad observandam pudicitiam nullo vinculo tenentur, an vero de his, quæ Christo, vel

vel privatim, vel publice fidem suam firmissime adstrinxerunt? Qui enim fieri poterat, ut non essent scandalo, quæ Deum immortalem semel sponsum eligentes, illum pro homine, mortali fœdissime commutarunt? Aut qua poena, & cruciatu digna non censabitur mulier (ut cum Magno Basilio loquer) quæ nobili conjuncta Viro, servo suo seipsum violandam, impudice substerneret, ac servum insidiose, nequiterque Domini thoris inveheret? Et si ille impius, & adulter est, qui dimidiā a viro mortali dicit, qui immortalis Dei sponsam nunquam dimissam violare presumit, cuius non sceleris, & impietatis particeps judicabitur? Nec sane inquit, incongrue his, quæ sunt hujusmodi, illud Apofolicum aptari potest; quoniam cum fornicata a Christo fuerint, nabere voluntates damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt, non conjugium, sed adulterium male consummantes. Illud ultimo loco adjeciendum censeo, quod majoris momenti est, ipsum Cyprianum cum clarius de Virginibus, quæ jam votum emiserunt, sermonem inituit, poitea in eadem Epistola, non mariti, sed Christi adulteras vocasse, nec aliquo pacto posse Ecclesiastice communionis participes fieri, nisi abjurato secundo hoc impudico contubernio, ne cæteris inconstantis, levis, & turpis animi perniciosum exemplum præberent: *Si sic perveniens manus, inquit prius, sponsum suum jacentem cum altero videat, nonne indignatur, & fremit?* & per zeli dolorum fortissim gladium in manum sumit? *Quid? Christus Dominus, & Iudex noster, cum Virginem suam sibi dicatas, & sanctitatem suæ destinatum jacere cum altero cernit, quam indignatur?* & quas penas incesti hujusmodi conjunctionibus comminatur? Cujus ut gladium spiritalem, & venturam judicii diem unusquisque fratum possit evadere, omni consilio providere, & elaborare debemus. Et post alia: *Si autem de eis, inquit, aliqua corrupta fuerit deprehensa, agat penitentiam plenam; quia quæ hoc crimen admisit, non mariti, sed Christi adulteria est,* & ideo estimato iusti tempore, postea exomologesi facta, ad Ecclesiam redeat. *Quid si obstinate perseverant, nec se ab invicem separant, sciant se cum bac sua impudica obstinatione numquam a nobis admitti in Ecclesiam posse, ne exemplum cæteris ad ruinam delitios suis facere incipient. Eandem sententiam repetita in Libro i. De Disciplina, & habitu Virginum.* U. si non solum Christi adulteras, quæ, violata Christo fide promissa, aliis nupserunt, vocat, quæ turpi se conjugio macularunt, sed eas, quæ cultius se ornantes (impudica intellige mente) vagabantur per Urbem: *Sic se expugnator inimicus per artes suas inserit, sic iusidios per occulta fallenti bus diabolus obrepit, sic dum ornari cultiis, dum liberius evagari Virginis volunt, esse Virgines desinunt, furtivo dedecore corruptæ, viduae antequam nuptæ, non mariti, sed Christi adulteræ, quam fuerant præmissis ingentibus Virgines designatae, tam magna supplicia pro amissa virginitate sensaræ.* Siergo Virgines, quæ jam votum voverunt, lapidas non permittit Cyprianus ad Ecclesiam ullo pacto accedere, ne facta hac indulgentia, cæteris peccandi offendiculum præbeatur; cui poterit esse probabile, nisi repugnantia dixisse Cyprianum in eodem Libro contendat inepite, de Virginibus jam voto emissio præcedenti periodo tractavisse?

Sed verendum est sane, difficilem quem mox Augustinus objicit scopulum non adeo facile evadamus. In Libro enim unico, *De bono viduitatis*, hæc docuile Augustinum referat Gratianus b: *Quidam nubentes p. st. votum, afferunt adulteros esse; ego autem dico, quod graviter peccant qui tales dividunt.* Hæc autem summatis ex toto illo Capite retulit Gratianus; sed propria Augustini verba referamus, quibus non solum nuptias post votum contrahere posse dixit, sed quod magis mirere, liceat facere posse affirmavit: *Proinde qui dicunt, talium nuptias non esse nuptias, sed postius adulteria, non mihi videntur fatis acute, ac diligenter considerare quid dicant: fallit eos quippe similitudo veritatis.* Ad fine m Capitis addit: *Fit autem per banc minus consideratam opinionem, quæ putant lapsarum a sancto proposito feminarum, si nupserint, non esse conjugia, non parvum malum, ut a mari tis separant uxores, quasi adulteræ sint, non uxores.* Et cum volentes separatas reddere continentia, faciunt maritos earum adulteros veros, cum suis uxoriibus vivis, alteras duxerint. Et post alia c: *Quapropter non possum quidem dicere, a proposito meliore lapsus, si nupserint, feminas, adulterina esse conjugia.* Multa ex cogitarunt hujus sæculi Scriptores ad disolvendum impedimentum hunc Augustini nodum: quem aduersus Ecclesiæ nostræ Decreta, & Religionum institutum Brentius hereticus, Petrus Martyr, & alii corum sectatores adeo exultantes proponunt, ac si de universa Ecclesia triumphaliter. Quidam enim facilius hunc locum negari posse, quam solvi dixerunt, ut Spencius d. Alii liberius totum Librum non esse Augustini affirmantes, sed Juliani cuiusdam Pelagi hereticæ sectatoris. Sic Hosius Cardinalis e non minus eruditio, & pietate, quam dignitate Illustrissimus, in sua illa Christiana & docta Catholicæ Fidei professione de matrimonii impedimentis. Qui majori reverentia, & religione locum hunc Augustini tractarunt, de voto simplici, non de solenni intelligentum docent, ut Gratianus, Petrus Lombardus, & alii: idque communis Scriptorum hujus aetatis consensus receptum est, vt telluntur Sotus f, Robertus Bellarminus g, ac tandem doctissime illæ Gregoriani Decreti Adnotaciones in Cap. *Quidam nubentes*, xxvii. Dil.

Sed age, videamus, si Augustini mentem præstantius assequi non possumus, an examinare latenter possimus accurius: nec mentem tantum, sed & verba Epistolæ, & Epistolam totum in calunnia objecta vindicare; cum certo illam esse, Augustini telletur Possidius h, In ter Epistolæ Julianæ (inquit) de sancta viduitate &c.

Augustinus enim, Beatissime Pater, in Libro, *De bono viduitatis*, eo animum intendit, ut doceret, Julianam viduam, & ejus etiam nomine omnes Christianas (ad Julianam enim scribēbat, quæ nullo voto simplici, ut vocant, vel solenni, sed continentia statum, secundis

a Cyprian. Lib.
de Discipl. &
habit. Virg.
Cap. 3.

b Aug. Lib.
unic. de bono
viduit. C. 10.
relatus a Gra-
tiano in Cui-
dam nubentes.
27. Diff.

c Idem. Cap. 11.
De continen-
tia L. 5. C. 2.

d In Catholicæ
Fidei professio-
ne Cap. 56. de
Matrimonii im-
pedimentis.

e In. 4. Dif. 38.
art. 1.

g In. 1. de Con-
trou. Christiana
Fidei Lib. 2.
Cap. 38.

In C. quidam.

27. Diff.

h In Indicatu.

nuptiis repulsis, elegerat bona, & perfectionem viduitatis, continentiaeque; sic enim Librum vel Epistolam inscripsit: *De bono, & perfectione viduitatis.* Multa dixit de illius laude: non tamen illa tanta esse affirmavit, ut si viduae velint nubere secundo, ne urentur, illis non licet, Reprobar enim antiquum Tertulliani secundas nuptias velut adulterium damnantis, & Cataphrygarum errorem, in quem ne impingeret Julianus (ab eo enim non procul aberat nimia continentiae sue laudatione) multis verbis docet, suadet, atque contendit omnibus fere Capitibus precedentibus. In hoc ergo persistens proposito D. Augustinus, ad revincendam illius erroris falsitatem, post alia adiecit: *Proinde qui dicunt, talium nuptias non esse nuptias, sed potius adulteria, non mibi videntur satis acute, ac diligenter considerare quid dicant; fallit quippe eos similitudo veritatis.* Quia enim conjugium Christi dicuntur eligere quae Christiana sanctitate non nubant (ecce non dixit, voto, aut promissione, sed sanctitate Christiana, sive viduitatis simplici continentia) hinc argumentantur quidam dicentes: *Si viro suo vivo, qua alteri nubit, adultera est (scit ipse Dominus in Euangelio definivit) vivo ergo Christo, cui mors ultra non dominatur, qua conjugium ejus elegit, si homini nubit, adultera est.* Qui hoc dicunt, acute eisdem moventur; sed parum attendunt hanc argumentationem quanta rerum sequatur absurditas. Cum enim laudabiliter etiam vivente viro, ex ejus consensu continentiam femina Christo voveat, jam secundum istorum rationem nulla hoc facere debet, ne ipsum Christum, quod sentire nefas est, adulterum faciat, cui, vivente viro, nubit. Deinde cum prima nuptiae melioris sint meriti, quam secunda; absit, ut sanctarum Viduarum iste sit sensus, ut Christus eis videatur quasi maritus. Ipsum enim babebant & antea, quando viris suis fideliter serviebant subditæ, non carnaliter, sed spiritualiter virum; cui Ecclesia ipsa, cuius membra sunt, conjux est; quæ Fidei, Spei, Charitatis integratæ, non in solis Virginibus sanctis, sed etiam in Viduis, & conjugatis Fidelibus tota Virgo est. Universa quippe Ecclesia, cuius illa omnia membra sunt, Apostolus dicit: *Aptavi vos uni viro, Virginem cattam exhibere Christo.* Novit autem ille conjugem Virginem sine corruptione factare, quem in ipsa etiam carne potuit mater sine corruptione procreare. Fit autem per hanc minus consideratam opinionem, quæ putant lapsarum a sancto proposito feminarum, si nupserint, non esse conjugia, non parvum malum, ut a maritis separantur uxores quasi adulteræ sint, non uxores; & cum volunt eas separatas reddere continentia, facient maritos earum adulteros veros, cum, suis uxoribus vivis, alteras duxerint. Hac eo animo, & consilio Augustinus, quibus nihil verius, nihil doctius, nihil sanctius, nihil antiquis, & recentibus Catholicæ Ecclesie moribus, & Decretis accommodatis, vel scribi potuit, vel excogitari. Hoc autem, solum scripsisse, & docuisset Augustinum, non verisimilibus argumentis, sed propriis rerum, & mentis suis notis confirmabo. Primo Augustinus ad Julianam Viduam scribebat, ut ex Libri epigraphæ constat. Julianam autem nullum votum vovisse, sed tantum continentiam (nihil abstinéti) a secundo conjugio elegisse, ex toto Libro apparet, præcipue Cap. iv ubi sic ait: *Quapropter hoc primum oportet, ut noveris, bono, quod elegisti, non damnari secundas nuptias, sed inferius honorari; nam scit bonum sanctæ virginitatis, quod elegit filia tua, non damnat unas nuptias tuas, sic nec viduitas tua cuiusquam secundas.* Ne autem illa viduitatis bona, & continentia (quod cœpit illam Augustinus insinuat) tanti facienda putaret, ut vetusto Tertulliani errore Viduas secundo nubentes, adulteras esse diceret, quod nuptias secundas damnandas ut adulterium existimat, multa docet, repetitque Augustinus, volens ab imo hujus erroris radices, & a Julianæ, & a Virilis omnibus suam continentiam simplicem nimis jactantibus, evellere. In principio enim Epistolæ, *De viduitatis bono,* se rogatum scribere a Julianæ, his verbis refert: *Ne petitionata, & in Christo dilectioni diutius effem debitor promissionis meæ, arripiat utcumque inter alias urgentissimas occupationes meas, de professione sanctæ viduitatis aliquid ad te scribere.* Capite poete 11. se nolle ait toto illo Opere, nisi Pauli Apostoli Epistolam ad Corinthios explicare; dum Capite vii. ejusdem dixit: *Dico autem nonnuptis, & Viduis: bonum est illis, si sic permaneant, sicut ego; quod si non se continent, nubant; melius est enim nubere, quam uri.* Non sit ergo, ait Augustinus, mibi aliud te docere, nisi verbis tibi Doctoris exponere, & deis, quod Dominus dederit, disputare. Ait itaque Apostolus Doctor gentium, vas electionis: *Dico autem innuptis, & Viduis, bonum esse illis, si sic permanerint, sicut & ego.* Si ergo toto Libro se agere velle dicit Augustinus de interpretatione Epistole Pauli; & Paulus de continentia solum, seu abstinéti, ut dixi, a conjugio, non autem de voto simplici, vel solenni agit; quid opus est Pauli contextum, vel Augustini interpretationem ad incognitata extendere? Pergamus ad alia. In Cap. 111. Augustinus ad eandem interpretationem Pauli, & nostram Augustini stabilendam, hæc ait: *Quantum autem bonam habeat nuptiarum fides, idest, Christianarum, & Religiosarum conjugatarum, hinc intelligi potest, quod cum defugienda fornicatione præcipere, ubi utique & conjugatos alloquebatur: Nescitis, inquit, quia corpora vestra membra sint Christi?* Tantum ergo bonum est fideli conjugii, ut etiam ipsa membra sint Christi. Hoc autem bono quoniam melius est bonum continentia vidularis, non hac professione id agitur, ut aliquid plus sit Catholicæ Vidua, quam membrum Christi; sed ut meliorem, quam conjugata, locum habeat inter membra Christi. Dixit quippe idem Apostolus &c. Quæ autem Cap. iv. adjunxit, illustrans profecto superiora: *Vides etiam, inquit, conjugalem pudicitiam, & tori Christiani matrimoniale fidem, donum esse & hoc a Deo; ut illud, quod ultra liberorum procreandorum necessitatem, modum concubendi aliquatenus concupiscentia carnalis excedit, non nuptiarum sit hoc malum, sed veniale sit propter nuptiarum bonum.*

Matth. 19.
Rom. 6.

2. Cor. 11.

1. Cor. 7.

1. Cor. 7.

num. Non enim de conjugio, quod copulatur liberorum procreandorum causa, & fide judicitia conjugalis, & indissolubili, quamdiu ambo vivunt, Matrimonii Sacramento, quæ omnia bona sunt; sed de illo immodico carnis usu, qui in infirmitate conjugum agnoscat, & interventu boni nuptialis ignoscatur, ait Apostolus: Secundum veniam dico, non secundum imperium. Item cum dicit: Mulier alligata est quamdiu vir ejus vivit; quod si mortua fuerit vir ejus, liberata est; cui vult nubat, tantum in Domino; beatior tamen erit, si sic permanerit, secundum meum consilium: satis ostendit, beatam esse in Domino, etiam post mortem viri iterum nubentem fidem, sed in eodem Domino Viduam beatiorem; hoc est, ut Scripturarum non tantum verbis, verum etiam exemplis loquar, beatam esse Ruth, sed Annam beatorem. Quapropter hoc primum oportet, ut noveris, bono, quod elegisti, non damnari secundas nuptias, sed inferius honorari; nam scit bonum sanctæ virginitatis, quod elegit filia tua, non damnat unas nuptias tuas; sic nec viduitas tua cuiusquam secundas. Hinc enim maxime Cataphrygarum, ac Novatianorum heresem tenuerunt, quas buccis sonantibus, non sapientibus, etiam Tertullianus inflavit, dum secundas nuptias tamquam illicitas maledico dente concidit; quas omnino licitas Apostolus sobria mente concedit. Ab hac sanctitate doctrina, nullius indocti, nullius docti disputatione movearis; nec ita extollas bonum tuum, ut quod malum non est, tamquam malum erimineris alienum; sed tanto magis gaude de tuo bono, quanto magis vides, non tantum illo devitari mala, sed quedam etiam bona superari. Nec minus etiam pondus habent quæ Cap. v. subjunxit: Mala, ait, sunt etiam adulterium, vel fornicatio. Ab his autem illicitis valde longe est quæ voti libertate se obfrinxit, & sibi etiam licita ne licenter, non imperio Legis, sed consilio charitatis efficit. Et hunc est pudicitia conjugalis, sed melius bonum est continentia vidularis. Hoc ergo melius illius boni submissio honoratur; non illud bonum melioris bujus laude damnatur. Quod autem Apostolus, cum cœlibum, & innuptarum commendaret fructum, quia cogitant quæ sunt Dei, quomodo placeant Deo, subiecit, & ait: Hoc autem ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis iniciam, (id est, non ut vos cogam) sed ad id, quod honestum est, hortec. Non quia innuptarum bonum honestum dixit, ideo putare debemus, turpe esse vinculum conjugale; alioquin etiam primus nuptias condemnabimus, quas nec Cataphryges, nec Novatiani, nec disertissimus eorum adspiculator Tertullianus turpes ausus dicere. Sed quemadmodum cum ait: Dico autem innuptis, & Viduis, bonum est illis, si sic permanerint; utique bonum posse pro meliore, quoniam omne, quod bono comparatum, melius dicitur, etiam hoc procul dubio bonum est; nam quid est aliud, quod ita dicitur melius, nisi quod magis bonum est? Nec ideo consequenter eum sensisse arbitramur, malum esse, si nupserint, quoniam dicit: Bonum est illis, si sic permanerint. Ita etiam cum ait: Sed ad id, quod honestum est; non Matrimonium turpe esse monstravit, sed quod honesto erat honestas, generali honesti nomine commendavat. Quia honestus quid est, nisi quod magis honestum est? Magis autem honestum, utique honestum est. Aperte quippe declaravit, hoc esse boni illi, melius, ubi ait: Qui dat nuptum, bene facit; & qui non dat nuptum, melius facit; & hoc illo beatus ibidem, ubi ait: Beator autem erit, si sic permanerit. Sicut ergo bono melius, & beato beatus, sic honesto honestius est, quod honestum voluit appellare. Abstinet enim, ut turpe sit; unde loquens Apostolus Petrus ait: Viri uxoribus vestris tanquam vasi infirmiori, & subiecto tribuite honorem, quasi coheredibus gratia. Et illas alloquens subditas esse viris suis, exemplo Saræ abortatur. Nam sic quædam, inquit, sanctæ mulieres, quæ in Dominum sperabant, ornabant se, obsequentes viris suis; quomodo Saræ obediebat Abraham, ibidem, dominum eum vocans, cuius factæ estis filia beneficentes, & non timentes ullam perturbationem. Capite autem vi. & vii. hæc eadem multis aliis, & rationibus, & exemplis Augustinus confirmat, quæ consulto prætereo silentio, ne vel molesta, vel longa protrahatur disputatione. Ut ostenderet tamen, Julianam secundas nuptias optime recusasse, non quod illæ quid haberent turpitudinis, ut dicebatur, sed quia continentia prælatabat Matrimonio secundo, & ei primo jam filii suscepit illa ornata, & ditata intemperante documentum dedidit, si nupserit secundo; hæc addit Cap. ix. quæ comprobant, ad quam scribebat Julianam, nec simplici voto, nec solenni obstrictam, ipsumque Augustinum de solo viduitatis bono sermonem, & disputationem in eo Libro suscepisse, & de damnatione erroris eorum, qui putabant cum Tertulliano, & reliquis, secundas nuptias esse adulteria, suam sententiam protulisse, & iudicium: Tu autem, inquit, quæ & filios babes, & in eo facili fine vivis, quo jam tempus sit non mittendi lapides, sed colligendi; non amplectendi, sed continentia ab amplexu; cum clamat Apostolus: Hoc autem dico, Fratres, tempus breve est; reliquum est, ut & qui habent uxores, tanquam non habentes sint. Profecto si secundas nuptias appetitis, nullum Prophetia, vel Legis obsequium, nullum prolis saltem carnale desiderium, sed solius incontinentia fuisse indicium. Fecisset enim quod ait Apostolus, cum dixisset, bonum est illis, si sic permanerint, sicut & ego; continuo quippe addidit: ibidem, Quod si se non continent, nubant; malo enim, eas nubere, quam uri. Hoc enim dicit, ut effrateret libidinis malum non precipitetur in turpitudinem flagitorum, cum exciperetur honestate nuptiarum. Gratias autem Domino, quoniam peperisti, quod esse nolueristi, & virginitas prolis tua compensavit dispendium virginitatis tuae. Nam diligenter interrogata doctrina Christiana, & primas nuptias jam isto tempore, nisi incontinentia sit impedimento, contemendas esse respondet. Qui enim dixit: Si se non continent, nubant; si potuit dicere: Si filios non habent, nubant. Si post resurrectionem, prædicationemque Christi, quandojam omnibus gentibus filiorum spiritualiter gignendorum tanta suscipit copia, taliter offit.

1. Cor. 7.

1. Pet. 3.

Eccles. 3.

1. Cor. 7.

officium esset ex carne filios propagare, quale primis temporibus fuit. Sed denuo ab Augustino requiramus, an si haec viduitatis continentia adjecto voto fulciatur, licet voventi postea nuptiis copulari secundis? Non enim id facere licitum, sed velle, damnable esse Cap. viii. & ix. ejusdem Libri, ut alia omittamus, idem Augustinus demonstrat. In priori enim sic ait: *Proinde quae non continent, nubant, antequam continentiam profiteantur, antequam Deo voverant, quod nisi reddant, jure dannantur.* Alio quippe loco de talibus dicit: Cum in deliciis egerint, in Christo nubere volunt, habentes damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt. Id est, voluntatem ad nuptias a proposito continentia deslexerunt. Irritam quippe fecerunt fidem, qua prius voverant, quid perseverantia implore nulnerint. In posteriori vero tantum absuit, ut Matrimonia post votum contracta licita esse affirmaret, ut dixerit illa adulterii esse pejora: *Sed quoniam, sicut ait Dominus, Non omnes capiunt verbum hoc; qua potest ergo capere, capiat; & qua se non continet, nubat: qua non capit, deliberet: qua aggressa est, perseveret; nulla adversario detur occasio, nulla Christo subtrahatur oblatio.* In conjugali quippe vinculo, si pudicitia conservatur, damnatio non timetur. Sed in individuali, & virginali continentia, excellentia munieris amplioris expetitur; qua expetita, & electa, & voti debito oblata, jam non solum capescere nuptias, sed etiam si non nubatur, nubere velle, damnable est. Nam ab hoc demonstraret Apostolus, non ait: Cum in deliciis egerint, in Christo nubunt; sed, nubere volunt; habentes, inquit, damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt; & si non nubendo, sed tamen vobendo, non quia ipse nuptia vel talium dannanda judicantur, sed damnatur propositi frustis, damnatur fructu voti fides, damnatur non suscepit a bono inferiore, sed ruina ex bono superiore. Postremo damnantur tales, non quia conjugalem fidem posterius interierunt, sed quia continentia primam fidem irritam fecerunt. Quod ut breviter insinuaret Apostolus, noluit, eas dicere habere damnationem, qua post amplioris sanctitatis propositum nubunt; non quia non damnantur, sed ne in eis ipsa nuptia nubentur putarentur. Sed cum dixisset, nubere volunt, continuo addidit, habentes damnationem. Et dixit quare, quoniam primam fidem irritam fecerunt; ut voluntatem, qua a proposito cecidit, appareat esse damnatam, sive subsequantur nuptiae, sive defint. His ergo, ut jam finem dicendi faciamus, subjunxit in principio Capitis decim. illa Augustinus: *Proinde qui dicunt, talium nuptias non esse nuptias, sed potius adulteria, non mihi videntur satis acute.* Et illa, qua ad finem ejusdem Capitis addit: *Fit autem per hanc minus consideratam opinionem, qua putant, lapsarum a sancto proposito seminarum, si nupserint, non esse conjugia, non parvum malum, ut a maritis separantur uxores, quasi adulterae sint, non uxores; & cum eas volunt separatas reddere continentia, faciant maritos eorum adulteros veros, cum suis uxoribus vivis, adulteras duxerint.* Hæc omnia adverba Tertulliani errorem secundas nuptias damnantis in Libro, *De monogamia.* Si quis enim Librum hunc Augustini, *De bono viduitatis*, cum illo Tertulliani, *De monogamia*, contulerit, hunc quasi Apologeticum illius, else compierit; sed ea tandem, qua lumina complectens qua dixerat, addit Cap. xi. adeo explicat patefaciunt superiora; ut qui se aquiores paullo judices huic causa prestiterint, nec in dubium pollicetur Augustini sententiam permittant revocari.

Quapropter, ait, non possum quidem dicere, a proposito meliore lapsus, si nupserint, feminas adulteria esse, non conjugia: sed plane non dubitaverim dicere, lapsus, & ruinæ a castitate sanctiore, qua vovetur Deo, adulteriis esse pejores. Si enim, quod nullo modo dubitanum est, ad offensionem Christi pertinet, cum membrum ejus fidem non servat marito, quanto gravius offenditur, cum illi ipsi non servatur fides in eo quod exigit oblatum, qui non exegerat offerendum? Cum enim quisque non reddidit, quod non imperio computus, sed consilio communitus vovit; tanto magis fraudati voti auget iniquitatem, quanto minus habuit vovendis necessitatem. Hæc ideo dispato, ne arbitris, vel secundas nuptias crimen esse, vel quascumque nuptias, cum sint nuptiae, malum esse. Non itaque illa abstineat damnata velis esse, sed spretas. Bonum ergo continentia vidualis luculentis decet, cum pro illo vovendo, & profiteando possunt contempnere feminæ quod libet, & licet. Sed post voti professionem perseveranter frangandam, & vincendum est quodlibet, quia jam non licet. Posteaque differit latius, an tertie, vel quartæ liceant Christiano? Quos nec etiam audet damnare, cum damnaverit semper, non in eo Libro tantum, sed in aliis sepiissime, qua contrahuntur post votum, ea adulterina conjugia nuncupando. In Libro enim ad Pollantium *De adulterinis conjugiis*, adeo stricte hoc esse observandum scriptis, ut si post votum offerret se uxor infidelis, polliceretur, se futuram Christianam, si vir fidelis eam uxorem duceret, non licere post votum, his verbis edocet: *Non solum autem machandum non est, quod facit non quidam, sed omnis qui dimittit uxorem suam, & dicit alteram, & si propterea duxerit, ut faciat Christianam; sed etiam quisquis non alligatus uxori, continentiam Deo voverit, nullo modo debet ista compensatione peccare, ut id credat, ux rem fibi esse ducentam, quia promisit qua nuptias ejus appetit, futuram se esse Christianam.* Quod enim cuiquam antequam voluisse licet, cum id se nunquam fuerit voverit, non licet: si tamen id voverit quod vovendum fuit, si cui est perpetua virginitas, vel continentia. Et in Libro i. a. finem^b, post alia: *Qui vero, inquit, eligunt continentem, aliquid utique melius eligunt, quam est nuptiarum bonus, hoc est, generatio filiorum.* Vide si eligitur continentem, ut bono nuptiarum melius aliquid capescatur, quanto potius custodienda est, ut adulterium caveatur. Cum enim dixisset Apostolus: *Quod si se non continet, nubat.* melius est enim, inquit, nubere, quam uiri; non dicit, melius est mactari, quam uiri,

Idem

a August. Lib.
1. de adult. co-
jug. C. 24.

b Idem Lib. 2.
Cap. 12.

c Cor. 7.

Idem alibi^a: *Nabendi licentia quibusdam tribuitur, illis videlicet, qui virginalem castitatem nequaquam proficiunt: quibusdam autem non tribuitur; illis videlicet, qui virginem, vel continentem esse decreverunt. Nec sibi solum, & Catholicis sacrate virgininitatis violationem displaceat, sed ethnicis etiam hominibus, nobis id tamquam gravissimum crimen objiciuntibus, si forte aliquando esset commissum, ipse Augustinus restatur ad Marcellinum. Quod facturi non essent, si id grave apud nos haberet, & execrandum non vididissent. Non ergo nuptias post votum emissemus admittit Augustinus, ut Brentius contendit, & quod magis miremur, Hosius Cardinalis^c. Persuasus enim, hanc fuisse Augustini sententiam, opponit adversus illam Cyprianum, Ambrosium, Basilium, Theophylactum, ea adulteria vocantes; cum tamen sit certum, non similia tantum Augustinum cum Cypriano, & reliquis sanctis Patribus, sed eadem prorsus, & eodem Catholicæ Ecclesie sensu, & Spiritus Sancti afflatus Christiane docuisse, & sapienter: *Viduas scilicet, nullo voto emissis, iuste matrimonium posse contrahere.* Viduas enim olim in Ecclesia alias continentes solum, nullo voto devinctas, quæ secularares dicebantur (qualis Julianæ) quæ nubere poterant; alias vero adstrictas voto, quæ sanctimoniales vocantur, quibus nubere non licebat ex Concilio IV. d. a. Can. LV. Toletano didici: *Duo, inquit, sunt genera Viduarum, secularares, & sanctimoniales: secularares Viduae sunt, quæ adhuc disponentes nubere, laicalem habitum non deposuerunt: sanctimoniales sunt, quæ jam mutato habitu seculari, sub religioso cultu in conspectu Sacerdotis, & Ecclesie apparuerunt. Hæc si ad nuptias transferint, iusta Apostolum, non sine damnatione erunt; quia se primum Deo voverentes, postea castitatis propositum abjecerunt.* Cum ergo hæc sancta, & pia Augustini doctrina cum Divo Paullo, cum Pontificibus, cum Conciliorum Decretis mire consentiat, quid opus est illam de simplici voto interpretari? Ex quibus deducitur vera, & germana sententia Augustini, continentie votum ut factu licitum, sic ruptu illicitum, & redditu esse necessarium, contextumque a Gratiano relatum in Cap. *Quidam nubentes*, xxvi. Dist. ex Libro Augustini, *De bono viduitatis*, falso tribui Augustino; cum verbum illud, *post votum*, in toto Augustini Libro non extet; nec ad rem, & causam Augustini, & Julianæ spectabat, quæ de solo bono erat simplicis propositi continentia. Quod notandum est etiam ad ea, quæ interpretes nostri, Augustini verbis graviter pressi, sensu diverso docere solent in Cap. *Nuptiarum bonum*, xxvi. Quæst. I.*

COMENTARII NOVI.

Si apud Gentiles, Virgines Vestales, quæ fallis Diis virginitatem vovebant, libidini inservientes, virgis caedebantur, ac vive defodiebantur in terram. Juvenalis Satyra iv. *Nemo malus felix, minime corruptor, & id incestus, cum quo nuper vittata jacebat.* Sanguine adhuc vivo terræ subitura sacerdos Alexander ab Alexandro, Lib. 5. dierum gen. Cap. 12. Lipsius, *De Vesta & Vestal.* Illustrat Guter. *De jure Pontif.* Lib. 2. Cap. 3. merito Virgines Deo vero dicatae, quæ se corrupti, aut violati patiuntur, variis ponis ab Ecclesiæ Patribus plectuntur. Inter bigamos reputantur. C. Quotquot, 27. Quæst. I. Cujus difficultatem agnoverunt Covar. in Clement. Si furiosus I. P. §. 2. Basil. Lib. 7. *De Matrim.* Cap. 14. & 28. Sanchez eodem Tract. Lib. 7. Disput. 81. Bellarminus Tom. 1. Contr. Lib. 2. *De M. nach.* Cap. 32. Ut adultere puniuntur. D. Basilius ad Ampib. Cap. 60. Communione usque ad exitum privantur. Concil. Tribur. Cap. 23. vel donec emendentur. Synodus Aurelian. v. Can. xix. Si culpam sequestratione sanaverint, ad communionis gratiam revocentur. Arelat. II. Can. LII. & in Concilio Tol. I. Can. XVI. Carthag. IV. Can. ultimo. Eas etiam in ergaftula retrudendas esse, ut ibi purificatoria penitutinis igne decoquuntur, statuitur in Concilio Tribur. Can. xxii. & xxvi. Et Lib. 2. Capitul. Caroli, Cap. 2. cum referantur Acta Synodi habitæ a Bonifacio Moguntino Episcopo statuitur, ut ancillæ Dei in crimen fornicationis lapsæ, in carcere penitentiam faciant in pane, & aqua per annum, & omnes pili earum radantur. Concilio Melden. Can. LXVII. Ipsæ vero locis congruis penitentia T. II.

a Lib. De con-
A. 7. v. 10. &
virginitate. C. 24.

b Lib. 1. De
Civitate Dei
Cap. 16.

c Tam in Ca-
tholica profes-
sione Cap. 56.
quam Lib. 4.
de traditionib.

pec-

peccantem non recipiendam in Ecclesia, nisi peccare desierit, & desinens egerit aptam penitentiam decem annis, accipiat communionem. Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad communionem, nisi adhuc vivente ipso viro castæ vivere coperit, aut postquam ipse dicefferit. Tolet. i. Can. vi. Galius Epist. 9. ad Episcopos Lucanias. Leo I. Epist. 92. ad Rutilicum. Quorum, & aliorum verba referunt Basilius in Quæst. Quotlib. Quæst. 3. Scholæ. Spencæus integræ Tract. Devot. continent. Nicol. Le-maitre, *De Monach.* Tract. *De Celibat.* Lib. 4. Cap. 2. Et licet verba præsentis Canonis de Virgine tantum lapsa accipi possint, tamen de Virgine nuptias celebrante, ea accipere nos cogunt Concilium Colonense celebratum anno Domini MCCCVI. Can. vi. Mogunt. sub Stephano, & Arnulpho anno DCCCLXXVI. Canone xxvi. ubi cum PP. agant de monialium conjugiis, istius Canonis verba inferunt, quasi confirmantes Illeberitani Concilii prohibitionem, ne Virgines contra propositum virginitatis ad terrenas nuptias transire possint. Ex hoc autem, & supra relatis Canonibus recte probant, & nervose defendunt Basil. dicta Quæst. 3. Schol. & Lib. 7. *De matrim.* Cap. 12. P. Scherlog. Tom. 3. in *Canticæ*, vest. 28. sect. unie. Matrimonium ab hujusmodi Virginibus Deo dicatis monialibus, vel etiam Monachis, contractum, fuisse validum, licet illicitum, & prohibitum, donec hujusmodi conjugia Ecclesia irritavit in Synodo Generali Romæ celebrata anno MXXX. cuius verba refert Gratian. in Cap. 7. §. Ut lex. 27. Quæst. 2. Et licet ante ea tempora aliquando legamus hujusmodi conjuges separari, recte accipit ea juris testimonia Basilius de separatione quoad torum, non vero quoad vinculum; cum illis temporibus votum solenne Religionis adhuc non irritaret conjugium. Quomodo accipiunt D. Basil. ad Amphilochem Can. LXII. in illis verbis: *Canonorum forniciatio pro matrimonio non reputetur, sed eorum conjunctio omnino divellatur.* Concil. Aurelian. Can. xix. Concil. Tolet. Can. XXVI. Nam sicut supradictum est, si uxorem duxerit, excommunicetur, & de uxoris male sociate confortio etiam judicis auxilio separetar. Matiscon. II. Can. XII. De pueris vero, quæ se Deo voverint, & præclaræ decore atatis ad terrenas nuptias transverint, id constitendum esse decrevimus, ut si quæ puella voluntario, aut parentibus suis rogantibus Religionem professa, aut benedictionem fuerit consecuta, & postea ad conjugium, & illecebras facili, quod potius stuprum est, quam conjugium judicandum, transgreedi presumperit; usque ad exitum, qui se hujusmodi confortio misericordia communione privetur. Quid si se preventia duci sequestraverint, quamdiu Episcopo loci illius visum fuerit, a communioni gratia suspendantur. Gregor. Magn. Lib. I. Epist. 49. ad Anthemium. Concil. Tolet. IV. Can. LII. Tribur. Can. xxi. Ubi cum de conjugio itarum Virginum agatur, ita statuitur: *Unde verbo Domini, & canonica au-*

storitate in hac Sancta Synodo præcipitas, ut omnino separentur, & juramento colligentur, ulterius sub uno non cohabitare testo, nec familiariter colloquio, excepto in Ecclesia, & in publico, aut pariter ullam habere communionem, unde suspicio illecebrosi desiderii, aut scandalum libidinosi facit juste posse oriri. Si quæ etiam inter se dividenda sint, dividant, & uteque sua provideant. Quæ sententia retenta, videlicet conjugia a religiosis Viris, sacratissime Virginibus prioribus Ecclesiæ facultus usque ad XII. valida fuisse, licet prohibita, facile defendi potest. D. Augustin. *De bon. conjug.* Cap. 10. relatus a Gratiano in Cap. *Quidam.* 27. Quæst. I. & Lib. 2. Cap. 11. cujus verba refert Mendoza in præsenti. In eis enim S. Doctor aperte reprehendit eos, qui existimabant, hujusmodi nuptias nullas, atque dirimendas esse; & assertit, hujusmodi conjugia nequamquam esse adulteria censenda, sed legitima, licet illicta, cum adhuc ab Ecclesia non essent sub irritatione prohibita. Unde necesse non est cum Mendoza in præsenti accipere B. Augustinum de secundis nuptiis, quas nonnulli sui temporis parum considerate damnaverant. Agit enim Sanctus de nuptiis post votum castitatis emisum celebratis, ut omnes DD. fatentur: ideoque adducit locum Pauli in I. ad Timoth. Cap. 5. ubi de Viuis post votum emisum ad nuptias transeuntibus agit Apostolus. Nec recte pro sua sententia expendit Mendoza. D. Augustinum ad Julianam viduam scribere, quæ nullo tenebatur voto; igitur agit de secundis nuptiis. Sed licet hoc ita esse admittamus, quid inde? An quia viduitatis propositum commendare cōspit, non potuit ad alia conjuncta gradum facere? Deinde quod Lib. *De adulter.* Cap. 24. & Lib. 2 Cap. 12. ejusmodi matrimonia post votum vocat adulteria, & etiam propter conversionem aliquis infidelis, si suo conditione celebrandi matrimonii converteretur, non esse celebrentur. Recte quidem nec ab his, quæ diximus, dislent. Adulteria vocat, immo & adulterii pejora, ut vidimus, non quia vera adulteria sint, aut nuptias invalidas, sed quia sacrilegio implicantur ratione emissi voti. Latius protegitur Basil. Legion. ubi supra. Mendoza in interpretatione ad Epist. 62. D. Cypriani amplectuntur Turrianus, & Cædina & Helius, quos refert, & sequitur Pamphilus in Notis ad ipsam Epistolam 62. ita ut S. Cypriani. accipiatur in verbis relatis de Virginibus nullo voto castitatis obstrictis; ut sensus ut eocum verborum, quod si se ex filio Virgines Christo dicaverint, pudice, & cœte sine ulla fabula perseverent; si vero perseverare nolunt, aut non possunt, non se Christo dicent, sed potius nubant. Unde cognoscitur, quæm perperam Erasmus in annotatione marginalibus in dicta Epistola, qua aut faci impudentia omnia suis fedibus corrumperet, & dimovere tentavit, notavit, D. Cyprianum Virginibus sacris permettere nuptias contrahere. GONZALEZ.

Placuit, nec in fine dandam eis esse communionem.

C A P U T · V I C E S I M U M N O N U M.

De lapsis Virginibus sacris Episcoporum esse judicium.

Si mulier quæcumque corporis prostituendi non habet potestatem; quæ Christo illud in confractatione tradidit, & illi, non sibi vivere se devinxit, multo certe minus illam habere debet, aut potest. Constat hinc capitale crimen esse, & inter capitalia præcipuum, fidem Deo fallere. Ideoque non solum communionem in vita, sed & in vita exitu sacris Virginibus, ut sponso Iesu Christo adulterantibus, ab Hispanis Patribus denegari. Ecce quam antiqua sit in Hispania sacra virginitatis custodia, & quam acris pena illius violatio coercita, & punita. Constat etiam, de Virginibus sacris judicium ad Pontifices spectare quod & olim etiam Pontifici Maximo in Virginibus Vestales lapsas competebat, Auctoribus Livio a, & Plinio b.

a. I. Decad.
Lib. 4.
b. In Epist. ad
Mutian. Lib. 4.
Epist. II.

Qund si fibimet persuaserint, quod infirmitate corporis lapsæ fuerint, & toto tempore vita suæ hujusmodi feminæ egerint poenitentiam, & abstinerint se a coitu, eo quod lapsæ potius videantur, placuit, eas in fine communionem accipere debere.

C A P U T · T R I G E S I M U M.

Quam Deo accepta virginitatis oblato.

Honorificissimum est, Virginem esse; honorificum, Virginem vocari. Ideo Concilium quæ prius stantes Virgines dixerat, jam lapsas, feminæ nuncupat, remisso antiquo nominis decore. Nec feminas tantuæ dicit, quia jam Virgines esse desierunt, sed hujusmodi feminas, majori nota, & contemptu. Solent Viri graves ad delignandas personas, quas remisso honore, vel detracto nuncupare volant, has voces usurpare: *Hujusmodi homines*, nescio, vel nescias qui homines: & alia generales his similes nuncupationes.

Si ergo Virgines quæ prostrato pudore, semel sibi, & Christo mortua fuerint, illas gratia reviviscere coepirint, & non solum a turpitudine anteactæ vitæ deitterint, sed poenitentiae lamentis antiquas fordes purgaverint, eo quod lapsu potius quam consilio ante peccatis cœlentibus sunt, placuit, ut in fine communionem acciperent, remissa acriori poenitentia.

Ex prima, & secunda hujus Decreti sanctione illud ab hereticis vellem observari, quam accepta sit Deo, & sponsa sue Ecclesiæ virginitatis promissio, vel oblatio, quamque detentanda illius violatio, contra antiquum Joviniani Monachi, & Helvidii errorem, dicentium, apud Deum non esse majoris meriti virginitatem, quam conjugium; sed pares voluerunt virginitati nuptias. Contra quos satis eruditæ, & copiose Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, & ante hos Ambrosius c ad Siricium PP. in Concilio Sacerdotum Romæ habito, quod summum complexus a est in Epistola ad Mediolanensem Ecclesiam, & altera ad Episcopos Africæ; & ipsi Episcopi Africani comprobarunt, & confirmarunt postea in Concilio Telensi.

Sed, ut omisso auctoritatis pondere, rationum momentis rem ipsam adversus hos, & alios procaciores hereticos expendamus; quid inter conjugii, & virginitatis bonum interficit, inde apparet, quod conjuges primum tranquilliori loco sint, ut Chrysostomi verbis utar. *Nam si quando in illis excitatur (ait) ardor libidinis, concubitu facile sedatur: Virgo autem non habet unde ignem resiliat, flamman quidem excitatam, & in altum sublatam videt, sed eam extingue non potest, tantum vero relinquunt, ut igni resistens non uratur.* Quid igitur mirabilius, quam universum gestare in animo rogam ardentem, neque comburi? quam flammarum in intimis anima partibus versari, & integrum permanere rationem? Nemo enim illi dat hanc veniam, ut libidini paroxysmis ejusmodi carbones effusos extinguat. Verum quod Scriptor Proverbiorum fieri non posse dicit in corpore, id ipsum animo Virgo cogitur sustinere. Quid igitur (inquit) ille? Nunquid potest homo ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ ejus? *Ecce ambulat ipsa, & perfert cruciatum.* Nunquid potest quisquam abscondere ignem in sinu, ut vestimenta ejus non ardeant? *At bac ipsa non vestibus, sed intus ignem continens furentem, & crepitantem flammam perfert, & sustinet.* Etiam ne, quæfö, nuptias quisquam cum virginitate conferre, vel omnino in ejus conspicua ponere audeat? *At non id permittit Divus Paulus, qui magnum inter atrumque proponit intervalum.* Hæc enim (inquit) cogitat, quæ Domini sunt; illa autem cogitat, quæ sunt mundi. Nec eo solum bono, & bonare extollit potest virginitas, sed & aliis multis sane majoribus. Cum enim illa Christiana Fide, & charitate fulcitur, tanto, & matrimonio, & humanis rebus preferenda est, quanto humano generi antecedunt beatæ mentes. Illarum enim præstantiam non emulari tantum, sed imitari videntur: qui cum natura illis sint inferiores, pugnantes tamen cum his, quæ ipsius naturæ vociferas postulat, & vincentes adhuc ardore voluptatis cælestis, naturalis ardorem voluptatis, illas quoad fieri potest, affequuntur potius, quam imitantur. Si enim neque

c. Epist. 81.
d. Siriclus PR.
in Epistola ad
Mediolan. Ep-
cles. exstat in-
ter Ambros. n.
80.

e. Lib. de vir-
gina.

f. Preverb. 6.

vobunt Angelis, neque uxores ducunt, in pari causa sunt Virgines: in eo autem dispari, quod cum gravibus corporis vinculis deprimantur, augustinissima tamen penarum levitate ad excelsum illum. Et calestem Sanctorum Spirituum locum, viventes abduc in carne, si non carne, vieta tamen carne ab spiritu, spiritu incipiunt descendere, Et spiritu simul, Et carne feliciter postea sequuntur. Ac tandem iisdem, quibus illi maneribus, Et (quod caput est honorum omnium) sponsi consuetudine felicissime perfruuntur. Felices ergo sapientes illos, Et beatos, qui humana specie, Et figura Divinam, ac plane calestem vim confessi sunt. Insanos, Et miserabiles Jovianum, Helvidium, Et reliquos recentiores hereticos, qui cum dignitate ad beatas mentes Christi gratia proxime possint accedere; non solum in impuram belluarum intemperantiam depravata abjiciunt se voluntate, sed obscurato naturali rationis lumine, juste, digneque facere posse profanissima castitati impudenter; dignissimi sane, ut graviores in morte sufferant cruciatas, quam luxuriantes in vita experti sunt voluptates. Nec mortuos solum pœna dignos aequores paullo censentur iudices, sed Et vivos abduc, Et in ipsa vita morientes. Nam si indicentes bellum homini innocenti gravissima a Deo severitate puniti sunt; qui Angelis, Et Deo ipsi sanctissimo virginitatis auctori, expugnato castitatis praesidio, multo illud gravius conantur infigere, Et vivi, Et mortui, propter summam improbitatem aternas merentur momentanea voluptatis pœnas persolvere.

Constat hinc etiam, gravem fuisse antiquum Joannis Vvicleph errorem dicentis, neminem salvari posse in religione privata (vocat religionem privatam, que præceptis Ecclesie addit perfectionis consilia) Quinimmo dixit, omnem qui in privata religione existit, esse in peccatum, & inhabilem ad observantiam mandatorum Dei. Quam vesaniam jam fecerunt, ab obliuione, vel ab inferis potius, suscitavit Martinus Lutherus, dicens, non esse licitum hominem obligari ad aliquid agendum ultra id, quod Dominus nobis præcepit, sed libere vivendum esse cuilibet, & non sub Legi humana: qua ratione liberam tribuit sacris Virginibus & Monachis potestatem exeundi a monasteriis, & uxores ducendi, si vellent: immo in multis Germanie Oppidis coacti sunt Monachi religionis studia, & monasterii regulas deferere, ut abjecta cuculla, sanctum (si bonis placet) & inviolabile matrimonii Sacramentum, ni mavis scortationem, inirent. Joannis Vvicleph errores damnavit Concilium Constantiense^a, Lutheri Tridentinum^b.

^a Sess. 8.
^b Sess. 14. ^{de} Sacram. matr.
Can. IX. L onc.
Carthag. IV.
Can. CIX.

COMMENTARII NOVI.

MAGNI fuerunt circa virginitatis votum, & professionem hereticorum errores. Vigilantius commentitiam dixit heresum pudicitiam libidinis, & virginitatem. D. Hieronym. adversus Vigilantium Cap. 1. Jovianus monachus docuit, virginitatem non esse apud Deum majoris meriti quam conjugium. D. August. heresi 82. idem sensit Eunomius. D. Hieron. in Cap. 4. Osee. Helvidius ejusdem voluit esse gloria Virgines, & maritatas. Hieronym. adversus Helvidium Cap. 10. Faustus Manichæus reprehendit Catholicos, quod ad virginitatis professionem

certatim incitarent. D. August. *Contra Faustum*, Lib. 30. Cap. 4. A'ia deliria his limitia docuerunt Lollardus, Lutherus, Conradus, Pellicanus, Mart. Bucerius, quorum errores referunt, & Patrum auctoritatibus refellunt adversus heres verbo, *Virginitas*, Jodocus Coccius Lib. 4. *Theauri*, Tom. 1. art. 4. & pro virginitatis flore, & sacra, Virginibus plura adduxerunt Theologi expolitivi in Cap. 19. Matth. in Epist. 1. ad. Corinth. Cap. 7. Sherlogus Tom. 3. in Ganticá, vestigio 33. sect. undecima, Bivarius, *De veteribus Monachis* Lib. 4. Cap. quinto. GONZALEZ.

Et toto tempore vita sua hujusmodi feminæ egerint pœnitentiam, & abstinerint se a coitu.

CAPUT TRICESIMUM PRIMUM.

Quanto ethnici Christianæ Virgines præsent. Illarum breve, barum perpetuum vinculum esse: dissoluble tamen Pontificis Maximi imperio. Explicata in eam rem Innocentii III. Epistola ad Abbatem Sublacensem.

Gloriari jam desinunt Romani veteres de antiqua religionis sua, vel superstitionis sanctitate. Ne nobis integritatem jacent Veitallum virginum; ne vane ostentent illarum pudicitiam, & mores; ne statis solennibusque ceremoniis earum falso putent, frumentum tertilitatem, & copiam, civium salutem, Reip. incolumentem, & Imperii amplitudinem inniti; ne inextinguibili custodia ignis sibi velint, & nobis persuadere, Deorum amicitiam conciliari, & conciliatam retineri. Majora enim jam habent Hispani, habent præstantiora, habent celsiora, habent non mendacem, & simulatum, sed verissimam vera sanctitatis, vera religionis, vera pudicitiae, & honestatis, non de nonibus, ut illæ, sed vero, Optimo, & præpotenti Deo devota, atque sacrata custodiæ: habent & alia, quibus omniem suis laudem præcipuis fatebuntur omnes, qui sano, sinceroque judicio valent. Illæ enim ignorare Deæ Vestæ, nostræ Optimo Deo, & Maximo dedicantur. Illæ parentum, vel Pontificis maximi imperio coactæ; nostræ spontaneæ, & libera voluntate habitum suscipiunt religiosum. Illæ in theatro, & circo, ludis, & spectaculis omnibus etiam cruentis intererant: nostræ cancellos unius

unius sacra domus egredi nesciunt. Illæ in conservando ligneo quodam, vel æneo Palladis simulacro, & ignis terrestris lumine vanissime; nostræ in sacris, diuturnis, atque nocturnis precibus Deo decantandis devote, sanctissimeque occupantur. Illæ corpore tantum; ha corpore, & mente se ad verecundiam formant, pudorem colunt, castoque sermone, & castiori corpore sancta, & inviolata virginitate fruuntur potius quam gloriantur. Illæ temporalem & certis annorum finibus circumscriptam; istæ perpetuam continentiam observant, gratissimam victimam Deo suo sponso offerentes, & eo gratiorem, quod sanctissime sue matris exemplum, institutumque imitantur; quam primam omnium, perpetuam vovisse Deo pudoris integratem, docent B. Ambrosius^a, Hieronymus^b, Bernardus^c, Rupertus^d, & alii. Quinimmo Epiphanius^e veterem fuisse Ecclesie consuetudinem refert, Virgines, quæ Deo pudicitia voverent integratam, scilicet suscipere in honorem, & imitationem Beatæ Mariae Virginis, protelari. Vtales enim, postquam tricesimum aetatis suæ annum in Templo Vesta peregorant, inde egredi poterant, & matrimonio copulari, ut Halicarnasseus^f tradidit, primoque decennio, velut in religione novitas ratione. Sacrorum oportuisse addiscere, sequenti decennio exercere ut ministras: postremo autem juniores docere ut magistras; post exactum vero annum tricesimum, non vetitum, depositis coronis, reliquique insignibus Sacerdotii, nubere cui vellent. Id ipsum quoque refert, nostras antiquis Virginibus preferendo, Divus Ambrosius^g: *Quis mibi pretendit, inquit, Vesta Virgines, & Palladis Sacerdotes?* Qualis est ista non morum pudicitia, sed annorum, quæ non perpetuitate, sed atate prescribitur? Petulantior est talis integritas, cujus corruptela seniori servatur aetati. Ipsi docent, Virgines suas non debere perseverare, nec posse, qui virginitati finem dederunt. Qualis autem est illa religio, ubi pudicæ adolescentes jubentur esse impudica anus? Sed nec illa pudica est, quæ Lege tenetur, & illa impudica, quæ Lege dimittitur. O mysteria, o mores, ubi necessitas imponitur castitati, auctoritas libidini datur! Prudentius^h contra Simmacum, eundem refert morem, & irridet,

Quæ nunc Vestalis sit virginitatis honestas, Discutiam, quæ Lege regat decus omnis pudoris, Ac primum parva teneris capiuntur in annis, Ante voluntatis propria quam libera secta, Laude pudicitia fervens, & amore Deorum, Gusta maritandi contemnet vineula secus. Captivus pudor ingratis addicitur aris, Nec contempta perit miseris, sed adempta voluptas. Corporis intacti mens non intacta tenetur, Nec requies, datur ulla toris: quibus innuba cæcum. Vulnus, & amissus spirat femina tadas. Tum, quia non totum spes salva interficit ignem; Nam resdes quædamque faces adulere licebit, Festaque decrepitis obtendere flamma canis, Tempore præscripto membra intemerata requirens Tandem virginem f. stolidi Vesta sequuntur. Tum thalamis habiliis tumuit vigor, irrita nullus. Fecundavit amor materno viscera partu. Nubit anus veterana sacro perfuncta labore, Desertisque focus, quibus est famulata juventus, Transfert emeritis ad fulra jugalia rugas, Disicit & in gelido nova nupta tepeſcere lecto.

Nec solum sacras Virgines nostras antiquis Veitallibus præstulit D. Augustinusⁱ, sed & i Lib. 1. de mulierem jam semel, & iterum nuptas. Mirum tamen est quod Halicarnasseus refert de his virginibus Veitallibus, quæ post eos annos in Sacerdotio transfactos, matrimonii vinculis adnexæ sunt. Non potuisse tamen nisi semel nubere, Hieronymus^k auctor est. Fecerunt id paucæ aliquot, inquit, sed parum latente exitu, & omnino apud ceteras, ita ut libenter post hoc virgines æcum exigerent in Dea contubernio. Apud nos etiam receptum videmus, ut qui a religionis habitu semel suscepto desciverint, ætate, studiis, & vita infortunati, infelicisque prorsus habeantur, & merito. Quid enim magnum expectari potest de his, qui nullo naturalis Legis vinculo devincti, aut corporis necessitate compulsi, sed propria, vel inconstancia, vel libidine, officia pietatis, religionis studia, charitatis stipendia, & præsentia futurae æternitatis gaudia spernentes, vanis aut uxorum, aut seculi solicitudinibus se ingenerunt. Turpe enim cordatis hominibus non potest videri, animam cælestibus intentam bonis, ut hæc fragilia sibi comparet, ab immortalibus suis operibus avocari; habeturque justissime tanquam insigne, & perspicuum insipientis, levissimum animi indicium, graviora pro levioribus, spiritualia pro sæcularibus, æterna pro caducis, & brevibus commutatis, & se a Dei caelis, cui jam spiritualiter cœperant militare, corpori postea ut pecudes servientes, ad mundi, & carnis illecebros quocumque pretextu contulide.

Religiones ergo nostra non ferunt temporariam illam Romanorum castitatis, & obedientiae disciplinam, sed perpetuam. Perpetuam dico, non quod ejus nodus adeo sit impeditus, ut nullius manu, & potestate dissolvi possit, aut explicari, nam posse, mox ostendemus; sed quod communes ordinariae Religionis Leges perpetuam hanc voventum postulent observationem, indulgentia, vel dispensatione (ut vocant) ejus solum imperio reservata, cui (sicut a Bernardo scriptum est) & providere datum, & posse provideret creditum est. Tu intellige

^a Lib. de infinito virg. Cap.
^b Epist. 2. ad Eusebium.
^c Horn. 2. in Missus est.
^d Lib. 3. in Canica circa
^e Hæres 78.
^f Lib. 2. Rom. antiq.
^g Lib. 1. de virginibus.

^h alias Contemnat.

ⁱ Nuptiis & co-
cupiscientia C.
^j In Apologia
ad Pammachium. Halicarnasseus Lib.
^k 2. Roman. an
tiquit.

go sanctissimo prudentissimoque judicio, vel eorum, quos ad Sedem tuam Christus exerit, a quibus Christianos omnes cum e re sit, suscepta quacunque voti obligatione post liberi, expedita juris ratio est.

Nec adversus hanc, quam adstruo, sacrosanctam, divinamque tuae Sedis auctoritatem paullo curiosiores mihi objiciant, prædecessoris tui Innocentii III. Rescriptum ad Abbatem, & conventum Sublacensem, apud Gregorium^a ix ubi ait: *Cum abdicatio proprietatis, & custodia castitatis adeo sit annexa Regula Monachali, ut contra eam nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere.* Nam eam difficultatem, qua doctos etiam maxime impediri video, facile diluemus, si vim sensumque verborum, & Innocentii mentem paullo diligentius accuratiusque expendamus: quod ut alequi possumus, animadvertisendum est, in Africa solum Concilio Carthaginensi III. b decretum fuisse, ut prima Sedis Episcopus non appellaretur Princeps Sacerdotum, aut Summus Sacerdos, aut aliquid hujusmodi, sed tantum prima Sedis Episcopus: ne nomina haec, que honoris maximi præferunt notam, insolentes spiritus cientes, animum attollerent, & inflarent magis, quam augerent virtutem: nam ut præclare Socrates dixisse fertur, quemadmodum utres vento tumescunt, & spiritu; sic stulti arrogantia, & titulis: quibus se nolle florere, sed moribus, non dissimili proposito præclare dixit Gregorius Magnus c. Hoc autem (ut dixi) in Africa solum decretum est, in Africa sola receptum; in Europa autem, & Asia non solum Metropolitanos id est, Archiepiscopos, sed Episcopos (quod inter Sacerdotia summus, & supremus gradus sit is, quem Episcopi tenent) Summos Sacerdotes, Summos Pontifices, Summos Antipatos, & Episcopatum, Summam Sacerdotium antiquos nuncupasse, Romanorum Pontificum, Conciliorum, & Sanctorum Patrum auctoritatem comprobabo. Anacletus enim de accusatione Episcoporum sic inquit d: *Accusatio quoque eorum, super qua nos conculere voluisti, non nisi ab idoneis, & probatis suis Viris, qui & suspicionibus, & sceleribus carent, fieri debet; quia Dominus faci sui Corporis tractatores a vilibus, & reprobis, ac non idoneis personis infamari noluit, nec columnarii permisit; sed ipse proprio flagello peccantes Sacerdotes a Templo ejicit; unde liquet, quod Summi Sacerdotes, id est, Episcopi, a Deo sunt judicandi, non ab humanis, aut prava vita hominibus lacerandi.* Et paullo post: *Electionem quoque (five) c. electionem, utrumque legitur) ut supra memoratum est, Summorum Sacerdotum sibi Dominus reservavit; licet electionem eorum bonis Sacerdotibus, & spiritualibus populis concessisset.* Cornelius^e Papa in Epistola ad Ruffum Episcopum Orientalem: *Sacramentum, inquit, batenus a Summis Sacerdotibus, vel Dei Ministris exigi, nisi pro Fide recta, minime cognovimus, nec sponte eos jurasse reperimus.* Eusebius Papa f ad Episcopos Thusei, & Campanie: *Manus quoque, inquit, impositionis Sacramentum magna veneratione tenendum est; quod aliter perfici non potest, nisi a Summis Sacerdotibus, nec tempore Apostolorum ab aliis, quam ab ipsis Apostolis legitur, aut scitur peractum esse; nec ab aliis, quam qui eorum tenent locum, unquam perfici potest, aut fieri debet.* Militiades etiam in Epistola ad Hispaniarum Episcopos: *De his vero, super quibus rogatastis, vos informari, id est, utrum majus Sacramentum manus impositionis Episcoporum, aut Baptismi; scio que, de Consuetudine, dicitur.* Dicitur g: *Supereft, ait, ad conclusionem materiolam, de observatione quoque dandi, & accipiendo Baptizatum communem facere. Dandi quidem habet ius Summus Sacerdos, qui est Episcopus, debinc Presbyteri, & Diaconi. Zolimus h præterea Pontifex in Epistola i. ad Hesychium Salonianum Episcopum, cum ageret de tempore, quod singulis Clericorum gradibus erat praefinitum, sic ait (postquam de Lectoribus, de Exorcisis, de Acolythis, de Subdiaconis, de Diaconis egerat.) Exinde suffragantibus stipendiis per tot gradus, datis propria Fidei documentis, Presbyteri Sacerdotium poterit promereri. De quo loco (si eo illum exactior ad bonos mores vita, perduxerit) Summum Pontificatum sperare debebit, id est, Episcopatum. Innocentius Papae I. i ad Aurelium de Ordinatione Episcoporum: *Quam enim miserum est, ait, eum Magistrum fieri, qui nunquam Discipulus fuit, eumque Summum fieri Sacerdotem, qui unquam in illo gradu obsequitus fuerit Sacerdoti.* Beatus Leo k Papa I. ad Anatolium Episcopum Thebalonicensem, de Episcoporum electoribus, sic inquit: *Cum ergo de Summi Sacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponatur, quem Cleri, plebisque consensus concorditer pustularit; ita ut si forte in aliam personam partium se vosta diviserint, Metropolitanus iudicio is alteri præferatur, qui majoribus & studiis iuvatur, & meritis; tantum ut nullus invitis, & non potentibus ordinetur; ne plebs invita Episcopum non optatum, aut contemnat, aut oderit, & fiat minus religiosa, quam convenit, cui non licuerit habere quem voluit.* Idem etiam confirmat Concilium Taurinense l: *Non cum primo, inquit, omnium Vir sanctus Proculus Missione Civitatis Episcopus, se tanquam Metropolitanum Ecclesias, que in secunda Provincia Narbonensi p sita videbantur, dicaret præesse debere, atque per se Ordinationes in memorata Pr vincia Summorum fieri Sacerdotum.* Idem conitat ex Concilio Agathensi II. m Si Episcopus, ait, Metropolitanus ad comprovinciales Episcopos Epistolam direxerit, in quibus eos, aut ad ordinazione m Summi Pontificis, aut ad Synodus invitet, postpositis omnibus, excepta gravi insinuacione corporis, ac præceptione Regia, ad constitutam diem adesse non differant; quod si defuerint, sicut præcepta Canonum auctoritas præcepit, usque ad proximam Synodum a charitate Fratrum, & Ecclesia preventur communione. Ordinationem Summi Pontificis, Episcopi Ordinationem intelligunt Patres, non Pontificis Romani, ut nonnullis placuisse scio. Gallos enim*

^a In Cap. Cum
ad Monasterium
de statu Mona-
storum.

^b Cap. 26.
Referitur a
Grat. in C. pri-
me sedis, 99.
Disjunctione.

^c Epist. ad Eu-
logium Episco-
pum Alex. Lib.
7. indictione
x. Epist. 30.

^d In Epist. i. ad
ad Episcopos
Italiae, referitur
in C. accusa-
tio z. Q. 7.

^e In Ep. 2. aa
Rufiuni refer-
tur & Gratia-
ne in Cap. Sa-
cramentum 2.
Q. 5.

^f In Ep. 3. ad
Epis. Thusei
& Campanie;
referit Grat. in
C. manus quo-
que, de Conser-
vatis. Dicitur s.
S. Cap. 17.

^g Ep. 1. ad He-
sychium Cap. 3.
Innocentius I.
in Ep. XII.

ⁱ In Epis. ad
Aurelium Epis-
cop. Carthag.
Referunt a Gra-
tiano in C. Mi-
serum 61. Dicitur
k. In Ep. 44.
ad Anatolium
Cap. 5.

^l Cap. 1.

^m Cap. 35.

enim Episcopos in Civitate Agatha Gallia Narbonensis ad eligendum Romanum Pontificem convenienter quis dicat? quod clarus appareret ex Canone vi. ejusdem Concilii, in quo cum de Episcopis ageret, Pontifices, inquit, quibus in Summo Sacerdotio constitutis, ab extra- neis dumtaxat aliquid, aut cum Ecclesia, aut sequestratim dimittitur, aut donatur. Ex Concilio a apud Sanctum Melardum Hincmarus Archiepiscopus Rheims de auctoritate instrumentorum hæc refert: Legum, inquit, Ecclesiasticarum consuetudo, & auctoritas talis est, ut in caussi gestorum semper Scripturam requirant, adeo ut qui ad sacram Fontem accedit, suum dare nomen precipiat; qui ad Summum Sacerdotium provehitur, Decretu manib[us] omnium roburato eligitur. Item Concilium Aquitaniense sub Ludovico Pio: Summos itaque Sacerdotes inexcusabiliter nosse oportet, ut ex veteris, novique Testamēnti Scriptis, qua vera sunt, salutique omnium proficia, proferre doceat sciunt. Concilium Aurelianense primum sub Clodoveo: Cum, auctore Deo, ait, in Aurelianensi Urbe fuisset Concilium Summorum Antipatrum congregatum. Concilium Barcinonense sub Recaredo Rege, Canone III. Nulli, inquit, descepi laicorum liceat ad Ecclesiasticos Ordines, pratermissi Canonum prefatio tempore, aut per sacra regalia, aut per consensionem Cleri, vel plebis, vel per electionem, afferentemque Pontificum, ad Summum Sacerdotium aspirare, ac provehiri; sed cum per Canonum conscripta tempora, Ecclesiasticos per ordinem speciali opere desudando, probata vita administriculo comitante, consecraverit gradus, ad Summum Sacerdotium, si dignitati vita resp[on]derit, auctore Domino, provehatur. Concilium Toletanum sub Gundemaro in honorem Ecclesie Toletana: Ne quis ultra, inquit, comprovincialum Sacerdotum inani, ac perverse contentione obnitatur bujus Sacrofæcie Ecclesie Toletana Primitum contemnere, perivacati schismatum studio ad summos Sacerdotialium infilarum ordines, remota bujus Sedis potestate, a nobis quempiam, sicut baetenus futurum est, provehere. Concilium Toletanum VI. in principio: Convenientibus nobis Hispaniarum, Galliæque Pontificibus Summ. Concilium Hispalense II. e cum de multis ageret, qua Episcopis solum licebant, non autem Presbyteris, vel Chor- episcopis, hæc addidit: Quia Pontificatus apicem non habent, quem scilicet debet Episcopis, auctoritate Canonum precipitatur; ut per hoc, & discretio graduum, & dignitatis fastigium Summi Pontificis demonstretur. Concilium Toletanum IX. a Summos etiam Sacerdotes Episcopos nuncupat. Si Sanctos Patres audeamus, occurrerent multi. Ambrosius e agens de Baptismo, & de lotione pedum baptizandorum, sic inquit: Asendiſ de finta; quid secutum est? audisti Lectionem, succinctus est Summus Sacerdos. Licit enim & Presbyteri fecerint, tamen exordium ministeriis a Summo est Sacerdote. Succinctus, inquam, Summus Sacerdos pedes tibi lavit. Et in Epistola ad Theodosium imperatorem, cum loquenter de Valentianino Augusto jam mortuo, qui derelictis Ecclesie Galliarum Episcopis, ab eo Sacramento baptismati, terti voluit, sic ait f: Quin etiam illis ipsis publici doloris diebus cum Sanctis, & Summos Sacerdotes Domini intra Gallias haberet, ut a me tamen Sacramentis Baptismatis initaretur, rescribendum arbitratus est. Divus etiam g Hieronymus cum de Episcopis, & eorum auctoritate in Baptismo, & Confirmatione dissereret: Ecclesiæ, ait, sicut in Summi Sacerdotis dignitate pendet; cui si non exsors quadam, & ab omnibus eminens potestas, ter in Ecclesiis efficientur schismata, quod Sacerdotes. D. Hilarius h, cum de Episcopis multa doceret, Pontifex, inquit, Princeps Sacerdotum est, quasi via Sequentium; ipse & Summus Sacerdos, ipse & Pontifex Maximus nuncupatur. Ipse enim efficit Sacerdotes, atque Levitas, ipse omnes Ordines Ecclesiasticos disponit, ipse quid uniusquisque facere debeat, ostendit. Hildibertus i Episcopus Gennanensis eodem nomine vocat Episcopos, & Alcuinus k, De Divinis Officiis, & Gratianus l Summos Sacerdotes pro Episcopis usurpavit. Hoc autem nonen, sicut nomen Papæ, quod omnibus etiam Episcopis olim tribucabatur, sicut tibi Pontifici Romano, quod in omnibus Christiani Orbis Episcopos supremam Pontificii habeas Jurisdictionem, diuturno jam, jutissimoque Ecclesiæ uferuntur etiam; etsi de nomine Papæ sciam, quod scripsit Onuphrius m, post Photium videlicet Patriarcham Conitantineopolitanum, conventione esse inter Romanum, & Constantino-politanum, ut solus Romanus Pontifex nomen Papæ, quod omnium vocabulorum Episcoporum excellentius esse statutum est, retineret; cum antea omnibus Episcopis esset communne. De nomine autem, Summus Pontifex, id factum, aut conventionem non legitimus; anti-quatenus consuetudine, qua pro Lege suscipienda, & observanda est, solis Romanis Pontificibus merito tribui receptum videmus.

Illud quoque obsecravisse confessaneum censeo, Monachos olim, & Monasteria, nisi que speciali Romanæ tuae Sedis privilegiis eximebantur, in potestate fuille Episcoporum. Concilium Chalcedonense n: Quidam Monachorum, ait, habitu utente indifferenter per Civitates incedunt, nec non & Monasteria, & seipsi presumptione propria commendant. Placuit igitur, neminem aut adipisci, aut confundere Monasteria, aut Oratoriū domum, sine conscientia ipsius Civitatis Episcopi. Item Can. viii. Clerici in Parochiis, Monasteriis, aut Martyriis constituti, sub potestate sunt ejus, qui in ea Civitate est Episcopus, secundum traditionem Sanctorum Patrum, neque per presumptionem recedant a suo Episcopo. Eos vero, qui ausi fuerint rescindere hujusmodi institutionem quocumque modo, vel si noluerint subjacere proprio Episcopo; si quidem fuerint Clerici, secundum personarum ordinationem subjaceant condemnationibus Canonum; si vero Laici, vel Monachi fuerint, communione preventur. Item Clerici, qui pauperum dispositioni, vel Monasteriorum, vel Martyriorum presunt, sub potestate singularum Civitatum Episcoporum secundum Canonum traditionem perdurent, ne per suam temeritatem Episcopi sui moderationem declinent.

^a In C. Legum
Q. 1.

^b De scientia,
& doctrina Epi-
scoporum C. 2.

^c Can. 7.

^d Can. fin.
e Lib. i. de Sa-
cram.

^g Dial. advers.
Luciferian.

^h Lib. 7. Epis-
tola. C. 12.

ⁱ Epist. 81.
k. C. de singul.
vestib.

^l C. Presby-
terorum. l. Sed
hoc intelligen-
dam 56. Dis-
m. ad Platianum
in Ital. Epis-
tola III.

ⁿ Can. IV. apud
Grat. Cap. Qui-
dam 18. Q. 2.

a Can. 21. apud
Grat. C. Abbatis.
tes. 18. Q. 2.

b Can. 3.

c Can. 14. apud
Alphonsum Pi-
janum Lib. 3.
de Act. Conc.
Nicani.

d Can. 19.

e Can. 58.

f Ep. ad Abb.
Gruitem. que
refertur fol. 97.

g Can. 22.

h Can. 97. apud
Grat. C. Qui
Religiosi. 18.
Q. 2.

i Cap. Cum di-
lectis pen. de
Religio. dum.
et Conc. Later.
Can. 12.

k Can. 60. ut
de Excessib. Pre-
lat. C. Acce-
derentibus 2.

l Cap. Pervenit
16. Q. 1.

clinent. Qui autem hujusmodi dispositionem quolibet modo subvertere ausi fuerint, & Episcopo suo non obedierint, si quidem Clerici fuerint, Canonica damnationi subjaceant; si autem Monaci, vel Laici sunt, a communi ne suspendantur. Aurelianense Concilium a: Abbates pro humilitate Religionis, in Episcoporum potestate constanter. Et si quid extra Regulam fecerint, ab Episcopis corriganter. Qui semel in anno in loco, ubi Episcopus elegenter, accepta vocatione, convenienter. Monaci autem Abbatibus omni obedientia, & devotione subjaceant. Quod si quis per contumaciam extiterit indevotus, aut per loca aliqua vagari, aut peculiare aliquid habere presumperit, omnia, quae acquisierit, ab Abbatibus auferantur, secundum Regulam Monasterio profuturam. Ipsa autem, qui fuerint per vagati, ubi inventi fuerint, cum auxilio Episcopi tanquam fugaces sub custodia reventur, & reum se ille Abbas futurum esse cognoscat, qui in hujusmodi personas non regulariter animadvertis, vel qui Monachum suscepit alienum. Concilium b apud Palatum Vernis: Ut unusquisque, ait, Episcoporum potestate habeat in sua Parochia tam de Clericis, quam de Regularibus, vel secularibus, ad corrigendum, & emendandum secundum ordinem canonicum spiritualem, ut sic vivant, qualiter Deo placere possint. Et Can. v. Ut Monasteria tam virorum, quam paellarum, secundum ordinem regulariter vivant: Et si hoc facere contempserint, Episcopus, in cuius parochia esse videntur, hoc emendare debeat. Quod si non potuerit hoc emendare, illi, quem Metropolitanum constituiimus, bac innotescat, & ipse hoc emendarif faciat. Quare Monachus nullus effici poterat, ni imperata prius ab Episcopo facultate, Decreto Concilii Nicani: Si quis laicus, inquit, fieri Monachus voluerit, sine licentia Episcopi, qui illius Monasterii potestatem habeat, movendus est ille statu suo, in quo est, & non est recipiendus in Religione. Hoc autem iuciro statuimus, ne ullus caussum habeat relinquendi uxorem, aut filios, aut matrem, aut similes, qui auxilio ejus opus habent. Quare quemadmodum recipi non poterat sine consensu Episcopi, sic nec de Monasterio ejici sine ejusdem Episcopi consultatione, aut ejus Vicarii, Decreto Concilii Meldensis d. Quod adeo stricte observabatur, ut sine commendatitiis Epistolis Episcopi vagandi licentiam non haberent. Concilium Agathense: Clericis, ait, sine commendatitiis Episcopi sui licentia non pateat divagandi. In Monachis quoque praesentis sententia forma servetur. Quos si verborum increpatio non emendaverit, etiam verbis statuimus coerceri. Arnulphus f Lexoviensis Episcopus Abbatem Gruitemensem, coarctuit in Epistola ad eundem, quod sine sui Episcopi licentia aliquot menses absens fuerit a Monasterio, eique præcipit in virtute obedientiae (sic loquitur) ut infra Kalendas Augusti ad Monasterium reverteretur: cui præcepto cum non obtemperasset, alia Epistola ad eundem jubet iterum, ut remota omni occasione, intra viginti dies redeat; alioquin ex ea die, & officio Altaris, & omnium Ecclesiarum introitu suspendit; quod Concilio Aurelianensi g 11. decretum est: Abbates, qui Episcoporum præcepta despiciunt, ad communionem nec penitus admittantur, nisi contumaciam humilitate suscepit, deponant. Præpositos Monialium, quos nunc Vicarios vocant, non ab Abbatibus, sed ab Episcopis eligi, Concilio h Carthag. iv. cautum est. Hujus autem Episcopalis obedientia jugum tempore Innocentii i duraile, ex ejusdem Decretali Epistola perspicuus appetet, & ex eodem Concilio Lateranensi. Cum enim Apostolica auctoritate Visitatores creari juberet, ut ejus vice Monasteria Monachorum, & Monialium visitarent, statim haec subiungit: Porro Diaconesani Episcopi Monasteria sibi subiecta ita studeant reformari, ut cum ad ea prædicti Visitatores acceperint, plus in illis inveniant, quod commendatione sit dignum; attentissime præudentes, ne per eos dicta Monasteria indubitis oneribus aggraventur: quia sic voluntus Superiorum jura servari, ut inferiorum nolimus injurias sustinere. Cum ergo Episcopi, Summi Pontifices, & Summi Sacerdotes vocarentur, & Monasteria Innocentii tempore sub Episcoporum essent potestate, non incommodo, ut opinor, intelligendum consequtitur, quod hic ab Innocentio dicitur, Summum Pontificem, id est Episcopum, non posse licentiam indulgere Monacho, ut contra votum castitatis ficeret, vel paupertatis.

Hoc autem ideo Episcopis non licere dixit, nedum Abbatibus, sumpto argumento a majori (ut vocant) ad minus; quia Abbates quosdam tunc adeo elatos fuisse constat, ut que Episcopalis erant jurisdictionis, sibi non vererentur usurpare. Quod querelis Episcoporum de omnibus mundi partibus sibi perlatum (sic loquitur) idem Innocentius III. affirmat in Concilio Lateranensi k: Accedentibus (inquit) ad nos de diversis mundi partibus Episcoporum querelis, intelleximus graves, & grandes querundam Abbatum excessus, qui suis finibus non contenti, manus ad ea, qua sunt Episcopalis dignitatis extendunt; de caussis matrimonialibus cognoscendo, injungendo publicas penitentias, concedens etiam indulgiarum literas, & similia præsumendo: unde contingit interdum, quod vilescat Episcopalis autoritas apud multos. Volentes igitur his, & Episcoporum dignitatibus, & Abbatum providere saluti, præsenti decreto firmiter prohibemus, ne quis Abbatum ad talia se præsumat extendere, si proprium voluerit periculum evitare; nisi forte quisquam eorum ex speciali concessione, vel alia legitima causa super hujusmodi voleat se tueri. Quæ etiam antiquorum Episcoporum querela fuit, ut Paschalis II. scribit ad Victorem Bononensem Episcopum. Ut convinceret ergo fortiori argumento Innocentius Abbatem Sublacensem, in cuius vitam, & mores ipso paullo antea præsens inquisierat, ut constat ex principio Epistole: Cum ad Monasterium Sublacense personaliter venissimus, & infra. Et ad quem Epistola milla est, tacite docet, quod quamvis ille auctoritatem haberet Pontificis, seu Episcopi (ut tunc Abbates quidam prætendebant) non poterat tamen licentiam indulgere Monachos, ut contra votum paupertatis ficeret, sicut nec contra castitatis, cum hoc Sedi tuae Apostoli-

ca

ca reservatum, potuisset, debuissetque agnoscere.

Quod si ea verba sic aliis interpretur, ut dicat Innocentium PP. solum decrevisse, Abbatem Sublacensem, quinimmo & Pontifices Maximos non posse proprietatem bonorum cum paupertate, & rerum abdicatione, continentiam cum Matrimonii usu in ipsis Monachis una & simul conjugere, tanquam summe inter se pugnantia, rem sane dixerit Epistola non repugnante; quia Abbatem Sublacensem nimis suis Monachis indulisse in habenda proprietate bonorum, ex ipsis Innocentii ad eum Epistola colligitur. Quod emendari in posterum Innocentius voluit, non tamen negavit, posse Romanum Pontificem indulgere, ut abdicatis Monachatus Regulis, Matrimonio, & proprietate bonorum possit quis uti, & frui; ut ipsum, & alios necessaria oborta causa, concessisse sèpius, variis antiquorum Annalium monumentis compertum habemus. Et ut externa omittamus, domesticum se nobis offert, & illustre ad omnem posteritatem Ranimiri II. a Aragonum Regis exemplum, quem ab incunte a Hieron. Blan-estate in Sanctissimi Benedicti Familia educatum, in Tomariensi illustri ejus Cœnobio institu-^{ca in Comm. re-}rum voti publici religione adstrictum, Sacro Presbyterii Ordine insignitum, & per omnes honorum gradus ad Abbatia S. Facundi dignitatem primum, ad Burgensis deinde Episcopatus, post ad Pamplonenis, ac tandem Rotensis, seu Balbastrensis culmen evectum, Alphonso fratre sine liberis defuncto, Regni Optimates summa Comitiorum consensione Reipublicæ gubernaculis præfecerunt, certissimo persuasi, cum non magis debita Regni successione, quam ornamenti clarissimarum virtutum, quas ex Benedictinæ Familia Schola hause-^{in Vita Ran-}rat, nobilissimum, Civium salutem, Regni tranquillitatem, Religionis, Fideiique splen-dorem singulari sua prudentia, & sanctitate conservaturum. Cumque tanta felicitatis hæ-redes exoptasset, ab Innocentio II. vel (ut perhibent alii) ab Anacleto II. impetrarunt, ut Agneten, vel Matildem, sive Urracam, Aquitaniam Ducis, & Pictonum Comitis filiam, In Codicibus optimam, & lectissimam feminam sibi uxorem adjungeret; ex qua cum Petronillam filiam ms. Cœnobii S. Jo. de Pinna unicam substulisset, suscepit administrationis gubernacula Christiani otii cupidissimus de-integrum exposuit. Ne tamen publica commoda privata tranquillitas deterreret, singulari ipse sapientia, totius Regni consenuit clavum Reipublicæ Berengario Comiti Barcinonensi, pacto Pe-tronilla Sponso tradidit, & dum purpuram pro atra, atritaque veste, Regia amplitudi-^{& refertur ab Hieron. Blan-}rem pro angusta Cellula, Majestatem Imperii pro strictissima obedientia commutasset, clari-or multo, feliciorque deposito Regno, quam Berengarius evit suscepit. Hæc Benedi-^{Hieron. Blan-}ctorum Monachorum prudentia, hæc integritas, hæc probitas, & vita sanctitas, quos Regios, & Pontificios honores fugientes, illos sponte honores ipsi, Dei potius, quam ho-minum providentia consequuti sunt. In Concilio enim Jaccensi Episcoporum omnium Decreto sanctum est, ut Aragonienses Episcopi ex hujus sacra solum Religionis Altumnis, & ex Cœnobio S. Joannis de Pinna ejusdem Instituti eligerentur; cui cum Ranimirus Rex I. & as-fentiretur, & subscriberet, ad finem hæc addidit Quicunque futurorum Regum Successorum nos trorum transgredientes, & deviantes, ab hoc Regali simul, & Pontificali Decreto, temptaverint dissolvere hanc scripturam, in praesenti sacculo Omnipotens Deus, qui est ju-sus Iudea, & Regum Rex, dissolvat, & dividat Regalem honorem, & potentiam Regni eorum, detque illud se diligentibus, & timentibus, & nostra Decreta servantibus: & in futuro separati confortio omnium Christianorum, interpellante pro eis Beato Joanne Baptista, cum omnibus Sanctis, participantur in societate cum Dathan, & Abiron, & Iuda traditore in inferno inferiori, luentes penas perpetui incendiis sine fine per aeterna scula: Amen. Data est sententia VII. Kalend. Julii. Era. LXII.

COMENTARII NOVI.

Pontificem posse in voto solenni castitatis dispensare, & plerumque dispensasse, docuerunt Thomas Sanchez Libro 8. De Matrim. Disp. 8. Num. 6. & in Præcept. Decalog. Lib. 5. Cap. 2. Num. 9. Basil. De Matrim. Lib. 7. Cap. 10. & Q. 3. Schol. Cap. 9. plures congettati Barbosa, De potestate Episc. 1. Par. Alleg. 15. Num. 23. Transmiera, De Polygam. Lib. 2. Cap. 17. Num. 29. Acunna in Cap. De illa. 4. 32. Dist. Le-maistre Lib. 4. De Monach. Cap. 3. Turrianus Lib. 2. De bonis monast. Spenceus Lib. 5. De votò contin. Cap. 5. Azor. Tom. 1. Inflit. Lib. 12. C. 6. & 7. Diana p. 8. Tract. 3. Resol. 100. Fragofo, De regimine Christ. Reipub. P. 2. Lib. 1. Disp. 1. §. 6. Leo Pinellus ad Tit. Qui filii sint legit. Num. 345. Scortius in Select. Epist. 158. Thesi 398. licet contrarium docuerint Theologi Scholastici, & novissime defendit Bivar. De veteri Mo-nach. Lib. 2. Cap. 6. Num. 11. qui meras fabellas esse Historias de Constantia, Ramirio; & Nicolao, cum quibus dispensasse Pontifex T. II.

Z tuum

tum consecratus, igitur nec in Virgine id facere valet. Sed certe haec ratio, quam potissimum judicarunt auctores contraria, pa- rum urget; nam vel sermo est de consecratione, que fit per votum; & haec non impedit dispensationem, quia etiam reperitur in voto simplici; vel de ipsa consecratione Virginis, in qua constitit solennitas Ecclesiae, & haec non impedit dispensationem, quia provenit a jure positivo; & certe si haec ratio totum probaret, evitceret, neque Deum posse dispensare cum Virginibus consecratis, quia facere nequit, ut quae semel consecrata fuit, consecrata non fuerit, cum Deus possit remittere obligationem promissionis sibi factae, quod & Pontifex facere valet, ut circa votum simplex nemo negavit. Unde sicut frater Calice, & ejus forma mutata, potest materia in usus profanos converti, ita & Virgo consecrata ejus forma ex dispensatione Pontificis potest ad nuptias transire. Tandem Auctores contraria sententia deducunt, admixta communi sententia, facile fieri posse, ut quis, vivente prima uxore, cuius Matrimonium ratum tantum disolutum fuerat per professionem, secundo nubat alteri, Pontifice in votis Religionis cum illo dispensante. Hoc argumento usi sunt veteres Scholastici, qui sentiebant, Pontificem non posse dispensare in voto solenni continentia. At non solum, ii, qui aferabant, Pontificem dispensare posse in voto solenni continentia, hoc argumentum ridiculum judicarunt, sed & ipsi,

C A N O N X I V.

De Virginibus secularibus, si mœchatae fuerint.

Virgines, quæ virginitatem suam non custodierint, si eosdem, qui eas violaverint, acceperint, & invenerint maritos, eo quod solas nuptias violaverint, post * unius anni poenitentiam reconciliari debebunt, vel si alios cognoverint viros, eo quod mœchatae sint, placuit, per quinquennii tempora, acta legitima poenitentia, admitti eas ad communionem.

Rabanus Maurus in suo *Poenitentiam* Lib. Cap. 4. totidem verbis Canonem refert. Burchardus vero Lib. 9. *Decretorum*, Cap. 14. paullo diversis, quintum hujus Concilii esse afferens, cum sit decimus quartus: *Virgines (ait) quæ virginitatem suam non custodierint, si eosdem, qui eas violaverint, maritos acceperint; eo quod solas nuptias violaverint, post poenitentiam unius anni reconciliantur. Si alios cognoverint viros, eo quod mœchatae sint, quinquennio poeniteant, & sic ad communionem accedant.* Ivo P. S. Cap. 152. iisdem verbis, quæ lectio, ut verior communi, magis placet.

CAPUT TRICESIMUM SECUNDUM.

Quæ illi feminæ poenitentia imponenda, quæ post stuprum, vel nupfit, vel non nupfit.

Sapientis esse, non tantum præsentibus malis mederi, sed & providere futuris, Leo, & Anthemius^a docent. Et hinc Legislatores magis sunt solliciti, ut peccantes emendentur in posterum, quam ut ob committâ puniantur. Ne Virgines ergo semel lapsæ, castitatis, & pudicitiae laxatis frânis, in deteriora (ut fieri solet) laberentur, placuit Hilpanis Patribus, ut tam ipse, quam earum solicitatores, & corruptores, damna, quæ itapro intulerant, & fornicatione; castitate, & pudicitia conjugali, initio matrimonio, post poenitentiam unius anni resarcirent. Simile est, quod iidem Patres b inferiori statuerunt: nam quod hic in Virgines, illuc in Viduas decreverunt, pari, vel eadem prorsus castitatis, & pudicitie consideratione: *Si qua Vidua fuerit mœchata, & eundem postea habuerit maritum, post quinquennii tempus, acta legitima poenitentia, placuit, eam communioni reconciliari;* fi

*si alij duxerit, reliquo illo, nec in fine dandam ei esse communionem. Vel si fuerit ille fideli, quem acceperit, non accipiat, nisi post decem annos, acta legitima poenitentia; nisi infirmitas coegerit velocius dare communionem. Non est etiam diffimile, quod iidem a Ita- a Itidem Cano- tuerunt; nam tametsi moechia crimen perpetua excommunicatione puniendum decrevissent, * 31.*

si tamen adolescentes matrimonium contraherent, remitti, aut leniri poenam voluerunt, ut eos a turpitudine vita ad honestatem conjugii revocarent.

Eo quod solas nuptias violaverint.

Virgines, quæ stupro consentiunt, quia solum jus nuptiarum violent, si cum iisdem matrimonium celebrant, poenitentia unius anni solum castiganda sunt: ideo autem nuptias solas violâs dicuntur, quod in peccatum carne prolapso fuerint antequam jus nuptiarum perfecissent. Solum enim nuptiis initis concubitum licere, & ipsa natura, & multis Ecclesiæ Constitutionibus cavitur.

C O M M E N T A R I I N O V I .

Solas nuptias.] Quia virginitatem Deo non voverant.

Sine poenitentia.] Non hoc ita accipiendum, quasi velint eas absque Sacramento poenitentia absolvendas esse; aut statuant, hujusmodi peccatum non esse aliqua poena coercendum; vel denique eis non esse dolendum de illo: sed poenitentia hoc loco intelliguntur poena, & crux, quæ in gradibus poenitentia palam, & publice caperentur; quæ cum pudorem aliquem fugillarent, non erant hujusmodi Virginibus infligendæ. Quid autem sit, post annum sine poenitentia reconciliari, quod genit poenarum, ex hoc Canone, & ex vicesimo primo colligitur. Levia quedam crima hac poena multabuntur; quæ in eo versaretur, ut ab Eucharistia arcerentur, neque oblationes offerre, aut eis participare permitterentur. Mihi per persuasum est, eos, qui levi illa animadversione castigantur, non aliter orasse, aut steti in Ecclesia, neque aliter habitos, quam subsistentes, & omnibus rebus divinis, atque humanis participasse cum ceteris fidelibus, præter quam Eucharistia.

Cæterum verbum, reconciliari, referri, & revocari prorsus debet ad illam maximam re-

conciliationem Sacramentorum scilicet, & altaris; non ad illam minimam, qua absolvebantur, & jure societatis Christianæ donabantur. Nam cum essent orationis participes, absolviti a peccatis censebantur, & minima illa reconciliatione non indigebant. ALBASPINEUS.

In proximo Canone actum fuit de Virginibus Dei: in hoc autem agitur de Virginibus hominum, quæ virginitatem amiserunt citra conjugium; & cum nullo castitatis voto obstrictæ essent, solas nuptias violarunt, id est simplex virginitatis sigillum citra voti injuriam referuntur; quæ violatio nec facit conjugium, nec est pincipium conjugii. D. Basilius ad Amphiloch. Cap. 6. *Fornicatio non est matrimonium, nec initium matrimonii.* Unde cum similes Virgines non leve peccatum admittant, D. Basilio ubi supra Cap. 40. nisi poenitentia peracta, ad communionem non recipiuntur, etiam si illos, qui eas violarunt, accipiant in maritos. D. Basilius ubi supra: *Puellæ, quæ præter patris sententiam fornicatores sequuntæ sunt, reconciliatis parentibus, videtur res remedium accipere, sed non protinus ad communionem restituuntur, sed triennio puniuntur.* Notavit Balsam. in Schol. ejus Canonis. GONZALEZ.

Post annum sine poenitentia reconciliari debebunt.

CAPUT TRICESIMUM TERTIUM.

Penitentes reconciliari debuisse, nec potuisse connubii copulari.
Explicatus Canon XII. Concilii Romani sub Sylvestro.

Ultimum difficile est emundari posse qui sordidus non est, & absolvit qui non peccavit, sic & reconciliari qui in poenitentia statu non fuit. Reconciliabantur olim poenitentes cum semel expulsi, vel ad Ecclesiam, vel ad Sacramentorum, & fidelium communionem restituebantur. Quare vulgatam hujus Canonis lectionem, *sine poenitentia, non probo;* sed eam quam retinent Burchardus, & Ivo: *post poenitentiam unius anni reconciliantur.* Unde enim anni poenitentia stupri admissi fôrtes elubebantur, matrimonio tamen cum eo qui istu primum intulerat, jam contracto. Hoc autem anno, si matrimonium jam rite, ut vocant, & recte non celebraissent, & consummasset, nec consummare denuo poterant, obstante poenitentia lege. Poenitentibus enim matrimonium interdictum, Nicolaus Papa ad Rodolphum b Bituricensem Archiepiscopum docet, Concilium Tolentanum vi. c & Arelaten- se ii. d Ur hinc intelligamus, Canonem xii. Concilii Romani sub Sylvistro, quem fecisse ne- d Epif. ad Ro- dophilum Bitu- ricens. Grat. ix. C. Interfello- ginta unnorum petenti: *Baptismum enim omnibus date.* Non enim agit Concilium de poenitentia, ut Ecclesia est Sacramentum, sed de publica poenitentia, ut poena erat ad corre- c Can. 8. ctione delictorum publicorum, & exemplum fidelium, ab Ecclesia instituta. Ea enim explicatur afficiendos homines, nisi quadraginta essent annorum, prohibet; ne juvenes a concubitu d Can. 1. ducendarum uxorum (ut poenitentia lex postulabat) prohibiti, laberentur sub Sylvestro in Can. 12.

To. II.

Z 2

a Can. 19.

in deteriora. Hoc respexit Concilium ^a Aurelianense 111. dum juvenibus poenitentiam dandam inhibuit. De publica enim id intelligendum est, quae non solum personis liberis, & conjugii lege solutis, sed & matrimonio conjunctis interdicta erat ob continentia legem, si jam prosectoris non esset etatis: ne a carnalibus desideriis, deliciisque distracti, aliis forsan ipso.

b Ibid. d. Can. gravioribus implicarentur, ut in eodem Concilio Aurelianensi ^b constitutum est.

COMMENTARII NOVI.

Sicut poenitentia solemnis non poterat iniungi conjugatis, nisi ex mutuo consensu, Cap. fin. 33. Q. 4. Concil. Arelat. 111. Can. iv. *De poenitentium concessione, ut ne quis benedictionem poenitentia juvenibus personis credere presumat, certe conjugatis, nisi ex consensu parium, atate juxta plena eam dare non audeat.* Quia interim sequestrato mansionis cubiculo cante vivere debebant. Cap. Latorem. 15. 33. Quast. 2. Concil. Tolet. vi. Canone viii. Redeat ad pristinum conjugium, quoque possit temporis diuinitate adipisci continentia statum. Vvormac. Can. xxxvii. Illi scilicet, qui pro quibuscumque piaculis poenitentia iugis fuerunt submissi legitime, nullatenus matrimonio separantur, ne in fornicationis voragine demergantur, & dum ad alta sublevari sperant, corrunt in caeno. Vinculum tamen durabat, ut contra quorundam Tripolitanorum errorem rescriptis Leo P. in Cap. Audivimus. 33. Quast. 2. ubi verba illa, *Debemus relinquare copulam, doce, ut solet, interpretatur semper colendus Preceptor meus, nostra Academie, & Patriae decus, nunc Valentina Ecclesiae Archipræsul D. Martinus Lopez de Hontiveros in Tract. De poenitent. Art. 2. num. 14. in hunc modum: Idest, vinculum, ut ego forsitan peculiariter interpretor. Non copula conjugii in illo textu non concubitum singulat, sed nexus, ut alias apud Ovidium; Copula detrahitur canibus.*

Et apud Plautum in Epidico:

Quaritant me, in manibus gestant copulas secum.

*Sic matrimonium copula tum pro contrahitu dicitur in Lego. Si extraneus, ff. De condit. caus. dat. & matrimonio copulari scriptum est pro illud inire absque eo quod intercedat coitus, in Cap. finali, De frigidis, & malefis. Cap. 1. & 2. De matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiae. Sicut, & coire in matrimonio dicitur pro contrahere matrimonium, etiam circa coitum: L. In testamento. 51. ff. De condition. & demontrat. Tiraquel. in L. Si unquam, verbo, Donatione largitus, num. 224. Cod. De revocand. donat. Et hanc fuisse illorum verborum sensum, manifeste constat ex verbis, quae Leo Pontifex in dicto C. Audivimus 13. subjungit ibi: *Conjugium vero legitimum nulli orthodoxo poenitentiam substituere sive licet. Quamobrem juvenibus ob etatis fragilitatem non facile solennem poenitentiam esse imponendam, statuit Concil. Agathense relatum in Cap. P. reitentes, 63. prope finem, 50. Dis. d. Concil. Aurelianense. 111. Cap. 19. Cujus rei argumentum esse potest textus in Cap. Si duo, 4. in fin. 35. Q. 6. Et quod Jurisconsultus scribit in L. Si adulterium 38. §. Fratres, & §. In sextum. ff. ad Leg. Ful. de adulteriis.**

Ita etiam durante poenitentia tempore non poterant solenniter poenitentes inire conjugium. Concil. Arelat. 111. Can. xi. Tolet. vi. Can. vii. Regaticinium, Can. vi 1. ubi statuit, filias corruptas in domo parentum, nisi peracta publica poenitentia, non posse nubere: ea autem peracta matrimonium permittebatur. Cap. Audianus, Cap. Si quis cum duabus seqq. 33. Q. 2. Concil. Tolet. iv. Canone lii. Illustrat Baill. *De impediment. matrim. in parvo.* pag. 529. Quoniam etiam peracta poenitentia, nisi juvenes fuissent, quibus ob periculum incontinentia concedebatur contrahendi facultas, alii celebrare nuptias non valebant. C. In adolescentia, 33. Q. 2. vel si non valebant ea titulam servare. C. Si quis cum duab. 16. 33. Q. 2. cæteris jus connubii pot poenitentiam non dabatur, ut aperte liquet ex Ep. 92. Leonis I. C. 12. cuius fragmenta extat in d. Cap. In adolescentia, ubi in finalibus Epit. verbis ait: *Nisi secundum veram cognitionem nihil miris ei congruit, qui poenitentiam gessit, quam castitas perseverans, & mentis, & corporis.* Idque expedie anteua docuerat Siricius Papa relatus in Cap. De bis vero. 12. ead. Gauſa, & Quast. ibi: *Qui ait paenitentia nova conjugia, & inhibitos denuo appetivere concubitus.* Ex quibus juris fragmentis jam impedimentum hoc matrimonii agnoverunt Moralite, licet alii ejus rationem petant ex gravitate tceleris, ob quam injuncta suit poenitentia: alii vero ex ipso poenitentie actu. De l. quid impedit, ex utraque ratione impedimentum hoc provenire?

Difficile tamen, & merito, in hac parte videtur Concilium Toletan. relatum in Cap. fin. 33. Q. 1. t. 2. ubi cum predicta Leonis Epistola referatur, eam PP. in distincke accipiunt tam de viris, quam de feminis, statuunque, ut conjugi, qui legibus poenitentia subjectus non erat, mortuo, priusquam alter, qui eam subierat, non licet superliti ad se secundas transire nuptias, nisi se contineat non possit. Qui Canon difficilis est; tum quia cum poenitens ille juvenis esset conjugatus, ut patet ex eodem Canone, nequit quoniam indigebat indulgentia, ut etiam peracta poenitentia conjugium inire; tum quia Constitutio Leonis, quam compleat inrrit PP. non concedit indulgentiam iterum contrahendi poenitenti conjugato, sed ei qui tempore poenitentia coelebs erat. Agnoverunt has, & alias difficultates ipsius Canonis Gloriæ, & Repertentes ibi, quorum solutionibus omisis, ita textum illum interpretatur noviter laudatus Preceptor in hac verba: *Quare suspicor, longe diversam esse illius textus sententiam, & decisionem, quam ut accipiat, brevi paraphasi comprehendam.* L. quiquid itaque Concil. Tolet. de adolescenti conjugato, qui solennem poenitentiam accepit instante pericolo

riculo mortis. Nam adolescentibus non facile imponebatur talis poenitentia, nisi forte in periculo mortis, aut navigationis. Cap. Poenitentes 63. in fine, 50. Dis. præcipue eisdem conjugatis propter afflictionem, quod oportebat servari a conjugali accessu non statim tempore poenitentia, sed etiam post illam periculam. d. Cap. In adolescentia, in finali verb. *Sapra, num. 15. recensit;* qua peracta poenitentia, conjugato illi propter periculum incontinentia permittit Toletana Synodus ad evitandum periculum redire ad pristinum conjugium, quoque temporis maturitate possit consequi opatum statum continentia: quod omne, si non secundum verba, saltim secundum sententiam Leonis I. fuit statutum. & licet illius Summi Pontificis indulgentia loqueretur cum viris, eandem etiam ad feminas extendendam censuerunt PP. Toletani arg. Cap. Si qua mulier. 31. Quast. 1. declarantes, hoc quidem non esse generaliter; & canonice preceptum (idest non secundum vigorem Canonum, cum ex eorum censura impedimentum matrimonii solenniter poenitentibus indicaretur) sed pro humana fragilitate indulgunt, idest, per quandam indulgentiam concessam poenitentibus incontinentia periculum habentibus, iuxta textum sic interpretandum in d. Cap. Latorem, 15. ea scilicet dumtaxat habita ratione; idest, consideratione, vel respectu, ut alia accipitur in L. 1. §. Si post item. ff. Si quadruplex pauperiem fecisse &c. Quod si conjux, qui non fuerat deditus legibus poenitentia, deceperit priusquam alter, qui leges poenitentia solennis subierat, redderetur ad continentiam, unde fuerat ingressus. Supponendum est enim poenitentem illum peracta poenitentia redisse ad primum conjugium, quoque etatis maturitate adveniente adipisceretur statum castitatis utriusque confusu, ut ex principio textus colligitur. Tunc superstiti non licebat denuo transire ad uxoris amplexus, idest, ad aliud matrimonium. Si autem conjux ille superstes, qui solennitatem poenitentia expleverat, non accepisset absolutionem penitentis, idest, non fuisse ei a Sacerdote concessa facultas redeundi ad pristinum conju-

Reconciliari debebunt.

R Econciliationem poenitentium (de quorum statu, conditione, & legibus uberior tractatio in Concilii Toletanis habenda est) per manus impositionem factam, & sancte communionis, sive Eucharistie concessam perceptionem, a qua antea semoti erant, I. C. 3. Leo PP. multi Canones probant. Antiquæ poenitentiarum leges jam in usu esse desierunt: quedam I. Epist. 89. Relatum vestigia exstant in punitione eorum delictorum, que sanctissimo violata Religionis Senatu reservata sunt.

Vel si alios cognoverint viros, eo quod moechatae sunt, placuit, per quinquennii tempora acta legitima poenitentia, admitti eas ad communionem.

Si Virgines, praeter illos, quorum stupro consenserunt, & cum quibus matrimonium inire debebant, ab aliis se agnoscit patientur; quia jam nullo futuræ honestatis pretextu a turpitudine excusari possunt, quinquennii poenitentia afficiantur. Priorem hujus Canonis partem Eusebio PP. tribuit D. Ivo ad Valterium scribens Episcopum Meldensem: a Epist. 16. que citatio huic Concilio restituta est.

CANON XV.

De conjugio eorum, qui ex gentilitate veniunt.

Propter copiam puellarum, Gentilibus minime in matrimonium dandæ sunt Virgines Christianæ; ne etas in flore tumens, in adulterio resolvatur animæ.

CAPUT TRICESIMUM QUARTUM.

Gentilium connubia prohibita, & Ecclesiæ Decretis irrita, Lege tamen Civilis capitum pena contrahentibus non indicta. Explicata in eam rem Valentis, & Valentiniani constitutio.

DIUS PAULLUS nec spiritu, nec humana sapientia, sed Divinæ gratiæ luce, & scientia illustratus Corinthios salutaribus præceptis connubialibus intruens, nos in Domino nubere debere monet, id est, in nomine Domini, quod est indubitate Christianis, ut exponit Tertullianus a *ad uxorem*, & post illum Hieronymus b. Idem repetit Paullus in II. ad eosdem Corinthios: *Nolite, inquit, jugum ducere cum infidelibus.* Quæ enim partcipatio justitiae cum iniuriae? aut quæ societas luci at tenebras? quæ autem convenio Christi ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infidelis? qui autem consensus templo Dei cum idolis? *Vos enim estis Templum Dei vivi*, sicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, & in ambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio illorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios, & filias, dicit Dominus Onnipotens. Incommoda autem, & pericula corporis, & animæ, quæ ex his nuptiis redundant, a nemine uberiori, & gravius exprimuntur, quam ab eodem Tertulliano c, ideo illius verbis malo, quam meis illa recitat: *Recensemus, inquit, tunc cætera pericula, & vulnera, ut dixi, Fidei ab Apostolo provisa, non carnis tantum, verum etiam ipsius spiritus molestissima.* Quis enim dubitet, oblitterari quæstidie Fidem commercio infidelis? Bonos corrumpunt mores confabulationes male; quanto magis conjunctus, & individuus usus? Quavi mulier fidelis Dominum obseruet neceſſe est. Et quomodo potest dusbas Dominis servire, Domino, & marito, adde Gentili? Gentilem enim observando, gentilia exhibebit; formam, extractionem, munditas seculares, blanditas turpiteres, ipsa etiam Matrimonii secreta maculosa; non ut penes sanctos officia sexus, cum honore ipsius necessitatis, tanquam sub oculis Dei modesta, & moderate transfiguntur. Sed videbit qualiter viro officia pendat. Dominò certe non potest pro disciplina satisfacere, habens in latere diaboli servum procuratorem Domini sui, ad impedienda Fidelium studia, & officia. Ut si statio facienda est, maritus de die condicat ad balneas; si jejunia observanda sunt, maritus eadem die convivium exerceat; si procedendum erit, nunquam magis familia occupatio adveniat. Quis enim finat, conjugem suam visitandorum fratrum gratia, viciam aliena, & quidem pauperiora quæque tuguria circuire? Quis nocturnis convocationibus, si ita optulerit, a latere suo eximi libenter feret? Quis denique solennibus Pascha abnotantem securus sustinebit? Quis ad Convivium Dominicum illud, quod infamant, sine sua suspicio ne dimittet? Quis in carcerem ad osculum vincula Martiris reptare patietur? Nam vero, alicui fratum ad osculum convenire? aquam Sanctorum pedibus offerre? de cibo, de poculo invadere, desiderare, in mente habere? si & peregre frater adversari, quid in aliena domo hospitium? si cui largiendum erit, horreum, proma præclusa sunt. Sed aliqui sufficiunt ufra, nec obſtrepunt. Hoc est igitur delictum, quod Gentiles nostra noverunt, quod sub conscientia inuictorum sumus, quod beneficium eorum est, si quid operamur. Non potest nescire qui sustinet; aut scelatur, quia non sustinet, timetur. Cum autem Scriptura utramque mandet; & sine alterius conscientia, & sine nostra pressura operari Dominis; nihil intereat in qua parte delinquas, aut in conscientia mariti, si sit patiens; aut in conscientia tui, dum vitatur impatiens. Nolite, inquit, margaritas velras porcis jactare, ne conculcent eas, & conversi vos quoque evertant. Margarita vestra sunt, etiam quotidiana conversationis insignia. Quanto curaveris ea occultare, tanto suspectiora feceris, & magis cavenda gentili curiositati. Latebis ne tu, cum leñulum, cum cypascalum tuus signas, cum aliquid immundum plantis explodis, cum etiam per noctem exurgis oratum, & non magis aliqua videberis operari? non sciet maritus, quid secreto ante omnem cibum gustes? & si scierit panem, non illum credit esse qui dicitur? Et hæc ignorans quisque rationem, simpliciter sustinebit? sine genitu, sine susnitione panis, an veneni? Sustinent quidam, sed ut inculcent, ut illudant hujusmodi feminis; quarum arcana in periculum, quod credunt, reservent, si sint ledantur. Sustinent, quarum dotes, objectione nominis, mercedem silentii faciant, scilicet apud arbitrum speculatorum litigaturi. Quod pleraque non providentes, aut re excruciaata, aut Fide perdita recognoscere consueverunt. Morsitur Dei Ancilla cum laboribus alienis, & inter illis omnibus nominibus dominum, omnibus solennibus Regam, incipiente anno, incipiente mensi, nido tauris agitabitur, & procedet Janua laureata, & lucernata, ut de novo confitatio libidinum publicarum. Discubet cum marito in fodalitiis, sape in popinis. Et ministrabit nonnunquam iniquis, fitz

a Cor. 7.
a Lib. 2. C. 2.
b Lib. 1. contra Jovinian.

c Lib. 2. ad uxorem Cap. 3.
d Cor. 15.
e Matth. 6.

f Matth. 5.

g Cor. 9.

h Matth. 7.

lita quondam Sanctis ministrare. Et non hinc præjudicium damnationis sua agnoscat? Eos observans, quos erat iudicatura? Cujus manum desiderabit? De cujus poculo participabit? Quid maritus suus illi, vel marito quid illa cantabit? Audiat sane, audiat aliquid de scena, de taberna, de ganea. Quæ Dei mentio? quæ Christi invocatio? Ubi fomenta Fidei de Scripturarum interjectione? Ubi spiritus? ubi refrigerium? ubi Divina benedictio? omnia extranea, omnia inimica, omnia damnata, adterenda saluti a malo immissa. Hæc si eis quoque evenire possint, quæ in Matrimonio gentilis Fidem adeptæ morantur, tamen excusantur, ut in ipsis reprehensa a Deo, & jubentur perseverare, & sanctificantur, & spem lucrationis accipiunt. Si ergo retum est apud Deum Matrimonium bujusmodi, cur non prospere cedat, ut pressuris, & angustiis, & impedimentis, & inquinamentis non ita laceatur, jam habens ex parte Divinæ gratiæ patrocinium? nam & aliquam virtutem Calestem documentis dignationis alicujus vocatus ille de Gentibus, terroris est Gentili, quominus sibi obſtrepat, minus sciat, minus speculetur. Sensit magnalia, vidit experimenta, scit meliorem factum, sic & ipse candidatus est timore. Ita facilius bujusmodi lucrificunt, in quos Dei gratia confuetudinem fecit. Ceterum aliud est ultro, & sponte in prohibita descendere. Quæ Domino non placent, utique Dominum offendunt, utique a malo inferuntur. Hoc signi erit, quod solis petitoribus placet nomen Christianum. Ideo inveniuntur qui tales non exhorreant, ut exterminent, ut arripiunt, ut a Fide excludant. Habet causam, quæ non dubites, nullum bujusmodi Matrimonium prospere decurrit, dum a malo conciliatur, a Domino vero dannatur. Quare ut turpe illud reprehendunt Cyprianus a, Divus Ambrosius b, Divus Hieronymus contra Jovinianum. Concilium Arelatense I. c De pueris Fidelibus, ait, quæ Gentilibus junguntur, placuit, ut aliquid quanto tempore a communione separantur. Idem Decretum in Niceno d constat: Ut Christiani, ait, uxorem ducent ex quacunque generatione, modo ad Fidem veriantur; sed non debent Christiani dare filias suas nuptum infidelibus, ne ad errorem maritorum pervertantur; & sicut vel Judeæ, vel Gentilei propter infirmitatem; & qui non paruerit, a Syndico excommunicetur. Cum autem hoc generaliter non possent prohibere in Africa, ob multitudinem Gentilium, præceptum est, saltē filii Episcoporum, & Presbyterorum. Concilium Carthaginense III. e Itam placuit, ut filius, vel filia Episcoporum, vel quorumlibet Clericorum, Gentilibus, vel hereticis, aut schismatis Matrimonio non jungantur. Idem decrevit Concilium Chalcedonense f.

Sed an haec Matrimonia si contrahantur, irrita sint & nulla, Scholastici Doctores solent disquirere; ac tandem in eam sententiam veniunt, perpetuo Ecclesiæ usu, & traditione ex irra facta, & nulla. Sed præter traditionem, an Legem etiam scriptam possimus adjicere, videamus. In Concilio enim Niceno g decretum reperio, ut mulier, quæ infidelis nupserit, illum derelinquat, & pro Matrimonio contracto peragat penitentiam: *Quicumque duas mulieres in Matrimonium accepit, inquit, ipsa cum secunda excommunicetur, & quicumque mulier Fidelis viro infidelis nupserit, ipsa quoque ex Ecclesia ejiciatur;* quæ si penitentiam egerit maleficii, & eum virum, quem habere non poterat, id est, infidelem, dimiserit, non est recipienda, nisi eo modo, quo recipitur qui postquam Fidem negavit, ad Fidem revertitur, debetque ipsa infidelem relinquere. Erit autem penitentia ejus, ferre ciliicum, & dormire super cinerem, & jejunare quantum sibi convenienter; & tunc licebit cum Fidelibus conversari, & Communionem sacram accipere; & quicumque contradixerit, a Syndico excommunicetur.

At etsi in foro Ecclesiæ ita se res habeat; in foro civili Imperatorum Legem extare ait Covarruvias h ab Imperatoribus Valentino, & Valente ad Theodosium Magistrum Equitum, qua sub poena capitali haec Matrimonia prohibentur. Sic enim Imperatores scripserunt: Nulli Provincialium, cuiuscumque ordinis, aut loci fuerit, cura barbara sit uxore conjugium, nec ulli Gentilium Provincialis femina copuletur. Quod si quæ inter Provinciales, atque Gentiles affinitates ex bujusmodi nuptiis extinerint, quod in his suscepimus, vel plus Gentilium. A.A. Coss. Legem autem hanc, sive Imperatorum Edictum ideo recitaverim, ut ostenderem, minus veram eorum opinionem videri, qui eam ex illo sententia elicunt, nec satis apte Imperatorum menti, consilioque accomodari; cum illi eo respexerint, ne Romani cum exterioris, neve exteri cum Romanis nuptias inirent; quod ad conservandam Romani sanguinis dignitatem, antiquum est ejus Republicæ Institutum, ut testatur Ulpianus i: *Connubium*, inquit, babent Cives Romanis cum Civibus Romanis; cum Latinis autem, & peregrinis ista si concessum sit. Cajus l: Legitimæ nuptiæ sunt, si Romanus Romanam nuptiis intervenientibus, vel consensu ducat uxorem. Cicero l: Si mulier cum fuisse nupta cum eo, cui coniubii jus esset, nuncium remisit, quoniam qui nati sunt, patrem non sequuntur, pro liberis manere nihil oportet. Ubi Boethius m: *Filiis*, inquit, non iure suscepti in patrum non erant potestate, sed matres potius sequabantur. Non autem omnibus connubium erat cum Romanis, nec erant nuptiæ jure contraria, que non aut inter Civem Romanum, Civemque Romanam inibantur. Seneca n: Promisi tibi filiam in Matrimonium, postea peregrinus apparuit; non est mibi cum extraneo connubium, eadem me res defendit, quæ vetat. Hinc licet intelligi Ulpiani rationem, dum docet, filios post deportationem susceptos, quasi ab alio susceptos videri. Cum enim per deportationem quis Civis Romanus esse desineret, fieretque peregrinus: Qui deportantur, inquit Alius Antoninus s: heredes scribantur, tanquam peregrini capere non possunt. Nec Matrimonium nisi inter Cives confaret, sed dissolvetur per deportationem, ut scripsit Paullus t. Ideo Ulpianus ait, post deportationem natos, quasi ex alio

i In 4. 2. p. C.

6. §. 11. Num.

Imp. Valent.

¶ Valens in

L. unic. de nu-

noxiis detegit,

capitaliter expiatur.

Datum V. Kal. Jun. Valentino, & Valente

In 4. 2. p. C.

6. §. 11. Num.

Imp. Valent.

¶ Valens in

L. unic. de nu-

noxiis detegit,

capitaliter expiatur.

i In fragmen-

Tit. 5. C. §.

k Instr. Tit. 4.

l In Topicis.

m In Top. Cicer.

n I. 3. 4. de-

bem. C. 35.

o L. ex fa. 17

s. ex facto ad

Treb.

p In L. 1. C.

de hered.

q L. Si quis sic

populetur. §7.

solutu. Mairim.

alio conceptos videri; quia vere filii non erant iure Romanorum, eorum, qui essent deportati, amissis per deportationem omnibus Civitatis Romanae privilegiis, extintoque simul iure connubii. Nec solum connubia cum exteris, & peregrinæ conditionis hominibus denegabantur. *In Claudio.* Romani, sed & ipsa nomina Civium gentilitia, quod Claudio acceptum refert Suetonius *a.*

COMMENTARII NOVI.

PRpter copiam puellarum.] Statutum ne quisquam ad exonerandam familiam in matrimonio cum gentili filias colligeret, ne infidelis consortio Fidem perdant. Tercullianus ad uxorem: *Ambi fratres, ambo conservari, nulla spiritus, carnisve disperatio, atque vere duo in carne una, ubi caro una, unus & spiritus.* ALBASPINÆUS. Cultus vel religionis disparitas non impedit matrimonium absolute iure naturæ, ita ut ex specialibus circumstantiis non permittatur. D. Thom. 3. Part. Quest. 59. Art. 1. & in 4. Sentent. Distinct. 39. Covarr. *De Matrimonio.* Part. 2. Cap. 6. §. 11. & Cap. 7. §. 4. Gutierrez eod. tract. Cap. 104. ex num. 1. Didacus Perez in L. 7. Tit. 19. Lib. 8. ordin. Nam lex naturæ humanae generationi tantum consulit: quo circa, modo legitima sit proliis generatio & educatio, cetera facile permittit: nam quoad incommoda, quæ ex religionis diversitate nascentur, ea non sunt tam matrimonio annexæ, quam aliis officiis. Itaque sicut fidelis infidelis ministrare potest in militia, & aliis rebus civilibus circa scandalum; sic & fidelis cum infidieli contrahere valet matrimonium: licet contrarium defendant Sanchez *De Matrimonio.* Lib. 7. Disputatione 71. num. 5. Serarius Tom. 2. opusc. tractatione *De Matrimonio, fidel. cum hereticis.* num. 6. usque ad 17. Soto in 4. Distinctione 39. Quest. unic. Articolo 2. Petrus Ledesma, *De Matrimonio.* Quæstion. 59. Art. 1. dub. 3. Bartholomeus de Ledesma eadem tractatione, dubio 54. Bellarminus, *De Matrimonio.* Lib. 1. Cap. 25. Unde ih ipso statu legis naturæ reperiuntur plura matrimonia contracta a fidelibus cum idololatriis. Abraham, qui fuit fidelissimus, contraxit matrimonium cum Cetura. Genes. Cap. 2. quæ fuit Canaanæ idololatra, ut ex D. Isidoro probat Abulensi. Quest. 1. & 2. Isaac cum Rebeca idololatra. Genes. Cap. 20. ubi notavit Abulensi. fol. 292. col. 2. Jacob cum Lia, & Rachel. Genes. Cap. 29. quæ fuerunt idololatre, ut probat Cajetanus in Cap. 31. Genes. in illis verbis: *Rachel fura ra est idola patris sui.* Joseph cum Azeneth infidelis filia Sacerdotis Putiphar. Genes. Cap. 41. Moyses cum Tharbi filia Regis Æthiopiarum, & postea cum Sephora infidieli. Exod. Cap. 2. vers. 24. & alii Patriarchæ similiter cum infidelibus conjugium inierunt, ut refert Abulensi. in Cap. 21. *Judicum,* Quest. 18. & in Cap. 1. *Ruth,* Quest. 12.

Nec Legi scripta prohibitum fuit contrahere matrimonium cum filiabus infidelium. Unde Samson matrimonium contraxit cum Dalila idololatra. Judic. Cap. 14. ubi notavit Abulensi. Mahalom, & Chelion filii Achimelech nuptias contraxerunt cum Orpha, & Ruth. Cap. 1. *Ruth,* quæ erant idololatre, ut ibi probat Abulensi. Quest. 13. & 14. Mether in uxorem accepit Bethiam idololatram filiam Pharaonis. Lib. 1. *Paralipomen.* Cap.

4. David matrimonium celebravit cum Macha idololatra filia Regis Geleur. Lib. 2. *Regum,* Cap. 3. Salomon in uxorem accepit filiam Pharaonis idololatram. Ether cum Asfueru idololatra Rege Medorum. Cap. 2. *Esther.* Prohibebatur tamen connubium cum nationibus idololatris terra promissionis propter periculum idololatriæ, ut cum Amorrahæs, Cananæis, Hethæis, Pherezæis, Hebreis, & Jebusæis. Exod. Cap. 34. vers. 11. Deuter. Cap. 7. Idumæis, & Mohabitis, Esdras, Lib. 1. Cap. 9. Unde iure divino naturali tale conjugium non esse prohibitum, tenent Turre-cremata in Cap. *Si quis Gentilis,* 28. Quest. 1. Covarr. dicto Cap. 6. §. 11. Riciulus Lib. 2. *Lucubr.* Cap. 2. num. 8. Quidam jūs vero divinum tantum, non consentiunt interpres, & non ex eo iure vetitum simile conjugium, docent Covarr. ubi supra. Ambian. ad Tertull. *De Monog.* Capite 11. Observatione. Torre-blanca, *De iure spirituali.* Lib. 2. Cap. 15. Sectione 3. movetur auctoritate D. Augusti. Lib. 1. *De adulterio conjugij.* Cap. 25. & *De Fide,* & oper. Cap. 19. Hieronymi Lib. 1. adversus Jovinianum; & exemplis; quia in Lege gratia legimus plures casus, in quibus Catholicæ cum Gentilibus, & hereticis coetrarunt Matrimonia, ut Clotilde Fidelis cum Amalarico Ariano Gotthorum Rege, Chilpericus Rex Galliæ Catholicus cum Gualsinda Ariana filia Athanagildi, Sigibertus Rex Galliæ Catholicus cum Brunicleide Ariana, ut referunt Gregorius Turonensis, *De gestis Francorum,* Tit. 5. Cap. 25. Azor 2. Parte *Inst. moral.* Lib. 5. Cap. 2. Valerianus idololatra cum S. Cecilia Catholica. D. Thomas in Epistola 1. ad Corinthios, Cap. 7. Cotildis Catholica cum Ludovicō Rege Galliæ idololatra. Gordoniūs in *Chronolog.* anno ccxc. ccxcix. Clotildis Fidelis cum Clodoveo Rege Galliæ heretico. Baronius Tom. 8. anno dci. Número 41. qui alia exempla refert Num. 49 & 50. Vertha Catholica cum Ethilberto heretico Rege Anglie. Polydorus Vergilius, Lib. 4. *Historia Anglia,* in initio; & Hilburga cum Eduno Rege Angliæ idololatra. Beda, Lib. 2. *Historia Anglia,* Cap. 9. Gisella filia Duci Noricorum Catholica cum Stephano Rege Ungariæ infidieli. Naucerus in Genes. Cap. 34. Quibus exemplis accedit usus, qui invalidit apud Germanos, Polonos, & alios ubi permittim habitant heretici cum Catholicis, qui ex consuetudine recepta contrahunt conjugia, quæ non solum valida, verum & licita esse, docuerunt Azor, Lib. 3. *Inst. moral.* Part. Cap. 11. num. 5. Filiucus Tom. 2. *De matrim.* 2. Parte, num. 228. Sanchez Lib. 7. Disp. 70. num. 5. Contrarium tamen immo esse a iure Divino similia conjugia prohibita, docuerunt Soto in 4. Distinctione 39. Quest. unica Art. 1. Bellarminus, *De matrimonio.* Lib. 7. Cap. 66. Moventur primo Deuter.

teronomii C. 7. ubi Deus prohibuit populo suo connubium inire cum gentili ex ea ratione: *Quia seducet filium tuum, ne sequatur me, ac magis serviat Diis alienis.* Exod. Cap. 34. *Ne postquam fornicata fuerint* (id est, Idolis sacrificaverint) *fornicari vos faciant;* & Lib. 3. Reg. Cap. 11. *Addit. Dominus, certissime avertit corda vestra, ut sequamini Deos alienos.* Unde graviter reprehenditur Salomon, eo quod adamaverit mulieres alienigenas, uti ex pluribus refert Pineda, *De rebus Salomonis,* Lib. 7. Cap. 5. Probatur secundo eadem sententia ex D. Paullo 1. ad Corinth. Cap. 7. *Mulier,* inquit Apostolus, *si dormierit vir ejus, liberata est a lege viri.* *Cui autem vult, nubat, tantum in Domino.* Quem locum de Matrimonio cum Fidelis contrahendo accipiunt D. Hieronymus, Lib. 1. aduersus Jovinianum, & Tertullianus Lib. 2. *Ad uxorem,* ex ipso Apostolo ad Corinth. 11. Cap. 6. ibi: *Nolite jugum ducere cum infidelis.* Sed adhuc prima sententia defendenda est, nec obstant Textus in dicto C. 7. Deuteronom. 34. Exodi. Nam prohibitio illa, juxta Abulensem in Lib. 1. *Paralipomen.* Cap. 4. Quest. 15. tantum vigebat respectu provinciarum terræ promissionis, non vero ad alias Gentes exteris protrahebatur, ut exemplis jam supra probavi, licet exposit. Capite 4. contendat, non solum de Catholicis, verum de omnibus infidelibus præceptum illud esse accipiendum. Nec etiam favet auctoribus contraria sententia Apostoli. Nam præter quam quod plures Theologæ expositi accipiunt illum de vitando infidelium commercio in conjugio, evincitur ex relatis verbis, præceptum hoc abstinendi a conjugio infidelium, esse juris positivi, & ab ipso Apóstolorum tempore originem duxisse. Quoad Ius Cœfareum plures existimarent, Christianis cum gentilibus conjugia prohibita esse in L. *Vnica,* C. Theodos. *De nupt.* *Gentil.* ubi Imperatores, Valentianus, Valens, & Theodosius ita sanxerunt: *Nulli provincialium, cuiusque ordinis, aut loci fuerit, cum barbara sit uxore conjugium:* nec ulli gentilium provincialium feminæ copuletur. *Quod si que inter provinciales, atque gentiles affinantes ex hujusmodi nuptiis extiterint, quod in iis suscepimus, vel noxiū detegimus, capitaliter expicitur.* Dat. v. *Kaland.* Jun. *Valent.* & *Valente &c.* Ita docuerunt Covarr. in 4. 2. P. Cap. 8. §. 11. num. 3. Farinac. in *Praxi,* Quest. 139. Antonius Matthæus, *De criminis infit.* ff. ad L. *Jul.* *de adult.* Cap. 1. num. 16. Sed si recte ea verba perpendantur, nullo modo Imperatores loquuntur de matrimonio a Catholicis contrahendo, vel non, sed de nuptiis a civibus Romanis cum peregrinis non contrahendis. Cum tantum Civis Romani inter se ius connubii haberent. Ulpianus in *Fragm.* Titul. 5. *Connubium habent Civis Romani cum Civibus Romanis:* cum Latinis autem, & peregrinis ita, si concessum sit. princip. *infit. de nupt.* Macrob. Lib. 1. *Saturn.* ibi. *Libertinis vero nullo iure uti prætextis licet,* ac multo minus peregrinis, quibus nulla esset cum Romanis necessitas. Unde magnam apud populum invidiam Antonio T. II.

dāam in uxorem accipiens, vel e contrario. Succedit Jus Pontificium, quo hujusmodi matrimonia perpetuo prohibita reperuntur. Cap. *Cave*. Cap. *Non oportet*. Causa 23. Quæst. 1. Conc. Arel. Can. xi. *De pueris fidibus, quæ gentilibus junguntur, placuit, ut aliquanto tempore a communione separarentur*. Laod. Can. x. & xxxi. Tribur. Can. xxxix. Tolet. 111. Can. xiv. Aurel. 11. Can. xvii. Aurel. iv. Can. xiii. Alexander III. in Appendix Conc. Later. Cap. 45. illustrat Torre-blanca, *De jure spirit. Lib. 2. Cap. 15. Sect. 3.* Basilius, *De matrim. ubi supra. Riciulus, De jure person. Lib. 2. Cap. 2.* Unde ne Christianus conjugio gentilis, vel Judæi macularetur, cautum erat, ne quisquam matrimonio jungeretur, nisi prius consideret Ecclesiæ Minitros, & etiam Viduas, quomodo accipiunt verba illa Tertulliani, *De monogamia*, Cap. 11. *Peter maritum ab Episcopo, & Vidua*, Georgius Ambianus in dicto Cap. 11. Observ. i. Albaspinus, Lib. 1. Observ. Cap. 24. Non tamen in Canonibus supra relatis aliqua mentio fit irritationis similis matrimonii. Unde quamvis illicitum, & injustum sit, tamen sustinetur, si attendamus Leges Ecclesiasticas. Ita docuerunt Sotus in 4. Disput. 38. Quæst. unica, Art. 2. Concl. 5. Bellarminus, *De matrim. Lib. 1. Cap. 13.* Sanchez eodem Tractatu, Lib. 7. Disput. 71. num. 8. licet contrarium teneant Simancas, *De Catholic. institut. Tit. 40. num. 46.* Rojas, *Singularium*, 148. num. 1. moti auctoritate Text. in Can. LXXII. Sexta Synodi in Trullo, in illis verbis: *Non licere virum Orthodoxum cum muliere heretica, nec Orthodoxam cum viro heretico copulare. Sed si quod hujusmodi ab illo, en omnibus factum apparuerit, irritas nupias existimari, & nefarium conjugium dissolvi. Si autem adhuc infideles sunt inter se legitime matrimonio copulati, deinde alter eorum convertatur ad Fidem, altero in infidelitate manente, si fidelis placuerit cum infidelis cohabitare, non a se invicem separantur, juxta Pauli sententiam*. Pro cuius Canonis expositione dicendum est, matrimonium ab infidelis contractum, ex Ecclesiæ sanctionibus non aperte irritari, sed satis in eis innui, conjuges separandos esse, Can. LXVII. Conc. Nicæni: *Quicumque duas mulieres in matrimonium accepit, ipse cum secunda excommunicatur. Et quicumque mulier fidelis viro infidelis nupserit, ipsa quoque ex Ecclesiæ rejeccatur. Quia si penitentiam egerit maleficis, & eum virum, quem habere non poterat, id est infideli, dimiserit; non est recipienda, nisi eo modo, quo recipitur, qui postquam Fidem negavit, ad Fidem revertitur, debetque ipsa infideli relinquere;* & Can. LXIX. Concil. Tolet. iv. Can. LXIII. ubi iubetur, ut Iudæi, qui Christianas mulieres in conjugio habent, admoneantur ab Episcopo civitatis ipsius, ut si cum eis permanere cipiunt, Christiani efficiantur; quod si admoniti noluerint, separantur. Quæ verba licet interpretari possint de separatione, quoad torum, tamen Ecclesiæ consuetudo, quæ vim Legis obtinet, pro separatione, quoad vinculum, & irritatione acceptit, ut tellantur GONZALEZ.

Bellarminus, dicto Lib. 1. *De matrim. Cap. 23.* & alii relati a Riciulo dict. Cap. 2. num. 22. & aperte probatur a sapientissimo Alphonso nostro, in L 15. Tit. 2. Par. 4 ubi ait: *Desvarianiento de la ley es la sexta cosa que embarga el casamiento. Ca ningun Christiano deve casar con Judia, nin con Mora, nin con hereja, nin con otra muger que no toviese la ley de Christianos, & si casasse, non valdrie el casamiento. Pero el Christiano desposar se puede con muger que no sea de su ley, sobre tal preyo que se torna ella Christiana, ante que se cumpla el casamiento, e si no se tornare ella Christiana, non valdrien las desposadas.* Unde jam ab hinc plurimis annis matrimonia fidelium cum infidelibus contracta, nulla sunt. Matrimonia vero cum hereticis inita, etiam inspecto jure Ecclesiastico, valent; cum in ter baptizatos celebrentur, & impedimentum disparitatis cultus non sit irritans, Cap. *Decrevit, De heret. in 6.* Neque contrarium probatur in d. Can. LII. Sexta Synodi. Nam omis. Basilio, ubi supra, Torre-blanca, ubi proxime, Scortia in *Select. Epit. 161.* Becano, *De Fidei Q. 163.* qui negant auctoritatem habere Canonem illum; dicendum est PP. in eo non agere de matrimonio contractu a Catholicis cum heretico baptizato, sed cum infidelis. Edi. tis enim fuit Canon ille contra Iberos, qui alias suas Saracenis olim tradebant, ut in ejus *Sabellis* notavit Balsamon, quod expidere contat ex illis verbis: *Si autem infidelis.* Et quibus contat in antecedentibus de infidelibus, non de baptizatis postea in heresim lapsi, agi. Manet ergo probatum, Matrimonium fidelis cum infideli, non esse irritum Jure naturali, Divino, aut Ecclesiastico, sed tantum consuetudine; nec prohibitum esse a Jure naturali, vel Divino, sed tantum a Jure Ecclesiastico; unde deducitur, ex iustis causis post Romanum Pontificem cum Fideli dispensare, ut contrahat conjugium cum infideli. Bellarminus dicto Cap. Sanchez dicto Lib. 7. Disput. 71. Num. 10. Riciulus dicto Cap. 2. Num. 25. Sed hujusmodi Matrimonia gravissima SS. PP. reprehenduntur, D. Ambrosio, Lib. *De Abrahamo*, Cap. 9. Hieronymo, Lib. 1. contra Jovinianum, Augustino, Lib. *De Fide, & operibus*; quærum verba referri Serarius, *De Matrim. Cath. can. heret.* Cap. 17. & Cyprianus in Epitola, *De lapsis*, Cap. 2. mulieres Christianas, quæ nubunt infidelibus, coltas fieri diaboli affirmat; & improbi, ac lacrymabiles exitus hujusmodi conjugiorum id probant; exempla extant in sacris, & profanis Historiis. In sacris, in Matrimonio Regis Achab cum Jezebelle gentili, Lib. 3. Reg. Cap. 16. in Jordanum Atalia relato Lib. 4. Reg. Cap. 8. In profanis, in Matrimonio Joannis Cantacuzeni Imperatoris, qui Imperium amisit, qui filiam suam in Matrimonio tradidit Orcani Turcarum Domino. Alia plura proposuit doctor P. Mantuanus prudentissimo N. Philippo II. qui ut magnus Catholicus Monarcha etiam impetrata dispensatione Papæ, renuit Serenissimum Infantem nuptui tradidit Principi de Galles eam anxiæ in uxorem petenti.

CANON XVI. vulgatus.

CANON XVI. emendatus,

De pueris Fidelibus, ne infidelibus conjugantur.

Hereticis, qui errant ab Ecclesia Catholicæ, ne ipsis Catholicas dandas pueras; sed neque Judæis, neque hereticis dari placuit, eo quod nulla possit esse societas fidelis cum infidelis; & contra interdictum fecerint parentes, abstinere per quinquennium placet.

Hæreticis, si se transferre noluerint ad Ecclesiam Catholicam, ne ipsis Catholicas dandas pueras; sed neque Judæis, neque hereticis dari placuit, eo quod nulla possit esse societas fidelis cum infidelis; si contra interdictum fecerint parentes, abstinere per quinquennium placet.

Hæreticorum connubia bis interdixisse in eodem Canone Patres omnis brevitatis studiosos, vix est, ut credam. In vetusto Codice ms. *Lauticis qui erant ab Ecclesia Catholicæ*. Sed legendum puto schismaticis: cum ut omnis species infidelitatis comprehendantur; tum quia Africani Patres cum hujus Concilii Decretum renovassent in Concilio Carthaginensi 111. Can. xii. hæc eadem connubia cum schismaticis, hæreticis, vel infidelibus, Clericorum filiis interdixerunt, ut dicemus postea. Sed quid, si pro nomine *Catholicas, Catholicæ* legendum sit, hoc sensu, ut hæreticis admonitis, si se transferre ad Ecclesiam noluerint, in posnam pertinacia nec postea Catholicis conversis dandas Catholicas pueras, non temere id affirmavero.

CAPUT TRICESIMUM QUINTUM.

De hereticorum, schismaticorum, & Judæorum connubis.

Quanta sint, quam perniciosa, & schismatis, & hæreleos crimina, quorum altero Fides interit, qua Deum, & salutis consequenda rationem cognovimus; altero charitas extinguitur, qua Christo, eiusque Corpori (quod est Ecclesia) conjungimus; sapienter, & pie multis hujus Concilii Decretis Hispani Episcopi expresserunt, dum omnium Sacramentorum expertes decreuerunt, quos vel leviter tanti criminis labes maculasset. Nulla enim est pestis, quæ celerius hæresi inficiat, & suo contagio exitum afferat alii presentius. Instar enim cancri (ut Apostolus ait) serpit, & similitudine corporis partem aliquam corripuerit, continuo sensim, atque occulte in reliquas diffuditur partes, & lubrica deinde in alios facilitate prolabitur. Quæ de cauila Hispani Episcopi, non minus probitate vite, & sanctitate doctrinae, quam prudentiae honore commendabiles, videntes huic morbo nullum certius præstantiusque remedium adhiberi posse, quam fugam, quod in fuga salus, in aversione præsidium, in execratione refugium sit; ideo hæreticorum, & schismaticorum connubia ut perniciosissimam societatem, tam gravi in parentes pœna proposita, filiis fidelibus interdixerunt; ne divinum gratia Sacramentum alterius conjugum hæresi, aut schismate in grave, & profanum animi adulterium converteretur; & eadem facilitate tam filii, quam posteri, & utriusque familiae consanguinei ejusdem erroris venenum a parentibus propinatum suscipi perent, susceptum intimis conciperent visceribus, conceptumque tandem in reliquas populi partes majori pernicie, & calamitate propagarent. Ab hoc Concilio acceperunt reliqua, vel Generalia, vel Provincialia, quæ his matrimonis aditum præcluserunt. Horum unum Laudicenum a fuit. Eos, ait, quæ ad Ecclesiæ pertinent, indifferenter filios proprios hæreticorum ^{a Can. X. &} nuptiis minime sociare debere. Et rursus: *Quoniam non oportet, inquit, cum hereticis commiscere connubia, & vel filios, vel filias dare, sed potius accipere.* Concilium Carthaginense 111, ^{b Can. XII.} Item placuit, ut filii, vel filia Episcoporum, vel quorumlibet Clericorum, gentilibus, vel hæreticis, aut schismaticis matrimonio non jungantur. Chalcedonense c: *Quoniam in quibusdam provinciis concessum est Psalmistis, & Lettoribus uxores ducre, constituit sancta Synodus, prorsus cuique ex his non licere alterius se et accipere uxorem.* Si qui vero prævenit, & habet jam de tali connubio filios, si forte prævenirent eos jam apud hæreticas baptizari, debent eos offerre Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ, ut ibi communicent. Qui vero adhuc baptizati non sunt, omnimodo non posse eos in hæretica Ecclesia baptizari, nec in matrimonio jungi hæretico, Judæo, vel Pagano; nisi forte sponderit, se venire ad orthodoxam Fidem, dum conjungitur persona orthodoxæ. Si quis vero banc definitionem sanctæ Synodi præterierit, regularum condemnationibus subjaceat.

Sed an matrimonium irritum sit (ut vocant) & nullum, si contrahatur, querunt Doctor Scholastici. Et tandem a Divo Thoma d & reliquis recte doceri video matrimonium valere. Quod etiam ex hoc Canone colligi videtur, dum nulla alia pœna, nisi quinquennii in parentes excommunicatione adjicitur.

Urget tamen scrupulosius multo magis quam verius Canon Synodi VI. e quo haec matrimonia irrita esse renunciantur: *Non lieere, inquit, virum orthodoxum cum muliere hæretico, Judæo, vel Pagano;* nisi forte sponderit, se venire ad orthodoxam Fidem, dum conjungitur persona orthodoxæ. ^{e Canon 72. VI. Synodi.}

retica, nec ortho doxam cum viro heretico copulari: sed si quid hujusmodi ab ullo ex omnibus factum apparuerit, irritas nuptias existimari, & nefarium conjugium dissolvi. Si autem adhuc infideles sunt inter se legitimo matrimonio conjuncti; deinde alter eorum convertatur ad Fidem, altero in infidelitate manentes si fidelis placeat cum infidele habiteare, non a se invicem separantur, juxta Pauli sententiam. Quod confirmat quae ad illius interpretationem adjicit Theodorus Balsamno a, notans Canonem adversus Iberos, quod liberos olim Saracenis tradarent; sic enim inquit: *Lex Civilis definit matrimonium, societatem, & communionem Divini, & humani juris. Hinc ergo consequenter sancti Patres decernunt, iure matrimonii non esse conjugendum virum fideli mulieri infidelem, vel infidelem mulierem viro fideli: sed & si quid ejusmodi factum fuerit, divellendum, ac separandum esse matrimonium, ut quod censistere non possit.* Quæ est enim, inquit, lupo cum agno societas, quorum est penitus contraria voluntas, sibique sunt invicem in omnibus adversi, & infesti, quod sit contraria eorum vivendi ratio? Et non solum separandum esse matrimonium, sed & eum, qui tale quid ausurus est, segregandum esse statuant. Sed si, inquit, alter ex conjugibus Fidem orthodoxam elegerit, non propterea separabitur matrimonium. Magnus enim Apostolus in Epistola ad Corinthios statuit, eos non esse separandos, quoniam sanctificatus est vir infidelis per fidem mulierem; & contra, sanctificatur infidelis mulier per virum, qui creditis. Est autem spes fore ut ejusdem sint sacerdotes conjuges, si alter ex ipsis Fidem orthodoxam elegerit. Nota ergo praesentem Canonem propter Iberos, qui suas filias Agarenis indiscriminatum in matrimonio colloquunt. Similiter nota & verbum Cumanis, quod dicit: Fideli autem si placet cum infideli cohabitare, vel contra, infideli cum fideili, ne separantur: si quis enim horum separari maluerit, matrimonium ex eo divelletur. Quod quidem factum est tempore sanctissimi Patriarchæ Domini Theodori, separatus est enim a sua infidele uxore Basilius Buccinator, postquam baptizatus fuerat, cum decreto Patriarchali: utpote quæ a viri saeatione induci non posset ut baptizaretur. Repetivus iterum in Nomo-canone Photii b: Sam. in Nomo- canone Photii c. Et scis, quod fidelis cum muliere infidele non jungitur matrimonio, etiam si nonnulli decepti a fine ipsius Canonis, qui docet de infidelibus qui crediderunt post matrimonium, alia auct. 12. C. 13. dacter dixerint. Ego autem, qui scivis, esse orthodoxos Iberos, & nostra omnia suscepisti, & videam, ipsi suas filias Agarenis nupias dare, miror. & nescio, quomodo a suis Sacerdotibus, qui legant, & sciunt Decreta Canonum, bac non prohibentur. Hæc ergo corrigi cupio potentissimi, & sanctissimi nostri Imperatoris auxilio. Hæc Balsamoni. Sed miror, doctos viros tantopere Canone Concilii Conitancopolitani c, & Theodori interpretatione comoveri, cum tanta illius Concilii Decretis auctoritas tribui debat, quantam & ego centeo tribuendam Balsamoni; cuius dignitatem, studium, & eruditioem, eti plurimorum profundiæ Reipublicæ non diffiteor, sic & in illo majorem aliquando pietatem, & acriorem diligen- tiam sœpe me desiderare non negaverim; ut jam semel antea dixi, dicendumque alias sœpe. d Cap. 41. huius. At jux. Lib. & C. quamvis matrimonium cum hereticis contractum, in Occidente præcipue, ratum est con- suetum; non tamen hoc impune fieri licet: nam femina quæ erroris viri conscientia heretico nubit, & C. decretivit. dotis poena multatur constitutione Bonifaci VIII. e Illud autem hic adnotandum est, ut periculus multo vitandum esse, puellas Christianas hereticis, vel infideilibus tradi, quam puellas hereticas, vel infideles Christianas maritis adjungi: cum femina magis possit, & soleant virorum erroribus, quam viri feminarum turpitudine maculari, faciliusque multo sit, uxorem hereticam, vel infidelem Christiani mariti, & Catholicæ, quam hereticum, Se infidelem maritum Catholicæ uxoris consilio ab heretico, & idololatriæ erroribus ad veritatis lucem revocari.

Sed neque Judæis.

CAPUT TRICESIMUM SEXTUM.

Cum Judæis Matrimonia inita, ipso jure nulla.

Tanta fuit semper Judæorum improbitas, tanta in errore pertinacia, ut Legibus cari oportuerit, connubia Christianorum cum iis inita, ob grave contagionis periculum, non modo illicita, verum irrita esse, ac nulla, ideoque separanda; quod multis Conciliorum Decretis, Hispanorum præcipue, constitutum est. Toletanum VIII. Sæpe, inquit, malorum consortia etiam bonos corrumpunt; quanto magis eos, qui ad viae prouiant? Nella igitur communiæ sit Hebreis ad Fidem Christianam translati: cum his, qui adhac in veteri vita consistunt, ne forte eorum participatione subvertantur. Qui cumque ergo ex his, qui baptizati sunt, amodo infidelium consortia non vitaverint, & bi Christianis donentur, & illi publicis cædibus deputentur. Et rursus g: Judæi, qui Christianas mulieres in conjugio habent, admoneantur ab Episcopo Civitatis ipsis, ut si cum eis permanere cupiunt, Christiani efficiantur; quod si admoniti noluerint, separantur; quia non potest infidelis in ejus permanere conjunctione, quæ jam in Christianam translata est Fidem. Confirmavit Concilium Toletanum VIII. h: Idem fore decrevit Concilium Arvernense: Si quis Judæus pravitati, inquit, jugali societate conjugetur, & seu Christiana Judæo, sive Judea Christianæ mulieri, consortio miscetur carnali, quæcumque horum tantum nefas admisisse dignoscitur, a Christianorum catu, atque convivio, & communione Ecclesiæ, cujus sociatur bosibus, segregetur. Idem constituit Concilium

f Can. 61.

g Idem Can. 62.

h Can. 12. Re-
ficeretur a Grati.
in C. Judæis. 8.

i Can. 6.

Aurelianense II. a Placuit, inquit, ut nullus Christianus Judæum, neque Judæus Christianam in Matrimonio ducat uxorem; quia inter hujusmodi personas illicitas nuptias esse censamus. Qui si communis, a consortio hoc se separare distulerint, a communionis gratia sunt sine dubio submovendi. Aurelianense III. b Christianis omnibus interdicimus, ne Ju- dæorum conjugis miscantur; qui si fecerint, usque ad sequestrationem, quisquis ille est, communione pellatur. Zacharias PP. c Si quis Christianus filiam suam Judæo in conjugio copulare presumperit, nisi perfecte crediderit Christo, & baptizatus fuerit &c. Et si Vi- dua Christiana Judæum duixerit virum, vel consentientibus ei, anathema sit. Hinc appa- ret, quanta de Judæorum pertinacia, & improbitate injecta sit multis, justissimisque de- caussis, Episcoporum animo suspicio. Nam ut in retinenda illi sua Lege pertinaciores, sic & in pervertendis aliorum animis propensiores sunt; ideoque Valentinianus, Theodosius, & Arcadius Imperatores Legem tulerunt, adulterii poenam constituentis in illos, qui Christia- nam mulierem, vel eas Christianas, quæ Judæum maritum suscepissent d: Ne quis, in- quiret, Christianam mulierum in Matrimonium Judæus accipiat, neque Judæus Christianus conjugium sortiatur. Nam si quis aliquid hujusmodi admiserit, adulterii vicem com- missi hujus crimen obtinebit; libertate in accusandum publicis quoque vocibus relaxata. Quod si Judæi vera animi devotione ad Fidem nostram convertantur, cum illis neo- phytis Matrimonio originarios Fideles sociando, Concilii Bafleensis e Patres pie satis monuerunt. e Can. XX.

d In L. 5. C. Theod. ad Leg. Jul. de adul.

e Can. 18.

b Can. 13.

c In Synod. Ro-

mana Can. X.

COMMENTARII NOVI.

Hæretici, si se transferre voluerint ad Ecclesiam. Agathense: Si tamen profitantur, Christianos se futuros. Laodicense Canone xxxxi. Si tamen profitantur, Christianos se futuros. Chalcedonense Canone xiv. Nisi forte sponserit, se venire ad orthodoxam Fidem. ALBA- SPINÆUS.

In Canone antecedenti generaliter inhibuerunt PP. Fidelibus cum infidelibus con- nubio copulari. In praesenti specialiter idem prohibent cum Judæo, heretico, aut schismatico; quia si erga Gentiles datur timor perversions ad idolatriam, erga istos suspiciari potest reducio ad Judaicam religionem, heresim, aut schisma. Consonant textus in Cap. Latores, 15. 32. Distinct. Cap. Nov. oportet cum hominibus hereticis (ita legendum est, non, cum omnibus hereticis) 28. Quæst. 1. plura Conciliorum Decreta congregata ab Antonio Augustino Lib. 2. epitom. Jur. Pontif. Tit. 17. Stephanus IV. in Epistola ad Francorum Reges relatus a Basilio, De Matrim. Lib. 7. Cap. 47. Hereticis tamen ad Fidem conversis Catholicæ puellæ dari possunt; nec audiendus est Basilius, qui dicto Cap. 46. Num. 7. ea verba, ne ipsis Catholicas dandas puellas, ita emendat, ne ipsis Catholicis. Nam sacri Canones tantum cum hereticis in heresi persistentibus conjugium inire prohibent. In his autem Regionibus, in quibus permitti habitant Catholicæ cum hereticis, Romano Pontifice permittente, licite hujusmodi conjugia celebrari, docuerunt Basilius, ubi supra, Num. 8. Azor Tom. Instit. Cap. 11. Quæst. 5. GONZALEZ.

Pontifex Romanus in iis Provinciis, ubi heretici promiscue habitant cum Catholicæ, solum permittit conjugia ipsorum, mutua ex pura tolerantia, & ne majora damna sequantur, juxta id, quod dicitur Cap. Jam

CANON XVII.

De his, qui filias sacerdotibus gentilium conjungunt.

Si qui forte sacerdotibus idolorum filias suas junixerint, placuit, nec in fine eius dandam esse communionem.

CAPUT TRICESIMUM SEPTIMUM.

Varia ethnicorum sacerdotum privilegia. Cur speciatim connubium cum illis interdicatur.

Multa olim Sacerdotibus idolorum privilegia concescit vetustas, quæ variis consecrata litis antiqui ad Scriptores conservant. Religionis, vel superstitionis sua cærenomias x instituta tuebantur, & si quid dubii inerat, interpretabantur, auctore Livo a. Quibus axis, quibus hostiis, quibus diebus, quibus templis, quibus Dii sacra essent facienda, exponebant. Ne Romana sacra alli contemnerent, aut peregrinos ritus asciscerent, providebant. De votis rite exolvendis, de jure jurando, de matrimonio, de funeribus, justisque exhibendis, de sepulcris, de placandis manibus, ac de omnibus tandem controversis sua religionis judicabant. Singulorum anorum res memoratu dignas (*Annales* vocabant) mandabant literis, & in album efferebant, ut populo esset exscribendi potestas. Cum quis sui iuris esset arrogans, apud ipsos Legi quærebatur, que causa esset adoptionis, quæ ratio generis, quæ dignitas, quæve sacra. Adeoque tandem Pontificatus honor, & dignitas crevit, ut Plutarchus b teste, Regis proxima crederetur; eaque ratione purpuram, ut Reges, pretiosior, nempe bis tintam, iniduebant. Quod cum à Constantino Magno nostra Religionis Sacerdotibus cum reliquis antiquorum privilegiis communicaretur, eaque purpura aliquando abuterentur Clerici ad vanam opum ostentationem, vetitum postea illis reperio Decreto Concilii Narbonensis c, purpura indui. Cujus usus, & interdictionis hæc ratio fuit. Pileum, Flaminum insignie, nunquam deponebant, ut refert Ammianus d, tametsi, ut Plutarchus e testatur, cæteri solerent occurrentibus caput detegere. Equo vehi non poterant, sed ut majori pompa major dignitati splendor accederet, carpento utebantur, illisque solis per midum carpento ingredi Capitolium, Tacitus refert f. Fuisse præterea Flaminis Dialis immunitatem scribit Ammianus g ut jurare ei minus licet; quod non decret de rebus paruis fidem ei non haberi, cui res sacræ, & maxima essent concretæ. Si qui noxi ed eum confugissent, eadie a poena erant immunes, Plutarchus h. Ipsos quoque a collationibus, & tributis liberos, ni summa necessitate urgeretur Respublica, idem Plutarchus i, & Livius k affirmant. Qui immo sumptus, & stipienda, & rerum sacrarum impensas, ut refert Halicarnasseus l, ex publica pecunia accipiebant. Hac stipendia Gratianus Imperator Edicto proprio adempta, fisco, arcæque publicæ vendicavit, reliqua autem privilegia Arcadius & Honorius Impp. sacerdotibus idolorum sustulerunt. Ante vero cum hujus Concilii tempore tot honoribus, & privilegiis sacerdotum dignitas ornaretur, illorum autem fructum plerique fideles rerum inanissumarum, quam religionis cupidores ut perciperent, solebant filias his ethnicorum sacerdotibus in matrimonio locare; quod quam fuerint Patres Iliberritani vehementer detestati, non obscurum hic posteris argumentum præbuerunt, infidelium nuptias Canone qui præcessit, fidelibus intercluserunt, nulla poena proposita: in hoc autem cum sacerdotibus ethnicorum iniri, sanctione iterata, & gravi addito anathemate inhibuerunt. Nam cum sacerdotes profana Deorum sacrificia, & reliqua idolatriæ munera obire, & exequi debuerint, magis inerat periculum, ne ex illorum contubernio, & societate aliquam tanti criminis maculam uxore fideles contraherent: ideoque parentes, earum nuptiarum auctores, gravi, sed mortitissima poena multarunt; ut nimis ad ultimum usque vita spiritum communione privarentur. Tanto enim studio in obstruendo omni ad idolatriam aditu Patres nostri elaborarunt, ut catechumenis feminis ob eandem Religionis solitudinem, viros scenicos, vel comicos habere, peculiari caverint Decreto.

COMMENTARII NOVI.

Sacerdotibus idolorum.) Flaminibus Gentilium, non vero Christianis Sacerdotibus, qui persecutionum temporibus Diis gentium immolarunt, ut quidam existimant. ALBASPINÆUS.

Apud Gentiles non solum Flamines, omnesque Sacerdotes, verum & ipse Pontifex Maximus nuptias celebrabat. Ex Plinio Panegyr. & Cicerone in Topicis. Probat Gutherus, *De Jure Pontif.* Lib. 1. Cap. 16. Stuchi, *De Sacrific.* fol. 8. Circa illa autem conjugia nonnulla peculiaria observavaa sunt. Primum, Pontificem tantum unius uxoris connubio uti posse. Tertullianus ad uxorem, Cap. 17. *De prescript.* Cap. 40. & *De exhort. castit.* Cap. ultimo. Secundum, Flaminis Matrimonium non nisi morte disolvi posse. Suetonius in *Ful.* Cap. 1. 7. & 21. & Dialem uxorem amittentem Flaminis decedere, Aulus Gellius, Lib. 10. Noct. Cap. 15.

ait. Tertium, Matrimonium a P. & Sacerdotibus Gentilium non alio modo celebrari posse, quam confarreatione. Cicero ubi supra. Plinius Lib. 18. Cap. 3. Gutherus dicto Cap. 16. Suidon. *Derit. nupt.* fol. 15. in parvis. Confarratio siebat solennibus verbis, & decem testibus presentibus, solenniter. Sacrificio peracto, in quo panis farreus a lithibebatur. Ulpianus, Tit. 9. Regul. Servius ad Lib. 1. Georgic. Virgilii, ibi: *Farre nuptiæ siebant per Pontif' em. Mixinum, & Dialem Flaminem;* per fruges, & molam falsum conjungebantur: *Vnde Confaratio appellatur.* Dionysius Hilarianus Lib. 2. *Priscos legitima, sacraque Matrim' via Romana appellative,* Farreatia, dixisse Hilarianus Hothoman. *De ritu nupt.* Cap. 30. Unde forsitan Patres Hispani agnoscentes Matrimonium a sacerdotibus Gentilium celebrari non posse absque sacrificio, & per conser-

quens sine idolatria, quam radicitus eleviere intendebant; majorem poenam sanxerunt in eos, qui filias suas Sacerdotibus Gentilium in Matrimonium tradiderunt, quam illis, qui infidelibus, aut Judæis filias suas junixerunt; quibus tantum per quinquennium poenitentia injungitur in Canone antecedenti; quia eo facto nullam idolatriæ speciem admiserunt. GONZALEZ.

CANON XVIII.

De Sacerdotibus, & Ministris, si mœcha verint.

Episcopi, Presbyteri, Diaconi, si in ministerio positi detecti fuerint quod sint mœchati; placuit, & propter scandalum, & propter nefandum crimem, nec in fine eos communionem accipere debere.

CAPUT TRICESIMUM OCTAVUM.

De poena Episcoporum, & Sacerdotum mœchantium.

Intra eas virtutes, quibus Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum animos excollornarique decet, una præcipue est pudicitia, flos morum, honor corporum, decor sexuum, integritas sanguinis, fides generis, fundamentum sanctitatis, præjudicium omnis bona mentis, ut Tertullianus a descripsit, & post illum D. Cyprianus b. Cum enim hi scire debeant, se templa esse Domini, membra Christi, habitationem Spiritus sancti, electos ad spem, consecratos ad fidem, destinatos ad salutem, filios Dei, fratres Christi, confortes Spiritus sancti, ut idem Cyprianus c dixit; quid magis effugere debent, quam peccatum illud, quo ipsi Patris omnipotentiam, sapientiam Filii, & Spiritus Sancti bonitatem sua turpitudinis cordibus impeditum? Intellexerunt hoc olim Gentes, dum Sacra facturos ab omni impudicitia abstinere volebant. De antiquorum Ægypti sacerdotum vita Chæremon Philosophus narrat, ut D. Hieronymus d refert, quod nunquam mulieribus misceri debent, & ut castitatem inoffensam servarent, a salis usu abstinuisse refert Plutarchus e, quod caloris vi libidinem conciter. De Græcis idem recenset Faustinas in Achæicas; qui ut pudicitæ leges majori integritatem servarent, rutam assidue inter edulia sumere solebant, quod ea libidinis faces extinguat, auctore Dioscoride f. Quid simile Festus Pompejus tradit, & Gellius g, Diali Romæ nefas fuisse hederam tangere, ac ne nominare quidem fas fuisse, quod hedera herba haberetur lasciva; eo ænigmata declarantes, quanta puritas, castitasque deceat Dei Sacerdotes. Si Gentes ergo, ut Diis, vel dæmonibus potius Sacra facerent, tam diligentes, & acries pudicitæ cultodes fuerint; quid non facere debent Christi cultores, imitatores, & ministri? Si enim sensu non carent, intelligere debent, maiorem in vincenda, quam in expenda voluptate voluptatem inesse. Quod si contra fentientes feminarum se complexibus implicaverint, vel maculaverint potius, deponendos esse, antiqua Apostolorum constitutio h docet: *Episcopus, ajunt, aut Presbyter, aut Diaconus, qui in fornicatione, aut furto captus est, deponatur, non tamen communione privetur; dicit enim Scriptura: Non vindicavit Dominus his in idipsum.* Communionis autem privationem adjecterunt Patres Hispani hic, ut arctiori vinculo constringi, a tam nefando crimine retraherentur. Nefandum enim olim vocarunt, quia a carnalibus peccatis etiam nominandi abstinere Dei cultui consecratos volebant; que antiqua est Ecclesia, & Sanctorum consuetudo, ut testatur D. Basilius i. i Ep. ad Diod. Quæcumque autem, inquit, sunt alia immundaram animi perturbationum genera, damniorum schola invenit, Divina Scriptura silentio præterit, majestatem suam turpium rerum nominibus nolens polluere, sed generalibus nominibus immunditias complexa est, sicut Apostolus dicit: *Fornicatio autem, & omnis immunditia, ne nominetur quidem in vobis, sicut Sanctis convenit.* Quare cum in Hebreorum Republica olim fuerit in tanta essent abominatione, ut nec eos nominare licet; si necessitate nominandi urgerentur, nefanda animalia nuncupabant, ut ex Josepho k colligitor. Hodie autem crimen nefandum Hispanorum usu ad solum crimen præpostoræ libidinis accommodatur. In Codicibus aliis ms. nefarium lego. Inter utrumque quid intersit, Asconius Pedanus l: *Nefandum, inquit, est, non fundum: nefarium, quod Sacra polluit, farre pro solita celebrari.* Concilium Neo-cæsareense m, ob adulterium, vel fornicationem extra Ecclesiam abjeci, & inter laicos ad poenitentiam redigi Presbyteros jubet; deponi autem, depositum detruidi in Monasterium, ex Decreto vii. Concilii Aurelianensis iii. probat Gratianus n. Quam depositionis fententiam, ob id crimen admissum, & sola sua confessione probatum, in Potarium Episcopum Bracarensem latam legimus in Concilio Toletano x. Fructuoso Ecclesia Dumensis Episopo in ejus locum suffecto. Hodie etiam in Episcopis, & Presbyteris in Hispania, nostræ ætatis Scriptores o testantur; in fornicariis vero arbitraria. Sed ab arbitraria hac fornicationis poena excipiuntur Episopi, quos ob majora incommoda publici exempli, ut violati cum Ecclesia sponsa magni Sacramenti, depositos videmus, & ad agendum poenitentiam in Monasterium detrusos.

Dum de gravitate adulterii, & fornicationis, & eorum poena Canon hic agit, occasio erat disputandi, vel refutandi potius antiquorum quorundam Episcoporum errorem, qui Cypriano p teste, dandam mœchis penitentiam negarunt, quem asleveranter, ne dicam pertinaci-

a Lib. de pudicitia, in princ. b Lib. de bono pudicit. Cap. c In eod. C. i.

d Lib. 2, ad vers. Jovinian. e In Sympos. in Lib. de Ifede, & Osride. f Lib. 4. C. 50. Plutarchus in Problem. C. ii. g Lib. 10. Noct. Atticar. C. 15.

h Can. Apof. 25. Nabum. i.

k De bello Ju. daico L. 5. C. 1. l Orat. 3. con tra Perrem. m Can. i. n In C. Siquis Presbyter. 34. Dij. Conc. T. 1. o Cov. in 4. 2. P.C. 8. 5. 7. n. 19 Bernard. Dia cum his, quos in eam rem citat, in præ crimin. C. 78. p L. de lapis. Tertull. Lib. de pudicitia.

^{a In lib. de pudicitia.} naciter, defendit Tertullianus. Sed quia illum satis, pieque, & sapienter refutavit Cyprianus, & alii antiquiores; ex recentioribus autem Jacobus Pamelius a ad singula Tertulliani in contrarium argumenta respondit, omittemus laborem; cum exitet precipue Concilii Tridentini doctrina, qua certi, securique reddimur, omnem lapsum post Baptizatum gratia Dei resurgere posse, & justitiam amissam recuperare; contra opinantibus anathemate proposito.

COMMENTARII NOVI.

IN ministerio positi.] Qui graduum, & Ordinum suorum officia, & munia obirent; Nam si essent depositi, aut si ob aliam causam ab officio, & dignitate gradus essent remoti; levius erant puniendi. Concil. Carthag. v. Can. 11. *Qua eos a ministerio necessari fuerit removere.* ALBASPINÆUS.

Non de qualibet incontinentia specie in praesenti agitur, sed specialiter de moechia: nec hoc grave scelus in omnibus negata communione in fine vindicatur, sed Episcopis, Presbyteris, & Diaconibus, in quibus propter votum castitatis gravius peccatum hoc judicatur. Consonant textus ab specie de adulterio, in Cap. Presbyter 9. 28. Dist. Cap. Prater 3a. Dist. Cap. Si quis Clericus, 10. 81. Dist. Conc. Altisidor. Can. xx. Si Presbyter, Diaconus, Subdiaconus infantes preceaverit, aut adulterium commiserit, & Archipresbyter hoc Episcopo, aut Archidiacono non intimaverit, integro anno non communicat. Concil. Aurelian. 111. Can. iv. Si de adulterii permissione fuerit (Antistes, aut Clericus) comprobatus, in regradatione honorum priorum Canonum statuta serventur; & Can. vii. Si quis Clericus adulterasset, aut confessus fuerit, vel convictus, depositus ab officio, communione concessa, in Monasterio toto vita sua tempore trudatur. Martinus Brac. in sua Collect. Can. xxvii. Si quis Presbyter, aut Diaconus fuerit fornicatus, aut moechatus, projiciatur, & agat paenitentiam. Theophil. Episcopus Alexandr. in Commonit Cap. 2. Presbyter, qui mulieris separatae, vivente marito, vim attulit, nec ut laicus debet communicare, cum eos, qui tales sunt, separare consueverit Ecclesia. Et alii, in quibus castimonia ministrorum Ecclesiae prædicatur, & commendatur: quos congesisti in Cap. 4. De cobabit Clericorum. Propter ejus delicti gravitatem in Minitris sacratis Altaris appellatur a PP. nefandum, non vero quia agant de peccato illo, propter quod venit ira Dei in filios dissidentia, de quo infra in Can. Lxxi. Notatu tamen digna est in hac parte decisio Conc. Vvormac. relata a Gratiano in Cap. fin. 2. Quæst. 5. ubi jubetur, ut si Episcopo, aut Presbytero causa criminalis, hoc est, homicidium, aut adulterium imputetur, pro singulis. Missam celebrare debet, & communicare, & de singulis sibi imputatis innocentem se ostendere. Quod si non fecerit, quinquennio a liminibus Ecclesiæ extraneus habeatur. In quibus verbis perdifficile est, quoniam illa paenitentia sit, communicatio in Missa Sacrificio? Pro cuius Canonis expositione sciendum est, inter alias purgationum species, quibus primis Ecclesiæ scelus fideles, de aliquo scelere falso accusati, innocentes reddebat, usitatum fuisse Sacram Eucharistiam suscipere, ut constat ex eota fere 2. Quæst. 4. ex Cap. Sæpe, 2. Quæst. 5.

Sane Potamius Episcopus Bracarense in Con-

Concilio X. Toletano se sponte accusavit, non de adulterio aliquo, sed solum de tactu feminæ, sive de lapsu cum femina quadam: & tamen tum suo, tum PP. Toletanorum iudicio fuit depositus perpetuo, & traditus perpetuae paenitentiae intra Monasterium. Similiter S. Martinus Bracarense in sua Collectione, Can. xxvi, utrumque id turpitudinis genus in Presbytero, & Diacono depositio, & paenitentia vindicat. Inter Canones quoque Juris Paenitentiales, illa est præcipua: *Quod si Presbyter fornicationem fecerit, paenitentiam decem annorum faciat hoc modo: tribus primis mensibus quotidie, exceptis Dominicis diebus, & Festis, jejunet in pane, & aqua, succo indutus, & bumi prostratus, misericordiam Dei jugiter implorans. Postea refusis aliquantulum viribus, unum annum & dimidium, exceptis Dominicis, & Festis, expleat in pane, & aqua. Hoc expletio, particeps sit Corporis Domini. Deinde usque ad completionem septimi anni singulis septimanis, excepto tempore Paschali, tres legitimas Ferias in pane, & aqua jejunet. Tribus vero annis sequentibus, id est, octavo, nono, & decimo, sine ulla redemptione, omni sexta Feria in pane, & aqua jejunet. Itaque in iis, aliisque similibus Canonibus, moechia, seu fornicatio, plenumque individuum accipiebatur.*

Si detecti fuerint, inquit PP. hoc loco. Sic & in Paenitentiali Joannis Monachi extracto & variis antiquorum Regulis, præfertim Sancti Basili: πεπιτάσιον, de Sacerdotibus, hæc leguntur: Οἱ δύο ιερεῖς, καὶ διάκονοι, ἢ προσθύτεροι, ὅπερ εἰς παραπόσιον, καὶ μιαν φαραδῶσιν, ἢ πτῶσιν γέννηται, μηνίστη τὸ σύνολον ιερουργῶσιν. Sacerdotes, Diaconi, vel Presbyteri, si ceciderint, licet semel deprehensi sint, lapsus factus est, amplius nullo modo sacris ministeriis interficiant. Ubi nec dittinctio fit de lapsu in adulterio, aut simplicem fornicationem, si quispiam eorum vel semel in eo crimine deprehenditur.

In quodam Paenitentiali Romano edito ab Hugone Menardo anno 1642. hæc decernuntur circa Clericos fornicantes, vel adulterantes, quamvis proflus occultus: *Si filium non genererit, ET IN NOTITIA HOMINUM NON VENERIT, si Clericus est, tres annos paeniteat, unum ex iis in pane, & aqua. Si Diaconus, aut Monachus, septem annos paeniteat; tres ex iis in pane, & aqua. Episcopus duodecim, quinque in pane, & aqua.* Quid putas, casu quo in eo scelere deprehenderentur? Certe longe gravior pena est & perpetua depositionis, ac detrusio in Monasterio per reliquum vitæ tempus ut habetur in aliis Canonibus.

At in præsenti Canone PP. Eliberitani,

CANON XIX.

De Clericis negotiis, & nundinas sectantibus.

Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, de locis suis negotiandi caussa non descendunt; nec circumstantes provincias, quæstuosas nundinas sectantur. Sane ad victum sibi conquirendum, * aut libertum, aut mercenarium, aut amicum, aut quemlibet mittant; & si voluerint negotiari, intra provinciam negotientur.

Zom. II.

Bb CA-

vigente puritate morum, & zelo ardenti disciplina Ecclesiastice, iis hominibus sacris in moechiam lapsis, ubi detecti fuissent, non modo interdixere proflus sacro ministerio, sed adhuc in fine vita communionem negarunt.

Verum de hoc fusi progressu Operis. Porro pauca hæc deserviant ad injiciendum terorem quibuslibet hominibus. Sacro Ordine initiatis, quibus labentibus in peccatum carnis, juxta Sacros Canones, tam gravis pena imposta est. Deserviant quoque ad reprimendam licentiam, aut stuporem quorundam Confessariorum, qui tam facile, tam inconsiderate, tam irreverenter eos absolvunt absque præviis aliquot paenitentia veræ signis, & fructibus, ac paulo postquam se turpitudinis eōno voluntarunt tanquam sues, sinunt ad tremenda Altaris mysteria accedere. Nonne si sunt cœci, & duces cœcorum, cum quibus in foveam cadunt? Certe non modo priscis iis temporibus, sed etiam sub finem sæculi duodecimi, cum jam austerioritas Sacrorum Canonum valde mitigata erat, Petrus de Riga Canonicus Remensis, alias Petrus Cantor (eiusm̄s. commandat Oudin in Supplementum ad annum 1200. pag. 473.) citatus a doctissimo Ioanne Morino, Lib. 10. De Paenitentia, Cap. 24. §. 20. hæc protulit, non dico de Sacerdotibus in carnis peccatum lapsis, sed in quodlibet peccatum mortale: *Nec Sacerdos aliquando mortali obnoxius, LICET POSTEA PLENE CONTRITUS, ET CONFESSUS, conficer debet (id est, celebrare) nisi peracta paenitentia ex magna parte, vel nisi instante necessitate, puta, si babeat Parochiam, nec babeat alium, qui celebret.*

Idem ipse paulo post, non modo de Sacerdotibus, sed de quibuslibet aliis fidelibus loquens, ait: *Ad delenda mortalia injungitur anterior, & durior paenitentia, quasi propria medicina illorum, ut jejunium, eleemosyna, Religio, peregrinatio, & bujusmodi, quibus tanquam propriis, & debitissimis medicinis illæ currentur. Et, ut generaliter dicamus, NULLUS CONSECRARE, VEL PERCIPERE DEBET EUCHARISTIAM, qui fuerit in mortali, nisi peracta paenitentia tota, vel saltem ex magna parte.*

Hæc ille, quem inter sui temporis Doctores Trithemius doctissimum fuisse ait. Quid diceret de Sacerdotibus in carnis peccatum lapsis? Idemque fere est de Diaconis, & Subdiaconis. Certe aut subjiceret illos prædictis paenitentiam Canonum, aut saltē constringeret eos ad gravissimam, & diuturnam paenitentiam agendum antequam ad Altare accederent. CARDINALIS DH AGUIRRE.

CAPUT TRICESIMUM NONUM.

Quæ negotiatio Clericis interdicta, quæ permitta?

^{a Conf. Apof.}
^{b Lib. 2. C. 29.}^{c Luc. Act. 4.}^{d Apolog. C. 32.}^{e Apologia pro Christianis.}^{f L. 1. C. de Sacros. Eccles.}^{g Lib. 18. Hisp. Lib. Cap. 3.}^{h Idem codem Cap.}

A Lendis Ecclesia ministris ut divino solum cultui, & animarum tutela servirent attentius, negotiationibus, & aliis secularibus expediti negotiis primis, & decimas præscriperunt Apostoli, ut auctor est Clemens^a. Cum vero primum tot fideles non essent, ut ex possessionibus illorum alimentis necessariis pares redditus percepissent, frumentum hoc in opere fidelium charitatem auxit: charitas autem non levavit solum, sed dicitum Clericorum tenuitatem; nam si non prædiorum redditus, prædia ipsa offerebant fideles, ut eis distractis, in alimento Clericorum pretia converterentur, Luca teste, Sed cum aliquando hæc etiam vita subsidio non sufficerent, pietate, & prudentia singulari instituerunt fideles, singulis quibusque mensibus, vel frequentius (cum facultas erat) ilipem quandam in arca conferre, qua illi commode possent sustentari. Nec ea tributi nomine a Præpositis exigebatur velut impositum adeptæ Religionis pretium, sed pia, & gratiosa Christiani animi liberalitate ab ipsis offerebatur; & liberalitate tanta, ut poiquam seipso Clerici, pauperes etiam alios Christianos, pupillos, imbecilles, senes, naufragos, Confessores, in insulas relegatos, ad metalla damnatos, in carcere detentos, mortuos etiam sepultura mandantes, consimili charitate juvarint. Tertullianus^b: Præsident (inquit) probati quique seniori, honorem istum non pretio, sed testimonio a lepi: neque enim pretio ullares Dei constat. Etiam si quod arca genus est, non de ordinaria summa quasi redemptæ Religionis congregatur; modicam unusquisque stipem menstrua die, vel quem velit, & si modo possit, apponit; nam nemo compellitur, sed sponte confert. Hac quasi deposita pietatis sunt. Nam inde non epulis, nec potaculis, nec ingratis voratrinis dispensatur, sed egenis glendis, humandisque pueris, ac pueris re, ac parentibus: destitutis. Namque domesticis senibus, etiam naufragis, & si qui in metallis, & si qui in insulis, vel in custodiis dumtaxat ex causa Dei sectæ, alumni confessionis sue sunt. Justinus^c Martyr: Ceterum, ait, qui copiosiores sunt, & volunt, pro arbitrio quisque suo, quod visum est, contribuant; & quod ita colligitur, apud Præpostum depositum depontur. Atque ille deinde optulatur pupillis, & viduis, & his qui propter morbum, aut aliam causam inegent: quique in vinculis sunt, & peregre advenientibus hospitiis; & ut simpliciter dicam, indigentium is omnium curat r est. Quam singularem, & extraordinariam fidelium caritatem, non admiratione solum, sed odio fuisse gentibus, Tertullianus^d, & Amianus Maccelinus^e testantur; quorum impij objurgationibus Imp. gentiles verentes, ne proficiant, laritionibus Christianorum, Ecclesiæ, & Clerici distarentur, eos donationum expertes esse voluerunt, ut indicat Constantinus^f, dum relinquunt posse Ecclesiæ, & Clericis in testamentis, populo pro gratia Religionis Christianæ concessit. Nec donis, & munieribus acc pueris inhibentes eos esse antea voluerunt, sed factis iam, & acceptis donationibus ornatos, seipso spoliarunt (& hanc regi fuisse hujus Canonis, & concessæ ab eo permissionis in negotiis generali licentiam, vel potius necessitatem) ut eisdem Constantini Imperatoris Edicta, quibus res ab initia reddi jubet, confirmare videntur; de ipso enim, & Licinio hoc refert Eusebius^g: Illud etiam præter cetera, nominatio Christianis discernimus, ut licet erum, in que ipsi in more positum erat antea convenire (de quibus quidem rebus literis superioribus ad tuam functioniam datis, alia formula et tempore a nobis erat definita, & præscripta) si qui, vel a Quæstore nostro, vel ab alio quopiam, ea emisæ videantur, Christianis absque argento, absque ulla repetitione pretii, quod in illis emendis collucaverant, sine iniuri mera dubitatione restituant; & si qui ipsa loca promouere fuerint adepti, ut ipsis Christianis quam celerrime reddant; ac si qui ea aut coemerint, aut dono receptorint, aliquid a nostra bonitate postulent, Praef. Numique, qui regunt, in qua habitant, præst, audent, quæ ipsorum etiam nostra manu facientia provisio. Curia suscipiat. Quia quidem omnia Christianorum societas, tuo studio, & industria exemplo, & sine ulla dilatatione restitue da cures, operabit. Ac quoniam ipsi Christiani non solum ea loca, in que convenire sentent, sed etiam habuissent cognoscuntur, quæ non privatim ad singulos, sed ad jus totius ipsius communis, id est, Christianorum, spectabant, singulis, qui ea possident, mandes velim, ut omnia per Legem quam supra possumus, absque ulla controversia Christianis, id est societati ipsius, & convenienti, reddant. Quod & aterius Edicti exemplar ad Anulinum ab eodem Eusebio^h relatum confirmat.

Salve Anuline, nobis in primis venerande. Est hoc nostra clementia ratio, & misericordia, Anuline honoratissime, ut illa, quæ ad alienum jus pertinent, non solum non perturbare, sed etiam cuique restituere, quam maxime cupiamus. Quare volumus, ut simul ac hinc literas a nobis acceperis, si que ex his possessionibus, quæ ad Catholicam Christianum Ecclesiam in quibusque Civitatibus, aut aliis locis pertinent, etiam adhuc a civibus, aut ab aliis quibusdam retineantur, eos quamprimum iisdem Ecclesiæ facias restitui. Quandoquidem animo inserviuimus, ut ea, quæ Ecclesia ante posse derunt, ad ipsorum jus denovo revertantur. Cum agitur tua pietas animadverrat, Decretum hoc absque dubio, de nostra sententia esse publicatum, enitere, atque elabora, ut sive borti, sive ades, sive aliud quodque aliquando ad jus ipsorum Ecclesiæ speciaverit, omnia illis quamcelerrime reddantur, ut te hinc nostro Edicto diligenter obsequium præstis intelligamus. Vale Anuline honoratissime, nobisque charissime.

Ideo autem non ad singulos Clericorum, sed ad communitem, & Ecclesiam hæc omnia bona

bona pertinere dixit Constantinus; quia olim Christiani, & Clerici nihil habebant privatum, sed communia omnia, ut Tertullianus a docet: Sed & quod fratres nos vocamus, ait, non a Apolog. C. 99. alias, opinor, infamant, quam quod apud ipsos omne funguinis nomen de affectione simularum est. Fratres autem etiam vestri sumus jure naturæ, matris unius, et si vos parum homines, quia mali fratres. At quanto dignius fratres, & dicuntur, & habentur, qui unum Patrem Deum agnoverunt, qui unum spiritum haberunt sanctitatis, qui den uno utebro ignorantia ejusdem ad unam lucem expaverint veritatis? Sed eo fortasse minus legitimis existimamur, quia nulla de nostra fraternitate tragedia exclamat, vel quia ex substantia familiaris fratres sumus, quæ penes vos fere dirimit fraternitatem. Itaque qui animo, animaque miscemur, nihil de rei communicatione dubitamus. Omnia indiscreta sunt apud nos, preter uxores. In isto loco confortium solvimus, in quo solo ceteri homines confortium exercent.

Cum vieti ergo necessaria deessent, nefaria ethnicorum Imperatorum invidia (& hinc etiam intelligi par est, ante Constantini imperium Concilium hoc habitum) fas esse putarunt Episcopi nostri, industria, & solicitudine negotiorum honesta, dominantem famam depelere; ne coacta mendicitas opprobrio foret sacra dignitati. Cum vero aliquando ex honesta negotiatione ad qualiusdam (ut facile est) gravissimo anima, & dignitatis periculo inopes dilabentur, Africanis Episcopis placuisse video, ut egeni Clerici quacumque doctrina, & eruditio præstantes, vel manuum opere, vel artificio honesto, vel cultura agrorum, viculum sibi compararent^b: Clericus, ajunt, quantumlibet verbo Dei eruditus, artificiolo vicum^b Conc. Carthag. C. 1. & officiis sui dumtaxat detramento præparet. Quod Apostolos fecisse, cum a prædicatione præfertim tempus otiumque vacaret, refert Beatus Hieronymus^c, Augustinus^d, Chrysostomus^e, & ante hos Clemens^f, qui omnes etiam Ecclesiæ ministros ad id pensum revocat. Quod si ignorarent artificiola, quibus inservire oportebat, illa addiscere cogebantur ab ejusdem Africæ Patribus in eodem Concilio Carthag. IV. g Omnes Clerici (ajunt) qui ad operandum validi sunt, & artificiola, & literas discant. Postea autem, cum crescente Religione, & fidelium numero, crescent etiam oblationum copia, decimaru proventus, aliquie redditus ad eorum sustentationem, a Constantino Magno, & aliis Principibus Catholicis, piffique fidelibus confirmati, & restituti potius quam denuo dari; generalius & severius, omnis negotiatio, etiam naturali licta, Clericis interdicta est. Divus Ambrosius^h, Etenim, ait, si is qui Imperatori militat, & susceptionibus licet, actu negotiorum forensium, venditione mercium, prohibetur humanis Legibus: quanto magis qui fidei exercet militiam, ob omni rufu negotiacionis abstine debet, agelluli sui contentus fructibus, si habet; si non habet, stipendiis fructu: si quidem bonus testis est, qui dicit: Juvenis fui, & sensi, & non vidi justum derelictum, nec semen eius querens panem. Ea est enim tranquillitas animi, & temperantia, qua neque studio querendi afficitur, neque egestatis metu angitur. D. Hieronymusⁱ: Obscurò itaque te, & repetens iterumque iterumque monebo, ne officium Clericatas, genus antiquæ militiae putas, id est, ne lucra facili in Christi quaras militiae; nec plus habebas, quam quando Clericus esse capisti; & dicatur tibi: Clericorum non proderunt eis. Nonnulli enim sunt dictores Monachi, quam fuerant seculares, & Clerici, qui possideant opes sub Christo paupere, quas sub locuplete & fallaci diabolo non habuerant: ut suspireret eos Ecclesia divites, quos mundus tenuit antea mendicos. Et paulo post: Negotiatores Clericum, & ex inspe divitem, ex ignibili glorijsum quasi quandam pestem fugere. Id ipsum gravi depositionis poena interdictum est Concilii Nicæni^j & Canone, renovato polteca Concilio Arelatensi^k. Carthag. III. Vvormac. Gabilonensis^l sub Carolo, Moguntino^m sub Rhabano; in Hispania Concilio Tarragonensiⁿ: Canonum, ait, statutis firmatum est, ut quicumque in Clero esse voluerit, emendi vilius, vendendi carius studio non utatur: quod certe si voluerit exercere, cabibetur a Clero. Quam constitutionem gravi anathematè renoverunt in Regno Peruano Concilii Limensis^o Patres. Eam recitare placuit, ut Indorum Parochi, quam acceperant prius reluctantibus ad Episcopis suis doctrinam, Pontificia jam auctoritate confirmata retineant tandem memoria, observantia colant, & debito officii munere fideliter exequantur: Quoniam vero avaritia, negotiacionisque turpitudine in Reitoribus Indorum & crebrior est, & periculosis, cum ncophyti isti ea de causa, tum scandalum grave sustineant, tum instructionis suæ jacturam non mediocrem faciant, dum ab his in temporalibus ipsorum quæstibus occupantur, a quibus debebant spiritualibus incrementis augeri: sic circa sancta Synodus sub iislem poni proximo decreto propositis vecat, ne quis Indorum Parochus, per se, vel aliam interpositam personam quamcumque, cum quibusvis Indis mercaturam exercere presumat. Insuper neque pecora quacumque alere, præter necessaria ad viatum, aut agros colere, aut vobendis mercibus animalia tenere, vel locare, neque Indos ipsos ad mineralia sibi curvanda mittere, vel eorum opera locare: denique neque cum ipsis Indis negotiari, nec cum aliis per ipsis. Qui istorum quidlibet egerit, etiam excommunicatione latæ sententiæ eo ipso se uoverit innodatum. Sciant etiam Parochi Indorum, mineralium officinas, sive ingenia, pannorum quoque lanificinas, ceterasque quæstuarias artes, sibi esse penitus interdictas. Neque enim qui evangelizandi ministerium suscepserunt, Deo simul, & mammona servire possunt.

Quod si Clericorum, qui frumentum, oleum, vinum, & alios similes fructus ex proprii patre monili fundis percipiunt, illosque venundent, auraria penitentie non debent gravari, quod non tam mercatorum, quam soleritatem, strenuorumque Dominorum loco censi debent. Quod singulari constitutione cavisse Imperat. Gratianum, Valentinianum, & To. II.

^a L. 13. C. Theodosium reperio: *Singuli quique (ajunt) si per eos vernacula quoque vendantur, Theodos. de la functione auraria non teneantur: si vero emendi, vendendique compendis ultra, citroque frali collatio ne.*

^b Sub Carolo Magno C. 14. *negotium est contradicendum propter diversas necessitates; quia legimus, Sanctos Apóstolos negotiatos, & in Regula B. Benedicti præcipitur provideri per quorum manus negotia cap. 2. 6. Ne Clerici Monasterii procurentur. Sic etiam Alexander III. ad Londinensem Episcopum, negotiati illis solum prohibet lucri causa.*

^c sub Alex. III. Can. iij. Trid. Sejs. 11. de reformatione. Ca non. 22. *Hodie autem cum Clerici jam antequam Sacris Ordinibus initientur, vel proprii patrimonii redditus, vel Ecclesiastici Beneficii fructus peragende vita necessarios habere debent; ni vel. nt Episcopi ordinatores illorum angustis auxilium necessarium ex propria pie- ditate mutuare; ut Decreto Concilii Lateranensis & Generalis, & Tridentini postea fancitum est; antiqua hujus Concilii indulgentia, vel permisio, ut negotientur Clerici ad quæren- tiam victui necessaria, jam cessabit; quod incertus negotiationis quæstus, certis Beneficiorum fructibus uberiore fænore compensetur.*

Aut filium, aut libertum, aut mercenarium, aut amicum,
aut quemlibet mittant.

Non eadem ex aliorum laboribus in re nostra suscepimus, ac ex propriis solicitude, moliezia, & turpitudine contrahitur. Quare Clementi V. in Concilio Viennensi, cum Clericos carnificum, seu macellariorum officio fungi displicuerit, publice, & pertonaliter illud exercentes, adjicit: *Quod si per alios fecerint, tametsi turpitudinis nota longe non absint, illius decreti pena non tenentur.* Ha autem est amissio sacerdotalis privilegii.

Et si voluerint negotiari, ultra provinciam negotientur.

Si Clerici vicius causa negotiari cogantur, in propriis debent, non alienis prouinciis negotiari. Nam earum peragratio, ut molestiam adjicit & quæstum, sic detrahit honestatem: cujus cupidiores multo quam lucri, & else, & videri Clerici debent, satius fore judicantes, congruentibus se aliquando alimentis, quam sacram dignitatem honestis, & sacræ carere moribus.

Cum autem Clerici in provincia justa negotiatione ad viçtum necessaria compararent, vel dilixerint quæ supererant, juxta ea quæ superius diximus, auraria penitacione (ut seculares, onerari non debere, præter Gratiani) & Valentini Rescriptum jam citatum superius, Arcadius & Honorius Imperatores rescripsierunt ad Pompejanum Proconsulem Africæ, his verbis.

Iidem AA. Pompejano Proc. Africa.

Quicumque Catholica Religionis Clerici intra eum modum unde viçtus emendi, vendendique usum Lege præfuitum exercent, ab auraria pensione babeantur immunes: ab his quoque, quæ a publici laboris actu, & gradus Clericatus & quod non minus est sanctior vita defendit, præcipimus temperari. Nec enim ullum eorum, qui excepti Legibus probabuntur, subjacere patiamur injuria. Dat. prid. Id. Jul. Med. Honorius Imp. Post. Conf. Stiliconis, & Aurelianii VV. CC. ^e in L. 36. Coa. ^f Theod. de Epis. ^g Cleric. ^f L. 8. C. de Epistola ad Clericos. ^g Cler. ^h Imperator Constantius A. Clericis salutem dicit.

Juxta sanctionem, quam dudum meruisse perhibemini, & vos, & mancipia vestra, nullus novis collationibus obligavit, sed vacatione gaudebitis. Præterea neque hospites suscipietis, & si qui de vobis alimoniae causa a negotiationem exercere volunt, immunitate potiantur. Dat. VI. Kalend. Septembris Placido, & Romulo Consulibus. Quod

Quod si victui non necessaria, sed quæstua mercium negotia exerceant, collationibus ut seculares, onerando idem Constantius ^a Imperator rescriptis ad Taurum PF. P. Clerici a L. 15. Coa. vero, vel hi, quos copias recens usus instituit nuncupari, ita a fôrdidis munieribus debent ^b Theod. de Epis. immunes, atque a collatione præfari, si exiguis admodum mercimonitis tenuem sibi viçtum, ^c Cler. vestitumque conquirent. Reliqui autem, quorum nomina negotiatorum matricula comprehendit, eo tempore, quo collatio celebrata est, negotiatorum mania, atque penitostiones agnoscant: quippe postmodum Clericorum se cœtibus adgregarunt. Ut alimenta igitur Clericorum conservari, sic & negotia non augeri, & quæstum minui, Catholici Principes voluerunt. Tandem ergo Clericorum animis hanc veterem Theoderici Regis sententiam apud Cassiodorum ^d perpetuo infigi vellem, & crebra memoria renovari: *Conditionem hanc (in b L. 6. Varian. C. 20.) humanis actibus Divina posuerunt, ut ille magis possit ditescere, qui luca turpia nescit optare; ignorantes accipiunt, qui bene agunt, quia necesse est, ut dum parumper malorum ambicio contemnitur, superno munere plus donetur.*

COMENTARII NOVI.

Clerici ad mercimonia, turpiaque lucra laicorum se transferri cum magno Ecclesiastici ordinis dedecore, & inexplicibili habendi cupidine, prolixaque solitudine quærentibus non quæ Dei sunt, sed quæ principis tenebrarum, Ecclesiasticis sanctionibus legimus prohibitum, Can. vi. XLIII. & LXXX. Apost. Concil. Arelat. I. Can. XII. Arelat. II. Can. XIV. Nicen. Can. XVI. Chalcedon. Can. III. Gabilon. II. Can. XII. & XLIV. Carthag. I. Can. VI. VIII. & IX. Ladien. Can. IV. apud Græcos, apud Latinos v. Carthag. IV. Can. LXVII. Agathensis Can. LXIX. Carthag. III. Can. XV. Turonen. Can. XIIII. Aurel. III. Can. XXVI. Remensis Can. XXXII. Vvormac. Can. LVII. & LXIX. Aqui granen. Can. XCIII. Tarraconensis Can. II. Præter alias Canones Conciliorum, & testimonia PP. quos congregit Gratianus in Decreto, Ditt. 46. & 14. Quæst. 4 & 21. Quæst. 3. & Compilatio nostra Gregoriana integro Tit. Ne Clerici, vel Monachi secularibus negot. se immis. Plura cumularunt P. Greg. Lib. 4. Partit. Jur. Canon. Tit. 8. Cap. 10. & Lib. 2. Tit. 9. Cap. 8. Barbola, Lib. I. Juris Eccles. Cap. 40. num. 83. & nos nonnulla dabimus in Cap. I. Ne Clerici, vel Monachi. Cum non sine crimine, immunitaque Dignitatis Ecclesiasticæ dispensio negotiis secularibus implicantur. Unde conqueritur Sulpitius Severus Lib. I. *Sacra Histor.* his verbis: *Etenim præcepti hujus non solum immemores, sed etiam ignari mibi videntur, tanta hoc tempore animos eorum habendi cupido, veluti tabes incessit. Inbiant possessiōnibus, prædia excolant, auro incubant, emunt, vendunt, quæstui per omnia student.* Non tantum quia negotiantum vita nihil aliud est, quam fraus, atque perjurium, ut ait Salvianus III. & IV. De gubernat. Dei. Auctor imperfecti Operis in Matthæum, sive ut nupero editori placet, Joannes Hierosolymitanus Cap. 21. in Matth. *Qui emit, & vendit, sine mendacio, & perjurio esse non potest; neceſſe est enim, ut e negotiatoribus hic juret, quia non tantum valet res, quantum comparat eam, & ille juret, quia plus valeret, quam vendit.* Unde Ecclesiasticus ait: *Dux species difficiles, & periculose mibi apparuerunt; difficile exiuit negotians a negligencia (nempe rerum ad salutem pertinientia) & non justificabitur capo a peccatis.* Et Apostolus in I. ad Timotheum: *Habentes alimenta, & quibus tegamur, bis con-*

cujus

cujae estimatio non est in ea ipsa re, sed in artificio operis, illa non est mercatio. Utputa, faber comparat ferrum, & facit ferramentum; sed ferramentum illud non tantum babet ferri quantum valet, sed secundum opus ferramenti appretiatur. Qui autem comparat rem, ut illam ipsum integrum, & immutatum dando lucretur, ille est mercator, qui de templo Dei ejicitur. Plura de hac honesta negotiatione tam Clericis, quam Monachis permisit congeferunt Gazeus in Not. ad Cassianum Lib. 2. Cap. 3. Narbona in Ante-log. num. 154. Mancinus Lib. 2. De triplic. juris collat. Cap. 186. Robertus Lib. 2. Rerum judic. Cap. 2. Landmeter Lib. 2. De veteri Monach. Cap. 52. Bellarminus Lib. 2. De Monach. Cap. 42. Lemaire eod. tract. Lib. 1. Cap. 10. Acuna in Cap. Reatum, 81. Distinct. Spencæus ad D. Paul. Lib. 2. Digress. Cap. 16. Spondan in Epit. Baroni anno 57. num. 5. & anno 398. num. 15. Unde in praesenti Canone non omnis negotiatio Clericis inhibitetur, sed extra provinciam: intra provinciam autem, quæ ad victimum necessaria erant, querere poterant: postea tamen ut ab omni sordida arte, & negotiatio Clerici arcerentur, statutum fuit, ut neque absque titulo, id est, Beneficio congrua suitationis, ordinentur, ut ita nec victimus cauda intra, vel extra provinciam negotia secularia exerceant. Cap. Sanctorum 70. Dist. Cap. 2. Cap. Cum secundum, De præbendis. GONZALEZ.

Totus hic Canon dirigitur adversus Episcopos, Presbyteros, aut Diaconos. Quamvis enim plerique illorum, aut fere omnes eo tempore innoxiam, & sanctissimam vitam agerent, aliqui tamen ab ea perfectione majorum degeneres, circuibant provincias, & nundinas seftabantur questuosa. Et multis illorum suo tempore fuisse, lamentata Severinus Sulpicius verbis a D. Gonzalez exscriptis.

Barum autem negotiacionum nomine non intelliguntur emptiones rerum ad victimum, & vestitum necessiarum pro suis usibus, neque

C A N O N X X.

De Clericis, & Laicis usurariis.

Si quis Clericorum detectus fuerit usuras accipere, placuit, degradari, & abstinere. Si quis etiam laicus accepisse probatur usuras, & promiserit correptus, se jam cessaturum, nec ulterius exacturum; placet, ei veniam tribui; si vero in ea iniuritate duraverit, ab Ecclesia sciat esse projiciendum.

I VO Par. 13. Cap. 12. & in Panormia Lib. 3. Cap. 156. Gratianus in Cap. Si quis Clericorum. 47. Distinctione.

C A P U T Q U A D R A G E S I M U M.

De pena usurarii, tam Clerici, quam Laici.

Divus Ambrosius a usuram ab usu dictam ait, quod ut vestes usu, ita usuras patrimonio scandantur. D. Basilius ideo Graecis usuram ruror dici ait, quod supra fecunditatem leporum, quos dicunt simul & uno tempore gignere, & superpotare, agnacatio, etiam usura nondum data, alteram gignit, & alteram ex altera, & inde dolores parturientur inferre debitoribus. Leo X. in Concilio Lateranensi b Generali aptius ad rem:

Ea enim, ait, propria est usurarum interpretatio, quando videlicet ex usu rei, qua non germinat, nullo labore, nullo sumptu, nullo periculo lucrum factus conqueri studetur. Terentius Varro a: Compendium, quod cum compenditur una sit. A quo usura quod in a L. 4. ad fin. sorte accedebat, impendium appellatum; quæ cum accederet ad fortē, usū usura dicitur. Proprio locum habet in mutuo, cum videlicet quid exigitur ratione dati ultra datum. Divus Augustinus b: Si fœneraveris homini, id est, mutuum pecuniam dederis, a quo aliquid b Psal. 76. plusquam dedisti expectes accipere, fœneratores, & in hoc improbadus, non laudandus. D. Hieronymus c: Putant quidam, ait, usura tantum esse in pecunia, quod prævidens Scriptura Divina, omnis rei auctor superabundantiam, ut plus non recipias, quam dediti. Et paulo post: Alii pro pecunia fœnerata solent munuscula accipere diversi generis, & non intelligunt usuram appellari, & superabundantiam, quidquid illud est, si ab eo, quod dederunt, plus acceperint. Hæc est usura, qua ipsius naturæ mutui repugnat. Cum enim mutui contractus ad juvandos egentes ab ipsis gentibus inductus sit ex humanitatis officio, quo interest hominum offici beneficio, ob cognitionem, quæ natura ipsa est inter omnes, quid huic humanitati, & beneficio potest esse magis adversum, quam merces, & fœnus? quod si exerceris, quid facis, quam insidiari quodammodo, ut ex alterius percessit præderis? Paria dixit, & recte D. Ambrosius d, gladio in hostes fœnire, & usuras exigere. Et quos occidere licet, his tantum fœnus extorquendum. Repugnat naturæ ipsius pecunia, simileque monstri, recte censuit Plutarchus e, ut pecunia, qua sterilis est per se, & sine fructu, tam naturali, quam Civilis ratione, generet, & proficerat utilitatem, & fœnum domino mutuanti. Ob ea incommoda usuras a Deo in veteri Testamento prohibitas Moses tradit: Si pecuniam, ait, dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non urges eis cum quasi evactor, nec usuris opprimes. Et rursus: Non fœnerabis fratre tuo ad usuram. Et David ait, non ingressorum Tabernaculum Dei, qui pecuniam ad usuram dederit, Exod. Cap. 22. Deuter. C. 23. Psal. 14. In recentiori autem non solum pro mutuo aliquid accipere, sed nec sperare voluit Christus, Luc. Cap. 6. Ad cuius confirmationem alia exstant Ecclesiæ Decreta, quæ postea & nos referemus.

C O M M E N T A R I I N O V I.

HOC Jus, ne Clerici fœnus exerceant, vetustissimum est, ut conitat ex Canone XLIII. alias XLIV. Apostolorum, Can. XVII. Concilii Nicæni, Can. v. Laudaci, Arelat. I. Can. XII. Arelat. II. Canone XIV. Aquisgran. Can. LXI. Agath. Canone LXIX. Aurel. III. Can. XXV. Melden. Can. XLIX. & LV. & aliis congetis a Decreto, Ivone Carnotensi P. 13. Decreti, Capite 8. Burchardo, Lib. 2. Decreti ex Cap. 120. Gratiano in 46. & 47. Dist. & in Caufa 14. Q. 4. 15. Quæst. 2. Liquet etiam ex Sidonio, Lib. 1. Epist. 8. qui loquens de ordine rerum perverso, ait: Fœnerantur Clerici, Syrii psallunt. Cum Syrorum sit fœnerari. Unde obiter corrigendum est Salvianus, Lib. 4. de gubernat. Dei: Consideremus, inquit, folas negotiatorum, & Syricorum omnium turbas; lege, Syrorum. Sed ad inlittum. Turpe enim, & inhonestum lucrum esse fœnus, jam plures docuerunt. Aristot. Lib. 4. Ethic. r. Cap. 1. fœneratores eodem loco ponit, quo lenones. Seneca, De beneficiis, Cap. 7. Quid fœnus, inquit, & Calendarium, & usura, nisi humana cupiditatis extra naturam quæstia nomina? D. Gregorius Nyssenus usuram partum esse ait, quem parturit avaritia, obstetricatur inhumanitas. Philo, Lib. De charit. fœnus vocat servile, & illiberalis animæ studium degenerantis in immanitatem. D. Ambros. Lib. 3. Offic. rapinam, & latrocinium appellat. Basilius ad Amphil. Cap. 14. injustum lucrum. Plutarchus in Lucullo, veterem, ac intolerabilem pestem, Ac tandem Petraccha, De remed. atriusque fortunæ, fœnus obsecnam rapinam esse ait, & studium, quo fœdus illum inveniri non potest. D. Ambrosius de Tobia Cap. 10. inquit, nihil interesse inter funus, & fœnus, inter mortem, & fortē. Unde interrogatus Qato, quid de fœnore sentiret?

d Lib. de Tobia Cap. 15.

e Lib. de vi-

tanda usura.

f Exod. Cap. 22.

Deuter. C. 23.

Psal. 14.

Luc. Cap. 6.

bro 2. & ex eo Cujac. Lib. 5. Offic. Cap. 38. Apud Romanos magno odio habiti fuerunt foeneratores. L. xi. Tabul. unciarum fœnus tantum permittebatur, quod postea Tribunitia rogatione ad semuncularum restrictum fuit; demum Lege Genucia constitutum fuit, ne licet foenerari. Livius, Lib. 1. Cap. 7. sed quia haec Lex imperfecta erat, cum negue contractus annullaret, nec poenam contineret, antiquata fuit, & legitimæ usuræ admisit, & legitime fuerunt, id est, centesimæ. I. C. De pupilli usur. ita dictæ, quia fortis pars centesima singulis mensibus pendebatur, & centesimo mense forte exquabat. Barum mentio fit in L. 4. §. 1. ff. De nautico fœnor. L. Si promutuo 8. C. Si certum pet. L. Cum quidam 31. §. Præterea. C. De jure dotium. L. Vnic. §. 7. C. De rei uxori. action. Authent. Hoc jus. C. De Sacrof. Eccles. Veteres enim in singulis menses stipulari usuræ consueverant, cuius rei vestigium extat in L. Lecta 40. ff. De rebus cred. Unde in Comœdia Ariophanis debitor optat Luna carere, & ne unquam redirent Kalendas; sed licet in singulas Kalendas stipularentur, tamen Idibus solutio fiebat. L. Si ex pluribus. §. 1. ff. Defolut. Alciatus, Lib. 3. Disputat. Cap. 1. Horatius Ode 11.

Omnem redigit Idibus pecuniam,

Quærit Kalendis ponere.

Alia semisses usuræ appellabantur, quasi dimidia, nam cum pro centum aureis, sex quotannis pendebantur, de quibus in L. Dominum 3. ff. Quod usu. L. Titia 24. ff. Praescriptis verb. L. Senisses. 13. L. 17. §. Si debitores. 6. ff. De usur. L. Fiscus 6. ff. De jure Fisci; de quibus accipiendo est Molittinus in L. Septitia 7. ff. De pollicit. L. Servitores, finali, God. Theodos. De usur. Martialis Lib. 11. Epigr. 104. Quincunces aliae dicebantur, quia quintam centesimæ prestatabant, scilicet quinque aureos pro centum; de his agitur in L. Cum quidam, in princip. ff. De usur. L. Titor. 7. §. Quæ autem. ff. De administr. tut. L. A filio 15. in princip. ff. De aliment. legat. L. Creditor 102. §. Titias. ff. De fut. Leg. 5. Cod. De usur. In Satyra quinta Persi:

Quid petis, ut nummi, quos hic quincunce modesto.

Nutrieras, peragas avido sudore deuncer?

Si quis Clericorum detectus fuerit usuræ accipere, placuit degradari, & abstinere.

CAPUT QUADRAGESIMUM PRIMUM.

Quæ olim, & hodie in usurarios Clericos poena indicta; explicato Alexandri III. Rescripto.

Clericos usurarios non solum degradari, sed & communione pelli, sacro huic Hispanorum Senatu placuit. Cujus instituti ratione, atque exemplo adducti Galli in Concilio Arelateni 1. a: De ministris (ajunt) qui foenerantur, placuit eos extra formam diuinatus datam a communione abstinere. Confirmavit postea omne generalius in Concilio Niceno^b: Quoniam multi Clerici avaritiae causa turpia lucra se fantes, oblii sunt divini precepti, quo dictum est: Qui pecuniam suam non dedit ad usuram; foenerantes centesimas exigant, statuit hoc sanctum Concilium, ut si quis inventu: fecerit post hanc definitionem usuras accipere, vel ex qualibet tali negotio turpia lucra se fadari, vel etiam species

a Can. XII.

b Can. XVII.
Psalms. 14.

cies frumentorum ad spetuplum dare, omnis qui tale aliquid conatus fuerit ad quassum, dejiciatur a Clero, & alienus habeatur ab Ecclesiastico gradu. Renovarunt in Africa idem Decretum Africani in Concilio Carthaginensi III. a Asiatici in Concilio Laodiceno^b, in Hispania iterum Concilio Tarragonensi^c, & ante hos omnes Canone Apostolorum xi. iv. statutum legimus. Quid autem hodie observari debeat, non conitit inter omnes: nam tametsi depositionis poenam expressam quidam legerint, præter hos Canones, in Concilio d' Tironensi habuisse adhuc eos fecit aliud ejusdem Alexandri 111. Rescriptum, in quo suspensionis tantum poenam adjectam volunt, dum idem Alexander 111. e air: Quis parere contempserint, si Clerici sint, eos a Beneficio, officioque suspendas; si laici, &c. Verum si attentius utriusque Canonis verba perpendissem, reperirent profecto depositionis poenam ab Apostolicis temporibus frequentem, multisque, ut diximus, Conciliorum Decretis confirmatam, Alexandrum non immutasse. Quod autem de suspensione refertur, alium sensum habet, si exemplar integrum repetamus, quod exstat post Concilium Lateranense sub Alexandro 111. Quod si monitis vestris parere contempserint, si Clerici sunt, eos ab officio, & Beneficio suspensos, cum literis vestris rei veritatem continentibus, ad presentiam nostram mittere non differatis. Voluit enim singulari pletate, & prudentia Pontifex in causis illius Diocesis providere (nam in aliis locum non habet, nec habuit unquam) quomodo in causis Clericorum Prelatus procederet, an iure an injury, an plene an minus probarentur Clerici illi usurarii essent, officio, & Beneficio inuste potirentur, ab utroque suspendi posse a suo Episcopo voluit. Tantum enim ab eo abfuit, Clericos usurarios deponi non posse (quod posse jam ipse constituerat, sive declaraverat potius) ut antequam usurarii esse convincerentur, suspendi a suo Episcopo posse decreverit, quod in criminis detractionem sancitum est.

COMENTARII NOVI.

Usurarii manifesti, qui palam, & publice, in foro, vel domi fœnus exercerent (quales erant Romæ, qui ad medium Janum sedebant, de quibus Horatius, Lib. 1. Satyra 111.

Postquam omnis res mea Janum Ad medium fracta est, aliena negotia curio.) non possunt Ordinibus sacris insigniri, neque ad officia Ecclesiastica promoveri. Cap. Infames 6. Quæst. 1. Cap. Inter dilectos, De excessibus Prælat. Salcedo in Praxi, Capite 91. Barbosa, De potest. Episcop. Alleg. 43. Num. 3. & si jam Beneficium adepti sint, eo suspenduntur. Cap. 7. De usur. & si adhuc non resipuerint, in tortum eo privantur. Cap. 1. & 2. Distinct. 47. Cap. Si quis. Cap. Quidam, 14. Quæst. 3. Cap. 1. De usur. in 6. plura Antonius Augustinus in Epist. Fur. Libro 35. Tit. 6. P. Gregor. De usur. Libro 3. Cap. 1. Deinde deponuntur, & a communione Fidelium arcentur; id enim important illa verba præsentis Canonis: placuisse degradari, & abstineri; que ita explicarunt Patres Concilii Arelateni II. Can. xiv. Si quis Clericus pecuniam dedit ad usuram, depositus a Clero, a Communione alienus habebatur. Aliquando enim tanta erat hujus criminis gravitas, tamque exosa foeditas, ut utraque animadversione plecteretur Clericus, vel propter criminis nefas, vel propter pecca-

toris in crimen contumaciam. Utriusque exempla extant in Canone xxx. Apoll. Si quis Episcopus secularibus Principibus usurpos Ecclesiam adeptus sit, deponatur, & segregetur. Concilium Toletanum IV. Canone XLVI. Oportet Canonibus in tali scelere proditum, a Clericatus ordine submoveri, & penitentia triennio deputari. Notavit Morinus, Lib. 2. Exercit. Cap. 10. Abstineri enim est a communione segregari; que bona promiscue tam Clericis, quam laicis imponitur in sacris Canonibus, ut in Canone XVI. XXI. XXXVII. LIV. LXI. & LXXIX. hujus Concilii, & pro criminis gravitate modo leviori, graviorem modo poenam importat, ut docet Gibalinus, De Claustra Regular. Disquisitione 2. Cap. 3. §. 1.

Sequentibus tamen Conciliis mitius actum fuit cum Clericis usurariis, concessa illis communione post degradationem. Concilium Aurelianense V. Canone xxvi. Exactor fœnoris, aut usurarum possessor, secundum statuta PP. degradetur. Synodus Teullana Can. x. Clericus a Diaconatu, & supra, pecuniam non commodet ad usuras &c. Quod si quis adversus hæc statuta venire presumperit, communione concessa, ab Ordine degradetur. Alia plura de poenis usurarii ex utroque Jure dabimus in Capite 1. De usur. GONZALEZ.

Si quis, etiam laicus, accepisse probetur usuras, & promiserit correptus, se jam cessaturum, nec ulterius exactetur; placuit, ei veniam tribui; si vero in eadem iniuitate duraverit, ab Ecclesia sciatis esse projiciendum.

Agent delicta dignitas delinquentis, & merita, ob inferiorum exemplum. Qua ratione perniciosius multo de Christiana Republica merentur Episcopi, Sacerdotes, & alii Clerici, vel usuris, vel aliis publicis contaminati criminibus, quam laici: quod non 1000 criminis contrahant ipsi, sed ea infundant in Civitatem; neque solum obfint, quod corrumpantur ipsi, sed etiam quod reliquum Reipublicæ corpus corrumpant, plus exemplo, quam peccato nocentes. Ideo Concilium hoc, gravius multo se gesit in Clericos usurarios, quam in laicos; quod horum vita, illorum sit exemplo instituenda: Clericos enim non excommunicandos solum, sed statim deponendos, nulla admonitione praemissa,

a Can. 16. apud Grat. Cap. Plac. 21. Q. 3.
b Can. 5.
c Can. 3. apud Grat. in Cap. Non licet. 25. Diff. C. Episco. pus 47. Diff. d Subdilex. III.
e Apud Gregor. IX. in C. 1. de usur. Idem in Cap. præterea ejusdem tituli.

missa, decernit. Cur enim monendi vita instituenda magistri? laicos autem non statim excommunicandos, sed consilio, & monitione præmis: quibus si acquiescerent, & se ab exactionibus celeturos pollicerentur, nulla poena placuit afficiendos: sicut minus, excommunicatione multando, Severius multo Concilium Vigenense a, dum manifestos usurarios Ecclesiasticae privat sepultura, poena etiam Sacerdotibus imposita, si illam usurariis concesserint. In quo illud adjectit, hereticum esse, qui asseruerit, usuras exigere non esse peccatum, & velut hereticum eum puniendum; distinctus injungens locorum Ordinariis, & hereticæ pravitatis Inquisitoribus, ut contra eos, quos de errore hujusmodi intranatos inventarent, aut suspectos, tanquam contra dissimatos, vel suspectos de heresi, procedere non omittant.

COMMENTARII NOVI.

HAec postremam Canonis partem de laicis, ab aliquo Pontificio a latuam suspicabatur novator Salmasius, *De usur. Cap. 16.* non alia ratione, aut conjectura, quam quia Nicæna Synodus, aliæve laicos usuras accipere non prohibuerunt. In quibus misere fallitur Salmasius. Primo, quia si Concilium hoc Illiberitanum præcessit Synodum Nicænam, us supra probavi, quomodo poterat in ejus confirmationem Canonem Nicænum expendere? Secundo, quia tam præfis, quam negotericis Ecclesia Legibus laicos usuras accipere vetitum legimus. Concil. Carthag. III. Canone v. ubi cum de Clericis usurariis agatur, Patres ajuunt: *Quod laicos vetatur, multo magis Clericis prohibendum est.* Troslejan. Can. xv. Lateran. III. sub Alexandro, Can. xxv. & sub Innocentio, Can. LXVII. Meldense Can. LV. *Ut Episcopi se ipsorum, atque ministros suos, & maxime Ecclesiasticos, cuiusque Christianos in sua parochia, perpendentes ex hac statuta Nicæni Concilii, & ceterorum Conciliorum, ab usuris sine excusatione compescant.* D. Clemens Lib. 3. *Capit. 7.* peccata, & maxime infatibilem cupiditatem viduarum, quæ illius status dignitatem dehortabant, referens, eas honorisitudine dixit; quod non affereret Papa, si eo modo licita essent usurae laici. Deinde Innocentius II. in Synodo Romana usurarios ab Ecclesia ejici, & infames haberi statuit, in

CANON XXI.

De his, qui ad Ecclesiam tardius accedunt.

Pauco:

Si quis in Civitate positus tres Dominicas Ecclesiam non accesserit, * tanto tempore abstineat, ut correptus esse videatur.

CAPUT QUADRAGESIMUM SECUNDUM.

De laicis, non de Clericis, hunc Canonem intelligi oportere.

b Seffozz. Can. 1. de reformat.

Contendunt alii, Canonem hunc de Clericis intelligendum, & Tridentinum b, dum de Clericis absentibus sua Ecclesia tractat, eundem renovatis; ego tamen de laicis interpretari malo. Cujus sententiae locupletissima non te tem laudabo, venerabilem auctoritate summa, religione, & fide, Osius dico Episcopum Cordubensem, qui se non opinari, sed scire; non audivisse, sed vidisse; non interfuisse, sed condidisse Decretum refert. Is, inquam, in Concilio Sardicensi, cui præfuit, de laicis sensisse Patres hujus Concilii diserte admonuit. Cum tractaretur enim in eo Concilio (cui alii quinque Episcopi ex Hispania intererant, Annianus Galtulonensis, Costus, sive Cæsarugustanus, Dominicanus Pacensis, Florentinus Emeritensis, Praetextatus Barcinonensis) de residentia Episcoporum in sua Ecclesia, & quot diebus absente possest ab illa; hujus Concilii exemplo Osius Sardicensis proposuit, tres tantum septimanias absente licere Episcopo a proprii & pscopatus Sede: Osius Episcopus dixit. Et hoc quoque statuere debetis, ut Episcopus si ex alia Civitate

cans

cum venerit ad aliam Civitatem, vel ex provincia sua ad aliam provinciam, & ambitioni magis quam devotioni serviens, volauerit in aliena Civitate multo tempore residere (forte enim evenit, Episcopum loci non esse tam instructum, neque tam doctum) is vero qui advenit, incipiat contemnere eum, & frequenter facere sermonem, ut de honestet, & deformet illius personam; ita ut ex hac occasione non dubitet relinquere adsignatam sibi Ecclesiam, & transcat ad alienam. Definite ergo tempus, quia & non recipi Episcopum, inhumuman est; & si diutius residet, pernicisum est. Hoc ergo nefat, providendum est. Memini autem, superiori Concilio fratres nostros constituisse, ut si quis laicus in ea, in qua commoratur, Ci itate, tres Dominicos dies, id est, tres septimanas, non celebret conventionem, communione privaretur: si ergo hæc circa laicos constituta sunt, multo magis Episcopo nec licet, nec decet, si nulla sit tam gravis necessitas, quæ detineat, ut amplius a superscripto tempore absens sit ab Ecclesia sua. Universi dixerunt, placere sibi. Si Osius ergo sententia, doctorina, & interpretatio, universi Concilii Sardicensis auctoritate comprobata, mecum facit, qui fieri poterit, ut de Clericis post hoc Canonem intelligendum sentiant? voluit ergo Concilium, laicos homines, vel facultates, ut vocant (de Clericis autem ideo tacuisse Concilium putarim, quod ea aetate adeo solliciti, & vigilantes pastores esent, ut ad rerum sacramentum celebrationem his calcaribus incitari opus non esset) omnibus diebus Dominicis interessere rei sacrae in Ecclesia debere. Quod si semel, vel iterum id non fecerint, connivendum putavit, eo quod casu id factum arbitraretur. Quod si tertio omessa res sacra sit, quia non casu, sed a consilio minus pio, & Christiano profectam sibi persuadeat, res digna visa est Patribus, ut excommunicationis poena coerceretur. Ex quo notare licet. Ut id obiter animadvertiscas) exiguum Theodori Balsamonis a in colligendis Latinorum Concilii diligentiam, & parum perficax in interpretandis iudicium, dum expones Canonem hunc, scriptis: Interrogaverit autem quispiam, cum LXXX. Canon VI. Synodi, videlicet, quæ in Trullo dicuntur, laicos congregati decreverit, quæ quidem hoc Synodo fuit multo recentior, quomodo praesens Canon, qui est ea multo antiquior, ejus meminit? Sol. Alius quidem Canon ante praesentem Synodum nibil ejusmodi decrevit; quæ autem hoc Canone continentur, sine scriptis, ut est verosimile, exercabantur ab initio, ut etiam multa alia; postea autem Synodus in Trullo ea scriptis quoque mandavit. Hæc Theodorus Balsamon. Quæ docere minime potuillet, si parem Latinis Concilii colligendis, & interpretandis, quam Gracis, operam, & studium navasset. Comperisset enim, Constitutionem Episcoporum, quam Osius reculit de laicis hoc Concilio. Illiberitano, cui idem Osius adfuit, contineri; quod de laicis Decretum, & Sardicensis Canonem de Episcopis, renovavit postea, ut fertur, VI. Synodus b, addens quod in utroque deerat; idem videlicet de Clericis intelligentium: Si quis Episcopus, ait, vel eorum, qui in Clero censentur, vel laicus, nullam gravitatem habeat necessitatem, vel negotium difficile, ut a sua Ecclesia absit frequentius, sed in Civitate agens, tribus diebus Dominicis una non conveniat; si Clericus est, deponatur; si laicus, a communione separetur. Idem decrevit in Hispania Concilium Toletanum XVII. Similiter, ait, Diaconus, vel Presbyter, si tres hebdomadas ab Ecclesia sua defuerit, damnationi succumbat. Damnationem intelligit excommunicationem trienni, quam prius decreverat adversus Clericos, qui diebus solennibus absenterent ab Ecclesia. De residentia Episcoporum, & reliquorum inferioris ordinis Clericorum in sua Ecclesia, disputationem omitto, quod in hoc Canone de laicis solum institutus sit sermo.

COMMENTARII NOVI.

Qui ab Ecclesia uberioribus tanto tempore avelleretur, metus erat ne contabesceret; ideo ab eadem matre coguntur ad Ecclesiam liberi, ut a sacris tanquam a suis manillis lacrymantes, & ceterorum fidelium communione, & precibus foveantur.

Pauco tempore abstineant. Qui leviter hoc posse perstringebantur, sola Eucharistie communione privabantur; non autem precum, aut corporis Christi mystici societate: nam sacris interessere poterant, quo qui jure fruenterent, nec excommunicati, nec poenitentes censabantur. ALBASPINÆUS.

Verba Candis Concilii Sardicensis a Mendoza relata, paullo alteri habentur in Codice Canon. Ecclesia universalis, ex versione Dionysii Exigu, & apud Ivonem, Parte 5. Decret. Cap. 218. per ea tamen, Memini Superiori Concilio, praesentem Canonem intelligi, iam notavit Philescus, De origine Paroch Cap. 2. & non ad Concilium Nicænum esse referenda, ut aliqui voluerunt, in quo nullus Canon reperitur, in quo residen-

Tom. II.

a In Comment. ad Conc. Sardi. cene, Can. 14. Theodori Balsamonis lapsus in interpretan- do Canone 14. Concili Sardi- ceatis.

b Can. 81.

tia parochialis in suis parochiis injungatur. In praesenti autem Canone agi de laicis, non vero de Clericis, facile suadetur: siquidem ministri Ecclesiae non solum diebus Dominicis, verum & quotidie in Ecclesia ministrare debent. Concilium Tolet. I. Can. v. Presbyter, vel Diaconus, vel Subdiaconus, vel quilibet Ecclesiæ deputatus Clericus, si intra Civitatem fuerit, vel in loco, in quo Ecclesia est, aut castella, aut vici sunt, aut villa, si ad Ecclesiam, aut ad Sacrificium quotidianum non venerit, Clericus non habebatur; si castigatus, per satisfactionem, veniam ab Episcopo noluit promerer. Ex quo Canone Martinus Bracarensis sua Collectioni inferuit verba, quæ reperiuntur in Cap. Si quis Presbyter. 92. Dicit. GONZALEZ.

Argumentum Medoza hoc loco adversus Balsamonem, ἀνατριπτόν, seu ineluctabile est; similiter & in omnes illos, qui praesentem Canonem de Clericis, non de laicis accipiunt. Et ita perpetuo usu olim videtur receptum, ac continuatum in Hispania, ne laici ab Ecclesiis recederent, nisi admodum brevi tempore.

pore. Ea consuetudo multis saeculis retenta fuit, usque adeo, ut in Concilio Coyacensi celebrato anno Christi M.L. sub Ferdinandō Regē Hispaniæ, cognomento Magno, tempore Leonis Papæ IX. statuantur hæc Titulo vi. *Ut omnes Christiani, die Sabbathi advesperascente, ad Ecclesiam concurrant, & die Dominica, Matutina, Missas, & omnes Horas audiant, opus servile non exerceant, nec saecentur itinera, nisi orationis causa, aut sepeliendi mortuos, aut visitandi infirmos, aut pro Regis secreto, aut pro Sarracenuorum impetu.* Unde patet, adhuc septem saeculis post editum Canonem hunc, laicis non fuisse permisum, vel integra hebdomada, abesse sacris officiis, vel itineri longo se committere, nisi interveniente aliqua ex gravibus causis ibidem expressis.

Nota etiam obiter, quomodo laici ipsi, Sabbatho exeunte, & incipiente, ac prosequente Dominicā, ad Ecclesiam concurrerent, & sacris officiis per longissimum temporis spatium interessent. Quid dicemus modo de plerisque iis laicis, qui diebus Dominicis, & aliis festis, contenti sunt unicam, & brevem Missam audire; nihil autem præterea impendere temporis in cultum Dei: sed solum in lusus, commendationes, venationes, choreas, aliaque id genus, aut fortatè pejora? Sic sine festa Dei cultui instituta, ejus-

Si quis in Civitate positus.

CAPUT QUADRAGESIMUM TERTIUM.

De pœna eorum, qui in Civitate morantes, tribus Dominicis diebus absuerint ab Ecclesia; & cur de aliis mentio omessa.

Qui in Civitatibus morantur, sive incolæ sint illi, sive advenæ, si ab Ecclesia tribus Dominicis diebus absuerint, excommunicatione multantur: ruci vero habitantes quod eo tempore leviora persecutionum tot in agris non essent Ecclesia, nec ad Urbes, & sacrum illarum conventum tuto semper convenire possent) Patres indulgentiores hac censura comprehendendi noluerunt: propagata autem potesta quam latilime Christiana Religione, & passim adficiatis Ecclesiis, speciali constitutione Concilii Rothomagensis a sanctum est, ut pastores, bubulci, & qui pascendis aliis pecoribus intendebant, ex agris ad Ecclesiis, ad audiendam rem sacram, evocarentur: *Admonere debent Sacerdotes, ait, plebos subditas sibi, ut bubulcos, atque porcarios, vel alias pastores, & aratores, qui in agris affidue commorantur, vel in sylvis, & ideo velut more pecorum vivunt, in Dominicis, vel aliis, festis diebus, saltem vel ad Missam, faciunt, vel permittant venire: nam & bus Christus pretiosus suo Sanguine redemit.* Quod si neglexerit, pro animabus corum, absque dubio rationem se reddituros stiant: siquidem Dominus veniens in hunc mundum, non elegit oratores, atque nobiliores, sed pistatores, atque idiotas sibi discipulos adscivit, ut offendetur in facto, quod ipse verbi in Evangelio affirmat, dicens: *Quod hominibus est altum, abominabile est apud Deum, & salva altiore intelligentia, nativitas nostri Redemptoris, primo omnium pastribus ab Angelo nunciatur.* Et ut iter ad Ecclesiis ex agris eilet expeditius, decretum est Concilio Erfordiensis ut tempore, quo quis ad Ecclesiam conveiret, si quatuor eilet oborta causa, ad tribunal judicium potestate trahi non deberet: *Præcipimus (ajuni Episcopum consensu Henrici Regis) ut nullus Christianus pro reversione, Ecclesias petendo, alicujus publica potestatis binvo ibide m constringatur: ne forte dum ad Ecclesias, causa orationis properat, per banum impediatur, profalate anima sua Domini misericordiam minus devote postulare.*

COMMENTARII NOVI.

Credi non potest, majorem pœnam inflictam fuisse propter negligiam residentiam, & omissum conventum

in Ecclesia degentibus in Urbe, quam in Oppidis, & pagis commorantibus. Uchani enim, & rusticani fideles Missa parochiali, ubi pu-

blicus, & legitimus populi conventus habebatur, interesse debebant; urbani in urbanis Ecclesiis, ruffici in suis rulticanis, quo etiam populus diebus Dominicis conveniebat. Sed quia plerumque rusticci negotiandi causa ad Civitatem accedebant, & ab Ecclesia propria absentes, in Civitate degentes, negligebant diebus Dominicis convenire cum aliis fidelibus in Ecclesiis, ubi hospitium habebant; jubetur illis in presenti, ut si per tres Dominicas ad Ecclesiam non accederint, a communione separantur. Quæ interpretatio valde suadetur ex Canone LXXXI. Sexta Synodi Trullensis, si ejus verba conferantur cum præfenti Canone. Ita aijunt Patres: *Si quis Episcopus, vel eorum qui in Clero censemur,* vel laicus, nullam graviorem habeat necessitatem, vel negotium difficile, ut a sua Ecclesia abſit frequentias, sed in Civitate agens tribus diebus Dominicis una non conveniat; si Clericus est, deponatur; si laicus, a communione separatur. Nisi facilius utrumque Canonem accipiamus de fidelibus urbanis in Civitatibus commorantibus, qui si in Civitate degentes a propria parochia absuerint, & per tres Dominicas in ea cum aliis fidelibus non convenient, communione priventur; secus vero si ex justa causa absuerint; quia tunc in aliena parochia, ubi reperiebantur, poterant Missæ Sacrificio interesse; & haec, nifallor, est vera, & aperta hujus Canonis sententia. GONZALEZ.

Tres Dominicas.

CAPUT QUADRAGESIMUM QUARTUM.

Dominici diei nomen, & festum ab ipsis Apostolorum temporibus.

Quem diem Solis Gentes olim vocabant, Judæi autem primam Sabbathi, quod prima eset post Sabbathum, diem Dominicum Christiani nuncupamus a: quia eo die Christus Dominus a mortuis surrexit. Justinus Martyr b: *Solis autem die, inquit, communis cæstus, & concursus facimus; quandoquidem primus ad Cœlum augebatur.* a Aug. Ep. 36. & In 2. Apolog. b In 2. Apolog. c Serm. de Pecc. qui inter Ambr. Serm. Ep. 60. hic est dies, quo Deus, caligine dispersa, orbem condidit, & Jesus Christus servator noster, eum die, qui Saturni diem sequitur, qui quidem Solis est dies, Apostolos suos, & Discipulos, quibus conspicuum se præbuit, hæc docuit. Maximus Episcopus, ut creditur, Tairineus c: *Dominica, ait, nobis ideo venerabilis, & solennis est, quia in eo Salvator velut sol oriens, discensus infernorum tenebris, luce resurrectionis emicauit.* D. Augustinus d: *Dies tamen Dominicus, non Iudaicus, sed Christianus resurrectione Domini declaratus est, & ex illo habere caput festivitatem suam.* Divus Iudorus e: *Dominicus dies prouinde vocatur, quia in eo resurrectionis Domini nostri gaudium celebratur: qui dies non Iudaicus, sed Christianus in resurrectionem Domini declaratus est, & ex illo caput habere festivitatem suam.* Illis enim solum celebrandam Sabbathum traditum est, quia erat ante requies mortuorum, resurrectione autem illius erat, qui resurgens a mortuis non moreretur. Postquam autem facta est talis resurrectione in Corpore Domini, ut praieret in Capite Ecclesia, speraret in fine; jam dies Dominicus, id est, Octavus, qui & primus celebrari caput. Ignatius ad hujus diei cultum Magnesianos excitans, *Dominicum, ait, diem omnis Christi amans festum celebret, diem resurrectionis regalem, omni ium dierum supremum: quem expectans Propheta, dicebat: In fine pro octava, in quo & vita nostra exorta est, & mortis in Christo vitoria facta.* Hujus appellationis institutio, si a capite accersenda est, jam inde ab Apostolorum temporibus factam, Divi Joannis Apocalypsis testatum facit: *Fui, inquit, in spiritu Dominica die.* Divus Clemens f: *Die resurrectioni Domini dicato, Dominicum dicimus, conveniente offidue.* Ab Apostolis etiam Dominicæ diei antiquitatem, & festum repetit Innocentius Papa g: *Quod rite inquit omni Sabbatho jejunetur, quia Feria sexta, & Sabbathum, ambo dies tristitiam Apostolis, vel bis qui Christianum fecerunt, indexerunt: qui die Dominicæ exhibilarati, non solum ipsum festivissimum esse voluerunt, verum etiam per omnes hebdomadas frequentandum esse duixerunt.* Quare videat Nicephorus, qua ratione, qua auctoritate, quave fide dixerit, diem quem Græci Soli dicarunt, a Constantino Dominicum sive appellatum: ni quis illius gratia interpretetur, id generaliter apud omnes nationes, & gentes sibi subditas, etiam infideles, primum Imperatorem Christianum constituisse, & antiquam Ecclesiæ consuetudinem recentiori sanctione confirmasse. Simili pia excusatione opus est eidem Nicephoro recensenti in Græca illa sua laudatione, Constantini consilio persuasum Sylvestrum PP. præcepisse, ut antiquatis gentium a Fide Christiana abhorrentium, Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis, & Saturni nominibus, hebdomada nostræ dies, Feriarum nominibus nuncuparentur. Cum multo ante Sylvestri, & Constantini Imperium, diebus singulis Feriarum nomina indita, tellis sit Tertullianus i in Psychicorum persona loquens: *Itaque de cæstro, ait, indifferenter jejunandum ex arbitrio, non ex imperio nova disciplina, pro temporibus, & causis uniuscujusque; sic & Apostolos observasse, nullum aliud imponentes jugum certorum, & in commune omnibus obeundorum jejuniorum, prouinde nec stationum, quæ & ipsa suos quidem dies habeant quartæ Feria, & sexta.* Quod singulatum forsitan Ecclesia observabant, generali constitutione Sylvestri Constantini consilio suus habilius potuit. Quod hodie licet in Ecclesiasticis Officiis obseruant Ecclesiæ: non observant in forensium causarum judiciis, nec in Canonorum Capitulis, nec in Dioecesanis, vel provincialibus conventibus, in quibus antiquum morem, vel constitutionem renovandam insignes pietate Viri censem. Solum diem Dominicum vetusto vocabulo nuncupamus eo quod in memoriam resurrectionis Domini illud diei inditum

dicum fuisse. Qua ratione primi Christiani eo die stantes orabant, non vero genua flectentes,
^{a Epist. 19. ad ut D. Augustinus docet, Hieronymus b, Isidorus c, Tertullianus d, & alii. Fuerunt &}
Januar. alia insignia beneficia, quibus hunc diem Deus ab orbe condito egregie afferit, & condecora-
<sup>c Lib. 1. de Es- vit, quæ D. Leo e PP. singulari ordine congregatis: Tantum, inquit, divinarum dispensatio-
*cles. Offic. G. num mysteriis est consecrata, ut quicquid est a Domino insignius constitutum, in hujus diei
33. dignitate sit gestum. In hac mundus sumptus exordium: in hac per resurrectionem Christi,
d Lib. de coro- & mors interitum, & vita accepit initium. In hac Apostoli a Domino prædicandi omnibus
na milit. Gentibus Euangelii tubam sumunt, & inferendum universo mundo Sacramentum regenera-
Joan. 20. tiones accipiunt, In hac (sicut beatus Joannes Euangelista testatur) congregatis in unum
<sup>e Epist. 81. ad Discipulis, januis clausis, cum ad eos Dominus introisset, insuffavit, & dixit: Accipite
Diu. C. 1. Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum detinueritis,
detentae erunt. In hac denique promissus a Domino Apostolis Spiritus Sanctus advenit: ut
f Lib. 1. C. 15. celesti quadam regula insinuat, & traditum noverimus, in illa die celebranda nobis
Can. 1. esse mysteria sacerdotialium benedictionum, in qua collata sunt omnia dona gratiarum. Ba-
dem Isidorus f, & Concilii Matisconensis g Patres.</sup>*</sup>

His autem Dominicis diebus an olim a laboribus feriarentur Christiani, queri audio.
^{b Ep. 1. ad De-} Et eos feriatos arbitror, quia Innocentius PP. b I. repentes originem hujus diei ab Apostolis,
^{cen. Epist. C. 4.} illos in gratiam resurrectionis festivissimum esse voluisse scribit: & qui Dominicum diem non
minus celebrem voluerint Apostoli esse apud Christianos, quam Moyses Sabbathum apud
Judeos. Quemadmodum ergo ille liberum ab omni opere Sabbathum constituit, sic hunc &
illi: quod antiquum esse, & omnium fere rerum publicarum confusum semper probatum, scri-
^{i Lib. 2. de Leg.} bit Cicero i: Feriarum, festorumque dierum ratio in liberis requiriem habet litium, & jur-
giorum, in servis operum, & laborum: quas compoſtio anni conferre debet, & perfectionem
R. Epist. Satur. operum rusticorum, quod tempus, ut sacrificiorum libamina serventar, factusque per-
corum, quæ dicta in Lege sunt, diligenter habenda ratio intercalandi est. Lucianus k: Ne
q. 2. pro Christian. quid (ait) intra festi tempus agito, neque publicum, neque privatum, nisi que ad lusum,
quæ ad voluptatem, animique oblationem pertinebunt. Numa Pompilius II. Romanorum
Rex instituite dicitur, ut in profectis, & omnino in Sacerdotum feitis, per Urhem precones
præcederent, qui quiescere cives, & ab operibus desistere juberent. Quemadmodum enim
Pythagoras non permettebat homines per transitum Deos adorare, sed continuo ex ipsa do-
mino mente ad id paratos pergere; ita & Numa docere cives existimavit, neque audire quid-
quam rerum divinarum, neque aspicere per desidiam, atque negligentiam; sed vacare a ce-
teris oportere, mentemque adhibere, perinde, ut rei ad pietatem maxime opportunæ: de-
nique crepitibus, strepitibus, gemitusque, & quæcumque hujusmodi necessarios vulga-
I. Invita Nume rium artium labores consequuntur, vias vacuas, cæmonis præstare, ut a Plutarcho l pro-
ditum memorie est. Sed apud Christianos die Dominicis a laboribus feciendum perspicue do-
m. Lib. 8. C. 39. cet B. Clemens m, & post illum Augustinus n: Dominicum ergo diem (ait) Ap. 14. i, & Apo-
n. De tempore. stolic Viri ideo religiosa solennitate habendum esse sanxerunt, quia in eodem Redemptor no-
Serm. 25. ster a mortuis surrexit: qui ideo Dominicana appellatur, ut in eis terrenis operibus, vel mun-
d. Lib. 2. C. 63. di illecebris abstinentes, tantum divinis cultibus serviamus. Et post alia: Ac ideo Sancti
Repetit. Lib. 7. Doctores Ecclesiæ decreverunt omnem gloriam Iudaici Sabbathi in illam transi-
C. 31. ferre: ut quod ipse in figura, nos celebraremus in veritate. Observemus ergo diem Dominicum, fra-
p. Apolog. 2. pro fratres, & sanctificemus illum, sicut antiquis præceptum est de Sabbatho, dicentes Legislatores:
Christian. A vespera usque ad vespere celebrabitis Sabbathi veitria. Videamus, ne stium nostrum va-
q. Serm. 25. de num sit, sed a vespera diei Sabbathi, usque ad vespere Dominicæ diei sequestrati a rurali
tempore. opere, & ab omni negotio vacemus.

In ea diei Dominicæ latitia, & festivitate primi Christiani quid egerint, quos potius,
o. Lib. 2. C. 63. quam Apostolos ipsos, auctores, & testes laudare debeant, non video. D. Clemens o: Die
C. 31. (inquit) Dominicæ diligentius convenite, laudem Dei latiri, qui per Jesum cuiusdam con-
didit, & illum ad nos misit, & a mortuis excitavit. Nam quam excusationem afferre pos-
test Deo, qui in hoc die non convenit ad audiendum salutarem de resurrecti ne sermonem, in
p. Apolog. 2. pro quo tres orationes stantes concipiunt, in memoriam illius, qui tertio die resurrexit? Pro-
*Christian.*phetarum lectio habetur, & Evangelii prædictio, & sacrificii oblatio, atque sacrificii
q. Serm. 25. de dispensatio. Similia his Julianus Martyr P. Augustinus q, & alii.

COMMENTARII NOVI.

Die Dominicæ antiquitatem, & festivi-
tatem satis commendavi, & probavi
in Capite 1. *De Feriis.* In praesenti
circa ejus diei solennitatem illud statuitur, ut
fideles in propria Parochia Missa parochiali
intersint: non quia ceteris diebus festivis, &
solennibus etiam convenire in Ecclesiæ fide-
les debere PP. neglexerint; sed quia primis
Ecclesiæ seculis fidelium conventus in pro-
pria Ecclesia diebus Dominicæ magnopere
commendabatur; non solum ut Missarum fo-
lennibus interessent, verum ut divinis officiis,
stationibus, processionibus, Parochi concio-

nis, oblationibus, & aliis officiis, que in
aliis festivitatibus omittebantur, fideles Fa-
rochiani aderent. D. Clemens, Lib. 2. Con-
fir. Apostolic. Cap. 63. ibi: Die Dominicæ
diligentius convenite, tandem Deo latiri,
qui per Jesum cuncta condidit, & illum ad
nos misit, & a mortuis excitavit. Nam quam
excusationem afferre potest Deo, qui in b. c.
die non convenit ad audiendum salutarem de
resurrectione serm. men., in quo tres oratio-
nes stantes concipiunt, in memoriam illius,
qui resurrexit tertio die? Prophetarum lec-
tio habetur, & Evangelii prædictio, & sa-
crificii

erificii oblatio, atque sacrificii dispensatio.
Quæ verba prolixius citavimus, quod iis con-
tingatur modus celebrandi diei Dominicæ,
idem, qui etiamnam celebratur, Consentient
huic Decreto Concilium Constantinopolita-
num vi. Canone viii. Diei Dominicæ tanta
debet esse observantia, ut præter orationes,
& Missarum solennia, & ea, quæ ad vescen-
dum pertinent, nihil fiat. Synodus Trulla-
na, Canone xix. & lxxxi. Foro Jul. sub Ca-
rolo, & Pipino, Cap. 13. Diem Dominicum,
inchoante noctis initio, idest, vespere Sab-
bathi, quæ in prima luce sic Sabbathi, quan-
do signum, idest campana, ut vulgo, infor-
muuerit, vel hora est ad vespertinum celebran-
dum officium, non propter honorem Sabbathi
ultimi, sed propter sanctam illam noctem
primi Sabbathi, hoc est, Dominicæ diei, cum
omni reverentia, & honorifica Religione ve-
nerari omnibus mandamus Christianis. Ab-
sistere primum omnium ab omni peccato, &
ab omni opere terreno, & ad nihil aliud va-
care, nisi ad orationem, concurrere ad Ec-
clesiam cum summa mentis devotione, cessa-
re omni caussarum strepitu. Concilium Eme-
ritense, Canone xix. Salubri deliberatione
consensus, ut per singulas Ecclesiæ, in qui-
bus Presbyter iussus fuerit per sui Episcopi

Tres Dominicæ.

CAPUT QUADRAGESIMUM QUINTUM.

De tribus Dominicis cur hic meminerint Patres.

CUM Ecclesia primitiva multis ethnicorum injuriis premiceretur; libere non poterant
singulis diebus in publico conventu celebrari Sacrificia, sed Dominicis tantum; in
hocque varia fuisse locorum, regionumque consuetudines, ut varia erat in illis liber-
tatis conditio, & Religionis devotio, Augustinus monet in Epistola ad Januarium a: *Alia* ^{a Epist. 113.}
vero, inquit, quæ per loca terrarum, regionesque variantur; sicuti est, quod alii jeju-
nant Sabbatho, alii vero non; alii quotidie communicant Corpori, & Sanguini Dominicæ;
alii certis diebus accipiunt: alibi tantum Dominicæ; alibi nullus dies intermittitur,
quo offeratur; alibi Sabbatho tantum, & Dominicæ, & si quid alius hujusmodi animadvertis
potest. Quod si tempore Augustini, quo propagata erant Christianis Imperatoribus Chri-
stianæ Religionis semina, & altas jam radices egerant, Dominicis solum in multis Christia-
norum Ecclesiæ Sacrificium hoc fiebat; eximiam Religionis laudem quis jure non tribuat His-
panica nostra, quod centum triginta, & eo amplius ante Sanctum Augustinum annos, ethnicis
Imperatoribus, & Religionem nostram acerrime oppugnantibus, Sacrificium peragi in
Ecclesiæ, publice illud celebrari præceperit, poenamque excommunicationis adversus eos
fanxerit, qui Ecclesiæ constitutis diebus non frequentarent? Tribus autem diebus Dominicis
abeisse posse Fideles a publico Ecclesiæ conventu, & Sacris sine excommunicationis poena
non ideo permiserunt, quod singulis Dominicis Sacrificium fieri noluerint in Ecclesiæ, vel ad
illam Fideles convenire; sed ut occurserent graffiantum persecutionum periculis, ne una in
Ecclesiæ Christiani convenientes ab infidelibus caperentur, vel profano ethnicorum ingre-
su sanctus Ecclesiæ locus pollueretur; quod ab Apostolis quasi per manus traditum, Hispani
Episcopi denuo Literis consecrare voluerunt. Clemens b enim hæc ex Paulo refert: *Si*
b Lib. 8. Apol. propter infideles ad Ecclesiæ iri non potest, domi Cetus congregabis, o Episcope, ne pius
Confit. C. 40. ingrediatur Ecclesiæ impiorum; non enim locus sanctificat hominem, sed homo locum.
Matis. 18. Quod si impii locum occupaverint, fugiendus est tibi is locus, quoniam ab ipsis profanatus
est; nam ut Sancta Sacerdotes sanctificant, sic nefarii contaminant. Sic nec domi, nec in
c Epist. 28. ad Ecclesiæ Cetus celebrari possunt, unusquisque apud se psallat, legat, oret, vel duo, aut
Licinum. tres una congregati; ubi enim sunt duo, vel tres congregati in Nominis meo, ibi sum in
medio eorum. Quod salutare, & religiosum consilium Hispanorum usu receptum scribit Di-
vus Hieronymus c, qui diebus singulis, nedum Dominicis, sanctum hoc Sacrificium per-
actum, & a Fidelibus quotidie suscepimus, ex Epistola Lucinii Bætici, pii Viri, & eruditus,
hoc in antiqua fuisse Hispanorum consuetudine testantis affirmat. Sed ut effugerent hostium
pericula, non semper publice in Ecclesiæ conveniebant. Quando autem convenire debui-
sent, Prepositorum judicio, Religioni reservabatur, a quibus solebant mitri Diaconi, ut
Fideles nominatim evocarent ad Sacra, & Ecclesiæ conventum, ut docet D. Ignatius d, ad
Heronem Diaconum Antiochenum: *Synaxin*, ait, ne negligas, omnes nominatim inquire.
d Epist. 13. COM-

COMMENTARII NOVI.

Licit persecutione Tyrannorum siveiente, minus securi liceret ad Sacram Synaxis percipiendam Fideles convenire, cum quotidie de vita periclitarentur, quotidie fumerent Corpus Christi; & ut ait D. Cyprianus, Epit. 56. consilierantes, se quotidie Sanguinem Christi sumere, ut ipi pro Christo sanguinem effunderent; concessum fuit, ut die Dominico in Ecclesiam convenientes communicarent. Concil. Altisiod. Canone xxxix. *Vnaqueque mulier, quando communicat, Dominicalem suum habeat.* Quod si qua non habuerit usque in alium Dominicum non communicet. Uoi per Dominicalem intelligitur linteamen, quod feminæ deferebant, ut in eo Corpus Domini acciperent, ut ori propria manu admoverent; illis enim temporibus tam viris, quam feminis non ad os cujusque Eucharistia porrigebatur a Sacerdote, ut hodie fit, sed ipsi communicantes accipiebant manu, & ori admovabant; hoc tamen discrimine, ut viri manu in formam Crucis supra aliam posita sumarent; feminæ vero non nuda manu, sed munido linteamine. Concil. Altisiod. Can. xxxvi. Non licet mulieri nuda manu Eucbaristiam sumere, nec manum suam ad pallas Dominae mittere. Sexta Synodus celebrata anno Domini DCLXXXII. Can. III. Antequam fiat communio, Eucbaristiam accepturus manus in Crucis formam figurans, sic accedit, & gratia communionem accipiat. Eos enim, qui ex auro, vel quavis alia materia receptacula quædam loco manus efficiunt, ad Divini munera susceptionem minime admittimus, ut qui inanimata, subiectaque materiam Dei imaginis præferant. D. Cyrilius Hierosolymit. Catech. 5. Accedens ad communionem non expansis manu vel accede, neque disjunctis digitis, sed sinistram, veluti sedem quandam subiectas dexteræ, qua tantum Regem suscepitur est, & concava manus corpus Christi dicens,

Ecclesiam non accesserit.

CAPUT QUADRAGESIMUM SEXTUM.

Ecclesiæ Divino cultui ab ætate Apostolorum dicatas: explicatis in eam rem Lactantio, Minutio, & Clemente Alexandrino.

Ab ipsis ergo Apostolorum temporibus, ad cultum Deo vero præstandum Ecclesiæ maiores nostri consecrarent. Fas enim non erat, in alicujus privata uides ad Dominum cœnam manducandam convenire: *Numquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum?* ait Paulus ad Corinthios. Quasi diceret: hoc in loco publico, qui ad sacros nostros conventus Deo dicatus est, agendum nihil profanum, & quod sacris nostris non congruat mysteriis. Eiusdem quoque temporis exemplum habemus certissimum, quod antiquam Templorum, sive Ecclesiæ nostrarum probat originem, & a deo antiquam, ut cum ipso Evangelio cœperint edificari. Philonis Judæi, quem Romæcum Petro locutum refert Eusebius a, Libellus extat, *De vita contemplativa, vel, De precatorum virtutibus*, quem totum scriptum fuisse de virtutibus, moribus, & vita antiquorum primitivæ Ecclesiæ Christianorum, Eusebius b, Epiphanius c, & Suidas d tradunt; nomine tamen ablinuit Christianorum, quia eo tempore Christianorum nomen in multis Provinciis erat inauditum; nondum enim percreberat, quod Antiochia primum, sexdecim fere post promulgationem Evangelii annos, inditum fuerat, tempore Claudii Imperatoris. Vocabantur Galilæi, Nazarei,

rei, Fideles, Credentes; non Christiani, ut Epiphanius a scripsit: *Quæstiones*, ait, non a Hæres. 29. *Christiani, sed ex nomine Jesu Domini nostri vocabantur Jeffosi*. Quod si Christianos, quod Christi Fidem, Religionemque amplexarentur, in Provinciis quibusdam Ecclesiæ Jeffos vocarunt majores nostri; non erit nunc Religiosorum Jesuitarum recens, & nova nuncupatio; sed antiquis Ecclesiæ non nominibus tantum, sed & moribus confona. Philo ergo in eo Libro, cum Therapeutarum Alexandrinorum domos, & sodalitia descripsisset, eorum loca referens, ad quæ Deo supplicaturi, remque Divinam facturi quotidie conveniebant, sic addidit, ut refert Eusebius b: *Etsi in quoque agro domus sacra, qua vocatur, Semnion, id est angustum Templum, vel Monasterium, quod Latine locus solitarius, separatusque dici potest, in quo illi ab aliis separati, se junctaque vita pia, & propter virtutem augustæ, mysteria obeant, nihilque eo, vel cibi, vel potionis, vel aliarum rerum, quæ ad corporis usus necessaria sunt, omnino secum apportant; sed Leges, & Oracula a Prophetis Divinitus edita, Hymnusque ibi recolunt, & alias denique res, quibus Divina scientia, & vera erga Deum pietas crescat, & perficiatur.* Ante hos omnes Templa fuisse in Hispania (quod ad Religionis Hispania laudem spectat) insigni documento est Templus illud Cesaraugustanum a D. Jacobo in prima sua profectione in Hispaniam inceptum, posteaque multis sumptibus auctum, donis, & opibus Catholicorum Principum, & piorum hominum locupletatum. Ut a nomine autem Gentilium abstinerent, etiam in Templis, & rebus sacris, Ecclesiæ, nomine Graeco vocarunt; id est, Congregationes, quod in illis ad percipienda Sacra Mysteria, ad decantandas Christo Laudes, ad perdiscendas Divinas Institutiones, ad tractandum de rebus ad Religionem spectantibus, conveniretur. Etsi saepe pro ipsis infidelibus congregatis, & Christiana plebe sumatur; hic tamen pro ipso loco, in quem illi convenient, usurpari, obscurum non est; cuius reverentia, & Religione adeo olim Fidelium animos obstringi, devincire volebant Catholicæ Episcopi, ut in Ecclesiam, excepto Rege, ingredi quemquam accinctum gladio, non permiserint, Decreto Concilii Salzburgiensi c.

Hic etiam argumentum præstat Hispania, quo refelli confutarique possit error antiquus Eustachii Monachi & Sebasteæ Episcopi, Ecclesiæ ad cultum Deo præstandum profane contemnit, quem in Concilio Gangreni d adversus ipsum coacto, anathemate damnavit. Ostius Episcopus Cordubensis cum reliquis. Suscitauit illum (auctore Hugone Ferrarensi) hæretici Patareni anno Christi mccc. damnati ab Honorio Papa III. & Frederico II. Imperatore latis constitutionibus. Renovarunt Vvaldenses, Vvilephilstæ, Husitæ, & Taboritæ anno MDXX. ac tandem Anabaptistæ quidam, sed leviori Religionis iactura.

Quod vero Divus Paulus cum Atheniensibus differens, ait: *Deus in manu facitis Tempora* 17. *plis non habitat*, quo solent illi errorem protegere; ut leve est, sic & alienum a Pauli mente, quam apertius, & melius nemo ipsomet Paullo declarabit. In eodem enim contextu statim subiungit: *Indigena aliquo, cum ipse det omnibus*. Quasi clarius diceret, Templa non Dei necessitate construi, proprio gaudentis domicilio, ut Gentes putabant, sed erigi inopia nostra, & fructu. Indigemus enim Ecclesiæ ad orandum, ad sacrificandum, ad gratias Deo reddendas, & agendas, ad alia etiam, que extra locum sacram majori labore, & minori reverentia docentur, & percipiuntur. Quo etiam sensu lucernas, quas olim suis Diis vanissime Gentes offerebant, existimantes Deos luminibus indigere, & tanquam offusis tenebris oberrantes, oblata luce latari; irridet Lactantius e, irridet Templa, irridet aras, irridet sacrificia, odores irridet, & reliqua sacrificiis accommoda; nihil sanctam, & singularem illam maiestatem ab homine desiderare afferens, quam innocentiam solam: quam si quis obtulerit Deo, satis pie illum, satis religiose affirmat litasse. Quæ omnia non ideo Lactantius contemnit, ut falso illi objicunt hæretici, ut Templa dokeret, aras, lumina, sacrificia, odores, & reliqua, quæ hodierno etiam die observat Ecclesia, Deo fore ingrata; sed ut illorum confutaret errorum, qui has oblationes sine innocentia Diis gratissimas judicabant, persuasi illis oblatis expiari posse quæcumque scelera admissa, ut ipse Lactantius paullo antea docuit apertissime: *Homines (ait, intelligens Gentes) negligunt justitia, cum sint omnibus flagitiis, ac sceleribus inquinati, religiosos se putant, si Templa, & aras hostiarum sanguine cruentaverint; si focos odorati ac veteris vini profusione madefecerint.* Quicquid etiam sacras dapes apparant, & exquisitas epulas, quasi aliquid inde libaturis offerant. *Quidquid a pectorarum, quidquid opere, aut odore pretiosum, id gratum esse Diis suis, non ex aliqua divinitatis ratione, quam nesciunt, sed ex suis cupiditatibus indicant: nec intelligunt, terrenis opibus Deum non indigere.* Nihil enim sapiunt nisi terram, bonaque, & mala, solius corporis sensu, & voluntate perpendunt. *In his arbitrio ut religionem ponderari, si totius suæ vita acta despontent.* Eodem etiam sensu intelligentius est Minucius Felix f, dum Gentes adversus nos sic inducit loquentes: *Latebrosa, & lucifuga natio, in publico muta, in angulis garrula, Templa ut busta despiciunt, Deos despiciunt, rident Sacra, miserantur miseri (si fas est) sacerdotum honores, & purpuras despiciunt ipsi seminaridi.* Quibus ut faceret satis, poitea hæc adjunxit: *Putatis autem, nos occultare quod colimus, si Delubra, & aras non habeamus?* Quod enim simulacrum Deo fingam, cum si recte existimes, sit Dei homo ipse simulacrum? *Templum quod ei extruum, cum totus bic mundus ejus opere fabricatus eum capere non possit?* Et cum homo latius maneam, intra unam adiculam vim tantæ majestatis inclundam? *Nonne melius in nostra dedicandus est mente? in nostro imo consecrandus est pectora hostias, & victimas Domino offeram, quas in usum mei protulit?* ut rejiciam ei suum manus, ingratum est, cum sit litabilis hostia bonus animus, & pura mens, & sincera sententia. Igitur qui innocentiam colit, Domino supplicat; qui justitiam, Deo libat; qui fraudibus abstinet,

f In Otfavia. d pro-

proprietate Deum, qui hominem periculum surripit, opimam victimam cedit. Hac nostra sacrificia, hac Dei sacra sunt, sic & apud nos religiosor est ille, qui justior. Si etiam intellegendum Clemens Alexandrinus^a, dum ait: Propter quam caussum merito Deo non sacrificamus, qui nullius indiget, & omnia praebuit hominibus: sed eum glorificamus, qui est pro nobis sacrificatus, nos ipsoſ sacrificantes, ad id quod est, nullius indiget, ex eo quod nullius indiget, & ab imparibliti ad id, quod est imparibile. Deus enim sua nostra salute delectatur: merito ergo ei non offerimus sacrificium, qui non vincitur a voluntatibus, cum inferius. & nec usque ad craſſissimas nubes, & longe etiam ab his perveniat, qua sit per fumum exhalatio, ſi modo perveniat. Nullius ergo indiget Deus, nec captiuit voluntate, nec eſt aut lucri, aut pecuniae cupidus, cum sit plenus, & cuilibet, quod ortum eſt, & indiget, omnia praebat; neque sacrificiis, ſed neque donariis, neque rursus gloria, & honore Deus invocatur, neque aliquibus ejusmodi allicitur: ſed ſolis viris bonis, & honestis appetat. Quæ omnia a Laurentio, Minucio, & Clemente tradita, mire hiſ consentiunt, quæ a Spiritu Sancto edocti sumus: Facere iuſitiam, & judicium, magis placet Domino quam uictime. Significat enim placere magis Deo, ut Lex cultodiatur, cuius partes duæ ſunt, judicium, & iuſitia, quam ut cruentum fieret Sacrificium: Sacrificium, & Oblationem noluisti; Holocaustum & pro peccato non postulaſti. Quod Divus etiam Paulus docuit ad Hebreos: Beneficentia, & retributionis noſile obliuisci; talibus enim hystiis promeretur Deus. Hi autem, & reliqui, non inficias eunt, Tempia, Aras, Sacrificia, & reliqua, ſi debita religione parentur, & offerantur, ſpreta ſuperſtitio antiquorum, & errore profano, Deo fore gratiflma. Quod non ſolum verbis, conſilioque munierunt, ſed factis, & auctoritate ſepiſſime confirmarunt.

COMMENTARII NOVI

Eccl esiam in præsenti accipio, non pro qualibet Basilica, seu Templo, sed potius pro Ecclesia propria Parochiali, ad quam Dominicis diebus olim Fideles Parochiani accedere debebant; nec in altera Ecclesia communicare, aut Mido Sacrisitium audire poterant, ut constat ex Conciliis supra relatis, & Lib. 5. *Capitular.* Caroli, Cap. 220. Ut omnis Presbyter die Dominico cum Psallentio circumeat Ecclesiam suam una cum populo, & aquam benedictam secum ferat, & ut scrutinium more Romano tempore suo ordinante agatur. Concilium Nannetense, Cán. 1. relatim in Cap. V. *Dominicis, De Paroch.* & Can. 11. Nullus Presbyter alterius Parochianum, nisi in itinere fuerit, vel ad placitum, idest, litem, ad Missum recipiat. Concilium Cabilonense sub Carolo Magno, Cap. 19. & apud Iovinem, Par. 3. Cap. 193. Burchard. Lib. 1. C. 132. Questi sunt præterea quidam Fratres, quod essent aliqui Episcopi, & Abbates, qui Decimas non sinerent dari Ecclesiis, ubi illorum Coloni Missas audiant. Deinde de-

crevit sacer iste Co^mventus, ut Episcopi, & Abbates de agris, & vineis, quae ad summum, vel Fratrum stipendium habet, Decimas ad Ecclesias deferri faciat. Quia verba perpetram citat Gratianus ex Concilio Moguntino in Cap. 46. 16. Quest. 1. late illustrat Phileas. De origin. Parac. Cap. 5. 6. & 7. ubi adducit rationes hujus precepti audiendi Sacrum in propria Parochia, quas & nos congettimus in dicto Cap. Ut Dominicis. Nec nova, aut inaudita est haec Ecclesie acceptio pro una tantum, & propria Parochia, ut passim sumitur in Conciliis, & Scriptoribus medietatis. Unum, aut alterum locum proferam. Theodulphus Aurelianensis, Epistola ad Presbyteros, seu Paroces Aurelianenses, Num. 16. Si quis Presbyter inventus fuerit alicui Clerico, aut Laico munera dare, aut dedisse, ut Ecclesiam alterius Presbyteri surripiat, sciat, se pro hac rapina, & saeva cupiditate, aut gradum amissorum, aut in carceris aerumnâ longo tempore, & conatu, ut Episcopi, & Parochiæ per annum 290. Epistola sua 2. iuliis loco severo Episcopo Cordubensi, ut Ecclesias Parochiales per Cordubensem Provinciam divideat, & constitueret. Ius verba referunt Borchardus, Lib. 3. Decreti, Cap. 43. Ivo, Parte 3. Cap. 47. Quod ipso tertio saeculo, & frequentibus Ecclesiæ observatum legitimus. In Concilio Tarraconensi, Can. viii. sanctum est, ut annuis vicibus ab Episcopis Dicentes visitentur; ubi Dioecesis pro Parochia usurpari probat Phileas. De origine Parac. Cap. 1. Isidorus Hispalensis Episcopus, qui Concilio Hispalensi praefuit, sapienter meminit Parociarum Hispanicarum, & in Epistola ad Ludifredum Cordubensem Episcopum. In Concilio Toletano IV. Can. xxxv. statuitur, Episcopum per cunctas Dioeceses, Parochias que

que suas per singulos annos ire oportere ;
exquirat, quo unaquaque Basilica in repar-
tionem sui indigeat. Cap. *Presbyter*, 2. Qua-
stione 5. ubi in Concilio Ilerdensi agitur de
purgatione Canonica Parœci, & in Concil-
io Toletano IX. Can. 11. Ecclesia Parochialis
diserte nostro more appellantur, & in Con-
cilio Cœsaraugustano, Canone iv. relato
Cap. *Communis Presbyter*, *De Confecr.* Dic.
4. & Can. 2. ita sanctum est : *Quadrage-*
marum diebus ab Ecclesiis non defint Fidel-
nec habitent latibula cubicularum, ac mo-
tium, qui in his suspicionibus perseverant,
sed exemplum, & preceptum custodianit S-
acerdotum, & ad alienas villas agendorum
conventuum caufa non conveniant. Ab u-
eris Episcopis dictum est. Anathema sit
hoc commiserit. Conventus istos Parochias
*esse, late probat Filesc. in Opusc. *De Qe-**
dragef. Tandem Parochias fuisse in ipsa Il-
beritana Diœcesi temporibus hujus Concilii
expressè probatar ex subscriptionibus Presy-
terorum, qui, ut supra retuli, Parochi era-
diverfarum Parochiarum, & late defendi
*Filescus, *De origine Paraciarum*, Cap.*
GONZALEZ.

Ut antiquitatem Ecclesiarum ab initio E
Christianæ , & præsertim in Hispania , ostendat Vir Cl. Mendoza , inter alia exemplum adhibet illud memorabilis Templi apud C
faraugultam erexit Deipara adhuc inter mortales agenti . Cujus rei traditionem ab innimeris fere Scriptoribus ex istituto stabilitate ipse hoc loco veluti certam ponit . Vide quod circa illam præmissimius occasione data in 1

perioribus Dissertatione ix. Excursu vii.
Nunc vero adjunge sis , quod postea ob-
servavimus . Cl. Vir Daniel de Nelli S. Cæ-
fareæ Majestatis Bibliothecarius , in Brevia-
rio , ac Supplemento Commentariorum Lam-
becianorum , sive Catalogo ms. Codicum
Bibliotheca Cæsareæ , edito Norimberga an-
no 1690. testatur Parte quinta , in Codice
tricesimo octavo a fol. 111. usque ad 126. ex-
tare eujusdam Anonymi Commentarium hi-
storicum de Imagine Beatissimæ Virginis Ma-
riae , quam S. Germanus Patriarcha Constan-
tinopolitanus , ex itinere suo e Hierosolymis
reportavit ex archetypo non manu facto ejus-
dem Deipara , tunc adhuc extante supra co-
lumnam Templi apud Lyddam , sive Diospo-
lin Palæstinæ , adificati ab Apostolis Peter &
Joanne , ac dicati eidem Deipara adhuc in
terræ versanti . Plurima quoque in eo Codice
narrantur mira de eadem Imagine .

Si autem ejusdem Anonymi narratio Fidei digna ponatur, profecto credibilior redditur illa vetus traditio Cæsaraugustana, & antiquissimus usus Ecclesiarum in Hispania a tempore S. Jacobi in ea prædicantis: quod fuit annis aliquot ante dormitionem Deipara Virginis.

anquit ante dominicum Deiparæ Virginis.
Eo vero semel statutio, credibile admodum est, primos illos Christianos apud Cæsaragustam venerantes Templum Sacratissimum Deiparæ erectum, frequenter illud adiisse orationis causa, nec unquam tribus Dominicis abfuisse; licet postea tepescente fere ore, id acciditerit in ea Ecclesia, aliisve Hispanie, ut in hoc Canone significatur.CARD.
DE AGUIRRE.

C A N O N X X I

De Catholicis in heresim transeuntibus, si non revertantur

Si quis de Catholica Ecclesia ad hæresim transitum fecerit, rursusque ad Ecclesiam recurrerit, placuit, huic poenitentiam non esse denegandam, eo quod cognoverit peccatum suum: qui etiam decem annis agat poenitentiam; cui post decem annos, praestari communio debet. Si vero infantes fuerint transducti, quod non suo vitio peccaverint, incunctanter recipi debent.

Anselminus hunc Canonem retulit, Lib. II. Cap. 128. & Penitentiale Romanum apud Antonium Augustinum, Tit. 7. Cap. 4.

CAPUT QUADRAGESIMUM SEPTIMUM

*Lapsis non modo paenitentiam non negasse Patres Illiberritanos,
sed manifeste indulserunt.*

A Litorum Canonum severitatem insigni pietate temperant nunc Hispani Patres, ne quis eos, ut nimis semper acres, & acerbos judicet. Decernunt enim, illos, qui, deferta Christianæ Religionis disciplina, in hæresim semel lapsi, postea tamen poenitentia du cū, ad Ecclesiæ pacem revertuntur, recipiendos, & ut primitam recipient sanitatem, a Epist. ad Novat. § 9 ad Antonianum. & Lib. de lapsis. pœnitentiae medicina purgandos. In quo tacite, immo expelle, antiquum evertunt errorem Novatiani, qui crudelitate, vel impietate potius singulari, semel lapsi, & ad Ecclesiam lacrymis, gemiti, & dolore pulsantibus (ut Cypriani verbis utar) Divinæ pietatis, b dñi profanare hæresi novit. & lenitatis paternæ solitaria, & subfida claudi volebat, nec ad fovenda vulnera admitti vulneratos, sed sine spe pacis, & communionis relictos, ad luporum rapinam, & diaboli prædam projici. Profanum hunc, & perniciosum errorem, quia satis docte confutarunt olim D. Cyprianus^a, Vincentius Lirinensis^b, Ambrosius^c, & ante hos Cornelius Papa in Syno^d Romana, de qua Eusebius^d: repetitam ejus impugnationem omittam; unius solum Tharalio^e Archiepiscopi Constantinopolitani auctoritate contentus: *Quemadmodum* (ait in T. II. D. 6. Cap. 15. a In Concil. Nic. A.D. 1. Luce 15.

50.

Concilio Niceno 11.) etiam in Evangelio ab ipsa Domini voce per parabolam de prodigo, & p̄ste p̄nitente, instruti sumus a Patre cælesti, recepto in calis. Gaudet enim supra hominem p̄nitentiam agentem: p̄nitentia enim insignis est armatura, magna salutis via, hospitii regni Calorum dispensatrix incorruptibilis, via dux, martyrisca a certani num̄ equiparatio, ad Deum viam indicans, & cum ipsi nos esse faciens, humani generis baculus, cedentium, & lapsorum surrectio. Beati, qui banc amplectuntur, huic adhærent, qui hanc exercent, cum Angelis vitam aqualem ducunt. Ab omni malo declinant, & bonum faciunt. P̄nitentia est columna, & familiaris dilectionis, eleemosynæ, jejunii, abstinentia, temperantia, probitatis, honestatis, mansuetudinis; & ut verum uno verbo dicam, hac omnia pollet p̄nitentia. Præclarum hanc ejus virtutem, & laudes, summique Dei nostri erga nos clementiam, & benignitatem (remittit enim, datque multo iucundius, ut ait Gregorius Nazianzenus, quam acceptent alii) Hispanos Patres probe agnoscere, & perspicue hoc Canone demonstrasse (tantum enim absuerunt ab errore contrario) non ambiget ille, qui ab his ipso Canone decretum animadverterit, lapsos resipescentes, peracta decem annorum p̄nitentia, quasi secundo quodam lacrymarum Baptismo tingi, ablui, tergi, mundari, & mundatos jam, ad sacram Ecclesiæ, & Eucharistie communionem admitti posse. Prius tamen, quam eidem reconciliarentur, antiquæ heresis errorem eosdem abjurasse crediderint, pollicitosque fuisse Catholicae Ecclesiæ unitatem in posterum observatores. Hoc enim antiquum esse in Ecclesiæ, ex Concilio Arelatensi 11. plane intelligimus, cujus omnes fere Canones, ab hoc Illiberritanō desumptos, superius indicavimus: Novatianum (ait) in communionem recipi non debere, nisi suscepta p̄nitentia incredulitatis præteritum damnet errorem. Idem paullo ante, Nicenū b: De eisdem Novatianis placuit Sancto Concilio, ut ordinentur, & sic maneat in Clero. Ante oīā autem banc habeant confessionem, quam per scripturam exigere oportet, ut fateantur, se communī consenserūt Catholica Ecclesiæ statuta observatores: idest, communicatores se, & bis, qui forte secundas nuptias experti sunt, vel bis, qui persecutionis tempore lapsi sunt, quibus tamē lapsi p̄nitentia modus, & tempus ascriptum est, ut in omnibus sequantur ea, qua in Ecclesiæ Catholica obseruantur. Idem ex Ephesina Synodo sub Theodozio Juniore, & Celestino Papa conitat. Epitola enim, quam miserunt Patres in ea coacti ad Neotorium hæreticum Episcopum Constantinopolitanum, hec habet: Non autem sufficit, vel tua religione tantummodo Fidei Symbolum confiteri, quod expositum est per idem tempus, Spiritu Sancto largiente, & venerando, ac magno Concilio apud Nicenū celebrato. Hoc enim non intellexisti, nec recte interpretatu es: quinimmo perverse, licet sano vocis eidem verba protuleris; sed consequens est etiam, jure jurando fateris te, quod anathematizes tua pullula, & profana d̄gma: sentias autem, & doceas, qua nos universi per Orientem, seu Occidentem Episcopi, & Magistri, Praefuleisque populorum credimus, & docemus. Similem formam abjurandi hæresim usurpatam a Berengario S. Mauriti Andegavenis Ecclesiæ Diacono, in Concilio Romano sub Nicolao II. legimus, apud illius Concilii Acta. Et ut Hispana non omittamus, antiquum extat Decretum a Martino Episcopo Bracarensi relatum, oblatum Concilio Lucensi, & confirmatum, expreſſa idipsum constitutione decernens: Si qui Episcopus, ait, sive alicujus Episcopi, Presbyter, aut Diaconus, in alicujus hæresis opinionem offendit, & ob hanc causam fuerit excommunicatus, nullus Episcopus eum in communionem recipiat, nisi prius in communi Concilio, porrectus Fidei libelli, satisfaciat omnibus, & ita liberam teneat suam purgationem. Hoc idem, & defidelibus laicis, si in aliqua hæresis opinione fuerint nominati &c. Hac etiam etate eandem prescribunt formam Catholicae Fidei vindices lapsis in hæresim, quam ad communionem, & pacem Ecclesiæ revertuntur. Nec errorem solum abjurare, & veram Catholicae Religionis doctrinam se in posterum amplexuros polliceri sat erat, ni proprio veritatis; & fidei chirographo, velut datis obſidibus, obstringerentur. Tertullianus & verutum hunc Ecclesiæ morem indicat, adversus Præream, his verbis: Denique caverat pristinum d̄ctor de emendatione sua, & manet chirographum apud Psychicos, apud quos tunc gesta res est.

COMENTARII NOVI.

P̄cipuum Episcoporum officium, & munus semper fuit, ut nonnisi Catholica, & vera Fides a sue Diocesos Fidelibus retineatur, cuius rei gratia veteres censuerunt, Episcopos in sua propria Diocesi legitimos, & ordinarios esse Fidei Inquisidores; ita ut si quid contra ejusdem Fidei Catholicae veritatem, & integritatem dictum, pronunciatum, scriptumve sit, id omne per se dijudicent, & condemnent. B. Ambrosius Epist. 2. ad Valentianum Aug. Si vel Scripturarum seriem Divinarum, vel vetera tempora retrahemus, quis est, qui abnuat, in causa Fidei Episcopos solere de Imperatoribus Christianis, non Imperatores de Episcopis, judicare? D. Bernardus, Epist. 189.

a Orat. in san-
ctum Iacobum.
P̄nitentiam
Baptismum la-
crymarum ve-
carunt obli-
Greg. Naz. in
Serm. De fan-
tis luminarib.
Epiphanius Lib. 5
et Greg. Ny. s.
Homil. ad eos,
quidam alios
iudicari.
b Can. 9.
c Can. 8.

Referatur hec
Acta ab Iouan.
P.z. Decr. Mtr.
10. & 4 Grat.
in L. Ego Be-
rengarius. De
Confess. Diff. 2.

d Advers. Pra-
xeam.

cultatem. Prior pars hujus sententiae habetur Capitul. Lib. 7. Cap. 36. Simile quiddam refertur Epitola Lucii P. R. Epitola 3. Felicis P. R. Epitola Marci P. R. ad Athanasium, & alios Episcopos Aegypti, quibus, & singulis eadem plane verba describuntur, Cap. 1. De præscript. L. 5. Cod. De summa Tri- nit. Unde etiam postquam sunt erecta Tribunalia Sanctæ Inquisitionis, Episcopi, ut Ordinarii Inquisidores habent suffragium decisum in omnibus cauſis Fidei, ut probant Filescus in Cap. 1. §. 5. De Offic. Ordin. Si- mancas, De Catholicis instit. Tit. 25. num. 1. Farinac. De hæresi. Quæst. 186. Molina, De instit. Tom. 6. Tract. 5. Diff. 28. num. 3. Castro-Palao in opere moral. Tract. 4. Diff. 8. Punct. 12. §. 1. num. 2. Santarelli. De hæ- retic. Cap. 41. Dub. 1. num. 5. Carena, De Offic. Inquisit. Lib. 4. §. 1. Pegna in Not. ad Symericum in Directorio, Quæst. 186. num. 56. Unde in præsentis recte Episcopi circa hæ- reticos tempus, & modum p̄nitentia, & communioni præscripterunt. Ajunt enim, ut si de Catholica Ecclesiæ ad hæresim transitum fecerint. Ubi notandum est, jam tertio saeculo Ecclesiæ, urgentibus, & pullulantibus hæ- retibus, ut certa quasi tellera Fidei, atque ap- pellatione discerneretur vera Ecclesia a falsa, & secerneretur veri, & puri fideles ab adulterinis, usitatam fuisse vocem Catholici, ita ut Ecclesia vera Catholica diceretur, Christianique puri Catholici appellarentur. Un- de in veteribus Conciliis, ut Episcopi Fide- les cognoscerentur, subscrivebant sub nomi- ne Episcoporum Catholicae Ecclesiæ. Sic in Africa Episcopi Catholici ab Episcopis Do- natilis distinguuntur, in Collatione Carthaginensis cum eis habita, ubi subscrivebant: Aurelius Carthaginensis Episcopus Ecclesiæ Ca- tholicae, Fortunianus Episcopus Ecclesiæ Catholicae: Alypius Episcopus Ecclesiæ Ca- tholicae. In Concilio Toletano 11. subscrivit Nibridius Agabrensis Ecclesiæ Catholicae. Notavit Filescus in Cap. Quoad sedem 10. §. 5. De Offic. Ordin. Unde Reges nostri His- panie, jam a temporibus Flavii Recaredi, abjurata a Gotthis hæresi Ariana, Titulo Catholicorum a Romana Ecclesia sunt decora- ti; ut late probat, hujus nomenclatura varias rationes adducens Valdes, De dignit. Reg. Cap. 13. a num. 16. Illam tamen ministerium proprium reticere non sinit, quæ in nostra nationis, Sanctæque Inquisitionis instituti laudem maxime tendit; eam verbis ipsi Cardinalis Baronii referam, qui Tom. 7. annalium fol. 468. ita Hispaniam commen- dar: Hoc plane sibi laudis vindicavit semper Ecclesia Catholica in Hispania, ut non ab erroribus tantum, sed a suspicionibus esse vñlerit suis immunes: quo factum est, ut & hoc ipso nostro sacculo cum longe, lateque facibus hæreticorum Orbis inflammaretur, ipsa illa perstiterit, recurrentibus summa celeritate Dei ministris: si vel tenuis suspicio scintillam, vel si non ignem, fumum saltum viderint latens ignis indicium, ipsi præcipue Catholico Rege super omnes in opus graviter incumbente.

Se iā nostri Conciliis Illiberini tempo- ribus cooperunt hæretici ambiere hoc Catholi-

corum nomen, & pertinaciter retinere, suamque Ecclesiæ præcipue Catholicam existi- mantes, & prædicanter. B. Augustinus Epitola 68. meminit Epitola ad Constantiū Imperatorem missa per Annulimum a Donati- stis cum hac inscriptione: *Libellus Ecclesiæ Catholicæ criminum Cæciliæ*, traditus a parte Majorini. Rem hanc plurimis locis attingit D. Augustinus tam contra Gauden- tium, quam Petilianum s quod cum animad- verterent Præsules vere Catholicæ, non se Catholicos simpliciter, sed Christianos Ca- tholicos appellati curaverunt. Concilium Laodicense, Can. xxxi. *Si tamen profitean- tur, Christianos se futuros esse, & Catholicos.* Agathense, Can. lxxii. ubi cum prohibetur Catholicis filias suas in Matrimoniū hæreticis tradere; additur: *Nisi se Christianos Catholicos futuros esse profitean- tur. Carthaginense III. Cahone xiiii. Ut Episcopi, vel Clerici in eos, qui Catholicæ Christiani non sunt, id est, qui sunt hæretici, licet consanguinei fuerint, aliquid rerum suarum, nec per donationes, nec per testamentum conferant. Africanum, Cano- ne 111. Ut Episcopi, & Presbyteri, & Diaconi non ordinentur prius, quam omnes, qui sunt in domo eorum, Christianos Catholicos futuros esse profitean- tur. Concilium Carthaginense IV. Can. xliiii. L. 2. Cod. Theodos. De Fide Ca- tholica: Christiani Catholicæ vocandi sunt, qui Religionem amplectuntur, quam Damas- fus P. R. & P. Alexandria Patriarcha se- quuntur. Filescus in dicto §. 5.*

Ab hac igitur Ecclesiæ Catholica ad hæ- resim transeuntes, & resipescentes, ad com- munionem esse admittendos, PP. edocent. Unde quantum abit hujus Concilii disciplina ab errore Novatiani, jam notavi supra in- Can. 1. Hæretici igitur p̄nitentibus com- munionem post longum tempus PP. concep- trunt, quibus consentiunt Innocentius Epit. 2. Cap. 8. *Venientes a Novatianis, vel Men- tentibus, per manus tantum impositionem accipiuntur; quia quavis ab hæreticis, tam in Christi nomine sunt baptizati; præter eos, qui forte a nobis ad illos transeuntes rebaptizati sunt. Hsi resipescentes, & ru- nam suam cogitantes, redire maluerint, sub longa p̄nitentia satisfactione admittendi sunt. Concilium Agathense, Can. LX. La- pisis, id est, qui in Catholica Fide baptizati sunt, si prævaricatione daramabili post in hæresim transferint, grandem redeundi dif- ficultatem sanxit antiquitas, quibus nos, an- vorum multitudine breviata, p̄nitentiam biennii conditione infra scripta observatio- nis imponimus, ut præscripto biennio, ter- tio die sine relaxatione jejunent, & Ecclesi- am studient frequentare, p̄nitentium la- cum standi, orandi bimilitatem ita noverint obseruantur, ut etiam ipsi, cum Catechumeni egredi commonentur, abscedant. Confi- tuto tempore admittantur ad Altarium; aut si noverint, Statuta præteriorum Ca- nonum implere debebunt. Concilium Aure- lianense IV. Can. viii. De his, qui post Ba- ptismi Sacramentum, ad hærem lapsum, carne suadente, descendunt, & agnoscentes reatum, ad unitatem Fidei Catholicae veni- re*

re desiderant, in Episcoporum potestate consistant, cum eos viderint dignam penitentiam agere, quando, vel quandiu communioni pristina reformatar. Ita tamen penitentiam concedunt PP. haereticis conversis, si reatum suum agnoverint, id est, haeresim abjuraverint, juxta veterem Ecclesie usum, quo haeretici non aliter reconciliabantur, quam abjurato prius proprio errore, Cap. Si quis. 42. Cap. In Ecclesia. 68. 1. Quæst. 1. Cap. Si qui, 8. Cap. Saluberrimum, Cap. Donatum, 1. Quæst. 7. Concil. Arelat. II. Can. ix. Novatianum in communionem recipi non debere, nisi suscepta penitentia incredulitatis preteritum damnet errorem. Laodicenum, Can. vii. Qui ex haeresi convertuntur Novatianorum, Photinianorum, aut Quatuordecimorum, aut Fideles, aut Catechumeni eorum, non ante suscipiantur, quam anathematizent omnem haeresim, eam præsertim, in qua erant; tunc vero, qui apud eos Fideles dicebantur, cum didicerint Fidei symbola, perunti sancto Christi mysteriis. Formam autem abjurationis jam a PP. Concilii Nicæni præscriptam legimus in Canone viii. relato a Mendoza hic; quam & sequentibus sacerulis observataam legimus temporibus Nicolai cum Berengario in Cap. Ego Berengarius, De Consecr. Dicit. 2. In Concilio Constantiensi cum Hieronymo de Praga Sess. 19. & nostris temporibus semper imponitur haereticis, vel de haeresi suspectis, de levi, aut vehementi, iuxta causam merita, ut late docent Pegna in Notis ad Symeric. Com. 40. & Par. 2. Tit. 12. per totum, Farinacius, De haeresi, Quæst. 194. Simancas, De Catholic. Tit. 1. Paramo, De origine Inquisit. L. 3. Q. 4 Castro-Palao 1. Par. Tract. 4. Disp. 7. Punct. 1. GONZALEZ.

Lapsis in haeresim, & redeuntibus in fidem Ecclesie Catholice, conceditur hoc loci actione penitentiae in decennium duratur.

Si vero infantes fuerint transducti, quod non suo vitio peccaverint, incunctanter recipi debent.

CAPUT QUADRAGESIMUM OCTAVUM.

Quando parentum culpa redundet in filios, quando non redundet. Expensus in eam rem Divus Cyprianus.

^a Lib. de lapsis
Cap. 3.

EA fuit olim quorundam potentum impietas, & insanitia, ut non solum se ipsos, sed filios infantes sacrificiis idolorum offerrent. D. Cyprianus^a: *Acne quid decesset ad criminis cumulum, infantes quoque parentum manibus vel impositi, vel attracti, amiserunt parvuli, quod in primo statim nativitatis exordio fuerant consecuti. Nam illi, cum judicis dies venerit, dicent: Nos nihil fecimus, nec derelicto cibo, & poculo Domini, ad profana contagia sponte properavimus; perdidit nos aliena perfidia, parentes sensimus parvicias. Illi nobis Ecclesiæ Matrem, illi Patrem Deum negaverunt, ut dum parvi, & improvidi, & tanti facinoris ignari per alios ad consortium criminum jungimur, aliena fraude caperemur. Si parentum ergo imperio, & auctoritate coacti infantes sacrificiis idolorum auctoritatem praestarent, incunctanter recipi placuit; quod non proprio, sed alieno vitio peccaserent. Cujus sceleris gravissimum reatum ira Deo displicuisse legimus, ut in ipsis infantibus non doctrina tantum, sed miraculis odium significaverit, exprederit, confirmaverit: Praesente, ac teste meipso, ait Cyprianus^b, accipite quod evenerit. Parentes forte fuzientes, dum trepide minus sibi consulunt, sub nutricis alimento parvulum filiam reliquerunt reliquam nutritrix detulit ad Magistratus. Illi ei apud id lumen quo populus confluens, quod carne non secundum posset edere per statem, panem mero mistum, quod tamen & ipsum de immolatione percuti supererat, tradiderunt. Recepit filiam postmodum mater. Sed facinus puella commissum tam loqui, & indicare non potuit, quam nec intelligere prius posuit, nec arcere.*

^b Idem in eod.

Ignoratione igitur obreptum est, ut sacrificiis nobis, eam secum mater inferret. Sed enim puella misera cum sanctis, precis nostra, & orationis impatiens, nunc plorata concutit, nunc mentis æstu cœpit fluctuabunda saltari, & velut tortore cogente, quibus poterat indicis conscientiam facit in simplicibus adhuc annis ruditis anima fatebatur. Voi vero solenibus adimpletis, Calicem Diaconus offerre præsentibus cœpit, & accipientibus ceteris, locus ejus advenit, faciem suam parvula in similitudine majestatis avertire, os labiis obturans antibus premere, Calicem recusare. Persestet tamen Diaconus, & relutans licet, de Sacramento Calicis infudit. Tunc sequitur singultus, & vomitus. In corpore, atque ore violato Eucharistia permanere non potuit, sanctificatas in Domini Sangine potus, de pollatis visceribus erupit, tanta est potestas Domini, tanta maiestas. Secreta tenebrarum sub ejus luce detecta sunt, Sacerdotem Dei nec occulta erima fellerunt. Hoc circa infantem, que ad eloquendum alienum circa se crimen nequam habuit statem. Haec Cyprianus. In quibus illud est difficile, quod in principio scriptis, pauculos recenter natos, oblatis idolis a parentibus, amissile quod in primo nativitatis exordio fuerant consequuti: cum ex eodem Cyprianos, & Decreto hujus Concilii constet, illud non proprium fuisse, nec esse potuisse, sed parentum peccatum, ad quos reatum vere, non ad filios esse referendum; & sic intelligendum Cyprianum, doctissimi & sanctissimi Augustini testimonio confirmabo. In Epistola a enim ad Bonifacium Episcopum, sic ait: Quando autem in parvulum maiores peccant, offerentes eum, atque obligare conantes demonum sacrilegii vinculis, non est anima utrorumque communis, at etiam culpam possunt habere communem. Non enim sic communicatur culpa per alterius voluntatem, quemadmodum communicatur gratia per Sancti Spiritus unitatem. Poteat enim & in hoc, & illo homine esse unus spiritus, etiam invicem nesciant, per quem sit utriusque gratia communis. Non autem potest spiritus hominis esse, & hujus, & illius, per quem, peccante altero, & altero non peccante, sit tamen culpa communis. Ac per hoc potest parvulus semel ex parentum carne generatus, Dei spiritu regenerari, ut ex illis obligatio contraria salvatur. Non potest autem semel Dei spiritu regeneratus ex parentum carne regenerari, ut obligatio, quæ soluta est, iterum contrabatur. Et ideo semel perceptam parvulus Christi gratiam non amittit, nisi propria impletate, si atavis accessu tam malus evaserit. Tunc enim etiam propria incipiet babere peccata, quæ non regeneratione auferantur, sed alia curatione suntentur. Verumtamen recte dicuntur parentes, vel quicumque maiores, filios, seu quoslibet parvulos baptizatos demoniorum sacrilegii obligare conantes spiritaliter homicidae. Nam in illis quidem interfectionem non faciunt, sed quantum in ipsis est, interfectores sunt. Recteque illis dicitur, quando ab hoc scelere prohibentur: nolite occidere parvulos vestros; dicit enim Apostolus: Spiritum nolite extinguere. Non quia ille extingui potest, sed quantum in ipsis est, extintores ejus merito dicuntur, qui sic agunt, ut extinctum velint. Isto sensu recte intelligi potest quod scripsit Beatus Cyprianus, qui tempore persecutionis idolis immolaverant, arguens. Ac ne quid deesset (inquit) ad criminis cumulum, infantes quoque parentum manibus impositi, vel attracti, amiserunt parvuli, quod in primo statim nativitatis exordio fuerant consecuti. Amiserunt, dixit, quantum attinuit ad illorum scelus, a quibus amittere coacti sunt: amiserunt in eorum mente, ac voluntate: qui in illos tantum facinus commiserunt. Nam si in seipsum amississent, remansissent utique divina sententia sine ulla defensione damnandi. Quod si Santos Cyprianus arbitraretur, nou eorum defensionem continuo subiiceret, dicens: Nonne illi, cum judicii dies venerit, dicunt: Nos nihil fecimus, nec derelicto cibo, & poculo Domini, ad profana contagia sponte properavimus. Perdidit nos aliena perfidia, parentes sensimus patricidas. Illi nobis Ecclesiæ Matrem, illi Patrem Deum negaverunt, ut dum parvi, & improvidi, & tanti facinoris ignari per alios ad consortium criminis jungimur, aliena fraude caperemur. Hanc defensionem non subnecsteret, nisi justissimam crederet, & in Dei iudicio parvulis profuturam; si enim vere dicitur: Nos nihil fecimus; anima qua non peccaverit, ipsa cui morietur? Nec illi peribunt sub Dei justo iudicio, quos parentes suo scelere, quantum ad se ipsos attinet, perdiderunt. Illud vero quod in eadem commemoratur Epistola, quandam parvulan turbatis in fugam parentibus, nutriti derelictam, atque ab eadem nutritrice demonum sacrilegii impactam, postea in Ecclesia illatam sibi Eucharistiam miris motibus respuisse; ideo mibi videtur divinitus factum, ne maiores putarent, nibil se in parvulos in illa iniquitate pecare; sed potius intelligerent, per illum significantem quodammodo gestum corporis eorum, qui loqui non poterant, semirabiliter admoneri, quid ipsi facere deberent, qui post tantum illud nefus Sacramentis salutaribus irruerant, unde se utique penitendo abstinere deberent. Nec cum tale aliquid divina providentia per infantulos agit, ipsos in agere scientia, vel ratione, credendum est. Negue enim, quia cuiusdam Prophete dementiam Deus voluit, etiam asina loquente, cervere, ideo admiranda est asinorum sapientia. Porro sicut per animal irrationalē sicut in aliqd homini simillimum, quod miraculo divino, non cordi asinno tribuendum sit; ita potuit Omnipotens per infantis animam, non ubi ratio nulla erat, sed, ubi adhuc sapientia erat, gestu corporis ejus ostendere, quid illi, qui, & in se, & in parvulos suos peccaverant, curare deberent. Ceterum cum infans non redeat in parentem, ne cum illo, & in illo anus homo sit, sed omnino alter sit, babens carnem suam, & animam suam: Anima qua peccaverit, ipsa morietur? Nec illud te moveat, quod quidam non ea fide ad Baptismum percipiendum parvulos fecerunt, ut gratia spirituali ad vitam regenerentur aeternam, sed quod eos putant hoc remedio temporalem retinere, vel recipere sanitatem. Non enim propterea illi non regenerantur, quia non ab ipsis hac intentione offeruntur. Celebrantur enim per eos necessaria ministeria. Filios autem, seu quoslibet parvulos daemionrum

rum sacrilegiis obligare conantes, spiritualiter sunt homicide. Nam in illis quidem interfessionem non faciunt, sed quantum in ipsis est, interfectores sunt, & recte illis dicitur, quando ab hoc scelere prohibentur: *Nolite occidere parvulos vestros.*

3 Conf. 67. Ap.

*b Conc. Carth.
III. can. 48.*

Par causia de infantibus ab hereticis baptizatis esse debet. Tametsi enim ab his baptizatos ad Clerum non esse promovendos, antiqua Apostolorum^a constitutione sit cautum; si tamen infants parentum errore ab hereticis baptizarentur, non esse ab Ordinibus repellendos, Africanus Epicopis^b placuit. Parentum igitur peccatum, cui nullum filii praetitere consensum, ad parentes credit auctores, non ad filios. Si autem filii in eorum voluntate acquiescant, ut culpe, sic & poena redduntur obnoxii. D. Augustinus quando, & quomodo, vel parentibus, vel majoribus obtemperandum sit, haec nos singulari eruditio doctrina: *Sed timeo, inquietus, ne offendam majorem.* Times prorsus, ne offendas majorem, & non times, ne offendas Deum? quid enim times, ne offendas majorem? vide, ne forte major sit isti, quem non timet offendere. Major est certe, non offendere. Hac tibi regula proponitur; nonne manifestum est, cum minime offendendum, qui major est ceteris? Discute nunc maiores tuos. Primi sunt tibi pater, & mater; si recte educantes, si in Christum nutrientes, audiendi in omnibus, obtemperandum eis in omni iustitione. Contra majorem si nihil jubeant, & serviant illis; quis est, inquis, major eo, qui me generavit? ille, qui te ipsum creavit; generat enim homo, creat Deus. Unde generat homo, neficit; quid generatus, neficit; ille, qui te vidit, ut faceret, antequam esset, quem fecit, certe major est pater tuo, major sit patria, & ipsis parentibus tuis, ut quidquid iussint parentes contra patriam, non audiatur; & quidquid iussit patria contra Deum, non audiatur. Hac Augustinus c.

*c Serm. 6. de
verbis Domini
in Evag. secu-
dani Matth.*

COMENTARII NOVI.

In hac posteriori Parte cavent PP. ne infantes traducti a parentibus ad haeresim tempore infancie, postea resipescentes cogantur ad penitentiam, seu abjurationem; sed cum non suo vitio peccaverint, incontinenter recipiantur. Infantes dicuntur, qui fandi potestatem non habent, sive, ut ait Theophil. in §. *Pupillus*. Initit. de V. D. qui adhuc lactantur, seu lactentibus paullo maiores sunt, L. 3. C. *Qui adnitti*. L. 1. §. *Sufficit*, ff. *De administr. rut.* & illorum. etas usque in septimum annum protrahitur, juxta textus in dicto §. *Sufficit*. L. In *sponsalibus*, ff. *De sponsalib.* L. *Si infanti*, 18. C. *De jur. delib.* Cap. unic. in princip. *De despons. impub.* Lib. 6. Istid. Lib. 11. Orig. Cap. a. Glott. verbo, *Perfectus*, in Proem. Lib. 6. & verbo, *Infans*, in Clement. unic. *De homic.* Menoch. *De arbitr.* Lib. 2. Cas. 57. Plaza, *De delict.* Lib. 1. Cap. 32. Farinacius in *Praxi*, Tom. 3. Q. 92. Num. 3. Circa impuberis autem, & pubertati proximos in haeresim prolapsos, penitentiamque efflagitantes, dubium est, an ut maiores, teneantur publice haeresim abjurare; & generaliter quoad alia delicta, initiori poena eos esse plectendos, docuerunt Gomez, Lib. 3. *Variar.* *De delict.* Cap. 1. Num. 55. Eymericus in *Director.* 1. P. Q. 7. & ibi Pegna *Comment.* 22. Sed quoad abjurationem, distinguendum est inter minores persistentes in haeresi usque ad adultam etatem, & penitentiam statim petentes. Priora poena ordi-

naria plectuntur, & abjurare debent; posteriores vero non ita, nisi in eis magna malitia compieratur. Probatur ex Concilio Tolentino celebrato tempore I. Gregorii LX. anno MCCCXVII. contra hereticos A. bigentes, & ex Concilio Biteniensi, Can. XXXI. quorum verba refert Pegna in *Direct.* 3. P. Comment. 40. Accedit, quia licet proximis paupertati sit capax aliorum delictorum, Cap. 1. ubi plura dabimus de delictis puerorum; tamen in haeresi, quae mente concipitur, & intellectu perficitur, non equalis capacitas attinetur, praeceps si a parentibus traducti sint, ut in hoc Canonе supponitur; quia tunc jam non tam ex proprio vitio, quam ex doctrina majorum deliquerunt, juxta illud Prudentii contra Symmachum, Lib. 1. Ut semel obdet pectora patrum vana superstitione, tener filius colit quidquid sibi parentes monstrant, & errorem cum laete bibit. Et licet Farinacius sibi contrariet, 3. P. *Prax. crimin.* Q. 92. Num. 185. generaliter docetur, in delictis spiritualibus nullam admitti propter etatem poena temptationem, motus auctoritate textus in Cap. fin. *De judicis*, Lib. 6. qui si recte perpendatur, tantum probat in judiciis spiritualibus minorem pro majori haberet ad hoc, ut per se posse in iudicio comparere, ut recte terrum illum accipiunt Covarruvias, Libro 1. *Variarum* Capite 5. Num. 8. Castillo, Tom. 8. *De aliamentis*, Libro 8. Capite 23. Numero 6. GONZALEZ.

C A N O N XXIII.

De temporibus jejuniorum.

Jejunia, seu abstinentias per singulos menses placuit celebrari; exceptis diebus duorum mensium, Julii, & Augusti, ob eorundem infirmitatem.

I Vo P. 4. *Decret.* Cap. 2. paullo aliter: *Jejunia, seu abstinentias per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium, Julio & Augusto;* & hoc ob eorundem infirmitatem. Codex ms. S. Amiliani in Coenobio Regio D. Laurentii: *Jejunia superpositiones per singulos menses placuit celebrari, exceptis diebus duorum mensium,* fu-

Julio & Augusto, ob quorundam infirmitatem. Sed editorum Codicum, & Iwonis lectio nem magis probo: nam jejunia haec non ob hominum quorundam infirmitatem, sed ob antivitos, & infensos eorundem mensium calores tolluntur, ut mox dicemus.

CAPUT QUADRAGESIMUM NONUM.

Quid abstinentia, quid jejunium, & qui jejunii fructus.

Abstinentias olim vocabant jejunia; non quod abstinence quaecumque jejunium sit, ut heretici nostri temporis hallucinantur, dicentes, idem est jejunare, quod sobrie naturae convenienter vivere: quod sane est vanissimum, & a sacrarum literarum sensu maxime alienum. Certum namque est, abstinentiam, aequa ac temperantiam, eos omnes, qui naturae lege vivere volunt, ad sui observationem perpetuo obstringere: siquidem, ut nulli unquam fas est vivere intemperanter, ita nulli unquam licet admittere quod cum vera abstinentia pugnet. Bibere enim, vel comedere plusquam recta ratio dictat, vel naturae necessitas postulat, nunquam licet: at vero jejunii leges, neque obligant omnes, neque semper, sed suo tempore, & loco tantum. Quis enim dubitat, Christum nostra Religionis Autorem, ejusque Sanctos Apostolos, & Discipulos, sobrie, naturaeque convenienter, vixisse semper, tamen jejunasse, fatendum non est, cum jejunii tempora ab illis observata, prescripta videamus, & reliqua omisa. Quare rogantibus Discipulis Joanni: *Quare nos, &*

Matth. 9.

Numquid possunt filii Sponsi lugere, quandiu cum illis est Sponsus? Venient autem dies, quando auferetur ab eis Sponsus, & tunc jejunabunt. At abstinentia nomen latius patet quam jejunii. Abstinent a cibo aegri, quod illum fastidiant, inopes quod careant, avari quod illum emere recusant, gulæ, & ventri dediti, ut majori aviditate, & voluptate postea liguriant; hypocrita, ut sanctimonio laudem apud imperitam plebeum alicupentur: illos tamen jejunare in nullius, nisi insani, mentem venire potest. Quod si de studiosorum actibus solum disputatio suscipiatur, responsio occurrit, abstineret etiam eos, qui famem in die, bis, aut ter explet, tolerant vero, & sine merito, saepissime. Et quod de aribus dicimus, ad tempus & ciborum delectum accommodari etiam potest. Vocabant ergo olim jejunia abstinentias, quod diebus jejunii ab omni delicatio cibo, & actu intemperante, & incoerente abstinenere Christiani deberent, juxta illud Origenis a: *Quando jejunamus, o viri, abstineamus nos, ut non gustemus carnem, nec vinum, nec superflua eas.* Et illud Basilius b: *Carnes non edis, sed comedis fratrem tuum; a vino abstine, sed ab injuriis tibi non temperas.* Temperantiam enim partem etiam abstinentia coniat. Pertinet enim temperantia ad eas voluptates, quas tactus, gustusque progenit, communes ceteris animalibus, ut Aristotelei c placent. Abstinentia vero ad alias etiam extenditur. Hi enim, qui vel fabulis, vel histriorum cantu delectantur, quod ad auditum pertinet, vel his rebus gaudent, quas visu percipiuntur, ut coloribus, figuris, vel pictura, vel rosarium, florum, vel unguentorum odoribus capiuntur, quod ad odoratum spectat: & hi omnibus virtutis studio abstinent, temperantes dici non possunt, ut Aristoteles docet: dici tamen possunt abstinentes. Quam virtutem eandem esse putant cum ea, quae continentia dicta est a Aristotele d: nam de virtute abstinentiae hoc nomine nuncupata, ipsum, & reliquos morales Philosophos meminisse, non video. Quare eorum sententiam non probo, qui temperantiam proprie e. e. volunt, quum quis abstinet a nocivis, necessariis contentus: abstinentiam vero tantum, quum quis abstinet a necessariis: nam abstinentia fructum illum percepit, qui lege jejunii contentus, nihil de necessariis sustulerit, quis jure diffitebitur? In his igitur (sive jejunia) voces, sive abstinentias, nomina rerum nihil iam moror adeo se exercebant primitiva Ecclesiastici Patres, exercecerique volebant reliquos Christi imitatores, ut non eos tantum, qui secundum Ecclesiastici judicis arbitrium, privata, vel publica penitentia lege devincti jejunare tenebantur; sed & eos quoque, qui nihil poena dignum admiserant, ad jejunii observationem excitarent. Nec immrito; nam inter ea quae homines ad peccandum majori stimulo provocant, carnis concupiscentia est. Quo enim carnis sensus homini jam ab incunata etate est familiarior (exortus enim est una cum eo, & ad extremum vitæ spiritum materiam praetulat, quo nutritur) eo ad allicendum magis, ad debellandum, & obtinendum de ipso victoriæ potentior est. Iccircum maiores nostri ad refranandom hanc carnis vim, & perulantiam, multa prudenter, pie, & sancte excogitarunt. Voluerunt enim nocturnis vigiliis vestiti aspero, castigatione verberum, externo corporis labore, carnis sensum coerceri. Sed cum multo majorem virtutem jejunio & abstinentia inesse experimentis multis agnoverint, jejunium semper tanquam firmissimum adversus diaboli, carnisque insultus praesidium elegerunt, in primaque acie semper colloca- runt. Eo consilio Quadragesima jejunium instituerunt; primo, ut maculas, quas reliquo anni tempore contraxerant, jejunii penitentia his diebus eluerent; tum ut quasi decimas totius anni Ancori vita, qua fruimur, redderemus, ut docuit Beatus Gregorius e. Nec eo factum satis maiores nostri putarunt, sed cum viderent vita nostra momenta, non solum per annos integros, sed per menses interdum decurrere, dodecim menses, quibus annus solaris constituitur, in quatuor partes tribuerunt, singulisque earum jejunia (qua de cauda quadratur temporum vocant) triduana præfixerunt: ut gratias Deo redemeremus pro præterito trimestri spatio, quod illo nos, nolitraque pro sua clementia prospere tutari dignatus sit; & ob expiationem eorum delictorum, quae illis mensibus, vel ignorantia, vel malitia admi-

*a Lib. 3. in Job.
b Homil. 1. De
jejunio.*

*c 3. Ethic. Cap.
10.*

*d L. 7. Ethic.
Cap. 1. § 2.*

To. II.

*e Hom. 16. in
Evang.*

E c simus;

sumus 3. & ut proponemus ineuntibus singulis illis quatuor anni temporibus (indicuntur jejunia circa præcipias anni versiones , quas solitaria , & aequinoctia vocant) actiones nostras , studia , & cogitationes divinae voluntatis ariostrio moderari . Et quia interdum vita nostra multis , & frequentibus remedis indiget ; ideo non trimentre illud expectandum voluerunt , sed aliud magis opportunum excogitarunt . Singulis enim mensibus voluerunt ab Episcopis aliquot dies jejuniis præscribi : quot autem illi esse deberent , & quando , eorundem Episcoporum judicio placuit reservari . Nec menses solum agi noluerunt sine jejunio , sed nec hebdomadas ipsas , sive septimanas : harum enim singulis diem unum ademerunt , sextam scilicet Feriam , quam diem Veneris vocant : huic autem Hispani alterum singulare religione jejuno consecrarunt Sabbathum scilicet . Qui præstantius vita institutum sequebantur , quartam etiam Feriam adjiciebant ; nec his contenti alii , omnes dies jejunio celebres cultodiebant ; alii autem nihil se promeruit putabant , si his diebus jejuniū , ut reliqui , vel siccorum esu agerent ; quare vix sexto die alimento minus necessario reficebantur , sicut cicadae rore viventes , & canticis inediā compensantes , ut Philo a scriptis : *Temperantia* (inquit) tanquam fundamento in anima iacto , virtutes ceteras superstruuntur . Nec cibum , nec potum quisquam sumit ante solis occasum . Nonnulli ex illis vix tertio quoque die famem sentiunt . Nec defunt qui prælato excepti sapientia epulo , perdurant duplum ejus temporis , & vix sexto die degustant cibum necessarium , assueti sicut cicadae rore vivere , & canticis silari inediā . Hæc ille de Christianis Alexandrinis , Marci , primi Civitatis illius Episcopi Discipulis ; & verosimile est , alii Civitatibus , & locis idem præstissime alios . His autem liberis jejuniis omissis , quæ ad perstringendam hujus seculi cœcitatatem tantum delibavimus , ut ea cum maxima laude , & merito suscipiuntur ; sic etiam circa ultimam noxam prætermitti possunt : necessaria vero , id est , illa quæ a Præpositis Ecclesiæ in vim præcepti præscribuntur , citra cauſam necessariam omiti sine culpa non possunt : qualia illo tempore judico ea jejunia , quæ singulis mensibus ab Episcopis præscribantur . Feruenti primitivæ Ecclesiæ devotione multa ab Episcopis indicta fuerunt majori severitate jejunia , communī populi usu , consensuque recepta , quæ post aliquot secula , connivētibus hūdem etiam Episcopis , in usu esse deferunt , & ex necessariis libera facta sunt : jam enim iustissimum Canonis hujus præceptum , pro consilio hac etate accipiendum observo , ni Superiorum accedat auctoritas .

COMMENTARII NOVI.

Jejuniorum superstitiones .] Jejunium vocatur *superstitionis* , ut paret ei indicatio Penitentia , & infra Cap . 26. errorum placuit corrigi , ut omni Sabbathi die superpositione celebremus . LOAISA .

Jejuniorum superpositiones .] Jejunia superponere , est jejuna de novo imponere , & indicere : quæ fuerint illa jejunia , quæ singulis mensibus , præter itationes Feriarum , & Sabbathi , superimposita essent in Hispania , non facile est dicere , cum ea peculiari quadam Legi , & consuetudine celebrarentur in illa Provincia . ALBASPLÆUS .

Jejunii observationem quis non prædicavit ? quis meritum , & ejus virtutem non commendavit ? nullum specialiter induco , immo omnes certatum produco . Sufficiunt encodia D. Ambroſi , Lib . De Elia , & jejuniis . Cap . 3. ubi ait : *Quid jejunium , nisi substantia cœlestis , vita Angelorum , radix gratia , & fundamentum castitatis ?* Unde quod op̄pugnatores in Ecclesia non habuit , qui illud irridebant , aut velante damnabant ? quos docebat refellunt Cairo Lib . aduersus heres , verbo , *Jejunium* . Bellarminus , Tom . 3. De bonis operib . Tertullianus , De jejun . Jejunium , licet metaphorice pro abstinencia a culpis , & vitiis accipiatur apud Iſatam , Cap . 58. ibi : *Nonne hoc est magis jejunium , quod elegi , diff' lvi colligationes impietatis ?* D. Hieronymus super Mattheum , Cap . 7. *Jejunium* , inquit , est non solum ab escis , sed a cunctis illecebribus abstinere . D. Augustus in Evangel . Lib . 2. Quæ t . 18. *Sacra Scriptura* docet jejunium non a concupiscentia ciborum tantum sed ab omnibz latitudine temporalium delectationum . Beda in Lucam : *Jejunium generale est , non solum ab escis , sed a cunctis*

illecebribus abstinere carnalibus . Tamen in Jure nostro accipitur pro abstinencia a cibo , juxta diffinitionem Isidori , ibi : *Jejunium est parcimonia vittus , abstinentiaque ciborum .* Olim tamen primis florentis Ecclesiæ temporibus jejunantes non solum a cibo , sed a potu abstinuit , virgineque salivam jejuniis constituto spatio continuo , constat ex Tertulliano , Lib . De jejun . Cap . 6. *Ip̄sa natura enunciavit , qualem nos arte pabalum , & potum in virgine adhuc saliva exhibere consuevit .* Unde legimus in Actiōis S. Fructuosi Martyris , quod cum ei poculum fratres offerrent , quo Martyr recrearetur , constanter , cum jejunasset , illud recusaſe , Prudentius :

Jejunamus , ait , recuso potum . Nondum nona diem refusit horam .

Observavit Georgius Ambian . ad Tertullianum , De jejun . Cap . 10. Observ . 4.

Circa originem jejuniis , & abstinētia , aliqui ab ipsorum Protoplastarum ortu illud repetunt , dum ipsi in deliciarum hortis primum collocatis ex ligno scientia boni , & malii , Dominus , ne comedenter , præcepit . Basilius , Serm . 1. De jejun . Hoc tamen potius ad abstinētiam , quam ad jejunium pertinet ; sed ubi populus Iudaicus post diluvium congregari coepit , varia jejunia obseruavit , alia communia , seu publica , alia privata . Communia duplice modo , aut stata , aut extraordinaria , quæ ob minantem calamitatem indubitatebantur . De prioribus intelligitur illud Zacharie S. vers . 19. ubi referuntur quartus jejunia , videlicet quarti , quinti , septimi , & decimi mensis , quæ servabantur a Judæis , ut docent D. Hieronymus , & Rupertus in eum locum , Tornicellus anno MMLXIX . Num . 42.

Extraordinariorum exempla sunt Lib . 2. Paralip . Cap . 20. ubi Josaphat Rex indixit jejunium universo populo , quando Moabites veniebant contra illum ; & Lib . 1. Esdras . Cap . 21. ubi Esdras illud indixit pro felicitate itineris , quando ex consensu Regis Artaxerxes e Civitate Babylonica profectus est in Hierusalem , & Cap . 20. & 26. Judic . Lib . 2. Reg . Cap . 7. Judith . Cap . 4. & 8. Hiernia , Cap . 38. Privata jejunia dicebantur , quæ quis ex propria devotione , aut Dei inspiratione asseverabat . Sic Moyses Legem accepturnus , jejunavit per quadraginta dies , Cap . 34. Exodi , vers . 28. & Elias fugiens persecutionem Jezabelis jejunavit totidem diebus , Lib . 3. Reg . Cap . 19. Neque apud Gentiles deest hujus ineditio exemplum ; nam Imperator Nerva abstinētia vitam finivit , ut testatur Dio Cassius , Lib . 58. Sed ut ad Legem gratia perverniamus , maxime Dominus commendavit jejunium exemplo , jejunando per quadraginta dies , & quadraginta noctes , Matthæi Cap . 4. vers . 20. ejus efficaciam docendo , Matth . Cap . 17. illis verbis : *Hoc genus demoniorum non ejicitur , nisi per orationem , & jejunium .* Et etiam prædicando post ejus mortem Discipulos jejunaturos fore , Matthæi Cap . 9. vers . 15. & in aliis casibus expensis a Tertulliano , De jejun . Cap . 7. & 8. Unde licet speciale non adsit præceptum Legis Divinae circa modum , & tempus jejunii , tamen in genere iustum esse , docet Augustinus in Epistola 86. ad Caſulanum : *Ego , inquit , in Evangelicis , & Apostolicis Literis , totoque Instrumento , quod appellatur Testamentum novum , animo id revolvens , video , præceptum esse jejunium ; quibus autem diebus non oportet jejunare , & quibus oporteat , præcepto Domini , vel Apostolorum , non invenio diffinitum .* Sanctus Leo Serm . 4. De jejun . Probat Bellarm . ubi supra , Cap . 7. Quare Ecclesia , quæ alia præcepta generalia , ut Comunionis , & Penitentia , determinavit , ita etiam indixit certis anni temporibus jejunium Fidelibus ad macerationem corporis , juxta illud Pauli , 1. ad Corinth . Cap . 9. *Castigo corpus meum , & in servitatem redigo .* Quæ verba de jejunio accipiunt Chrysostomus , & Theophilactus ; præcipue quia per jejunia disponitur animus ad orationem , & rerum Cœlestium contemplationem , atque ad colendum Deum . Concilium Nicenum , Canone v. Tertullianus de resurrect . *Sacrificia Deo grata , dico jejunia , & ad satisfaciendum pro peccatis .* Ut probat Card . Bellarminus , ubi supra Capite 11.

Itaque jam a temporibus Apostolorum legimus in Ecclesia jejunia certis temporibus imperata , aliaque postea ab eorum Successoribus indicta , ut jejunium Quadragesimæ , de quo aliqua adduxi in Cap . Cappellanus , De Feriis quatuor temporum . De quo nonnulla notavi in Cap . Dilectus , De tempor . Ordin . Sabbathi , de quo infra in Can . xxvi . late agemus ; & in qualibet hebdomada jejunium quartæ , & sextæ Feriarum , quod a temporibus Apostolorum jam observari patet ex Can . LXXII . Apol . ejusque meminerunt S. Ignatius ad Philipp . Epist . 8. Tertull . De

jejun . Cap . 14. Cur Stationibus quartam , & sextam Sabbathi dicamus ? Epiphanius in Compend . Fidei , Aug . Epist . 68. Isidorus Lib . 1. De Offic . Eccles . Cap . 42. Origenes , Hom . 10. in Levit . Quorum verba referunt Bellarminus supra Cap . 17. Gazæus in Not . ad Cassian . Lib . 5. Cap . 24. Gothofred . in Differt . Philostorg . Lib . 10. Cap . 12. & hoc jejunium fuisse præceptum , non autem persuasum , ut voluit Bellarminus , constat ex dicto Can . LXXII . ubi æqualiter punitur qui Quadragesimæ , quam qui quartæ , & sextæ Feriarum jejunio solverit ex Canone III . S. P. Martyris Episcopi Alexandrini : *Non reprehendat nos quisquam quartam , & sextam Feriarum observantes ; quia nobis jejunare secundum traditionem præceptum est .* Ex Cap . Jejunia , De Consecrat . Dist . 3. *Jejunia sunt legitima , id est , quarta , & sexta Feriarum , non sunt solvenda , nisi grandis aliqua necessitas interveniat .* Huius jejunii indictionis rationem reddit D. Augustinus dicta Epistola 68. ad Caſulanum . *Cur autem quarta , & sexta maxime jejunet Ecclesia , illa ratio reddi videtur , quod , considerato Evangelio , ipsa quarta Sabbathi , quam vulgo quartam Feriam vocant , concilium reperitur ad occidendum Dominum fecisse Iudeos . Deinde traditus est ea nocte , quæ iam ad sextam Sabbathi , quæ dies Passiani est . Concile Appollon . dicto Cap . Jejunia : Quia quartæ Feria Iudas de traditione Domini cogitavit , & sexta Feria crucifixus est Salvator . Illustrant Bellarm . & Gothofred . supra , Benedictus Heftenus , Disquisit . Monastic . Tract . 7. Disquisit . 1. Sed potea frigescente Disciplina Ecclesiastica , jejunium quartæ Feriarum penitus abolitum fuit ; sextæ autem Feriarum imperfectum tantum remansit , hoc est , abstinētia a carnibus . Unde constat , temporibus hujus Concilii non solum singulis mensibus , verum & septimanis jejunia a Fidelibus observari . GONZALEZ .*

Non ita severi , aut rigidi fuerunt PP. Eliberitani , ac nonnulli volunt , sive ita ut omnem humanitatem exuerent . Hanc enim satiis ostendunt , dum in præsenti Canone ita jubent , jejunia per singulos menses celebrari , ut excipient Julianum , & Augustum , faltem a frequentia , aut immediata continuatione jejuniorum . Id postea explanabitur Capite 49. seq . Nimicrum , adhuc in medio fervore disciplina Ecclesiastica , & austerioris miræ . Quæ nobis nimium delicatis hororem simul , & erubescientiam excitat) nolebant humanam naturam interimerre , sed corrigerere a vitiis ; nec destruere , sed sanare a morbis animæ per immoderantiam contractis . In eum vero finem ita præscribent jejunia per singulos anni menses , ut tamen pauciora essent Julio , & Augusto ; quem calor vehemens nonnihil amplius alimenti exigit , vel maiorem eius continuationem , quam alio quovis tempore anni .

Sane si quemadmodum nostris temporibus Latini jejunare solemus , ita tunc fieret , nullatenus PP. Eliberitani indulgerent aliquid mensibus Julio , & Augusto . Tam enim facilia sunt jejunia hodierna , ut absque gravi molestia tolerari possint a quibuslibet ho-

minibus, saltom mediocriter temperatis, etiam aestivo tempore, & sepius in hebdomada. Exceptis enim carnis, & que inde procedunt, veluti lacte, & ovis &c. tot alia super sunt pilicium, ferculorum, leguminum, herbarum, & condimentorum, ac fructuum genera permitta ad unicum prandium, ut possint plene consulere necessitatibus, & molestiam famis expellere.

Olim autem quaelibet jejunia asperrima erant, & quae adhuc interpolata, vix in aestate poterant tolerari. Abstinebatur enim ab esu carnium ita, ut earum nomine etiam pices intelligerentur, sive generatin omne mactabile, tum præterea ova, caseum, & vinum. Unde in Synodo Trullana, Candide LVI. dicitur: *Nostri itarebant deinde, cuius arietem, utrumque ruris, utrumque deinde, utrumque ruris. Jejunium perficere oportet, & absinere, quemadmodum ab omni mactabili, sive ab ovo, & caseo.* Eodem sensu Sanctus Basilios, Homilia 1. de Jejuno: *Carnes non edis, vino abstines, vesperam expectas, ut cibum capias.* Similiter Theophilus Alexandrinus Episcopus in Epistola Paschali ad Eccl. Egypti ait: *Qui Legum præcepta cu-*

scidunt, ignorant vinum in jejuniis, & carnium esum repudiant.

Præsertim vero in Quadragesima integræ servabatur xerophagia, id est, aridorum victimæ dumtaxat. Unde in Canone Laodiceo dicitur: *Δέ τάσαν τε βοσκουσσν οντεύειν, ξηροφαγεύειν.* Oportet, toram Quadragesimam jejunare, aridis vescentes. Nec solum Graeci, sed & Latini aridis dumtaxat vescebantur, te. te Tertulliano in Libro adversus Pscynicos dicente: *Xerophagiam observamus, siccantes cibum ab omni carne, ab omni juralentia, & humilioribus quibuscumque promis, ne quid vino statis, vel edamus, vel potemus.* Soli fere Orientales aspernum jejunandi ritum usquemodo retinent, qualis antea fuit, & præterea Aethiopes, in hoc cere laudandi; ut proinde non levem noram incurrerint aliquot Missionarii volentes exitpare eam consuetudinem, quam Sancta Romana Ecclesia nunquam improbabavit, sed potius laudavit semper in quibuslibet Orientalibus, & laudat modo; immo in omnibus iis, qui adeo rigide jejunare volunt.

CARD. DE AGUIRRE.

Exceptis diebus duorum mensium, Julii & Augusti, ob eorundem infirmitatem.

C A P U T Q U I N Q U A G E S I M U M.

Cur his duobus mensibus jejunia sublata.

u CAN. 13. ¶ C. 42. Reg. **U**t rebellantem spiritui carnem jejunio, & abstinentia serio edomari cupiunt Ecclesiæ Præfecti, sic corporum saluti, & incolumenti prudenter studient, & suaviter provideri; mortem enim peccatorum, vel adversam valetudinem nolunt, sed ut diu vivant, & ad Dominum ex animo convertantur. Iccirco menses duos, quos ferventes Bætica Pro vincie calores, febrium æltibus, & aliorum morborum infectos reddunt, & periculo obnoxios liberos decreverunt lege jejunii; ne si nimis illis mensibus ablinerent, immodica caloris vi resolverentur, & ea inedia flaccescentes, ad ferenda jejunia mensium reliquorum redde-rentur imbecilliores. Non dissimilem contumacionem talis Gallia in Concilio Turonensi 11. in jejunis Monachorum observandam. Cum enim ea frigidior sit ob majorem solis recedum (Septentrioni enim octo, vel novem gradibus propinquior est) solum Augustum mensim, diversi tamen redditæ ratione, a lege jejunii exemerunt, eti illos, qui Julio mente infirmari coepit, eodem beneficio fructuros declaraverint. Concilii Turonensis verba haec sunt: *De jejunis vero, antiqua a Monachis instituta serventur, ut de Pascha usque ad Quinquaginam, exceptis Rogationibus, omni die fratibus prandium preparetur; post Quinquaginam, s. la hebdomada exæcta jejunant secunda, & quarta, & sexta d' e; exceptis his, qui aliqua infirmitate constricti sunt; in Augusto, quia quotidie Missa Sanctorum sunt, prandium habebant (Missas Sanctorum, & festiva eorum solennia jejunii libera, non sine ratione, voluerunt) Septembri toto, & Novembri, scilicet prius dictum est, ter in septimana. Voluerunt ergo eos, qui Julio mente infirmari coepit, lege jejunii non obstringi: sanos autem toto mense Augusto ob Sanctorum festivitates in ipso celebrandas: quarum nomina fortasse in eundem rejecerunt, ut jejunii severitatem in reliquis observantes, Augusti iniquitatem inservientes posset commodius relaxare. Eadem pietatis consideratione, quartam, & sextam Feriam jejunio Monachorum consecratas a Divo Benedicto b, ipse tota æitate, cum nimii es-senti calores, legibus solvit,*

In Oriente etiam jejunium Augusti mensis interdictum fuisse a Synodo Constantinopolitana, confit ex 111. Questione Monachorum ad eandem Synodum tempore Nicolai Patriarchæ Constantinopolitanæ. Questionis verba cum interpretatione Balsamonis recitabo, ut compertum habeant antiquitatum studiosi, qua de jejunio hujus mensis observavit vetutatis.

An oporteat jejunium in Augusti, perageret? Resp. Erat prius in hoc tempore jejunium, sed translatum est, ne cum Gentiliis, quæ b. c. tempore fiebant, jejunii incidenter. Sed tamen adhuc multi homines hoc jejunium jejunant.

BALSAM. *De hoc jejunio aliquando quæsumus est coram potenti, & sancto nostro Domino, & Imperatore, præsente Sanctissimo illo Patriarcha Domino Luca, & qui cum eo inventi sunt, Antiphitibus. Et nonnulli quidem dicebant, non debere nos jejunare propter translationem, quæ in responsione declaratur. Alii autem contra dicebant, quod, quoniam*

sancta Synodus dicit absque illa dubitatione jejunium fuisse prius hoc tempore, sed fuisse translatum; non declaratur autem, ubi, & quomodo translatio facta sit, debemus necessaria jejunare. Patriarcha autem, & Antiphites pronunciarunt, esse inexcusabile jejunium Augusti mensis: & ad dicti sui comprobationem etiam unionis decisione utebantur, qua tractat, trigamos ter in anno esse Sacramentorum participes, scilicet in Paschate, in festo Dormitionis sanctissima Deiparæ, & in Nativitate Domini nostri Jesu Christi: eo quod in eis præcederet jejunium, & ejus utilitas. Quibusdam autem tunc quoque abitantibus, quid nusquam inveniretur præscripta ejus jejunii dierum quantitas, dicit ipse sanctissimus Patriarcha, quod cum dies bujus, & illius, quod ante Christi Natalem fit, jejunii non declarantur ab illa Scriptura, cogimur sequi non scriptam Ecclesiasticam traditionem, & debemus jejunare a primo die Augusti, & a XIV. mensis Novembri. Sin autem propter corporalem imbecillitatem id solvere cogamur, Episcopali permissione dies declarati in Augustum redigentur: nam hoc quoque placuit ex non scripta Ecclesiastica traditione. Et hac quidem aliquando dicta sunt. Ego autem cum postea considerass, undenam, & quomodo hæc duo jejunia tradita sunt, scilicet Dormitionis sanctæ Deiparæ, & Nativitatis Jesu Christi & Dei nostri, ac etiam jejunium, quod fit ante festum Santorum Apostolorum, & jejunium ante Transfigurationem: & an necessario debeamus hæc jejunare, & quot diebus dico, hoc quidem festorum jejunium esse inexcusabile; ejus autem dierum quantitatem non esse numero in omnibus æqualem, ut est in magna Quadragesima, sed ante septem quidem dies uniuscujusque horum festorum, omnes fidèles, laici scilicet, & Monachi, coguntur jejunare inexcusabiliter, & qui non ita faciunt, ab orthodoxorum Christianorum communione alienantur.

Hæc olim in Oriente & Occidente jejuniorum Julii & Augusti observatio, quam hodie Catholica, vel Hispanica Ecclesia non retinet; in Julio enim abstinentia lex indicata est vigilie Sancti Jacobi: in Augusto vigilie D. Laurentii, Bartholomai, & Assumptionis; & si quæ alia, aut Superiorum præcepta, aut Fidelium temperantia induixerit, vel devotio.

C O M M E N T A R I I N O V I.

¶ **C** Ense, attento exemplari ms. antiquissimo S. Amiliani, quo usus fuit D. Loaisa, non esse legendum: *jejunia, seu abstinentias*, ut pleraque alia habent, fed: *jejuniorum superpositiones*; id est, jejunia superaddita. Sic certe postea Can. xxvi. injungitur die Sabbathi *superpositio jejunii*. Nimurum facta communibus quartæ, & sextæ Feriæ; non enim PP. Eliberitani adeo tenaces austerioris & disciplinæ Ecclesiasticae, ausi fuissent auferre, aut minus probare jejunia mensium Julii, & Augusti, ob eorum infirmitatem, sive qualitatem adustam. Ecclesia enim, tam Latina, quam Graeca a tempore Apostolorum eousque, & multis saeculis postea, singulis hebdomadis cuiuslibet mensis, saltem post Pentecosten, quartæ, & sexta ut minimum Feria, jejunium servare solita fuit, absque illa mensium distinctione. Quare hoc loco non dispensatur in jejunis quartæ, & sextæ Feriæ Julii & Augusti; sed solum veterant illorum superpositiones, sive additiones, quas Episcopi facere solebant, quoniam si jejunia illis mensibus essent plura, aut continuata, sub ardore solis, & præsertim in Bætica, possent absurde humidum, quod radicale vocant, & febres acutæ, ac morbos exitiales corporibus afferre.

In jejunis vero interpolatis utriusque ejus mensis, non imminet id periculum. Unde jejunia Feriæ quartæ, ac sextæ, immo & secundæ, in regulis antiquorum Patrum præscripta leguntur a Pentecoste, & deinceps, nulla exceptione facta Julii, & Augusti. De Græcis jam vidimus ex Balsamone, qualiter ligarentur præcepto jejunandi omnes Fideles, laici, & Monachi, septem diebus ante Dormitionem Deiparæ, quamvis incidat in Augustum. Verum inter Latinos S. Cæfarius in Regula ad Monachos, Cap. 22. inquit: *A sancto Pascha usque ad mensem Septembrem quartam, & sextam tantum jejunandam.* Ubi nullatenus excipit

Julium, aut Augustum ab eo onere interpolati jejunii.

S. Isidorus in Regula Cap. 12. præscribens tempora jejuniorum totius anni, inquit: *Secundum jejunium interdianum post Pentecosten alia die inchoatum, usque ad aquinoctium autunmale protenditur, ternis scilicet diebus per singulus hebdomadas, propter ardorem solis.* Ubi apertissime ostendit, se etiam de Julio, & Augusto loqui. Mitius vero S. Pater Benedictus Regula sua Cap. 41. *Apontecoste autem tota aestate (si labores agrorum non habent monaci, aut nimeta astatim non perturbat) quartæ, & sexta Feria jejunent usque ad nonam; reliquis vero diebus ad sequam prædeant, &c.*

Denique redeundo ad Græcos, ii quibuslibet mensibus totius anni a primis saeculis jejunia religiose observarunt ut minimum duo qualibet hebdomada. Unde in quodam fragm. *De Jejunio Græcorum*, exstante in Bibliotheca Colbertina, & Latine versa a Jacobo Loppin M. B. Congregationis S. Mauri Galliarum, inter alia legitur: *Si quis vero, vel Episcopus, vel Presbyter, vel Diaconus, vel Subdiaconus, aut Lector, aut aliquis fideliis, oleo, & obsonio vestitur Feriis quartæ, & sexta totius anni, exceptis videlicet Dominicis, & festis; extra infirmitatem; si clericus fuerit, deponatur; si laicus excommunicetur, ut transgressor Divina Legis. Nunquam itaque minus probata fuerunt jejunia Julii & Augusti; sed sola illorum superpositio.*

CARD. DE AGUIRRE.

Si retineamus lectionem, *jejuniorum superpositiones*, quam defendit Loaisa, alia est mens hujus Canonis, videlicet, ut si quæ occurrant jejunia mense Julio, vel Augusto, non continuerint usque in aliam sequentem diem. Superpositio enim jejunii est, quum extenditur, aut producitur ad longum tempus, quo

n sensu dixit Tertull. Lib. De orat. Christum ampliando Legem Decalogi, qua dicitur: *Non occides ad iram*, id est, non irasceris, dixit: *Decalogo superp. suffe iram*. & Dionys. Alexand. in Can. i. dixit *ut ipso de his qui in hebdomada sancta jejunii diebus prorogant jejunium ultra tempus constitutum, ut recte obseruat Hugo Menardus in Concordia regul.* Et ex Solino, & Epiphanius probat Joan. Dantis in 15. Dist. fol. 43. qui retenta prædicta lectione existimat in præsenti Canone non prohiberi jejuniu duobus mensibus, videlicet Julio & Augusto, sed tantum prohiberi super-

fitiones, id est continuare jejunium ultra horam præfixam, & diem præscriptum. Retenta tamen hac sententia, vel Mendoza interpretatione, illud sicut, Ecclesiam scilicet in impositione jejunii, & cuiuscumque abstinentiae nunquam intendere vitam humanam ledere, aut saluti detrimentum afferre. Cap. Quadragesima, ibi: *Nisi quem infirmitas impeditur*. Cap. Quia die Sabbathi, De consecratione, Distinctione 5. Docent Lessius, De Fufisia, Lib. 4. Cap. 6. Dub. 6. Paulus Zachias, Libro 10. Quæst. Consil. 58. GONZALEZ.

C A N O N X X I V.

De his, qui peragre baptizantur, ut ad Clerum non veniant.

* Peragre.

Omnis, qui in * peregrinatione fuerint baptizati, eo quod eorum minime sit cognita vita, placuit, ad Clerum non esse promovendos in alienis Provinciis.

A pud Ivonem Par. 6. Cap. 352. & Gratianum in Cap. Omnis, 98. Distinct. Omnes, qui peregrine fuerint baptizati, eo quod eorum minime sit cognita vita, placuit, ad Clerum non esse promovendos in alienis Provinciis.

CAPUT QUINQUAGESIMUM PRIMUM.

Quæ cautio olim in Clericorum Ordinatione adhiberetur.

a Epist. 33. ad Cler. & plebem de Aurel. Lett. b In Alexan. Severo.

c Can. XXII.

d Lib. 2. Regist. Epist. 25.

e In fine epilogi apud Grat. C. Nullus 98. Dif.

f In Pontifical. Refert Grat. in C. Transmarinos 98. Dif. g. C. Inter. de Cleric. peregr.

Uos ad Clerum olim admittebant Episcopi, non solum a criminis, sed a criminis suspicione liberos, juxta Pauli præceptum, esse volebant. Quia ratione consuluisse eos antea omnes Presbyteros, Diaconos, & plebem, quæ essent illorum actiones, quæ studia, quæ mores, quæ vita, ac tandem merita singulorum communi consilio considerasse, testis est D. Cyprianus a, ut hac diligentia adhibita, vel malorum criminis (ut idem ait) detegerentur, vel bonorum publicarentur merita: talesque eligerentur, quia les Dei ministros esse decebat. Quod & antea usurpatum in Ecclesia, Lampadius b his verbis testatus est: *Ubi aliquis (inquit) voluerit, vel Rectores Provinciis dare, vel Praepostis facere, vel Procuratores, id est, rationes ordinare, nomina eorum proponebat, hinc ipsi plures, ut si quis quid haberet criminis, probaret manifestis rebus: si non probasset, subiret pena in capitis: dicebatque, GRAVE ESSE. CVM ID CHRISTIANI, ET FUD. ET P. CE-RENT IN ORDINANDIS SACERDOTIBUS, non fieri in Provinciarum Rectoribus, quibus & fortuna humana committerentur, & capita. Conficiuntur ex iis Concilio Carthaginensi iv. c Cum autem eo tempore, quo Religionis Christianæ semina non a deo altas egerant radices, multi essent, qui Religionis nostræ mysteriis initiati, sed minus plene in illis eruditæ, ad has modo, modo ad illas Ecclesiæ, vel peregrinantes, vel errantes accederent, simulataque pierate in Clero adscribi conarentur, ut obtenta ea dignitate seruum per fraudem, ac dolum malum penitus irreperirent, & velut occupatis penetralibus, hostiles suos Catholicos cum doctrina etiam Catholicæ extruderent, & profligarent; visum est Patribus Hispanis, periculo huic eodem occurre consilio, huic morbo similis in Iberia mederi, his telis repellendis armi comparare similia, Decreto promulgato, ne qui ex alienis Provinciis adventassent, numero ministeriorum Ecclesiæ id scriberentur, quod de eorum vita integritate, & Catholicæ Religionis professione, certa, & confitans opinio non haberetur. Id brevissimis verbis expressit, & docuit etiam Gregorius d Magnus Episcopum Squillatinum, dum ait: *Afros passim, vel incognitos ad Ecclesiasticos Ordines tendentes nulla ratione suscipias; quia Afri quidem aliqui Minibei, aliqui rebaptizati: peregrini vero plurimi, etiam in minoribus Ordinibus constituti, furtiores de se prætentissime honores saepe probantur.* Ante Gregorium, Sylvester Papa idem stinuit, ut referatur in fine epilogi Concilii Romaniani e sub eodem: *Conficiuit etiam, dicitur, nulla ratione transmarinum huminem penes nos in Clericatus gradu suscipi, nisi quinque Episcoporum designatus sit chirographis.* e Manichæos ad Urbem Romanam peregrinantes idem constituisse Anastasium Papam, refert Dafnus f, exstatque ejus Epistola Decretalis de eadem re ad omnes Germanos, & Burgundie Episcopos.*

Quod si in Clero jam a scripti sint, cupiantque ad maiores Ordines ascendere, nisi de prima ordinatione ex literis commendatitiis suorum Episcoporum, non esse suscipiendos ad maiores, ex Constitutione Innocentii III. g liquet.

Hodie autem non solum transmarini homines, vel peregrini ex Regno alio, vel Provincia adventantes, sed qui alterius sunt Diœcesis, Clero adscribi non possunt ab alterius Diœcesis Episcopo, nisi literis commendatitiis, seu dimissoriis proprii Episcopi sint invitati,

Con-

Concilii Tridentini ^a Decreto, ea poena statuta, ut ordinans a Collatione Ordinum per annum, & ordinatus a susceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, sit suspensus. Nec Ordines tantum peregrini hi suscipere vetantur in alienis Provinciis, sed nec Sacrosanctum Missæ Sacrificium peragere, eiudem Tridentini ^b Decreto. b Seff. 22, Decreto. De ob-

Constat hinc, non solum persona private, sed & Provinciæ, vel Civitatis suspecta personæ, & cuius Provinciis (nisi Fide, & morum integritate probatissimis) familiariter utantur; vel eos ad privata consilia, aut rerum publicarum tractationem admittant; hoc præsertim tempore, quo exterarum quarundam Provinciarum hæreses, fraudes, dolii, & omne genus improbitatis adeo crevit, ut quod olim de sui temporis calamitatibus dixit Epiphanius c, de his, c Lib. 3, Tom. 2. aduers. dñi. quas hodie in convicinis Provinciis dolentes intuemur, commodius dici posse videatur: Mirandum est hoc tempore, & non mirandum; mirandum, quod nostra facula omnia implentur; non autem mirandum, quod ea impleri neceſſe sit. Sed ut impleri illa omnia cernimus, sic & illa oportet caveri,

COMMENTARII NOVI.

Tanta olim in Clericis desiderabatur vita sanctitas, ut in eorum Ordinem non esset assumendum, qui extra Dioecesum Baptismum consecutus esset: quod eius mores non essent satis cogniti.

In alienis provinciis.) In propria enim promoveri poterat, in qua eius vita satis erat perspecta. ALBASPINÆUS.

Peregre baptizatos, in alienis Provinciis sacris Ordinibus initiandos non esse, iam variis Juris testimoniis probarunt Decretista, Ivo Carnot. P. 6. Decret. Cap. 351. Gratianus in 98. Dist. Antonius Augustinus in Epist. Lib. 28. Tit. 29. Sed nullo Ecclesiæ Decreto hoc elegantius exprimitur, quam præsenti Canone; siquidem in eo reddunt veram rationem huius prohibitionis PP. in illis verbis: *Eo quod eorum minime sit cognita vita.* Non ante Baptismum, siquidem vita anteactæ maculas Baptismus diluit, omnesque irregularitates ex delicto provenientes tollit, ut probavi in Cap. 2. De bigam. & docet Gibal. De irregul. Cap. 6. Quæst. 2. per totam; ideoque vita post Baptismum actæ habenda ratio est, cum temporibus huius Concilii periculum daretur, ne qui ex diversis regionibus, immo & viciniis Provinciis veniebant, & in eis nati, vel diutius commorati erant, quantumcumque etiam per aliquot annos bona conversationis apparerent, aliquam, vel in tenera etate irregularitatem contraxissent, vel simulatam, larvatamque pietatem haberent, cum a Catholica Religione per hæresim, aut idolatriam discessissent. Exempla extant in Cerdone apud Epiph. hæresi iv. in Valentino apud Irenæum, Lib. 4. Cap. 4. in Marcione apud Tertullianum in ipsum, & De prescript. Cap. 30. quorum primus ex Syria, alter ex Egypto, tertius ex Ponto, Roman venientes, simulantes Catholicam Fidem, in Ecclesiam recepti fuerunt. Aliis omisis, profero tantum exemplum ordinationis Origenis quem Virum tanta eruditio gloria prædium, tanta sanctitatis laude celebrem, qui tot annorum in Schola Alexandrina cum Orbis admiratione, & Antilitis sui approbatione, absoluto curriculo, confessionis etiam gloria celebris, non poterat non Sacerdotio dignus videri, Itaque cum, ut ait Hieronymus, De Scriptor. Ecclesiæ. in Origene: *Jam media est etatis, & propter Ecclesias Athæas, quæ pluribus bæresibus venabantur,*

Sub testimonio Ecclesiastica Epistola Athenæ per Palæstinam pergeret, a Theodisto, & Alexandro, Cæsarea, & Hierosolymorum Episcopis, Presbyter ordinatus est. Qui tam

men occulito impedimento non carebat; nam cum sibi virilia amputasset, quo caltitatem tutius servaret, irregularis erat ex Can. xx. & xxii. Apost. quæ forte occasio fuerat, cur a proprio Episcopo in Presbyterum non cooptaretur, & cum ipse iuxta Demetrii tellionium, ab Alexandre Episcopo Cæsarea in Presbyterum ordinatus esset, varia turbæ natae fuerunt, privatæque offensiones, & non solum Valesiorum, seu Eunuchorum sectæ, verum pertinacia eiusdem Origenis in suis erroribus tuendis, ut referunt Hieronymus in Origene, & Epiphanius Hæresi LVIII.

Sed si cognita esset vita, nota virtus, aperta modestia eorum, qui peregre baptizati erant, sed jam per aliquod tempus in aliena Provincia degissent, rite ordinati poterant ab Episcopo proprio ratione domicili immo illis Ecclesiæ primis sæculis, plerumque petente plebe, & suffragantibus meritis, peregre baptizatos in Clerum cooptatos, immo & in Praesules electos fuisse, constat ex sequentibus exemplis. D. Paullinus ab Episcopo Burdigalenſi baptizatus, a Latio Episcopo Barcinonensi ordinatus fuit, ut constat ex ipsius Epist. ad Alip. Quæst. 35. apud August. 45. vero per ipsius Epistolam: *Quod enim indicasti jam de humilitatis nostra nomine apud Mediolanum te didicisse, cum ita lic initiatoris, fateor curiosus me velle discere, ut ex omni parte te noverim, quæ magis gratuler, si a suscipiendo mihi Patre nostro Ambroſio*, vel ad Fidem initiatus es, vel ad Sacerdotium consecratus, ut eundem ambo videamus habere Autorem. Nam ego, eti⁹ a Delphino Burdigala baptizatus, a Latio apud Barcinonam in Hispania, per vim inflammatæ subito plebis sacratus sum; tamen Ambroſi semper, & dilectione ad Fidem nutritus sum, & nunc in Sacerdotii Ordine confiever, denique suo me Clero vendicare voluit, ut eti⁹ diversis locis degam, ipsius Presbyter censuar. Hieronymus, qui Stridonis Oppido natus in Dalmatia, Romæ probabiliter creditur baptizatus, a Paullino Antiochæ Episcopo Presbyter ordinatus fuit, ut ipse refert Epist. 57. 58. & 61. Augustinus, qui patria Tagalensis, Mediolani a Valerio Hip-

Hipponensi Presbyter saceratus est. Quid plures alios enumerem? qui fere innumeri sunt, quorum aliquos refert Hallerius, *De sacris electis*. Cap. 3. Art. 1. §. 4. fol. 608. Prohibentur ergo sacris iniciari Ordinibus peregre baptizati, eo quod eorum vita, & conversatio ignota sit; ne tamen exinde inferas, eo quod specialiter a PP. prohibetur peregre baptizatos in alienis Provinciis ordinari; alios etiam aliena Diocesis posse ab extraneis Episcopis in Clerum promoveri: hoc enim iam temporibus Apostolorum vetitum fuisse, probavi late in Cap. *Cum dilectus, De tempor. Ord.* Agunt enim PP. in praesenti de his, qui ratione domicili, aut Beneficii a proprio Episcopo poterant ordinari, nisi eorum vita

ignota esset, quia peregre baptizati erant. Si autem, ut peregrini adhuc cegebant, nec domicilium contractum habebant, ex predicta generali regula ordinari nequivant in alienis Provinciis. Nisi accipiamus hunc Canonem de illis, qui peregre baptizati erant in Ecclesia, quae aut incursionibus hostium, aut perfecione tyrannorum desolata erat: quo casu migrantes in alienas Provincias, eorum suffragantibus meritis, ordinari poterant: sed si eorum vita ignota erat, quia peregre baptizati fuerant, nec adhuc diutius convergati in ea Provincia essent, ubi in Clerum promoveri petebant, ordinari prohibentur a Partibus. GONZALEZ.

CANON XXXV.

De Epistolis Communicatoriis Confessorum.

De Literis Confessoris, & Communicatoriis.

Omnis, qui attulerit Literas Confessorias, sublato nomine Confessoris, ea quod sub hac nominis gloria* passim concutiant simplices, Communicatoriae dandæ sunt ei Literæ.

CAPUT QUINQUAGESIMUM SECUNDUM.

De privilegiis Confessorum in Literis Indulgentiae dandis.

TAntus honor designatis Martyribus, quos ob confessionem Fidei in tormentis factam, Confessores vocabant, habebatur olim, non solum a plebe, sed & ab Episcopis, ut lapis permitterentur pacem posse dare. Commeabant enim lapsi ad carceres, pacem a Confessoribus patentes, antequam pro Christo mortem caperentur; illi vero vicissim potentium desideria ponderantes, singulorum rationes, & merita, delictorumque generali expeditentes, pacem nonnullis concedebant, eamque Libello, seu Literis a se subscriptis signatam ad Episcopum destinabant; qui, diligenter examinitatis singulorum desiderii, positientia, exomologesi, & manus impositione prævia, ad communionem eos admittebat. Erant enim Sancti Patres maiores nostri, persuasi, ut ait D. Cyprianus, tantum apud Deum Sanctorum Martyrum preces, & merita valere, ut ab illo facile possent lapsi, quibus pacem promittebant, delictorum veniam impetrare. Tertullianus a: Non ergo dicat (de Lib. ad Mart. in princ. dæmone agit) In meo sunt, tentabo illos vilibus odiis, affectionibus, aut inter se diffensionibus. Fugiat conspectum vestrum, & in ima sua delitescat, contractus, & torpens; tanquam coluber excantatus, aut effumigatus. Nec illi tam bene sit in suo Regno, ut vos committat; sed inveniat munitos, & concordia armatos, quia pax vestra bellum est illi. Quam pacem quidam in Ecclesia non babentes, a Martyribus in carcere exorare conseruant. Et ideo eam etiam propterea in vobis habere, & fovere, & custodire debetis; ut si forte & aliis præstare possitis. Quem Ecclesie morem repetit etiam in Libro, *De pudicitia*, in quo parum pie, & Christiane contra veniam criminum, & pacem, quam Martyres quidam moechis donabant, lapsi vero negabant, agit latissime. Divus Cyprianus b ad Presbyteros, & Diaconos: Quoniam tamen video facultatem veniendi ad vos nondum esse, & jam a statim cœpisse, quod tempus infirmatibus afflitis, & gravibus infestat, occurrentem putu fratribus nostris; ut qui Libellos a Martyribus accepissent, & prærogativa eorum apud Deum adjuvari possint, si incommode aliquo, & infirmitatis periculo occupari fuerint, non expectate præsentia nostra, apud Presbyterum quicunque præsentem, vel si Presbyter repertus non fuerit, & urgere exitus cœperit, apud Diaconum quoque, exomologisti facere delitti sui possint, ut manus eis in penitentiam imposta, veniant ad Deum cum pace, quam dari Martyres Literis ad nos factis desideraverant. Cetera quoque plebem &c. Harum autem Literarum, quas dabant Confessores, exemplar in Tertulliano, vel Cypriani expressum non inveni; inveni tamen specimen quoddam in Epistola Luciani c ad Celerinum, que exstat inter Opera Cypriani. Agens enim de Paullo Martyre Libellos dante, sic inquit: Cum benedictus Martinus in corpore esset, vocavit me, & dicit mihi: Luciane, coram Christo tibi dico, ut si quis post accessionem meam, abi te pacem petierit, des in nomine meo; sed & omnes, quos Dominus in tanta tribulacione accer- diximus est. Simile est etiam in Epistola Luciani d nomine omnium Confessorum confecta, quam mox referemus.

Hand

b Ep. 13. &c.
14. 15. 18. 19.
20. 23. 29. &c.
alibi sepe.c Tom. 1. Ep.
22.

d Epist. 17.

Hanc autem pacem dare Confessores lapsi, vel Literas Pacificas, idem est, quod haereticos, vel a communione Ecclesiæ semotos, Ecclesiastice communioni ante expletum paenitentiae tempus sociare. Decernit ergo Concilium, in honorem, & reverentiam deputatorum Martyrum, vel si mavis Confessorum, ut lapsi, qui attulerint Literas Confessorias, Literæ dentur Communicatoriis, quibus confit Fidelibus, eos ad unitatem, & Ecclesiæ Catholicae communionem fore admittendos. Quod decrevit etiam Concilium Arelatense a primum, quod paulo post in Gallia est habitum, quo Iliberritanum hoc in Hispania: *De bis*, inquit, qui Confessorum Literas afferant, placuit, ut, sublatis eis Literis, alias accipiunt communicatoriis.

^a Con. IX.

Sed qua sit Canonis huius sententia, dum ait: *Eo quod sub hac nominis gloria parcim concutiant simplices*, non adeo facilis erit explicatio, nisi obseruemus verbum illud: *parcim*, pro, *passim*, depravate legi; *passim* autem simplices concuti Literis Confessorias, ideo Patres dixerunt, ut explicarent, quare auferre illas jussérunt, & in earum locum substituerint Communicatoriis. Ea autem haec est. Cum in Literis illis, seu Libello Martyres Confessores in nomine suo pacem dari lapsi dicent, quod soli Episcopis competebat, ut testatur D. Cyprianus b, existimabant nonnulli simplices, &, ut idem Cyprianus c ait, circa intelligentiam Dominicæ Lectionis minus periti, peccata dimitti in Pauli Martyris v. g. vel alterius Confessoris nomine, non vero in nomine Christi; quod ipse in Luciano notat, reprehenditque severissimis verbis; quæ, quod lucem his præferant, & aliis, quæ dicturi sumus, cogor sane recitare.

^b Epif. 10. ad

Martyr. &c.

fess.

^c Epif. 23. ad

Præb. &c. Dia-

con. Romæ cor-

spon.

Post fastas ad vos Literas, Fratres charissimi, quibus actus noster expositus, & disciplina, ac diligentia quantulacumque ratio declarata est, aliud accessit, quod nec ipsum latere vos debuit. Nam Frater noster Lucianus, & ipse unus de Confessoribus, Fide quidem calidus, & virtute robustus, minus Dominicæ Lectione fundatus, quædam conatus est, imperiti jam pridem se vulgi autorem constitutus, ut manu ejus scripti Libelli gregatum multis nomine Pauli darentur, cum Mappalicus Martyr caetus, & verecundus, Legis, ac disciplina memor, nullas contra Evangelium Literas fecerit; sed tantum domestica pietate commotus, matris suæ, & sorori, quæ lapsæ fuerant, mandaverit pacem dari; Saturninus quoque post tormenta adhuc in carcere constitutus, nullas ejusmodi Literas emiserit. Lucianus vero non tantum Paullo adhuc in carcere posito, nomine illius Libellos manus sua scriptos passim dedit, sed & post ejus excessum eadem facere sub ejus nomine perseveravit dicens, hoc sibi ab illo mandatum; nesciens Domino magis, quam conservo obtinerandam. Aurelius quoque adolescentis tormenta perpessi nomine, Libelli multi dati sunt, ejusdem Luciani manuscripti, quod Literas ille non posset. Cui rei ut aliquatenus posset obsistit, Literas ad eos feci, quas ad vos sub Epistola priore transmisji; quibus petere, & suadere non desisti, ut Dominicæ Legis, & Evangelii ratio teneretur. Postquam vero ad eos Literas misi, ut quasi moderatus aliquid, & temperantius fieret, universorum Confessorum nomine idem Lucianus Epistolam scripti, qua pene omne vinculum Fidei, & timor Dei, & mandatum Domini, & Evangelii sanctitas, & firmitas solveretur. Scriptis enim omnium nomine, universis eos pacem dedisse, & hanc formam per me alios Episcopis innutescere velle; cuius Epistola exemplum ad vos transmisji. Additum est plane: de quibus ratio conliterit, quid post commissum egerint. Quæ res maiorem nobis constat invidiū, ut nos cum singulorum causis audire, & excutere cœperimus, videamus multis negare, quod se nunc omnes jactant a Martyribus, & Confessoribus acceperisse. Denique hujus seditionis origo jam caput; nam in Provincia nostra per aliquot Civitates, in Præpositus impetus multitudinum factus est, & pacem, quam senel cundis a Martyribus, & Confessoribus datam clamitabant, confessim sibi representanti coegerunt, territis, & subatis Præpositis suis, qui ad resistendum minus virtute animi, & robore Fidei prævalebant. Apud nos etiam quidam turbulenti, qui vix a nobis in præteritum regebantur, & in nostram præsentiam differebantur, per hanc Epistolam, velut quibusdam facibus accensi, plus exaradescere, & pacem sibi datam extorquere cōperunt. De quibus quales ad Celerum nostrum Literas fecerim, exemplum vobis misi; sed & quid mibi Caldonius Collega pro integratitate, & fide sua scripsit, quidve ego ei rescripsit, utrumque ad vos legendum transmisji. Exempla quoque Epistola Celerini boni, & robusti Confessoris, quam ad Lucianum eundem Confessorem scripsit, item quid Lucianus ei rescripsit, misi vobis, ut sciret & labore circa omnia, & diligentiam nostram, & veritatem ipsam disseret; Celerinus Confessor quam sit moderatus, & cautus, & humilitate, ac timore Sectæ nostræ verecundus: Lucianus vero circa intelligentiam Dominicæ Lectionis, ut dixi, minus peritus, & circa iuvicidiam verecundia nostra relinquendam facilitate sua molestus. Num cum D minus dixerit, in Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti Genes tingui, & in Baptismo præterita peccata dimitti; hic præcepti, & Legis ignarus, mandat pacem dari, & peccata dimitti in Pauli nomine; & hoc sibi dicit, ab illo esse mandatum, sicut in Literis ejusdem Luciani ad Celerinum factis animadvertisit. Quibus minime consideravit, quod non Martyres Evangelium faciant, sed per Evangelium Martyres sint; quando & Paullus Apostolus, quem Dominus vas electionis sua dixit, posuerit in Epistola sua dicens: Miror, quod sic tam cito demutamini ab eo, qui vos vocavit in gratiam, ad aliud Evangelium, quod non est aliud, nisi si sunt aliqui, qui vos turbant, & volunt convertere Evangelium Christi; sed licet nos, aut Angelus de Cælo aliud adnunciet, præterquam quod adnunciamus vobis, anathema sit, sicut prædictum. Et nunc iterum dico: Si quis vobis adiuncauerit, præterquam quod accepisti, anathema sit.

To. II.

ff

Qura

Cum etiam has Literas Confessores, animo solum intercedendi pro lapsis, ad Episcopos scriberent, Episcopi vero condignum Confessioni, & Martyrio honorem tribuentes, integrum earum haberent rationem, rudiiores quidam e plete non petebant veniam, illam dari ab Episcopis (cum Episcopi solum eam dare possent) sed quasi jam datam a Confessoribus, vindicabant ab Episcopis, & tanquam iure debitam extorquebant, eodem Cypriano non a teste.
 a. Ep. 29. ad Presb. & Ep. f. come con-
 f. iſſen. Cui malo, ut obviam iret Concilium, decernit, auferendas es e Literas Confessorum, ne in eorum nomine pacem dari, non vero in Nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti existimarent rudiiores; & ut observato legitimo, atque Canonico absolutionis ordine, communio- nem pacis, ut moris erat, Episcopo concedente, debita etiam ratio delictorum, & meritorum in singulis lapsis observaretur; ne ob nimiam, & generalem Confessorum indulgentiam, Ecclesiastica Disciplinae vigor aut frigesceret, aut tepeſceret. Quod fecerat Lucianus nomine omnium Confessorum in Epistola b. ad Cyprianum, his verbis:

b. Num. 17.

UNIVERSI CONFESSORES

Cypriano. Papae salutem.

Stias, nos universis, de quibus apud te ratio confiterit, quid p̄f commissum egerint, dedisse pacem, & banc formam per te, & alii Episcopi: innoscere voluimus. Optamus, te cum Sanctis Martyribus pacem habere. Praesente de Clero, & Exorcista, & Lectore, Lucianus script.

c. Epif. 29. ad Presb. & Diac. Presbyteros, & Diaconos Romanos consistentes, & ipse Clerus Romanus ad eundem Cyprianum, quorum Epitolas, iubens omittit, ne illarum recitatio pariat molestiam.

Et Cleri Rome s̄ eundem Cyprianum Epif. 30. Cum Martyres igitur concedendis his Literis in multis peccassent, in concedendo eas passim, & line delectu omnibus lapsis; in eo quod suis Libellis non designasset nominatim eos, quibus pacem indulgeri vellent, sed generaliter dicentes: Communicet ille cum suis, non observato ordine, quem antecessores Martyres observaverant, illa animadversi vult a Confessoribus, in Epitola d. ad ipsos, quam recitare vism est, quod non solum his, sed

d. Idem. Cy- prian. num. 11. & Sacerdotibus modum prescribat, quem in absolutione lapsorum, & in executione Literarum Pacificarum velle observari: Sicutudo loci, inquit, n̄ s̄t, & timor Domini compellit, fortissimi, ac beatissimi Martyres, admonere v̄s Literis nostris, ut a quibus tam devote, & fortiter servatur Fide: Domino, ab iisdem Lex quaque, & Disciplina Domini reservetur. Nam cum omnes milites Christi custodiore oporteat praecepta Imperatoris sui, tum vos magis praeceptis ejus obtemperare plus convenit, qui exemplum ceteris facti estis & virtutis. Et timoris Dei. Et credideram quidem, Presbyteros, & Diaconos, qui illius praesentes sunt, monere vos, & instruere plenissime circa Evangelii Legem, sicut in præteritum semper sub antecessoribus nostris factum est, ut Diaconi ad carcere commaneant, Martyra ad desideria consilia suis, & Scripturarum præceptis gubernarent; sed uinc cum maxima animi dolore cognosco, non tantum illi vobis non suggeri Divino præcepta, sed adhuc potius impediri, ut ea, quæ a vobis ipsis, & circa Deum caute, & circa Sacerdotem Dei honorifice sunt, a quibusdam Presbyteris resolvantur, qui nec timorem Dei, nec Episcopi bonarem cogitantes, cum vos ad me Literas direxeritis, quibus examinari desideria vestra, & quibusdam lapsis pacem dari postulatis, cum perfectione finita convenire in unum cum Clero, & recolligi cœperimus. Illi contra Evangelii Legem, contra vestram quæ bonificam petitum est, ante actum penitentiam, ante exomologis gravissimi, atque extremi deliti fastam, ante manum ab Episcopo, & Clero in penitentiam impositam, offerre lapsis pacem, & Eucharistiam dare, idest, Sanctum Domini Corpus præparare au- deant; cum scriptum sit: Qui ederit panem, & biberit Calicem Domini indigne, reus erit Corporis, & Sanguinis Domini. Et lapsis quidem potest in hoc venia concedi. Quis enim non mortuus, vivificari properet? Quis non ad salutem suam venire festinet? Sed Præpositorum est præceptum tenere, & vel properantes, vel ignorantes instruere, ne qui oviū Pastores effe debent, ianii stant. Ea enim concedere, que in perniciem vertant, decipere est; nec erigitur sic lapsus, sed per Dei offensam magis impelluntur ad ruinam. Vel ex vobis itaque dicant, quod dicer debuerant. Petitiones, & desideria vestra Episcopo servent, & ad pacem vobis potentibus dandam, maturum, & pacatum tempus exp̄tent. Aute a Domino pacem mater prior sumat, tunc secundum vestra desideria, de filiorum pace tractetur. Et quiniam audio, fortissimi, & charissimi Fratres, impudentia vos quorundam premi, & verecundiam vestram vim pati; oro vos quibus possum precibus, ut Evangelii memores, & considerantes qua, & qualia in præteritum antecessores vestri Martyres concesserint, quam scilicet in omnibus fuerint, vos quoque felicite, & can e penitentium desideria ponderatis, ut pote amici Domini, & cum illo postmodum judicaturi, inspicatis, & aitum, & opera, & merita singulorum; ipsorum quoque delictorum genera, & qualitates cogitatis, ne si quid abrupte, & indigne vel a vobis promissum, vel a nobis factum fuerit, apud Gentiles quæ ipsi Ecclesia nostra erubescere incipiat. Vistamur enim, & castigamur frequenter, & ut Domini mandata incorrupta, & invi lata permaneant, admonemur; quod quidem uic illi apud v̄s cessare cognosco, quominus plurimos quoque ex vobis instruat ad Ecclesia Disciplinam Divina censura. Hoc autem totum potest fieri, si ea, quæ a vobis petuntur, religiosa contemplatione moderemini; intelligentes, & comprimentes eos, quæ personas acci- picere.

1. Cor. II.

Manib. 7.

pientes, in beneficiis vestris, aut gratificantur, aut illicita negotiationis nundinas au- pantur. De hoc & ad Clerum, & ad plebem Literas feci, quas utrasque vobis legi man- davi. Sed & illud ad diligentiam vestram redigere, & emendare debetis, ut nominatim designetis eos, quibus pacem dari desideratis. Audio enim, quibusdam sic Libellos fieri, ut dicatur: Communicet ille cum suis. Quod nunquam omnino a Martyribus factum est, ut incerta, & cœca petitio invidiam nobis postmodum cumulet; late enim patet, quando dicie- tur: Ille cum suis. Et possunt nobis vicini, & triceni, & amplius offerri, qui propin- qui, & affines, & liberti, ac domestici esse affectuerent ejus, qui accipit Libellum; & ideo peto, ut eos, quos ipsi videtis, quos nostis, quorum penitentiam satisfactioni proximam conspicitis, designatis nominatim Libello, & sic ad nos Fidei, ac Disciplinae con- gruentes Literas dirigatis. Opto, vos, Fratres fortissimi, ac dilectissimi in Domino, semper bene valere, & nostri meminisse.

Ex qua Epistola multa notata digna elici possunt. Primum, quantus honor Confesso- ribus olim deferretur, dum eorum Libellis ante expletum penitentiae tempus lapsi ad com- munionem admitterentur. Secundum, non recentem, ut calumniantur haeretici, sed antiquissimum esse Indulgentiarum usum; nec ad tempora Gregorii I. ut nonnulli volunt, sed multo altius repetendam earum originem, dum aetate Cypriani, & Tertulliani (ut vetusti- ra nunc omittamus) eas videamus in uso. Tertium, observatum olim eundem ordinem in pacis, seu Indulgentiarum concessionem, quem hodie usurpat videmus; eo solum excepto, quod per Episcopos fieret tunc, quod nunc solus facit Romanus Pontifex, si brevioris tem- poris Indulgentias omittamus; & quod Episcopo siebat illa exomologesis, vel Presbyteris ab Episcopo ad eam rem deputatis, quæ hodie concessio privilegio Crucis (vulgo Bullam Cruciatam dicunt) cuivis Sacerdoti electo a penitente, & ab Ordinario probato committi- tur. Quartum, antiquum fuisse morem, ut Diaconi in carcere mitterentur, ut Martyrum desideria suis consiliis gubernarent, ne videlicet nimia lapsorum importunitate, aut dece- pi, aut compulsi, pro omnibus, vel pro his apud Episcopos intercederent, quibus ob gravissima crimina penitentiam augeri magis, quam relaxari decrebet, & sic vel dissiparetur sanctus Ecclesiae thesaurus, vel cogerent Episcopi, spreta debita Martyribus reverentia, Libellos rejicere. Quod si Diaconi, & Presbyteri hanc admonitionem omitterent, solebant Episcopi verbo, vel Literis (ut fecit nunc Cyprianus) Confessores monere, ne in dandis Li- teris pacis, nimis lapsorum petitionibus indulgerent. Quintum, Libellos generaliter non esse concipiendos, sed nominatim in illis esse designandos, quibus pax esset indulgenda. Sextum, eis tantum Libellos pacis esse concedendos, quos vere Confessores noscerent, & quorum penitentiam satisfactioni proximam conspicerent. Ac tandem ex his omnibus constat, quæ fuerint Confessoria Literæ, vel Confessorum: quæ Literæ Communicatoria, ac tandem, quæ ratione sublati primis, secundas Concilium sub titienda constituit. Ex quo etiam notandum est, minus recte epigraphen, quam summarium vocant, adjectam fuisse huic Canoni, cum dicit: De Epistolis Communicatoria Confessorum; cum Literas Communi- catoria certum sit ab Episcopis tradi consuevit. Hodie autem cum summa Dei provi- dencia, & Catholicorum Principum, Religio diuturnam Ecclesiam pacem papererit, liberaque prædicandæ veritatis facultas sit, defervesciente adversariorum Ecclesias ætu, Martyrii exer- cendi occasio sublata est, & Literarum harum scribendarum abolita consuetudo. In eis au- tem Provinciis, in quibus Orthodoxi ob Fidei confessionem, variis, & exquisitis tormentis ab haereticis, vel infidelibus afficiuntur, si detenti vinculis pro reis apud Episcopos interces- scint, spernendas pias illorum preces non putarim.

COMMENTARII NOVI.

I Dem cautum est in Concilio Arelatensi I. Cap. 9. ad retundendam Confessorum tu- midam jactantiam; de qua Cyprianus in Epistolis scripsit. Epitola commendatæ, quæ Literæ appellantur, Fidelibus date, diversi generis erant; complectebantur enim Literas confessionis, & haec erant dignitatis, & honoris, quibus in Ecclesiæ magna reverentia habebantur. Fuerunt & Communicatoria Literæ, ut cum plebe aliena Fideles communicarent sine erroris periculo, quæ & scriptura dimissoria dicitur vi. Generali Synodo Can. xvii. Ali- quando Communicatoria Literæ, ut in Conci-ilio Chalcedonensi Can. xi. Dicuntur & Forma- tæ, ut in Milevit. Can. xx. eo quod certis notis, & sub certa forma erant scriptæ, ut constat ex Conc. Carthag. v. Can. vii. Informatis autem oportet eis subscriptum sanctum Paschæ diem. Vocabantur & Pacifica, & Ca- nonica Literæ. Atque hæc de Epitolis, quibus Fideles commendabantur. Exemplum Forma- tæ habes Dicit. 73. Cap. In nomine Patris LOAISA.

Baronius anno cccc. num. 48. & Bellarm. Lib. 2. De imag. Cap. 9. Literas confessionis appellant, quas Confessores, qui in persecu- tione Fidem confitebantur, lapsi dabant eo fine, ut habentes hæc Literas, ad communio- nem reciperentur. Quia licentia cum plurimi abuterentur, placuit, ut pro Confessoriis Com- municatoria, quæ ab Episcopis scribuntur, darentur. Vide quæ diximus supra in Notis ad Vitam Xyti I. verbis: Non suscipiatur, nisi cum Formatis. BINIUS.

Permagna est disensio in hujus Canonis sententia, & explicatione, & noni Arelatensis primi: De his, qui Confessorum Literas of- ferunt, placuit, ut sublati his Literas, alias accipient Communicatoria. Quorundam opini- ois est, hos ipsos Canones explicando esse de Literis, quas lapsi ad jus communionis re- cuperandum, a Martyribus, qui essent in vinculis, extorquebant. Baronius anno Christi xxx. num. 48. Placuit, quoniam usus per- severare videbatur, ut Literis, quæ descri- be-

Ef 2

berentur ab iis, qui causa Fidei in carcere detinerentur, communicatio lapsis impertiretur. Hiusdem anno Christi cccxv. num. 95. Quod ut ita differeret, ex Divi Cypriani verbis contigisse arbitror, qui omnibus pene suis Literis vehementer obiurgat Martyres & Confessores, quod nulla prorsus habita disciplina ratione, Communicatorias Literas lapsis indulgerent, tantaque licentia, ac facilitate, ut Ecclesia statim everterent, atque omnem Religionem funditus tollerent: *Quia enim (inquit ille) potest esse sanctitas, aut disciplina, si rei non plectantur, & de cunctis peccatis supplica removeantur?*

Ne igitur diutius hoc malo Ecclesia laboraret, his Canonibus PP. providisse volunt. Ego vero, et si Baronii, Garzia Loaisa, Bernardinique Ferrarii judicium non parvi ducam, eos tamen horum Canonum sententiam, Partimque mentem, qui illos considerunt, minus aequos esse, haec rationes mihi persuadent. Evidem Martyrum olim auctoritatem in tantum crevise, ut lapsi pacem, & veniam procurarent, apertum est, Literisque fontes in primitum statum restituissent: sed hunc ad Ecclesia errorem ante ipsa Concilia, quibus hi Canones habentur, sublatum esse, eiusdem D. Cypriani scripta satis declarant; nam acerbe in Martyres invehitur Epist. 15. 16. 17. 18. 19. & 20. Libri tertii, eorumque potestate imminuendam, & coercendam eile docet; statuitque, lapsos nonnisi in exitu recipiendos esse, quamvis a Martyribus commendarentur: quid? nonne Martyres Epist. 7. Lib. 2. (quod omnibus indignum Romae videretur, eos hac uti potestate) Literas quas ipsi lapsis de derant, revocarunt? *Quamquam Confessorum quoque, quos hic abduc in carcere dignitas sua confessionis inclusit, & ad certamen Euangelicum sua fides in confessione jam gloriosa semel coronavit, Literas habeas conspirantes cum Literis nostris, quibus severitate Evangelica disciplina protulerunt, & illicitas petitiones ab Ecclesia pudore reuocarunt.* In Africa quoque fortiter huic potestate se opponit D. Cyprianus in resp. ad Martyres Epist. xv. Lib. 3. *Cum vos ad me Literas direxeritis, quibus examinari desideria vestra, & quibusdam lapsis pacem dari postulatis, cum persecutione finita convenire in unum cum Clero, & recolligi cooperatus.* Multa denique ejusdem argumenti in ejusdem scriptis leguntur, quibus magna sit significatio, hanc nimiam Martyrum potestatem D. Cypriani aetate la befactam fuisse.

Deinde nil tam perspicuum est, quam Arelatense Concilium sub Constantino habitum esse, quo tempore pauci Religionis causa in carcere, fodiatis, arenariis, aut tritemibus detinebantur. At vero in ipsis verbis horum Canonum inest aliqua ratio, & nota credendi, has Literas, de quibus est questione, quasi e longinquio allatas esse: *Onnis qui attulerit. Item in Arelatensi: Qui Confessorum Literas afferunt.*

Miror etiam hos homines in primis acutos non vidisse de Literis, illis Conciliis mentionem esse, quae non solum a Martyribus, sed etiam ab Episcopis darentur: *Communicatrices ei dandae sunt Literae.* Item: *Placuit, ut*

sublati iis Literis, alias accipient Communicatorias. At nulquam reperient expiatos penitentes Libellum ab Episcopis, aut a quovis alio, a quo absoluti essent, accepisse, quo absolutor, & liberatos esse, innoteceret; & eoque minus, quod publice, & magna corona de eorum in Ecclesiam redita devoeraretur; atque ita magnopere opis non erat, Literis teitari quod palam factum esset. His omnibus adde, Martyres lapsi Literas non dedisse, nisi absentes, ut constat ex D. Cypriano, & Tertulliano ad Martyr. & de Pudicitia: *Quia in pacem quidam in Ecclesia non babentes, a Martyribus in carcere exorare consueverunt.* Item: *Alii ad metalla confagiunt, & inde communicatores revertuntur.* Item: *Ut quisque ex confessione vincula induit, abduc mollia, in novo custodia nomine statum ambient meshi.* At Ecclesie reddita pace, quae causa poterat esse, quamobrem pro lapsi, si qui ea tempestate superessent, coram non intercederent?

Quoniam igitur possit esse horum Canonum sententia, & interpretatio, si quis querat a me, eam ad Literas Communicatoriae illas, tive Formatas referrem, quas qui peregre proficerentur, a Martyribus; non vero ad Literas quas ab iisdem lapsi, ut absolverentur, & in gratiam cum Ecclesia edicent, extorquent. In usu apud antiquos erat portissimum Episcopos peregrinis Epistolas concilare, ut quocumque incederent, hospitio a ceteris Christianis, & ab Episcopis exciperentur; quo viatico si muniti, & instructi non proceli essent, jus eis communionis Christianae denegatum fuisset. Quidam vero reperiebantur (ut ex his Canonibus appareat) qui cum peregre e patria abiarent, Literas illas, Communicatorias, sine quibus non poterant discedere, a Confessoribus potius, quam a suis Episcopis acceptarent: que peava consuetudo his Canonibus tollitur, jubentque Patres legitimas ab Episcopis (sublati iis, quae a Confessoribus circumsecuntur) concedi. Præterea, ea, quae supra attulimus, hec etiam verba in nostram explicationem inclinant: *e quid suis hac nominis gloria passa concutunt simplices.* Quomodo enim ad Literas Communicatorias lapsum hæc verba accommodari posunt? Nam eis Episcopis erant tradenda, ut eam communendatione lapsi restituissentur. Nemo enim nisi a propriis Episcopis absolvebatur, quos quis credit rerum adeo ignaros, ut a Concilio simplices vocarentur aut falsi ejusmodi Literis, aut Confessorum variis titulis eos potuisse connoteri? Pregnans vero hæc ipsa verba magis convenient, qui quacumque transient, simplices Christianos, & feminas, hac Martyrum commendatione poterant concutere, atque a simplicibus Parochis jus hospitalitatis, & communionis emangere. De Literis igitur, quas peregrini circumferant, non vero de Literis, quibus lapsi communionem quererent, hi Canones sunt intelligendi.

Potremo, alibi oltentius, Martyrum Literas de lapsis restituendis, nullum apud Episcopos, nisi post eorum mortem, pondus habuisse: quod cum sub Conventu accidere non posset, ut quisquam pro Fide morte multaretur, quis Literas libi non profuturas, com-

commendationemque efflagitasset, quam certo sciret nullo sibi usui futuram?

Sublato nomine Confessoris.] Hæc verba nihil aliud significant, quam Confessorum Literas tollendas esse, & alias ab Episcopis substituendas, ut ex Canone Arelatensi manifestum sit, qui in eam rem fancitus est. ALBASPINÆUS.

Inter alias Literarum formas, quas primis Ecclesiæ faculis observatas fuisse, jam observarunt, & illustrarunt Baron. Tom. 2. anno Christi cccxi. & Tom. 3. anno cccxcv. Turrianus pro Epist. Pontif. Lib. 3. Cap. 5. Bernardinus Ferrarius integro Opusculo, *De antiquo Epist. Ecclesiast. genere.* Hurtado, *De vero Martyrio.* Refol. 34. Sect. 4. & nos in Cap. 1. *De Clericis peregr.* præcipue in usu fuerunt Confessoria, & Communicatoria. Confessoria dicebant illa, quæ a Confessoribus, hoc est, ab iis, qui persecutionis tempore, gloriosa voce Domum confessi, in carcere detinebantur, vel qui Fidei causa, ad metallæ damnati erant: dabantur lapsi, ut earum virtute ab Episcopis pacem consequerentur, jusque communionis recuperarent. Tradit paucum Tertullianus in Lib. *Ad Martyres,* & *De pudicitia.* Cap. 22. licet jam labe Montani fædatus agre ferret carnis in crimine lapsos per easdem Literas ad communionem recipi. Idem refert D. Cyprianus Epistola 10. 11. 12. ubi plura notarunt Rigalius, & Pamelius, Lindanus in *Panoplia Evangel.* Lib. 4. Cap. 73.. Baron. anno DCCLII. Ferrarius, Lib. 2. Cap. 9. Albaspinæus, Lib. 1. *Observ.* Cap. 20. Fluixisse autem inde ea Literarum consuetudo videtur, quod lapsi priusquam reconciliarentur Ecclesiæ, ab Episcopis pro pace assequenda mitterentur ad Confessores, ut ab illis primo veniam peterent, in quos inverecundijs deliquerint, dum confitantes illis confitentibus, ipsi ignoravite pernegassent. Quia via consulatur, & Confessorum dignitatem, & lapsorum utilitatem, qui ita cogebantur victi se vitoribus subjicere. Unde lapsi Literas ab illis exortibus, cooperunt Confessores pacem, jusque communionis illis concedere; quod nihil aliud erat, quam relaxatio satisfactionis per Episcopum lapsi imposita, atque ad Ecclesiæ communionem, ob Confessorum communicationem admitti. Communicatoria Literæ dicebantur, quibus muniti Fideles Catholicos se, ac Catholica proinde communicatione dignos ubique terrarum probabant, per easque licebat Fidelibus ubique sine erroris periculo communicare, hoc est, fratrum consortio uti, ad communes in Ecclesia preces convenire, & Eucharistia participatione gaudere; de quibus Literis infra plura dabimus in Canone LVI.

His ita animadversis perveniamus jam ad præsentis Canonis sententiam, ubi de Literis his Confessoris, & Communicatoria agitur. Et Thomas Hurtado, *De vero Martyrio,* Refol. 34. Sect. 4. novam exegitavit interpretationem deductam ex verbo illo *convictant*, quo PP. utuntur, cuius genuina significatio est vi, aut terrore potestatis aliquid exprimere sub nomine, & autoritate alicuius in dignitate constituti, L. *Si simulato,* ff. *Concupiscentia.* ut notavit A. Matthæus, Cap. 1. Autumavit ergo Hurthadius, PP. in præsenti

Canone intendere præpedire concussions, quas quidam demonstratis Literis Confessoris faciebant simplicibus, a quibus pecunias pa sim extorquent, ita ut ablatis ab eis Literis Confessoris, Communicatoria darentur, ut ita non simulato Martyris nomine, seu Confessoris auctoritate simplices concutiant, & pretium, aut rem pretio estimabilem extorqueant: sed hæc docti Viri subtilis interpretatio supponit alias simulafre sub nomine Confessoris, Martyris Literas, & ut eas simplicibus lapsis concederent concussionem perpetrasse, & tunc quomodo poterant Patres statuere, ut pro his falsis Literis, & simulatis, quæ a concusoribus deferebantur, ut lapsis concederent per concussionem Literæ Communicatoria darentur, nec tot personas, & ambages litera hujus Canonis admittit. Existimabant ergo, quod cum hujusmodi Literas Confessorias, quam plures Confessores eas lapsis exorantibus concederent, ipsa que lapsi importunis precibus extorquentes ad Episcopos, & Presbyteros deferentes, pacem, & veniam ab eis non petebant, sed vindicabant, quasi a Confessoribus jam acceptam, & sub gloria nominis Confessoris eas concedentis Communionem se habere iactabant, simplices concutientes, id est virtute Literarum, & sub nomine Confessoris jus Communionis recipientes, quasi in ipsis Literis non tantum commendatio Confessoris, verum & plena absolutione contineretur; circa quos statuerunt PP. ut sublato nomine Confessoris, vel sublati illis Literis, ut dicitur in dicto Cap. 9. Concil. Arelat. 1. Communicatoria illis concedantur, & ita jus Communionis per eas ab Ecclesia accepisse cognoscatur, non autem per ipsas Literas Confessoris. Unde retinenda est vulgaris lectio huius Canonis, quæ habet: *partim concutiant simplices,* id est in parte, quia quamvis Literæ a lapsis delatae essent, & a Confessoribus concessæ, quantum ad hanc partem simplices non deciperent, tamen quoad earum effectum simplices concutiebant, extorquentes ab eis communionem, & participationem, & confortium etiam sine Episcopi absolutione; eo quod Confessores plene indulgentiam, & pacem illis concederent. Unde non omnino, sed partim lapsi sub gloria nominis Confessoris simplices concutiebant assertentes eos non indigere exomologesi, & absolutione, sed jam sub gloria tanti nominis jus Communionis habere GONZALEZ.

Quidquid in oppositum censeat Albaspinæus, retinendam censeo interpretationem Mendozae, Loaisa, Baronii, & Binii, qua Canonem hunc intelligunt de Literis Confessoris, quas dabant ii, qui pro confessione Fidei carceribus detinebantur, aut tormenta subiabant. Erant vero ii plurimi ubique terrarum tempore hujus Concilii, nimis annno Chriti cccxi. ex veriori sententia, aut circiter, quando immanis laniana per totum Romanum Imperium exercebatur, & jamjam Hispanæ proxime imminebat, ob Edictum regens Diocletiani, & Maximiani publicatum Romæ circa dies Dominicæ Passionis, ut inquit Eusebius. Fallitur autem doctissimus Albaspinæus, dum censem, tunc Hispaniam fuisse libe-

beram & persecutione, aut pace fruentem, quasi jam cœpiderat Imperium Constantini. Non enim nisi aliquot poeta annis imperare cœpit. Immo, & paucis mensibus, aut hebdomadis post Concilium hoc celebratum, tota Hispania exterior exundare cœpit copioso Martyrum sanguine; deinde vero ulterior usque ad magnam partem anni sequentem ccxv. ut ostendimus suo loco infra. Quare extra rem adducitur, quantum ad hoc, Concilium Arellanense i. Quod abs dubio imperante Constantino, & in media Ecclesiæ pace celebratum est.

Iraque volunt hi Patres, ut a Literis iis Confessoris, undecimque allatis, aut afferrandis processu temporis in tanta Martyrum multitidine, delectantur nomina Confessoris illius, sive illorum, qui eas dederunt, ne sub titulo ipsorum specioso, aut glorioso, simplificet; quique concutiantur, seu compellantur lapsos recipere, quasi Confessores ipsi habent potestatem, sive auctoritatem ad reconciliandum illos, aut restituendum communiori Fidelium. Quippe ea potestas propria est Episcoporum, ad quos solum spectat judicaria potestas, & restitutio lapsorum ad communionem. Plura, que hoc loco tangit Mendoza circa Indulgentias, alibi oportunitus proferentur. GARD. DE AGUIRRE.

CANON XXVI.

De hoc, ut omni Sabbatho jejunetur.

Errorem placuit corrigi: ut omni Sabbathi die jejuniorum superpositionem celebremus.

CAPUT QUINQUAGESIMUM TERTIUM.

Jejunium Sabbathi cur in Ecclesia Occidentali præceptum, in Orientali interdictum. Explicatis in eam rem Clemente, & Ignatio, & Canone LVI. Synodi VI. De quo, & reliquis diffusè trattatum.

Juvat Lectorem orationis brevitatem, gemino beneficio. Imprimis, ut minore cum labore, & maiore cum voluptate legat: deinde, ut lecti intelligat faciliter, intellecta infigat memorie promptius, & retineat tenacius: nam amicum memoria, quod breve, intelligent omnes, qui multa possunt, qui mediocri, qui nulla. Quia de causa olim Graecorum, & Romanorum Legislatores re, & nomine sapientiae clari, *Lege*, quibus universam Rempublicam contineret, devinciri que volebant, adeo brevi verborum contextu conciperant, ut tanquam carmina brevissima a pœnis publice in viis recitarentur. Hinc mirifice placuisse hujus Concilii Patribus, factis dilucide apparet ex omnibus his, quos considerunt Canones, eandemque placere vellent recentioribus Legum Civilium, & Ecclesiasticarum latoribus. Brevitatem autem hanc dilucidam eis optaret, non concisam, ne antiqua sententia locus aperiatur: *Obscurus fio, dum brevis esse labore*. Intellexit hoc D. Isidorus, a dum docens, quas *Leges*, qui *Leges* condunt, observare debuissent, illam præcipue refert, quod Lex sit manifesta, ne aliquid (inquit) per obscuritatem in captionem obtineat: quod ante notaverat Plutarchus b. Expediit, ait, ut *Leges* sit populo nota; unde *Vetores* eas tabulis, & albo descriptas publicitus exhibebant; quo cunctis essent conspicue; deinde ut verbis aperte, minimeque perplexis descripta sint, ne contraria Legislatoris menti sententia quandoque eruerat: quod usi evenire in huius Canonis interpretatione contat, quod si udam recentioribus hoc Concilium contendibus, jejunium Sabbathi prohiberi potius, quam præcipi. Sed contrarium verius multo mihi vifum est semper; & quia D. Hieronymus c. affirmat, Romanorum, & Hispanorum esse consuetudinem, ut Sabbathum jejunare, & Eucharistiam quotidie acciperent: & quia ad aliud conitituendum, non prohibendum, si noli loquendi formula hujus Concilii Patres usos ex alio Canone apparat, ut conituerent enim, uno die a' omibus diem Pentecostes celebrandum, his verbis usi sunt: *Pravae institutionem emendari placuit, iuxta auctoritatem Scripturarum, ut cuncti dies Pentecostes celebretur*.

a Lib. 5. Ethicolog. Cap. 11.
b In Solone.

c Epist. 28. ad Lucianum Beati.
d Can. 43. hujus Concilii.

CANON XXVI.

Ut omni Sabbatho jejunetur.

Errorem placuit corrigi: ut omni Sabbathi die jejuniorum superpositionem celebremus.

bremus: quo d' qui non fecerit, quasi novam heresim induxisset, notetur. Simile est, quod hic ipsi decernunt; quasi clarissim dixissent, errorem tolli, si Sabbathi jejunii superpositionem celebremus; quod antea quidam non fecissent: vel pravam institutionem emendari, si cuncti diei Pentecostes una egerint festivitatem. Jejunium autem Sabbathi ideo jejunii superpositionem vocasse Patres Hispanos crediderim, quod soliti essent olim sexta Feria jejunare; quod jejunium cum ad Sabbathum extenderet placuisse, ideo jejunii superpositionem nuncuparunt.

Sed precepto huic Sabbathi jejunio adversari videtur D. Ignatii a sententia, dum ad ^{a Epist. 8.} Philippenses scribens ait: *Quicunque Dominicam, aut Sabbathum jejunaverit, præter unum Sabbathum Pascha, ipse est Christi interfector*. Nec solum D. Ignatius hujus sententiae fuit auctor, sed omnes Apostoli, quos haec decrevisse, D. Clemens b Petri successor refert: *Si quis diem Dominicam, aut Sabbathum, uno solo dempto, jejunare deprehendatur, deponitur*. Multo clarissim idem Clemens hujus Decreti rationem reddidit, dum rursus scribit: *Sabbathi, & Dominicum diem festum agite: quoniam illud natura condita est monumentum, hic Resurrectionis. Unum autem Sabbathum servandum vobis in toto anno, quod pertinet ad sepulturam Domini, in quo jejunare oportet, non festum agere*. Horum autem, & aliorum sanctorum Patrum, Scriptorumque antiquorum diversas sententias, ut ad concordiam reducamus, observandum est, diversam fuisse olim Orientalium Ecclesiarum & multis Occidentis in observando Sabbathi jejunio, sive legem, sive consuetudinem, ut Augustinus d scribit ^{d Epist. 17.} Hieronymo: *Velle me doceret benigna sinceritas tua, utrum simulate quisquam Sanctus Orientalis, cum Romanam venerit, jejunet Sabbatho, excepto illo die Paschalis vigilia? Quod si malum esse dixerimus, non solum Romanam Ecclesiam, sed etiam multa ei vicina, & aliquando remotiora dum habimas, ubi nos idem tenetur, & maneat. Si autem non jejunare Sabbatho malum putaverimus, tot Ecclesias Orientis, & multo majorem Orbis Christiani partem, qua temeritate criminarimur?* Id ipsum docet idem Augustinus & ad Casulanum contra Urbicum quendam Ecclesias Orientis accusantem, quod Sabbatho non jejunarent, ^{e Epist. 86.} *Quod utinam (inquit post alia) sic quereret, aut sic affirmaret, ut toto terrarum Orbe diffusam, exceptis Romanis, & adhuc paucis Occidentalibus, apertissime non blasphemaret Ecclesiam. Hunc vero quis ferat per omnes Orientales, & multos etiam Occidentales populos Christianos de tali tantisque famulis famulabusque Christi Sabbatho sobrie modesteque præudentibus, ab isto dici, quod in carne fuit?* In hac varia Regionum consuetudine, quid tenendum esset, Viri pii olim habitarunt, urgentibus hinc inde rationibus variis, quas singulæ sibi Provinciae delegerant. His motus Lucinius Hispanus consuluit D. Hieronymum, an liceret Sabbatho jejunare, ut in Hispania tunc Decreto hujus Concilii non constitutum modo, sed & moribus receptum erat, & observatum. Quod autem illi responderit Hieronymus f, eiusdem verbis proponam: *De Sabbatho quod queris, utrum jejunandum sit, & de Eucharistia, num accipienda quotidie, quod Romana Ecclesia, & Hispana observare perhibentur; scriptis, quidem & Hippolytus Vir discretissimus, & carptim diversi Scriptores e variis Auctoribus edidere; sed ego illud te breviter admonendum puto: traditiones Ecclesiasticas, præsertim quæ Fidei non officiant, ita observandas, ut a majoribus traditæ sunt; nec aliorum consuetudinem, aliorum contrario more subverti. Id ipsum ex Beati Ambrosii sententia D. Augustinus g respondit Presbytero Casulanu ancipiuti hac difficultate impletito: Indicabo quid mihi de hoc requirenti responderet venerandas Ambossum, a quo baptizatus sum, Mediolanensis Episcopus. Nam cum in eadem Civitate mater moe necum esset, Romæ, & nobis adhuc catechumenis parum ista curantibus illa sollicitudinem gereret, utrum secundum morem nostram Civitatis sibi esset Sabbatho jejunandum, an Ecclesia Mediolanensis more præudentum, ut bac eam cunctatione liberarem, interrogavi hoc supradictum hominem Dei. At ille: Quid possum, inquit, binc ducere amplius, quam ipse facio? Vbi erga putaveram nihil cum ista responsione præcepisse, nisi ut Sabbatho prænderemus: hoc quippe ipsum facere sciebam, sed ille securus adiecit: Quando bic sum, non jeuno Sabbatho. Quando Romæ sum, jeuno Sabbatho; & ad quoniamque Ecclesiam veneritis (inquit) ejus morem servate, si pati scandalum non vultis, aut facere. Hoc responsum retuli ad matrem, eique sufficit, nec dubitavit, esse obedendum; hoc etiam nos fecuti sumus. Sed quoniam contingit, maxime in Africa, ut una Ecclesia, vel unus Regionis Ecclesia, alios habeant Sabbatho præudentes, alijs jejunantes, mos eorum mibi sequendum videtur, quibus eorum populorum congregatio regenda commissa est. Quapropter si consilio meo, præsertim quia in hac plus forte, quam fuis fuit, te petente, atque urgente, locutus sum, libenter acqiescis: Episcopo tuo in hac re noli resistere, & quod facit ipse, sine ullo scrupulo, vel disceptatione, sectare.*

Utriusque autem Ecclesiæ rationem in omitendo, vel celebrando Sabbathi jejunio inquiramus, Ecclesiam Romanam, & illas, quæ ab ipsa edocet, & institutæ sunt, ideo Sabbatho jejuniale quidam alterunt, quod eam diem in jejunio egerit D. Petrus, certaturus die Dominico cum Simone Mago a quo obterta victoria, Petrus diem illum in posterum jejunio celebrandum constituisse; sic refert Cassianus h. Sed Historie hujus veritatem suspectam facit D. Augustinus i ad Casulanum: *Et quidem, ait, & hæc opinio plurimorum, quamvis peribent esse falsum plerique Romani, quod Apostolus Petrus cum Simone Mago die i Epist. 86. Dominico certaturus, propter ipsum magna tentationis periculum pridie cum ejusdem Urbis Ecclesia jejunaverit, & consecuto tam prospero, gloriose successu, eundem morem tenerit, eumque imitata sint nonnullæ Occidentis Ecclesiae. Innocentius k etiam Papa I, cum vellet idem jejunium Sabbathi stabilire, diversam ab hac rationem adstruit; non omifurus*

a Epist. 8.

b Canone Apóst. 65.

c Idem Lib. 7. Apóst. Conf. 6. 24.

d Epist. 17.

e Epist. 86.

f Ep. 28. ad Lucium Beati.

g Epist. ad fin.

h Collat. 3. Cap. 10.

i Epist. 86.

k Ep. 1. ad De-

centium Epist.

l Eugub.

furus & hæc, si illam pro certa, veraque habuisset: *N*on ergo pot negamus (scribit ad Dux centium Episcopum Eugubinum) sexta Feria jejunandum, sed dicimus, & Sabbato hoc agendum: quia ambo dies tristitiam Apostolis, vel his, qui Christum secuti sunt, indixerunt. Eandem rationem retulit Cardinalis Humbertus doctissimus Sylvæ-Candidus Episcopus, Leonis IX. ad Constantinopolitanos Legatus: *Latina autem Ecclesia*, inquit post alia, *compatiens passi*, & sepulcro Domino; & gaudet resurgentis in die Dominica, quando Iudeos nimis occupaverit modestia, & custodes sepulchri conati sunt corrumpere pecunia. Unde nos traditionem usque in saecula retinere cupientes &c. Ante Hymnorum 2, & Innocentium eandem rationem Sylvestrum Papam Gracis querentibus et Latinis, cur Sabbatho jejunarent, respondisse refert Eusebius in illius Vita, his verbis: *Cum omnis Dominica dies calendaris sit in gaudium Christianorum, ergo omnis dies Sabbathi deputandus est sepultura ad execrationem Iudaorum, omnes enim Discipuli die Sabbathi fletum habuerunt, sepulchrum suspirantes, & Iudeis epulantibus latitia inerat; Apostolis autem jejunantibus tri-Bulgarii profectio imperabat. Tristemur itaque cum tristibus de sepultura, si volunus cum eisdem defensione &c. de Resurrectione Dominica gaudere. Nec Latinorum solum, sed & Græcorum testimonio redi- xivisti.*

b. Comm. ad VI. Synod. in propterea reprobenderentur, inanem quoque excusationem afferabant; ad sanctum Dominum. **Null. Cap. 55.** & Servatoris nostri Iesu Christi sepulchrum additionem, & ex gratia ex longa consuetudine invallisso, servutumque esse jejunianum. Quare Sylvester A. ta apud Metaponten, qui habent, Papam Sylvestrum jejunium Sabbathi sustulisse, a Græcis recentioribus depravata hinc liquet; quo enim Sylvester, & Innocentius Romani Pontifice, rebus gestis propinquiores, dignitate, & sanctitate superiores, eo mihi illorum quoque ratio fide, & auctoritate certior, & major est.

c. Cen. LXV. In Ecclesia Orientali jejunium Sabbathi Apostolos interdixisse, cum Clemens & Papa reg. &c. &c. ferat, videamus num Decretum falso Apostolis imponatur. Primo namque, cum D. Augustinus & C. 24. Ilinus d' Orientalis, & Occidentalis Ecclesie consuerudinem a prima ejus antiquitate velle Non fusse ab repetere, ut dubium, & ambiguum rem, in medio reliquit: *Quod si respondeatur*, scribit Apostolis inter ad Casulanum hoc docuisse Jacobum Hierosolymis, Ephesij Joannem, ceteraque alii dictum jejuniū locis, quod docuit Roma Petrus, id est, ut Sabbathi jejunetur; sed ab his doctrinae ceterum Sabbathi ros deviassent, atque in ea Romanū stativerunt; & contraria refutaverunt, Occidentis postea aliud Epist. 86. ad Galatonem, quia loca, in quibus Roma est, non servasse quod Apostoli tradiderunt: Orientis vero ter-

ras, unde coepit ipsum Evangelium pradicari, in eo quod ab omnibus simul cum ipso Petro Apostolis traditum, ne Sabbatho jejunetur, sine aliqua varietate maniffeſtum. Interminabilis est ista contentio, generans lites, non finiens quaſtiones. Si ergo una Fide, universa, qua ubique dilatatur, Ecclesia, tamquam intus in membris, etiamſi ipsa Fides unitas quibusdam diversis observationibus celebratur; quibus nullo modo, quod in Fide verum est, impeditur. Si certo enim Apostoli, quod a D Clemente refertur, Decretum edidissent, Augustinus, qui Apoikolorum ætati vicinior fuit, & primitive Ecclesiæ non Le-

ges tantum, sed & traditiones non scriptas investigare, & perpetuo usi conservare nixus
est, hanc utique, de qua sepe est interrogatus, non pretermisisset; nec Hieronymus •
Orientali Ecclesia propinquior. Id etiam Sylvestrum Papam in responzione ad Graecos, quam
supra retulimus, non omisssorum, argumento satis idoneo conjici potest, nec Innocentium,
& reliquos, qui de jejuno Sabbathi vel Leges tulerunt, vel latas confirmarunt; apocryphum
enim esse eum Canonem Apostolorum, non solum vistum est hic, qui reliquorum auctorita-
tem, ut levissimam conantur infringere, sed & illis, qui summa ingenii, doctrinae, & eru-
ditionis vi, co-sarcos, tectosque conservare student.

*E Francisco
Turianus in
Libro de Iustia
& ieiunia Sy-
nodo.
g Epist. ad Sa-
cerdos de je-
junio sabbati*

Utriusque Ecclesia consuetudinem, quod fieri rationi non repugnet, recte observari, non solum Ecclesiae Romanae Sanctissimi Patres docent, Ambrosius, Hieronymus, & Augustinus; sed & Graeci etiam Scriptores: *Negre Latinorum* (inquit Theorianus & Philosophus) *Ecclesiastica consuetudo, neque nostra (id est Graecorum) quidquam quid honestum sit, ac decencia caret, accepit, aut tenet; quin potius utriusque consuetudinis Divinum propositum, & mens est. Prudentibus ergo recte omnia, contra vero imprudentibus omnia sunt perticula, & ruinae.* In hoc recte quidem ille, nisi paullo post a recta sententia trinitate deflexisset; ait enim, *Canonem LV. Synodi Sextae Constantinopolitanae in Trullo, qui Ecclesia Romanae consuetudinem jejunandi Sabbatho temere improbat, & jejunare jubet, a Vigilio Pontifice Romano fuisse approbatum, cuius Historiae, vel fabello fidem, auctoritatem, & originem paullo altius repetere, vixum est operae pretium, ne Theoriani lapsus, aliis etiam labendi occasio sit.*

In ea Synodo , qua Constantinopolis in Trullo Constantino IV. cognomento Pogonato , & Agathonis Papæ Legatis adsentibus adversus Sergium , Paullum , Pyrrhum , Petrum , Cyrum , & Theodororum Archiepiscopos Constantinopolitanos Monothelita , habita eit , multi Canones conditi dicuntur (sunt enim numero centum , & eo amplius) inter eos autem LV. hunc tuitile perhilent : Quoniam intelleximus , in Romanorum Civitate in sanctis quadragesimæ diebus , in ejus Sabbathis jejunare , præter Ecclesiasticum traditum consuetudinem , Sunctæ Synodo visum est , ut in Romanorum Ecclesia Canon inconcurre obtineat , qui dicit : Si quis Clericus inventus fuerit in sancto Dominico , vel Sabbatho jejunans , præter unum , & solum , deponatur ; si Laicus , segregetur . Canonem hunc confirmatum fuit a Vigilio Papa , idem Theodorianus affirmat , sed falso ; cum non solum post Vigilium (præcessit enim Vigilius Agathonem multis annis) sed post ipsum Agathonem , cuius aetate Concilium illud ia-

indictum est, & cuius Legati Theodorus, & Georgius Presbyteri, & Joannes Diaconus in eo interfuerunt, septem & viginti post annos Canones hos, qui Sextæ Synodi esse feruntur, editos fuisse constet, ut Anastasius Bibliothecarius, & ante illum Theophanes Episcopus Nicaea aperte docent. Ille enim in Præfatione in VII. Synodum ad Joannem VIII. Romanum Pontificem sic scriptit: Ergo Regias, quas Græci in VI. Synodo perhibent editas, ita in hac VII. Synodo principalis Sedes admittit, ut nullatenus ex his illæ recipiantur, que prioribus Canonibus, vel Decretis Sanctorum Sedis bujus Pontificum, aut certe bonis moribus inveniuntur aduersæ; quamvis omnes hactenus ex toto maneat apud Latinos incognita, quia nec interpretatae; sed nec in ceterarum Patriarchalium, licet Græca utantur lingua, reperiuntur Archivis; nimirum, quia nulla earum, cum ederentur, aut promulgans, aut consentiens, aut saltē præsens inventa est; quamquam eosdem Patres illas Græce promulgasse perhibeant, qui in Sexta Synodo sunt inventi, sed nullis certe probare possunt indiciis. Hæc ille. Hic autem, id est, Theophanes Tharasii Constantinopolitanus Syncellus, qui a temporibus Diocletiani Imperatoris usque ad Michaelem Leonis filium Annales rectos, & simplices fidelissime perduxisse dicitur ex Originali Græco, quod in Bibliotheca exstat Vaticana, sic translatis Turrianus a: Illud oportet non ignorare, cæsum, & nigrarium esse, quod quidam distinxerint, eos, qui esse Sexti Concilii Canones apud ipsos falso feruntur, post quatuor annos editos fuisse. Ut enim in ceteris omnibus falsitatis coarguntur, ita in hac re quoque mentiuntur. Sic enim se habet vera temporum notatio: Sextum Concilium maximum contra Monotheletas indictum est duodecimo anno Imperii Constantini, qui fuit Heraclii nepos, a Mondo condito sexies millesimo, centesimo, septuagesimo secundo. Imperavit autem idem Constantinus postea alii quinque annis. Eo vero vita defuncto, imperavit ejus filius Justinianus annis decem; quo ejus, Leontius tenuit Imperium triennio. Leontius succedit Tiberius, qui Absimarus etiam est nominatus; fuitque in Imperio annis septem. Deinde Justinianus is, qui fuerat expulsus, in Imperium reductus est, imperavitque rursus sex annis, ut jam secundo anno bujus posterioris Imperii Justinianus de scriptos fuisse Canones, vel ex ipso tertio Canone evidens sit, in quo ita cautum est: Decernimus de Concilij sententia, ut qui bis uxorem duxerint, & ante hanc diem, qui decimus quintus mensis Januarii numeratur, quarta indictionis, anni sexies millesimi centesimi nonagesimi noni, in hac culpa fuerint, neque eam maculam eluere voluerint, ut gradu morientur. Hæc Theophanes, xxvii. annos a Concilio habitu usque ad descriptos Canones numerans, eumque sequutus Anastasius. Et hinc fit, Tharasium, qui in quarta Actione, VII. Concilii, quatuor, aut quinque annis post Sextam Synodum editos hos Canones referit, eorum Græcorum sententiam sequutum videri, a quibus id additum fuit, & suppositum, ut major his Canonibus auctoritas accresceret. Nec minus dissentaneum apparet, quod aliqui putant, editos hos Canones fuisse in altero nefario Conciliabulo, quod sextum etiam est nuncupatum, contra auctoritatem hujus Concilii (nefarie enim in illo, hoc & damnatum est) anno quinto post hoc, qui fuit primus Imperii Philippici, ut docte notatum est a Francise Turriano^b.

Nec Theophanes tantum, & Analtasius hoc Canones post multa tempora suppositos fulisse docent, sed & Humbertus Cardinalis amplissimus, Leonis IX. ad Constantinopolitanos Legatus. In eo enim Libro, quem adversus calumnias Michaelis Patriarche Constantiopolitani, & Leonis Acriani Archiepiscopi Bulgariæ ante sexcentos fere annos scripsit, hæc ait: *Non autem mirum, si Agathonii Papa, & cunctis Patribus vestra imputatis deliramenta, & quæ, aut corruptis, aut finxitis Capitula; cum etiam ipsi Domino Iesu Christo, & Apostolis ejus imputatis figura. Unde nos scientes Sextam Synodum ad destruendam hæresim Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis novas constitutiones congregatam, Capitula, quæ nobis sub ejus autoritate opponitis, omnino refutamus: quia prima, & Apostolica Sedes, nec aliquando ea accepit, neque observat hactenus: quia ea, aut nulla, aut ut vobis libuit, depravata sunt: sicut depravatis Joannis Chrysostomi, & aliorum Orthodoxorum Patrum dictis, & exhibutis in eadem Synodo Sexta. Et in Libro altero, quem adversus Nicetam scripsit: *De Papa (inquit) Agathone omnino scimus, quia neque Sextæ Synodo per se ipsum praesedit, neque aliquibus Capitulis ejus falsi scripti, nisi qua promulgata fuerint adversus Monothelitarum hæresim; vos videte unde haec habeatis: quia Ecclesia Romana hactenus talia ignoravit.* His omnibus subscriptis Theodorus Balsamon^c, dum factetur, in Quinta Synodo, quæ congregata est sub Justiniano, & in Sexta sub Constantino Pogonato, nullos Canones editos; idcoque illam factam fuisse ad supplementum duarum; ob idque proprie Sextam non nominari. sed *neudiximus*. id est, Quini-sextam; nam quod Quinta & Sexta Synodis deerat, ipsa replevit. In hoc recte, sed in reliquo paullo minus; allebit enim, omnes Canones in ea Sexta Synodo editos fuisse cum consensu & subscriptione Legatorum Pontificis Romani: *Antiquus (inquit) Nomo-canorum versavi, & ex subscriptionibus inveni, quod in hac Synodo, quæ in Trullo magni Palatii congregata est, ederant Basilius Cirtinus Creta insulæ Metropolis Episcopus, & quidam Ravennæ Episcopus, totius Synodi Romana vicem gerentes, & non solum ipsi, sed & qui tunc erant Papa Legati, Thessalonicensis, Sardianensis, Heracleanus in Thracia, & Corinthius Episcopi. Id ipsum retulit, confirmavitqua secundo adversus Romanæ Ecclesiæ morem in jejuniis hoc Sabbathi idem Balsamon d: Tum propter alia multa (inquit) tum etiam propter presentem Canonem dicunt qui veterem. Romanum incolunt, non esse sanctam Synodum ecumenicam, sicut in ejus proœmio scriptum: tamquam enim ferrum cor pervasisit, eosque pungit, ac configit, ut qui contra Apostolicum Canonem faciant, qui dicit: Si quis Clericus inventus fuerit sancto Dominico, & Sabbatho Tom. II. G. ieiun.**

In principio
I. Syn. Trull.

*Ad Canones
v. VI. Synod.*

Tom

jejunare, præterquam uno, & solo, deponatur: si autem laicus, segregetur: *Hi ergo veniam digni non sunt, qui sive rursus private constitutioni inharent; & non solum in sancta Quadragesima Sabbathis jejunant, sed in reliquis omnibus: ego autem vidi quosdam Latinos, qui cum propere reprobenderentur, inanem quaque excusationem afferabant, ad sanctum Dominum, & Servatoris nostri Jesu Christi sepulchrum aditionem, & ea gratia ex longa consuetudine invaleisse, servatumque esse jejunium. Alios autem vidi, qui Hierusalem non venerant, & similes jejunabant, & alios qui eusmodi jejunium contemnebant, & indiscriminatim in Sabbathis jejunium frangebant, qui etiam ad Dominum sepulchrum venerant.* Non possum itaque dicere, quomodo bac sic fiant. Videntur autem mores potius sequi, quam Canones. Hæc Theod. Balfamon, ad labetactam Romanæ Ecclesiæ consuetudinem, & confirmandam huius Synodi, & Canonis auctoritatem. Sed his veriora multo sunt, quæ de Synodo Theophanes, & Anastasius scripserunt. Et post eosdem Ivo^a, refert ex Pontificali ejus Synodi Canones a Juliano Augusto ad Sergium PP. missos, & ab eo rejectos, tum deinde ad Joannem VII. ut quos vellet, probaret, quos nollet, induceret. De Canone autem hoc audiamus Humbertum contra Nicetam: *Si interrogem (inquit) Judæos, quid in Sabbatho celebrant? respondebunt, requiem Domini. Si Græcos? idem, & non aliud dicent. Ergo sub servitu Legis sunt, in cuius umbra, & tenebris confidunt. Quam traditionem, inquit, si tentasset Papa Agatho removere a Romanis, non audiretur ab eis. Quamobrem Caput, quod afferitis Agathonem promulgasse, jam supra sub Agathone Papa Sextam Synodus habitam, in eaque afflisse ejus Legatos? ut si quis Clericus jejunaret Sabbatho, præter unum, deponeretur; magis dicendum est, Nazaræorum esse, quam Apostolorum: Corinthi, & Ebionis magis, quam Sexta Synodi, & Papæ Agathonis. Cui sane Capitulo Epistola Pauli aporté contradicit, ubi ait: Nemo vos judicet in cibo, aut potu, aut in parte diei festi, aut Neomeniæ, & Sabbathorum, quæ sunt umbra futurorum. Unde Romani proprio Auctori, & Magistro Gentium in fide, & veritate obedientes, nulli Sabbatho festum, vel otium dependunt, sicut neque Neomeniæ; quia Judaica sunt, & umbra futurorum. Eundem Canonem reprehendit, moremque improbat, in Libro adversus calumnias Michaelis Patriarchæ Constantinopolitani, & Leonis Acridarum Archiepiscopi Bulgaricæ pro defensione Azymi: *Si vos non judaizatis (inquit) dicate cur Judæi in simili observatione Sabbathi communicatis? Sabbathum certe ipsi celebrant, & vos celebratis. Epulantur & ipsi, & solvunt semper in Sabbatho jejunium, & vos in vestra Quadragesima solvitis a jejunio omne Sabbathum, præter unum. Illis duplex est caussa celebrandi Sabbathum: ex præcepto Moysis, & quod contristat Discipulis, ipsi fuerunt de morte Domini, quem non credebant resurrectum, in hac die gauis: unde quia cum Judæis Sabbathum, & nobiscum celebratis diem Dominicum, videbunt in tali observatione obseruare festam Nazaræorum, qui recipiunt Christianismum; ut non dimittant Judæismam. Latina autem Ecclesia compatiens passo & sepulto Domino, & gaudent resurgentis in die Dominica, quando Judæi nimia occupavit mæstria, & custodes sepulchri corati sunt corrumpere pecunia; unde nos traditionem usque in hodiernum diem de Sabbatho retinentes, & usque in fixum retinere cupientes, &c.**

*b In C. Sextam
Synod. 16. Dif.*

*c Ep. ad Tha.
volum in 2.
Act. VII. Syn.*

*Canon 82. VI.
Synodi, quod probatus sit ab Adriano PP. &
VII. Synodo certam auctoritatem habet.*

Quod si adversus hæc objiciatur Adrianus b Pontificis Decretum, apud Gratianum, quo Sextam Synodum, cum omnibus suis Canonibus ratam voluisse videtur, his verbis: *Sextam Synodum sanctam recipio cum omnibus Canonibus suis; non magis morabor, quod sciam, verba illa non Adriani Papæ, sed Tharasii Archiepiscopi Constantinop. esse. Adrianus enim in Epistola sua, qua describit Tharasio, ea retulit, quæ dixerat idem Tharasius in prima Epistola ad Adrianum; nec in Epistola Tharasii verba sunt, quæ retulit Gratianus, sed longe diversa; sic enim retulit Adrianus c: Nam quas mihi per Leonem venerabilem Presbyterum vestrum Literas misisti, mox in principio pagina primæ cognovi, pietatem tuam, cum Laicorum Ordinatione, tum Imperatoria suffragio in sacrum Patriarchatus Solium exaltatam, quam ob causam effuso gaudio exultavit cor meum. Quod si autem non perspecta mihi esset, & probe cognita erga sacras Synodicas sex Constitutiones, & venerandas Imagines vestra sinceritas, & orthodoxa Fides, nequaquam ad Synodum convocandam assentiremus. Verum quemadmodum non leviter cor nostrum ex superioribus vestris distinctionibus dolore tactum est, ita plurimo gaudio anima nostra perfusa est; postquam cognovissem, piam vestram confessionem, & rectam Fidem esse firmam, & stabilem. Invenimus autem in prædicta Synodica vestra Epistola, quanta sit confessi, & recta Fides vestra circa Cœtus sacros, & sex sacras Synodos, & erga venerandas, & sacras Imagines, quæ profecto mira est, & compilatione digna. In qua etiam clare est expressum, quod in Sexta Synodi Divine, & legaliter prædicatis Canonibus recipitur pictura illa veneranda, in qua Agnus dixito Præcursoris demonstratus, graphicè est insculptus &c. Hæc in antiqua translatione Epistole. Ex quibus erui non potest, Adrianum Papam confirmasse omnia, quæ Tharasius Archiepiscopus in sua Synodica retulerat; quoniam de omnibus Canonibus, qui Sexta Synodi nomine feruntur, tunc disputare, nec Tharasii, nec Adriani animus erat; sed de his, quæ ad sacras Imagines, picturam præsertim Agni dixito Præcursoris demonstrati spectabant. Quare cum eum Canonem retulerit tantum Tharasius, & alios, qui in Sexta Synodo editi sunt (sex fuille, Hinemarus refert) non constat ex hoc loco, centum, & duos, qui exstant nunc, Tharasium retulisse, nec Adrianum confirmasse; cum nihil minus ad utriusque propositum spectaret. Quo lì si recentiorem Graeci Concilii, & Epistole in eo contentæ translationem consideremus. multo sane minus, aut Tharasii sententia, aut Adriani operit confirmatio; cum in illa generliter omnium sex Synodorum Canones potius, quam solius Sextæ, & conferantur, & confirmantur. Sic enim ait, ut in emendatione Gregoriani Decreti exstat: *Invenimus autem in prædi-**

prædicta Syno dica Epistola Sanctitatis vestrae, post plenitudinem Fidei, & confessionem facri Symboli, & omnium sanctorum Synodorum, & de sacris, ac venerabilibus characteribus, miraculum laude, ac veneratione dignissimum contineri. Quare & easdem sanctas sex Synodos suscipio, cum omnibus, qua jure, ac Divinitus ab ipsis promulgatae sunt.

En non Sexta Synodo, sed sex Synodorum Decreta, & Canones referri, & confirmari. Quæ verba, ut vera esse possint, sat est, si in nonnullis eorum Canones editi fuerint, ut editos constat in Niceno, Constantinopolitano primo, & aliis: alioquin si omnia Concilia Canones constituisse dicerentur, falso id non solum Sexto, sed & Quinto imponeretur; a quo etiam est certum nullos fuille conditos Canones. Quod si Canonis nomine, quidquid in Concilio actum, decretumque fuit, comprehendendi dicamus, quod Tharasius dixit, & retulit Adrianus (se recipere sex Synodos cum suis Canonibus) in omnia Concilia convenire potest; quod in omnibus illis aliquid decretum, constitutumque fuerit, etiæ de Canonis nomine, & Decretorum numero non explicatur. Iisque etiam respondendum est ad Canonem primum ejusdem Septimæ Synodi, in non I. VII. Synodi, quo de confirmatis one sex Synodorum, & earum Constitutionum, haec verba sunt: *Cum hæc ergo ista se habeant, & sint nobis testata, iis exultantes, ut si quis multa spolia invenerit, divinos Canones libenter amplectimur, eorumque Constitutionem integrum, & illuc facilitabilem. Confirmamus quæ edita fuerunt a Sancti Spiritus tubis, omni ex parte benedictis Apostolis, & ex sanctis Universalibus Synodis: his qua ad hujusmodi Decretorum traditionem localiter coacta fuerunt, & nostris sanctis Patribus. Quod si item objiciatur Actio Quartæ Septimæ Synodi: Habeo (inquit) Librum continentem Canones sanctæ Sextæ Synodi a Patriarcha a Quæ exstat Sexta Synodis Canones facit? Sciant ergo, quoniam sancta Synodus Sextæ sub Constantino congregata est contra eos, qui dicebant, unam operationem, & unam voluntatem esse in Christo: in qua sancti Patres illos ut hereticos anathematizaverunt, & orthodoxam Fidem exprimaverunt, & soluta Synodus est Constantini XLV. anno. Post quatuor vero, aut quinque annos, iidem sancti Patres congregati sunt, sub Justiniano filio Constantini, & predictos Canones promulgaverunt, de quibus nullus dubitet: qui enim sub Constantino in Synodo fuerunt, iidem ipsi Episcopi sub Justiniano istis Canonibus subscripti erunt: oportebat enim, ut Synodus Universalis Canones Ecclesiasticos promulgaret.*

Respondebimus, eam non tuisse Constitutionem, aut Decretum Concilii vii. sed cum in ejus Actionibus referrentur omnium Episcoporum sententiae, & dicta de sacris characteribus sive Imaginibus: contigit, ut Elias venerabilis Protopresbyter sanctæ Ecclesiæ domini nostri Deiparae in Blachernis (sic vocatur) legeret ex charta, quæ definitiones sanctæ, & Universalis vi. Synodi continebat, Canonem de pictura Agni dixito Præcursoris indicati, ad confirmandas imaginum picturas: & cum objiceret Elias venerabilis Monachus Sabbas, qui de causa Canon ille non ex Libro, sed ex charta legeretur, Tharasius Patriarcha respondit his verbis: *Quoniam charta ipsum est autographum, in qua subscripti erunt Patres. Ut firmorem redideret sententiam Eliæ, & confirmationem Tharasii, Petrus Episcopus Nicomedie adiecit statim, se habere Librum continentem Canones vi. Synodi, his verbis, quæ in eadem Actione iv. referuntur: Petrus Metropolites Nicomedie dixit: Quin etiam habeo & alterum Codicem VI. sacra Synodi Canones continentem, quem in manibus sumptum Victor venerabilis Diaconus, & Notarius legit eundem Canonem, scilicet de pictura Agni dixito Præcursoris indicati. Ne autem huic Petri Episcopi Nicomedie Codici ad perfringendam Canonis illius auctoritatem, & evertendum Imaginum cultum, notam alias objiceret, ut objicerat Elias Sabbas; intercludere aditum voluit idem Tharasius Archiepiscopus Constantinopolitanus verbis, quæ in eadem Actione statim post præcedentia referuntur: Sanctissimus Patriarcha dixit: Quæ est hæc ignorantia, quæ plerique laborant circa hos Canones? Scandalum enim est dubitare, num sint VI. Synodi. Cognoscant igitur tales, VI. Synodum temporibus Constantini suisse congregatum; nimis contra eos, qui tantummodo unam actionem, & voluntatem in Christo collocant. Illi igitur hereticos anathematizaverentes, orthodoxamque Fidem confirmantes, sub annum XLV. Imperii Constantini dominum redierant. Post annos igitur IV. aut V. iidem illi Patres sub Justiniano Constantini filio congregati, predictos Canones ediderunt: neque bac de re quisquam dubitet. Nam qui temporibus Constantini subscripti erunt, iidem illi sub Justiniano quoque præfectum banc chartam subsignarunt: quæ res fatis clara est ex eorundem propriarum manuum immutabili similitudine. Necesse autem erat, ut post Synodum Universalem definitam, Canones quoque Ecclesiasticos ederent. Igitur ad recordationem salutari illius mortis in carne politia ex venerandis Imaginibus, nos manuduci declararunt. Quod si autem in dispensationem Christi veri Dei hoc modo manducimur, quales eos esse arbitrandum est, qui has subvertere conantur? Sancta Synodus dixit: vere impios Hebreos, & veritatis hostes. Hæc in quarta Actione vii. Concili, & Elias, & Sabbas, & Petrus, & Tharasius, qui cum de vi. Synodi Canone, qui ad Imaginem picturæ Agni dixito Præcursoris insigniti, spectabant, vellent solum agere, ad confirmationem reliquorum auctoritatem non faciunt fatis; nec eorum sententiam approbat Conclitum, sed solum respondit, vere impios Hebreos, & veritatis hostes esse illos, qui Imaginem Christi, & Reliquias subvertere niterentur. Ideo autem impios Hebreos eos vocavit, quia primum hujus erroris auctorem Hebreum quendam nomine Saranthapechyn in Tyberiadie fuille, Joannes religiosissimus Monachus Vicarius Orientalium Episcoporum dixit, eamque firmavit in eadem vii. Synodo, Actione V. Nec de reliquis Canonibus egit Elias, vel Sabbas, vel Petrus, vel Tharasius; nec si egissent, tantum esset eorum ratio momentum habitura; cum, quia auctoritate Concilii confirmata non est: tum. Iuia in adhibenda recta annorum suppuratione minus diligentem fuisse Tharasium constat;*

Gg 2 nam

nam quatuor aut quinque annos post Sextam Synodum editos Canones refert, cum ex fidissima & vera Theophanis, & Anatasi Bibliothecarii relatione, sit certius xxvii. annos post Concilium editos fuisse. Nec illud verum esse potest, quod idem Tharasius refert, eodem PP. Canonibus subscriptis, qui subscripti erunt ipsi Sextae Synodo, jam quatuor, aut quinque annos antea finit: cum eorum principi Legati, scilicet Agathonis Papæ, jam abfuiscent, nec de eorum subscriptionibus conitat: erat enim jam alius Pontifex, non Agatho, qui & vivis excelerat, nec Leo II. qui illi succesit, nec Benedictus II. nec Joannes V. nec Conon; sed Sergius I. Quatuor enim, aut quinque annorum spatio, omnes illos Pontifices Sedes Romæ Apostolica habuit: erat jam Constantiniopolis alias Patriarcha, alii Episcopi multi, alius numerus, alia Patrum nomina: quod & ab Anatasio Bibliothecario admonitum, animumadversumque est.

<sup>a Ad finem C.
Habeo 16. Dif.</sup> Quod vero de numero Canonum, ex eadem vii. Synodo Actione vi. idem Gratianus a retulit, ex ipsius Concilii exemplari repetendum est, ut rei geltæ veritas disputatione, & diligentia clarescat. Postquam Septima Synodus in quinque Actionibus praecedentibus late tractasset de sacrarum Imaginum in Ecclesia usu, antiquitate, & auctoritate & yisum tandem est, ne heretici illi, qui in ne fario Concilio (Septimum illi vocabant) congregati, de abjicioendo Imaginum cultu errorem suum defenderant pertinaciter, & scriptis evulgaverant, occasionem lapsus darent Catholicis, sumnam suæ doctrinæ, sive erroris referre, cum brevi etiam Catholicorum Episcoporum, qui id postularunt, responso, & refutatione, quasi antitodi loco. Cum ergo summam illius Conciliabili Gregorius Episcopus Neo-cæsareæ referret ad finem Tomi primi, inter alia quæ Epiphanius Diaconus legendo respondit, retulitque de Imaginum usu antiquo, & earum in Concilii facta confirmatione, hæc subjunxit: *Sacra autem Sexta, & Universalis Synodus, postquam sententia suam de una voluntate Christi, sub Constantino, qui per ea tempora Imperium ad ministrabat, cu jusque nutu, & voluntate Conventus is erat indicitus, pronunciasset, contigit, Imperatorem de vita decedere. Iustiniiano autem ejus filii Imperium adsumente, iterum unanimiter omnes divina voluntate post quatuor, aut quinque annos congregati, de rebus Ecclesiasticis, statusque eorum correctione, circiter duos & centum Canones edidere, in quorum obtutus secundus del maginibus sic tradiderunt: In quibusdam venerandarum Imaginum pectoris, Agnus digito Precuroris, &c. Hæc Patres inter alia hereticis responderunt privata auctoritate, ut indicat relatio Leonis Secretarii in principio sententiae Actionis: eti publice recitari in Concilio petierint, legique Concilio placuerit, de confirmatione autem non conitat: quinimmo si Canones illos ea confirmatione (ut ajunt) quæ ad finem septima Actionis extat, illos approbasset (quod non fecisse legimus) illud vel ex sententia Tharasii Patriarchæ Constantinopolitanæ, vel alterius, qui aliquid auctoritatis adjici Concilio illi voluit, additum est, repugnante rerum geltarum hitoria, quam fidelißime retulit Theophanes b, & confirmavit Bibliothecarius.*

<sup>b In locis jam
cit. Gratian. C.
i. autem ad finem 16. Dif.</sup> Quare quod in principio Conciliorum, de eorum origine ex D. Isidoró repetit Gratianus, integrum fidem non habet, sive Gratianus illius Capitis, sive Isidorus, sive quicunque ille sit auctor (Isidorus enim hic Hispanensis Episcopus esse non potuit, quia facit mentionem de vi. Synodo, quæ post Isidorum hunc habita est) cum de origine, & tempore Conciliorum Generalium initueret sermonem, postquam de Nicena, de Constantinopolitana i. de Ephesina, de Chalcedonensi, de altera Constantinopolitana, quæ V. Synodus dicitur, de Sexta hæc habet: *Sexta in Constantinopoli CL. Patrum contra Macharium Antiochenum Episcopum, & socios ejus, qui unam voluntatem, & operationem in Christo falsa suspicione afferebant, temporibus Constantini Principis, Agatbonis PP. Romani, Georgii Constantinopolitani, qui, condemnata heresi præfata, ana thematizand, scripserunt octo Capula. Gratianus vero novem Capitula inferioris annexa. Illa nove existant, quæ retulit ex vetulo Codice Monasterii sancti Bavonis Urbis Gandavensis Laurentius Surius c ad finem vi. Synodi. Hac enim minus vera sunt, sicut & illud, quod Hincmarus Archiepiscopus Rhemensis, qui vixit tempore Nicolai I. in Libro de quibusdam Canonis. Capitulis testatur, alterens, in vi. Synodo nullos Canones, præter sex, editos fuisse. Verius enim est, nullos in ea editos, sed septem & viginti post annos, ut Theophanes, & Anatasius retulerunt. Quibus tandem omnibus (ut eo revocetur quo egre la et oratio) observationem jejuni Sabbathi in Ecclesia Occidentalium juste observari constabit, reliquo xxvi. Canone vi. Synodi, quem apocryphum, falsumque, & in invidiam Ecclesiarum Romanarum ab emulsiis ejus confictum, ex his quæ jam diximus, satis perspicue appetit. Quæ ideo a me tractata sunt, quod de Sexta Synodi Canonibus, & horum auctoritate frequente sole disceptatio: eorum tamen plures, qui sinecram præse ferunt doctrinam, & veritatis, & vetustatis prærogativam, non omnino censuerim spernendos, quod præter Adrianum PP. I. Xyltus etiam V. Pontifex Maximus Canonem de seminarum abortu, disertis ex illo verbis fuerit mutuatus.*

^{c To. i. Concil.} Quod autem Ignatius Joannis Discipulus ad Philippenses scripsit, *Christi esse interfitem, qui Dominicam, aut Sabbathum jejunaverit, præter Sabbathum Pascha;* alio respxit: illud enim dixi contra hereticos Marcionitas, qui eo tempore jejunabant Sabbatho, & Dominica, in opprobrio Dei Judæorum, quod septimo die requievissent ab omni opere quod patratarat, ut Divus Epiphanius dicit auctor: *Sabbatum vero jejunant ob hanc causam, quoniam Dei (inquit) Iudæorum est regnus, qui Mundum fecit, & septima die quievit. Nos jejunamus hanc, ut ne officium Dei Iudæorum faciamus.* Salutare igitur Sabbathi jejunium diurno Ecclesia usu, & auctoritate ut sanctissime cœptum receptumque est, ita conflantissime est retinendum. Ejus autem indicendi Auctores Decreto interposito, Patres fuisse Illiberritanos, vel ex hoc Canone fit satis probabile.

<sup>d Lib. i. advo.
heresi. Tom. 3.
Cap. 42.</sup> *Perfectum autem hujus diei jejunium in Ecclesia Hispanica jam diu abiit in desuetudinem,*

nem, & commutari coepit pro alio imperfecto, a carne enim solum abstinemus: quod jejunium imperfectum vocat Joannes Damascenus a. Tertullianus b autem portionale: ova enim, & caseum comedere in Sabbatho, saltem Quadragesimæ, & Dominico, antiquum est in Ecclesia Græca Armeniorum: quod ifdem his Canonibus, qui vi. Synodi c esse feruntur, sublatum reperio: *Similiter accepimus, & in Armeniorum regione, & in aliis locis, in Sabbathis, & Dominicis sanctis, Quadragesimæ, quosdam ova, & caseum comedere yisum est ergo, & hoc, ut omnis Dei Ecclesia, quæ est in universo terrarum Orbe, unum ordinem sequens, jejunium perficit, & abstinet, sicut ab omni mortali: sic de ovis, & caseo, quæ quidem sunt fructus, & fetus eorum, a quibus abstinemus. Si autem hoc non servaverint, si sint quidem Clerici, deponantur: si autem laici, segregentur.* A Græcis Gotthos, & a Gotthis Hispanos usum comedendi ova, caseum, & reliqua lacticinia, Sabbathis magis crediderim; nam ante illorum adventum, jejunium hoc imperfectum Hispaniam agnovisse, nusquam legimus.

COMMENTARII NOVI.

<sup>a L. de jejunio
b L. de jejunio
c Can. LXX.</sup> **E**st apud Matthæum Cap. 9. & Lucam Cap. 5. Discipulos Joannis, & Phariseos Christum Dominum rogasse, quare Discipuli ejus non jejunarent? quibus ipse respondit: *Veniet dies, cum auferetur ab eis Sponsus, & tunc jejunabunt in illis diebus, Hinc Romana Ecclesia, quam secuta est Hispanica, & alia Occidentales, ex Apostolorum traditione confuerit sexta Feria, & Sabbatho jejunare.* His enim diebus ablatus fuit a Discipulis Sponsus. Verumtamen in Ecclesiis Orientalibus aliter in more possum fuisse: nepe ut Feria quarta, & sexta jejunaret; ut constat ex Can. LXVIII. Apollorum, & ex D. Clemente L. 5. Conf. Ap. 1. Cap. 16. & ult. & Ignatio Epist. ad Philipp. & Gratiano, *De Confessat. Dist. 3. Cap. Jejunia,* ex dictis S. Apollonii, qui ab Ivone dicitur Apollinaris P. 4. G. 32. & ex Epiphanio in compendio Doctor. Eccles. & Origen. in. Levit. , & Cyrril. in Levit. Lib. 10. & Tertull. *Adversus Psychic.* Cap. 14. Anatasis in Lib. quem dñyos inscripsit, id est, via ducem, & S. Petro Alexandrino Can. xv. Producebatur vero hoc jejunium usque ad horam nonam, cætera vero usque ad vesperam, ut testatur Tertull. *Adversus Psychic.* Cap. 10. Horum jejuniorum rationem reddit Divus Clemens. Quoniam in quarta Feria judicium contra Dominum prodiiit; cum Judas, pecunia accepta, promisit eum tradere; in Paræce vero, quoniam in ea Dominus Crucis supplicium pati fuit est. Hæc Clemens, Lib. 7. G. 24. Sabbathi vero jejunium severe interdictum a Græciis est, & tota Orientali Ecclesia. D. Ignatius testatur in Epist. ad Philip. quæ est 8. *Quicumque Dominicam, aut Sabbathum jejunaverit, præter unum Sabbathum Pascha, ipse est Christi interfector.* Unde Græci insultabant Latinis, quod contra Apostolicas Leges Sabbatho jejunarent. Hujus observantie meminit Clemens, *Confitut. Apostol.* Lib. 7. Cap. 24. & Irenæus, Lib. 1. Cap. 20. & deinceps Epiphanius heresi xli. & xlii. Gregorius Nyssenus in Oratione *adversus eos, quæ egre ferunt reprehensiones.* Socrates, Hist. Lib. 6. Cap. 8. Anatasis Nicænus Lib. Quæp. Q. 77. Quapropter Innocentius Papa in Epistola ad Decentium, Cap. 4. Sabbatho esse jejunandum rationibus evidentissimis, ut ille ait, demonstrat. Et sanctum Eliberitanum Concilium errorem hujusmodi corrigendum decrevit, ut omni Sabbatho jejunaremus, ut primi Christiani nostri jejunaverunt. Cum

vero adhuc etiam Græcorum consuetudo in Hispania perseveraret, Lucinius nobilis Hispanus Provinciae Bæticæ, Hieronymum consuluit in Bethlehem commorante, utrum Sabbatho esset jejunandum? ut Romana, & Hispana Ecclesia observabant. Cui rescriptum Hieronymus Tom. 1. Epist. 28. traditiones Ecclesiasticas ita observandas, ut a majoribus tradite sunt, nec aliorum consuetudinem aliquam contraria more subverti. Idem Augustinus ad Juvarium respondit Epistola 118. ex sententia Ambrosii dicentis Monicæ: *Quum Romanum venio, jejunio Sabbatho, quum hic sum (id est, Mediolani) non jejunio.* Et hujus rei afferit causam Augustinus ad Casulanum Epitola 86. & Cassianus Collect. 3. C. 10. In Ecclesia Hipponiensi eadem consuetudo viguit, ut testatur Augustinus, Epistola 86. & 118. Iisdem fere temporibus Decentius Eugubinus Episcopus Innocentium Romanum Pontificem de jejunio Sabbathi consuluit. Ad quem Pontifex rescriptum Epistola 1. Cap. 4. Romana Ecclesia, & aliam Occidentis consuetudinem esse tenet, quæ Sabbathi jejunium magnopere commendat. Nicephorus etiam hujus consuetudinis Romanæ Ecclesiæ meminit Lib. 12. Hist. Cap. 34. & Gregorius VII. Cap. Quia dies. De Conf. Dist. 5. Et Innocentius consultus de hac re a Bracarensi Archiepiscopo, respondit, Provinciae consuetudinem debere observari, ut Sabbathis a carne omnes abstinerent, infirmis, & debilibus dumtaxat exceptis. Refertur Lib. 3. *Decretal.* Cap. Concilium, De observ. jejuniorum; errorque Socratis, Histor. Lib. 5. Cap. 21. refellendus est, dum ait, Romæ in Quadragesima jejunare solitos Fideles, Sabbatho excepto, atque Dominica. LOAISA.

Sabbathi dies, uno excepto, immunes olim ab omni jejunio, & tamquam festos antiquitus agebant, & tum etiam in Græcia mos ille perdurat, quem Hispanæ Patres post Romanum primos omnium antiquasse, verisimile est ex hoc Canone & Feria quarcta jejunia, & stationes in Sabbathum transculisse.

Superpositiones. Hoc est, imponere jejunia, quæ solita non essent observari. ALBASPINÆUS.

Jejunii superpositionem celebremus. Jam supra in Notis ad Canonem xxii. monuimus, quid intellexerint Patres Eliberitani per superpositiones jejuniorum. Modo autem

tem in singulare superpositionem jejunii indicant die Sabbathi, veluti jejunium adjectum jejuno proxime praecedentis diei Veneris. Utique enim dies in Hispania, scuti & in majori Ecclesiae Latinae parte, religiose observabatur, licet quo tempore Concilium hoc celebratum est, aliqua effet negligentia in jejuno Sabbathi observando, uti indicant verba illa: *Errorem placuit corrigi*; nimirum, opinionem erroneam aliquorum, excusantium Hispanos ab eo jejunio: fortasse quia legerant inter Canones nomine Apostolorum vulgatos illum *LXV.* *Εἰ τοις κατηπίκειοι εὐπίπτουν κυριακὴν ἡμέραν νηστεῖν, οὐ τὸ σάββατον, πλὴν τῆς ἑβδόμου, καθημέτρων, οὐ δὲ κατηκός, ἀφορίζεσθαι.* Ideo: *Si quis Clericus inventus fuerit die Dominico jejunare, vel Sabbatho, præterquam uno solo, deponatur: si autem laicus, segregetur.*

Sed enim imprimitur Canon ille non est authenticus, nec ullo solidi fundamento ostenditur traditus ab Apostolis, vel a Concilio aliquo, vel a Sede Apostolica. Quin potius videtur intrusus ab aliquo Graecorum in gratiam exemptionis a jejunio receptus in Oriente dic Sabbathi, ut supra peculiari Dissertatione diximus, ubi ostensum est, Canonem praeditum, & paucos alios fuisse suppositos Apostolis, etiam iudicio illorum, qui reliquos omnes veluti probatos ab Ecclesia, sive a Sede Apostolica, tuerunt. Videantur qua tota illa Dissertatione protulimus, nec modo inculeare oportet.

Et certe si is Canon *LXV.* ab Apostolis editus fuisset, PP. Illyberitani non auderent improbare hoc loci doctrinam ipsi conformem, nec jejuno diei Veneris superponerent jejunium Sabbathi. Nec Innocentius I. Papa centum circiter post hoc Concilium annis rescribens Decentio Episcopo §. *iv.* diceret: *Sabbatho vero jejunandum esse, evidentissima ratio demonstrat &c.* Omittendum vero non est, forte Tertulliani tempore adhuc Romanæ in more non fuisse jejunium Sabbathi; si quidem, Lib. *De Jejunis.* Cap. *15.* inquit: *Duas in anno hebdomadas (ideo, Quadragesimas) xerophagiārum, nec totas, exceptis scilicet Sabbathis, & Dominicis, offerimus Deo & abstinentes ab eis, quæ non rejicimus, sed differimus.* In quo recedit a Montaniis, qui tres in anno xerophagiā septem hebdomadum servabant. Nisi forte apud illos, & Tertullianum ipsum, Sabbathi jejunium prætermittetur tunc, servatur autem a Romanis Catholicis, quorum communionem reliquerat, dum eum Librum adversus Psychicos scripsit. CARDINALIS DE AGUIRRE.

Difidium hoc, seu potius diversam consuetudinem Ecclesiarum Orientalis, & Occidentalis, jam Patres Ecclesiarum agnoverunt, & Juris Interpretates illustrarunt. In Ecclesia enim Orientali Sabbathi, ut festiva celebrari probatur ex *Can. v.* Concil. Laodiceni, ubi cavetur, ne aliis Quadragesimas diebus, quam Dominicis, & Sabbathis Natalitia Martyrum colerentur; quod expressum est ejusdem diei festivitatis argumentum, cum diebus aliis Natalitia SS. Quadragesimæ tempore apud Graecos celebrati non possint, ut late probat Fi-

lesacus, *De Quadragesima.* Cap. *13.* & probatur ex D. Clemente, Lib. *3.* *Constit. Apost.* Cap. *33.* *Servi quinque dierum opus faciant, Sabbatho autem, & Dominica die vacent in Ecclesia;* Socrate, Lib. *6.* *Histor.* Cap. *8.* *Cum Festa cuiuslibet hebdomadae occurrebant, videlicet Sabbathum, & dies Dominicus, in quibus conventus in Ecclesiis fieri solent.* Sexta Synodus Trullana Canone *viii.* ex Timoth. Greg. Nycteno, Anatalio, & Gassiano probant Baronius anno *LVI.* num. *205.* Bivarius, *De veteri Monachatu.* Lib. *2.* Cap. *12.* num. *31.* Nec contrarium probat Text. in *Can. xxix.* Synodi Laodiceni relatus in *Can. xxi.* *De confecr. Dist. 3.* Cap. *Quia diu.* *De consecr.* Dist. *5.* in illis verbis: *Non oportet, Christianos judaizare, & in Sabbatho otari.* Nam in his verbis tantum prohibetur Judaico more in Sabbatho otari, & ab omni opere vacare, ut Judæi faciebant; non autem prohibetur ejus diei festivitas, si ritu Christiano, & non Judaico colatur, ut in ejus Canonis Scholiis notarunt Fustelus, & Balsamon, Albaspinæ, Lib. *1.* *Obser.* Cap. *13.* & nos in *Cap. 1.* *De Feriis.* In Ecclesia vero Occidentali, seu Latina non solum dies Sabbathi, ut festivus non celebatur, verum in eo jejunabatur, superposito, id est, continuato jejuno Feria sextæ, ut patet ex Innocentio Ep. *4.* ad Decentium Concil. Gerund. *Can. vii.* Cæsaraug. *Can. vii.* Bracar. *1.* *Can. iv.* Agath. *Can. xi.* Aurelian. *iv.* *Can. ii.* Probant Savarus ad Sidonium, Lib. *1.* Epist. *ii.* verbo, *luxu Sabbathario.* Ambianus ad Tertull. Cap. *15.* *Obser.* *2.* Gazeus ad Cassian. Lib. *3.* Cap. *9.* Sed cum utriusque Ecclesiae consuetudo Fidei rationi non repugnaret, quælibet Ecclesia abundabat in sensu suo, Cap. *Illa,* Dist. *12.* Cap. *Utinam 76.* Dilt. Diffensionis tamen causam breviter perstringamus. Igitur Ecclesia Occidentalis ob memoriam Dominicæ sepulturæ, & quia dies Sabbathi tristitiam Apostolis indicit, jejunium in ea die obseruavit Innocentius I. Quam rationem ex S. Sylvestro refert Eusebius in ejus Vita, his verbis: *Cum omnis dominicus dies colendus sit in gaudium Christianorum, ergo omnis dies Sabbathi deprandus est sepulturæ ad execrationem Iudeorum.* Omnes enim Discipuli die Sabbathi fletum babaerunt, sepultum suspirantes, & Iudeis epulantibus latitia inerat; Apostolis autem jejunantibus tristitia imperabat. Tristem itaque cum tristibus de sepultura, si volumus cum eisdem de Resurrectione Dominicæ gaudere. Quam rationem a Latinis didicisse testatur Balsamon ad *Can. lv.* Sextæ Synodi in Trullo. In Ecclesia vero Orientali non jejunabatur die Sabbathi, excepto Sabbatho Paschæ, in detestationem haeticorum, Simonis Magi, Saturnini, Menandri, Cerdonis, & Marcionis, eorumque sectariorum, qui omnes Deum Optimum Maximum auctorem Mundi cum omnibus a se creatis rebus ajebant malum esse, atque ideo a carnis esu, & propagatione per Matrimonium abstinentes, die Sabbathi jejunabant, ne Creator Mundi, qui die septima requievit, honorari videretur, ut constat ex Epiphanius; & hoc sensu sanxit D. Ignatius Episcopus Epistola

flos ad Philipp. *Si quis Dominicum diem, aut Sabbathum, uno excepto Paschali, jejunaverit, Christi interfector est.* Ideoque in *Can. lx.* Sexta Synodi jubetur, post vesperam Sabbathi usque ad vesperam Dominicæ sequentis non flectere genua, in memoriam, & honorem Resurrectionis Domini. Unde Graci consuetudinem suam retinebant haereses vitandarum causa, Latini vero ob luxum, & mœrem, abstinentiam, & jejunium obserabant, dicto Cap. *Quia die De consecr.* Dist. *5.* L. *6.* Tit. *23.* partit. *1.* Docent Benedictus Athanasius *Disquisit. Monast.* tract. *7.* *Disquisit. 6.* Primarius noster D. Antonius Grana in *Cap. 1.* *De Feriis.* Neque contrarium sanxerunt Apostoli in *Can. LXV.* in illis verbis: *Si quis Dominicum diem, aut Sabbathum, uno dempto, jejunare deprebendar, deponitur; si laicus, a communione ejicitur.* Ubi cum indistincte, & absolute Sabbatho jejunare prohibeant tam Gracis, quam Latinis, id inhibitum videtur ex *Cap. 1.* *De prelio, ff. De Publiciana.* Nam omissis Coriolano, & Binio in Notis ad ipsum, Baronio ubi supra, qui existimarent, Canonem illum non esse Apostolorum, immo a Graeciis suppositum, dicendum est, quod cum Leges temporis, & locis inservire, & adaptari debeant, & pro varietate temporum, distinctioneque nationum diversimode practicari, Cap. *4.* Dist. *C. i.* *De confit.* in *6.* docent Gaillius, Lib. *2.* *Obser.* C. *10.* Bobadilla Lib. *2.* *Polit.* Cap. *10.* num. *6.* Ramirez, *De Leg. Reg.* §. *ii.* num. *26.* D. Joannes Solorzan, *2. Tom. De jure Ind.* Lib. *1.* Cap. *4.* num. *62.* & Cap. *14.* num. *19.* Canon ille, qui Fidelibus Orientalis Ecclesiae utilissimus, & juxta opportunitatem temporis, in quo fuit latus, valde necessarius erat, cum aliquod Fidei dogma non contineret, vim, & obseruantiam non produxit in Occidentales Ecclesias, neque ab eis fuit receptus, scientibus, & permittentibus ipsis Apostolis; neque in Ecclesia Romana unquam præx admisus reperitur, ut probat Albaspinus Lib. *1.* *Obser.* Cap. *13.* Unde ait S. Maximus in Scholiis ad S. Dionysium: *Si Dionysius aliquando tradit diversa ab his, quæ in Ecclesia cernuntur, non est mirandum, sed credendum potius illorum temporum statui congruisse.* Et D. Augustinus, cuius tempore magna fuit de Sabbathi jejunio contentio, aliquibus dictibus in Sabbatho non esse jejunandum, alii contrarium afferentibus, Ep. *LXXXV.* ajet: *Apostolus inquit: Qui manducat, non manducantem non spernat; & qui non manducat, manducantem non judicet: quia neque si manducaverimus, abundabimus: ne-* GONZALEZ.

C A N O N XXVII.

De Clericis, ut extraneam mulierem in domo non habeant.

De Clericis, ut extraneas feminas in domo non habeant.

Episcopus, vel quilibet Clericus alius, aut sororem, aut filiam virginem dicatam Deo, tantum secum habeat; extraneam vero nequaquam secum habeat.

CAPUT QUINQUAGESIMUM QUARTUM

Extraneam feminam, & subintroductam in Conciliis, eam intelligi, que nec matrimonio, nec sanguine conjuncta sit.

a Can. 3.

b Lib. 6. Cap. 30.

c Plaut. in Circulione.

d Ecclesiast. 3.

e Can. VII.

f Can. V.

g Can. III.

h Can. III.

i Can. XL.

k Can. VIII.

Quibus præfuit Osius Concilii, multa hujus Decreta, ut honestatis, & religionis plena, singulari pietate, & prudentia contendit renovari. In Næceno a enim hunc Canonem totidem pene verbis translatum legimus: *Omnibus modis interdixit sancta Synodus, neque Episcopo, neque Presbytero, neque Diacono, neque ulli Clericorum omnino licere, babere secum mulierem extraneam, nisi forte mater, aut soror, aut avia, aut amita, vel mulierter a sit: in his namque solis personis. & haram similibus, omnis, quæ ex mulieribus est suspicio, declinatur: qui autem prater hac agit, periclitatur de Clero.* Quia autem diceretur mulier extranea, quæ alias subintroducta, dubii & anxi vacillant Scriptores, cum tamen perspicuum videatur variis Conciliorum Decretis, & Pontificum Constitutionibus, eam extraneam dici, quæ nullo sanguinis jure, vel matrimonii vinculo tenetur: *subintroductam* primos vocasse Antiochenos, Nicephorus b refert, quod clam, & contra Canones domum ducent Clerici, vel subintroducerent. Forum enim vitam, cum non solum ab omni malo, sed ab omni mali specie alienam esse voluisent, a suspicione præsertim, & virtio carnis, quæ cum puritate, & sanctimonio Christiana vita omnino pugnat; ideo omnem ad consortium seminarum aditum præcluserunt, rati videlicet, id quod res est, flamnam fumo, ut ille c ait, proximam eis: sive ejus, quod vitare vels, periculi occasionem mature fugiendam, ut qui corrumphi nolit, a corruptientium ablineat consuetudine: & qui non jacere cum femina, ne adjaceat: & qui, ne cubare, ne accumbat: & qui nec dormire, nec una vigilet, vel assiduus sit, ne locus fiat, ei, quod Spiritus Sanctus docuit d: *Qui periculum amat, peribit in illo.* In eo autem præcepto illas personas exceptit, quæ tanta essent propinquitate, vel consanguinitate conjunctæ ut super eis mentiri fama vereretur, cessante ob reverentiam, & naturæ fœdus omnis periculi suspicione. Extraneas igitur eas dici, quæ nullo sanguinis jure, vel matrimonii vinculo pertinenter (tametsi non essent concubinae) multis demonstrabo. Concilium Gerundense e, ut ab Hispanis ordiamur: *De his, ait, qui sine uxoriibus ordinantur, & familias domus habent, habito secum pro vita conversatione fratres in testimonium, non per quamcumque feminæ sexus personam eorum substantia gubernetur, aut per puerum, sed per amicum domum suam debeat ordinare, nisi matrem, aut sororem in domo habuerint, ut secundum priorum Canonum Statuta, per earum personas eorum debeat contutari substantia.* En modo priores Canones interpretans, & confirmans, extraneas mulieres omnes intelligit, quæ in quocumque ministerio, & obsequio essent Clericorum, ob paratam peccandi occasionem. Concilium Herdense f: *Familiaritatem extranearum mulierum, licet ex toto Sancti Patres antiquis monitis nibus præceperint Ecclesiasticis evitandam; id nunc tamen nobiscum est, ne qui talis prohibitur, si post primam, & secundam coemptionem, se emendare neglexerit, nec in vita perseverat, officiis sui dignitate privetur; quod se Deo juvante, correxit, sancto ministerio restauaretur.* Concilium g Toletanum II. Illius vero præterea speciali ordinatione decrevimus, quod nec antiqua Concilia in universis Canonibus siluerunt, ut nullus Clericorum a gradu Subdiaconatus, & supra, in consilio familiaritatis habeat mulierem, vel ingenuam, vel libertam, vel ancillam; sed si sunt, & hujusmodi servitia matris, vel sororis, vel alias propinquæ contradat, & quidquid suis manibus perficerit, proprio domino deferatur; aut si propinquitatibus memuria deest, alterius domus adharentis habitaculum requiratur, dummodo nulla occasio introeundi domum Clerici feminæ permittatur, unde aut laqueum possit incurrire, aut noxialis fama innocentis fortasse possit inuri. Sane deinceps post datam banc admonitionem, quisquis earum consortio frui voluerit, noverit, se non solum a Clericatus officio retrahi, vel Ecclesiæ fratribus expelli, sed etiam omnium Catholicorum, Clericorum, vel Laicorum communione privari, nulla prorsus vel colloqui consolacione reliqua, quatenus male consuetudinis abrasa rubigo, in posteris radicis sue veneno serpere non possit. Concilium h Hispalense I. Inter cetera cognoscite, a nobis hoc definitum pro abolendis maculis Clericorum; quia quidam Episcoporum non observantes nuper editum Concilii Toletanii Decretum, minus solliciti in subjectis existunt; proinde placuit, ut si Presbyteri, Diaconi, vel Clerici consortia extranearum seminarum, vel ancillarum familiaritatem per Sacerdotis sui admonitionem a se minus removereint, facilius iudices easdem mulieres cum voluntate, & permisso Episcopi comprehensas, in suis lucris usurpent; ut vitium hoc dum Sacerdos inhibere non pravalet, potestas judicialis coercent; dato tamen eisdem judicibus sacramento, Episcopis; ut illas Clericis nulla arte restituant. Quod si restituerint, ipsi judices sententia excommunicationis feriantur. Mulieribus vero illis iuxta priores Canonum a Sacerdote distractis, premium earum indigentibus dispensetur. Concilium i Toletanum IV. Cum Clerici extranea femina nullatenus habent, nisi tantum mater, & soror, filia, amita, in quibus personis nihil sceleris astimari, naturæ fœdus permittit; id enim & Constitutio antiquorum Patrum decrevit. Non diffensit ab his Concilium Bevacense III. k quinimmo severius multo se gessit, dum omnem cohabitationem, non solum cum extraneis teminis, sed & cum sororibus, & reliquis consanguineis interdixit, solam matrem excipiens: *Quamquam antiqua Canonum Institutio de hujusmodi præsumptione absoltas, & multiplices disciplinas, atque Constitutiones ediderit, nos tamen brevitas causu omnem fornicandi occasionem cupientes auferre, id omnimoda sanctimus auctoritate*

te tenendum, et nullus Sacerdos, neque quisquam de Clero, absque honesto, & competenti testimonio, excepta sola matre, cum quibuslibet feminis se presumat adjuvere; & non solum cum extraneis mulieribus, sed nec cum ipsis etiam sororibus, vel propinquis; ne licentia sororum, vel propinquarum mulierum quisque solus familiarior habeatur ad perpetrandum scelus. Hujus ergo præceptionis transgressor sex mensibus se noverit paenitentia legibus subiacere. Quod si Gallicana Concilia requiramus, occurrent multa.

a Can. III.

b Can. XVI.

c Can. X.

d Can. XI.

e Can. XII.

f Can. X.

g Can. XI.

h Can. XII.

i Can. XI.

j Can. XII.

k Can. XI.

l Can. XII.

m Can. XI.

n Can. XII.

o Can. XI.

p Can. XII.

q Can. XI.

r Can. XII.

s Can. XI.

t Can. XII.

u Can. XI.

v Can. XII.

w Can. XI.

x Can. XII.

y Can. XI.

z Can. XII.

aa Can. XI.

bb Can. XII.

cc Can. XI.

dd Can. XII.

ee Can. XI.

ff Can. XII.

gg Can. XI.

hh Can. XII.

ii Can. XI.

jj Can. XII.

kk Can. XI.

ll Can. XII.

mm Can. XI.

nn Can. XII.

oo Can. XI.

pp Can. XII.

qq Can. XI.

rr Can. XII.

ss Can. XI.

tt Can. XII.

uu Can. XI.

vv Can. XII.

ww Can. XI.

xx Can. XII.

yy Can. XI.

zz Can. XII.

aa Can. XI.

bb Can. XII.

cc Can. XI.

dd Can. XII.

ee Can. XI.

ff Can. XII.

gg Can. XI.

hh Can. XII.

ii Can. XI.

jj Can. XII.

kk Can. XI.

ll Can. XII.

mm Can. XI.

nn Can. XII.

oo Can. XI.

pp Can. XII.

qq Can. XI.

rr Can. XII.

ss Can. XI.

tt Can. XII.

uu Can. XI.

vv Can. XII.

ww Can. XI.

xx Can. XII.

yy Can. XI.

zz Can. XII.

aa Can. XI.

bb Can. XII.

cc Can. XI.

dd Can. XII.

ee Can. XI.

ff Can. XII.

gg Can. XI.

hh Can. XII.

ii Can. XI.

jj Can. XII.

kk Can. XI.

ll Can. XII.

mm Can. XI.

nn Can. XII.

oo Can. XI.

pp Can. XII.

qq Can. XI.

rr Can. XII.

ss Can. XI.

tt Can. XII.

uu Can. XI.

vv Can. XII.

ww Can. XI.

xx Can. XII.

yy Can. XI.

zz Can. XII.

aa Can. XI.

bb Can. XII.

cc Can. XI.

dd Can. XII.

ee Can. XI.

ff Can. XII.

gg Can. XI.

hh Can. XII.

ii Can. XI.

jj Can. XII.

kk Can. XI.

ll Can. XII.

mm Can. XI.

nn Can. XII.

oo Can. XI.

pp Can. XII.

qq Can. XI.

rr Can. XII.

ss Can. XI.

tt Can. XII.

uu Can. XI.

vv Can. XII.

ww Can. XI.

xx Can. XII.

yy Can. XI.

zz Can. XII.

aa Can. XI.

bb Can. XII.

cc Can. XI.

dd Can. XII.

ee Can. XI.

ff Can. XII.

gg Can. XI.

hh Can. XII.

ii Can. XI.

jj Can. XII.

kk Can. XI.

ll Can. XII.

mm Can. XI.

nn Can. XII.

oo Can. XI.

pp Can. XII.

qq Can. XI.

rr Can. XII.

ss Can. XI.

tt Can. XII.

uu Can. XI.

vv Can. XII.

ww Can. XI.

xx Can. XII.

yy Can. XI.

zz Can. XII.

aa Can. XI.

bb

a Can. 3.

Concilium enim Carthaginense I. a sub Grato illius Civitatis Episcopo, hæc decernit: *Gratus Episcopus dixit: Et illud præcipue, si videsur vestra dilectioni, cavendum est, ut Pastoris cura quantum debet, & potest, regularis providentia præmoneat, ut nullis licet ab affectu absentibus carnali, apud extraneas pariter commorari. Occasiones enim amputanda sunt peccatorum, & collenda omnes suspicione, quibus subtilitas diaboli sub praetextu charitatis, & dilectionis incautas animas, vel ignoratas irretire consuevit. Nullus igitur, nullaque sanctimonie, & virginitati deserviens, propter blasphemiam Ecclesiæ, si vobis placet, in una domo cum extraneis penitus commorari debent. Universi dixerunt: Qui volunt nubere, & pudicitia meliorem eligunt partem, hoc vitare debent, & non solum habitare simul, sed neque habere ad se aliquem accessum.* Concilium Carthaginense b sub Aurelio: *Ut cum omnibus, ait, omnino Clericis extraneæ feminæ non cobabent, sed sibi matres, avie, & materteræ, amici, sirores, & filii fratum, aut sororum: & quacumque domestica necessitate, etiam antequam ordinarentur, jam cum eis habitabant, vel sibi filii eorum, jam ordinatis parentibus, uxores acceperant: aut seruos non habitantibus in domo, quas ducent, aliunde ducere necessitas fuit.* Carthaginense VI. c Clericus, ait, *cum extraneis mulieribus non habitet. Si tandem ad Septentrionem respexeris, Concilium exitat Rhemensem in Gallia Belgica, cuius Canone xxii. huius nostri sententiam expresse confirmatam reperio: Ut a Sacerdotibus, inquit, omnis suspicio mulierum funditus eradicetur, cum quibus etiam nulla habitatio eis conceditur, præter illam, qua in Nicæna Synodo permittitur, id est, matrem, aut sororem, vel eas tantum personas, a quibus omnes suspicione effugiant. His sane omnibus sententiam nostram, qua placuit subintroducias mulieres, vel extraneas, non concubinas, vel libidini quoquomodo inservientes intelligi, ut alii volunt: sed eas tantum, quæ in obsequio sunt, & ministerio Clericorum (vulgo amas, vel criadas dicunt) vel alias quascumque servientes, satis confirmatam putarem. Sed ut nihil atile omittamus, Pontificum Decretis, Imperatorum, & Regum Constitutionibus rem ipsam adhuc comprobabo. D. Gregorius d: Volumus, inquit, ut Sacerdites, qui in Corsica commorantur, probiberi debeant, ne cum mulieribus convergentur, exceptis dumtaxat matre, sorore, vel uxore, quæ casu regenda est. Gravius id reprehendit Gregorium, refert Gratianus e: Neque enim hoc scire debo: quod cum gravia animi tristitia dico. Sacerdtes cum feminis habitare consipio, quod nefarium est dicere, vel audire, & contra sanctorum Canonum sanctita: ubi enim talis commorantium e habitatio, antiquis hostiis stimuli non desunt: ideoque admonendi sunt, ut non antiqui hostis decipiatur fraude, quatenus iuxta Apostoli vocem, non vituperetur ministerium nostrum. Ea enim ratione, quod Archidiacus Caralitanus, cum mulieribus habitare persistet, functione sacri Ordinis interdictus est ab eodem Gregorio f. Qui etiam alibi mandat Optato Defensori, ut Nursie Sacerdotes cum extraneis mulieribus habitantes, monitos pri- mū, deinde contumaces Episcopo Spoletano delatos, admonitione Sacerdotali præmissa, & si res exigit, Canonica etiam disciplina adhibita, ejusdem auctoritate correctos festinet emendare. Nec cum extraneis tantum, sed nec cum forore habitare placuit Augustino, ut refert Possidius in ejus Vita; dicebat enim: Quæ cum forore mea sunt, sorores meæ non sunt. Id ipsum decrevisse Siricius Papam, refert idem Gratianus h: Feminas, ait, non alias esse patimur in domibus Clericorum, nisi eas tantum, quæ propter solas necessitudinem caussas, habitare cum iisdem Synodus Nicæna permisit. Quare cum Gregorius quidam, Presbyter nomine, & aetate erat enim septuagenarius, feminam quandam sibi servientem domi haberet, gravibus severitatis aculeis a Beato Basilio Cæsareensis Cappadocia Archi- episcopo, in Epistola ad eundem Gregorium Presbyterum reprehensus, coactusque est femme in virorum ministerium, famulatumque convertere, ut in eadem Epistola refertur.*

b Can. 17.

Referunt a Gratiano in Cap. Cum omnibus, 81. Diff. e Can. 46.

d 1. Regist. in- di. 9. Ep. 50. ad Symmachum defensio. e Cap. volumus 81. Diff. Idem cap. O- portet. ad. Diff.

f Ep. 26. va- Januar. Episc. Caralit. L. i. Apud Grat. C. Archidiacead Diff. Idem Greg. Lib. 11. Ep. 40. & 41. g Ep. 1. ad Hi- merium Episc. C. 12. h C. feminas. ad. Diff.

i Presbyteris Collati. 5.

k Lib. 1. C. 4.

l Tit. 12.

bil suspecti criminis astimare fædus naturale permittit; illas etiam non relinqui, castitatis hortatur affectus.

Quod si adversus horum Conciliorum Decreta, Pontificum Constitutiones, & Imperatorum Leges, callidi argumentatores, & juris periti fallaces (ut loquar cum Cypriano) objicerint, vel Apostolorum, vel Heliæ, vel ipsius Christi exempla, qui cum mulieribus, & cohabitare, & illas circumducere non recusarunt; consulendum est idem Cyprianus^a, a quo illa omnia, ut futile, & levissima copiosissime, & doctissime refelluntur.

Nec mirabitur cum mulieribus Clericos habitare prohibuit Sanctos Patres, & Catholicos Principes, qui observaverit, Concilio Aurelianensi 11. cautum etiam fuisse, ne Clerici, inconsulto Episcopo, cum hominibus secularibus habitare præsumerent: quod si fecissent, ab offici communione pellerentur. Voluerunt enim Sanctissimi Patres, Ecclesiaticas personas, ut studiorum, & morum similitudine conjunctas, sic assiduo commercio, & mutuo convictu juvari, ne labes aliqua ex profanis personis contraacta dignitatem, sanctitatemque Sacerdotii aliquo modo deturparet, vel tanta saltet sermonum, morumque, & vitæ dissimilitudine exceptum excolenda, persequendaque virtutis cursum retardaret. Quare cum D. Gregorius amplificando, & cohonestando Sacerdotum Ordini summopere invigilaret, peculiari Decreto (coacto Concilio Romano) sanxit, ut ex familia Pontificia, quæ exemplar morum, & Cleri forma esse deberet, & profani homines, & secularares, & pueri ablegarentur, adhibitis ad Pontificis obsequia Clericis, vel Monachis tantum. Et hinc primum orta (ut opinor) laudabilis insequentium Pontificum consuetudo, qua nisi Sacris initiatus, ad sui cubiculi obsequia nemo admittitur: Verecundus mos, inquit Gregorius b, tempore indiscretions involvit, ut hujus Sedis Pontificibus ad secreta cubiculi servitia, laici, pueri, & secularares obsequantur. Et cum Pastoris vita, discipulis semper debeat in exemplo esse, plenarumque Clericis, qualis in secreto sit vita sui Pontificis, nesciunt, quam, ut dictum est, secularares pueri sciunt. De qua re praesenti Decreto constituto, ut quidam ex Clericis, vel etiam ex Monachis electi ministerio cubiculi Pontificalis obsequantur, ut is, qui in loco regiminis est, habeat tales, qui ex visione sedula exemplum profectus sumant.

Neque Episcopos, & Clericos tantum cum feminis non cohabitare, aut familiaritatem nire, olim erat inhibitus: sed si cui feminæ cum Episcopis negotium esset tractandum, sine duorum Presbyterorum, aut Diaconorum præsencia fieri non licet, Concilio Matricen- & Cau. 3. si I. Ut nulla mulier, ait, in cubiculo Episcopi absque duobus Presbyteris, aut certe Diaconibus, ingredi permitteatur. Quod si illis ad seminarum domus accedere necesse esset, iisdem Legibus tenebantur. Concilium Epaunense d: Episcopo, Presbytero, & Diacono, d Can. 20. vel diversis Clericis, horis indebitis, id est, meridianis, vel vespertinis, ad feminas prohibemus accessum; quicunque si causam habuerit, cum Presbyterorum, aut Clericorum te- & Cau. 2. stimonio videatur. Id ipsum observandum, cum illarum esset domicilium adeundum, quæ sanguinis iure pertinerent, Tarragonenses Episcopi voluerunt: De his, quibus cum pro- parentela proximitate haberi permittitur, ea cautela earum necessitates sustineant, ut pie- tatis beneficia, quæ iis sunt necessaria, præbeant; ipsi vero pro viuis eis, cum ingressu fuerint, celeri salutatione recurvant; nec ibi faciant mansionem; qui tamen ad earum vi- sitationem pergunt, testem solatii sui fidei. & etate probutum adhucant secum. Si quis hac a nobis statuta contempserit, si Clericus est, loci sui dignitate privetur; si vero Reli- giosus, vel Monachus, in cella Monasterii inclusus, prætentia lamenti incumbat; ubi singulari afflictione panis, & aquæ, rituum ex Abbatis ordinatione percipiat. Eadem Toletanae cautum etiam est.

COMMENTARII NOVI.

UT utriusque sexus castitati, & pudicitia, sublata illecebrarum occasione consuleretur, prisci Legum latores separatum virorum, ac mulierum habitationem esse voluerunt; adeo ut Plato Lib. 7. De legib. jam inde a septennio utrumque sexum segregare voluerit, & pueros quidem una cum pueris, puellas autem pariter cum pueris exerceri: unde laici, qui cum mulieribus in eodem balneo lavantur, excommunicantur in Can. lxxviii. Sexta Synodi; & apud Romanos iusta fuit causa divortii, si uxor cum viris in balneis ingredetur. Novella 117. Cap. 8. §. 4. Notavit D. Laurentius Ramirez ad Martial. Libro 3. Ep. 1r. Ex moribus diversarum gentium probant Savarus ad Sidonium Lib. 2. lipilt. 2. verbo, hinc egressi. P. Pinto in Spicileg. 1. Par. Cap. 3. num. 2. Verum in Cleri- To II. H h 2 ejus

^a Lib. de fin. gen. cler. C. 13.

^b In Cenc. Ro- man. Can. 3.

ejus in camera, oculi tui ad illius oculos in colloquio; manus tua ad manus ipsius in opere, & continens vis putari? Esto ut sis, sed ego suspicio non careo. D. Petrus Chrysol. Serm. 174. de decollat. D. Joannis Baptiste: *Et si Joannes tantus, Joannes talis, tanta eremo apparatus a feminis, seminarum pericula non evasit; quis est qui inter feminas vivens, evasurum se sine labore maximo, maxima sine cauzione confidit, nisi is, qui sancto alitur spiritu?* Hinc & Isidorus Pelusiota, Libro 1. Epistola LXXXIX. & Lib. 2. Epistola LXII. alt: *Omnis quidem mulierum aspectus, congreffus, colloquia, si fieri possit, oportere vi- tari; sed quoniam ex necessariis plerumque causis earum confortium admittendum est, saltem id curandum, ut oculi, velut injectio frano, cohabitentur.* Illa autem verba Canonis 111. Concil. Nicenae, οὐράνων γυναις, pro extraneis mulieribus Latine vertunt Rufinus Aquilejensis in Canonibus Nicenaeis, Lib. 1. Cap. 6. & vetus Interpres Concilii Nicenaei, quem sequitur Fulgentius Ferrand. Cap. 122. & Isidorus Mercator. Synodus etiam Toletana 1V. Can. XLII. *Cum Clericis extranea fe- minae nullatenus habitent, id enim & consti- tutione antiquorum Patrum decrevit;* & Can. XLIII. *Quidam Clerici legitimum non baben- tes conjugium, extranearum mulierum interdicta consortia appetunt.* Sabinintroductarum frequens mentio est apud Gratianum in 32. Dist. & apud Scriptores Ecclesiasticos, Epiphani. heresi LXVI. *Subsanuantur propter eas, quas habent singuli subintroductas mu- lieres, de quibus gloriari solent se habere ip- sis ad ministerium.* Et heresi LXIII. de Ori- gene loquens: *Accusant eos, qui in Ecclesia dilectas, appellatas subintroductas mulieres habent, vel ut etiam ipsi hoc faciant occulte propter hominum reverentiam, quo cum im- probitate quidem conseptulantur: prætextu autem hominum gratia nomen jactent.* Et paullo post de quodam Palestina Episcopo: *Habuit autem ejusmodi mulieres inservien- tes ipsi, subintroductas, inquam.* Unde varia adducuntur ab Interpretibus pro expositione hujus vocis subintroducta, ut videtur est apud Cujac. Lib. 2. Observ. Cap. 29. Merillum Lib. 6. Observ. Cap. 1. Germon. Lib. 2. Animad. Cap. 13. P. Greg. Lib. 2. partit. Tit. 9. Cap. 8. Cironium ad Tit. De sponsa duor. Gibalimum De clausura regul. Disquisit. 1. Cap. 3. §. 2. Consect. 4. Ex quibus constat, subintroductas, neque uxores, neque concubinas, sed tertii cuiusdam generis mulieres esse, quas secum Clerici non solum suscipienda, vel libidinis explenda gratia, sed pietatis studio, aut certe prætextu fovebant. D. Joannes Chrysostomus, cuius verba citat Rhenanus in Schol. ad Euseb. Lib. 7. Cap. 24. *Sunt enim quidam, qui puellas innuptas absque nuptiis, & concu- bitu ducentes, domi perpetuo collocant, & ad supremam senectam usque inclusas tenent, non procreandorum liberorum gratia: neque enim aijunt, se cum illis rem habere, neque causa libidinis, squidem illas se dicunt in- corruptas, inviolatasque servare.*

Notatu tamen valde dignus est Canon xx. Concil. Epaun. ubi PP. ita sanxerunt: *Epi- scopo, Presbytero, Diacono, vel ceteris Cle-*

ricis, boris præteritis, id est meridianis, vel vespertinis, ad feminas prohibemus accessum. Quare enim specialiter horis præteritis, id est meridianis, aut vespertinis, Clericis prohibetur accessus ad feminas: siquidem tot Ecclesie legibus indistincte, & absolute Ecclesiasticis personis cum feminis prohibeatur cohabitatio. Sed ea verba facile exponentur, si observemus, veteres meridianni, id est medio die dormisse, levandi animi causa, qui matutinis operibus defatigatus erat. Sidon. Lib. 2. Epist. ix. *Excusso torpore meridiano paullisper equitabamus.* Varro: *Si non incitito somno diem diffindenter meridie, non vivent.* L. Medicus 26. ff. *De oper. liber.* Respondit ius esse, dummodo liberales operas ab eis exigeret, hoc est, ut acquiescere eos meridiano tempore, & valetudinis, & honestatis sua rationem habere sineret. Haque meridiatio in stratis siebat, qualis erat grabatus, per quem Scævola lectulum intelligit meridiando idoneum. L. Sejæ 20. §. *Infructis, ff. De insir. vel instrum.* Varia meridianum exempla reuerunt Savarus ad Sidonum Lib. 1. Epist. 2. verbo somnus meridianus; & Lib. 9. Epist. 2. verbo excusso somnus. Salmut. ad Panciro. Lib. 1. Memorab. Tit. 42. fol. 149. Etiam sciendum est, vespere, seu vespertinis horis veteres cibum sum pisse. D. Isidor. Lib. 2. Ety- mal. Cap. 20. *Est autem cena vespertinus ci- bus, quam vespertinum antiqui dicebant, quem in usu non erant prandia.* Illustrant Salmut. ubi supra Titul. 51. Savarus ad Sidonum Lib. 7. Epist. xiv. Quibus animadversis, jam apparet vera ratio memorati Canonis; ajunt enim PP. non debere Clericos horis præteritis, id est, Sacrificiis jam peractis, ut doce interpretatur Cironius Lib. 3. Observ. Cap. 6. meridianis, & vespertinis horis accedere ad feminas; quia cum hora illæ destinatae sint ad accumbendum, & somnum capiendum, aptiores erant, ut aliquid sibi criminis posset committi, aut suspicari; cum plerumque demon his horis crudelius aceriusque infestare soleat spirituali tentatione, ac prælio maxime luxurias ut probat Torre-blanca Lib. 4. *De jure spirit.* Cap. 8. Sect. 10. *De dam. merid.* unde horæ ille dicuntur indecentes in Concil. Aurelianum. V. Can. 111. & ea forsan ratione in L. 1. C. Theod. *De offic. jud. civil.* statuitur, ne meridianis horis litigioribus judices videantur, junctis traditis pro ejus textus illustratione a Langæo Libro 2. Semestr. Capite 1.

Permittitur tamen in supra citatis Canonibus Clericis secum retinere forores, & Virgines dicatas Deo; talis enim erat florentis illius ævi felicitas, taliter cum societate juncta charitas, ut viri cum mulieribus innoxie degent. Origenes, sive quivis Auctor est Lib. De singul. Cler. post med. Grande (inquit) miraculum, ut virginum charitas, virgi- nes faciat velut conjuges credi: & conjugum charitas conjuges faciat velut virgines affi- mari. Ecce vera dilectio, quæ in conjugali- tate dividit, ut in castitate conjungat. Atque ex cœtu, & collegio virginum, viduarumque aliae ægrotantibus ministrabant, aliae domesti- ca Clericorum tam caste, quam caute procurabant negotia. Sed paullatim mores corrum- pi

pi cœperunt, & Clerici intuitu pietatis virgi- nes sacras, & alias sub nomine fororum adop- tivarum (ita elusuri Canonæ, hunc, & Ni- canum) secum habentes luxuriose tractabant, & illæ, quæ pietatis prætextu apud ipsos, quibus spirituali amore conjunctas se esse jactabant, non sine offensione educabantur, quæ ab agape, id est charitate, dicebantur Agapetæ. In eos acriter invehitur D. Chrysostomus duobus tractat. *De cohabitatu. femin.* Nec mollior fuit D. Hieronymus in agitanda, ut appellat, hac peste, Epist. 2. ad Eustoch. Cap. 22. his verbis: *Pudet dicere, pro nefas triste!* Sed verum est: unde in Ecclesiæ Agapetarum pe- pris introit? unde sine nuptiis aliud nomen uxorum immo unde novum concubinarum ge- nus? Plus inferam, unde meretrices univira ea- dem domo, uno cubiculo, saxe uno tenentur & lestula? Et suspiciosos nos vocant, si aliquid est inuenimus. Frater fororem virginem deserit, cælibem spernit virgo germanum, fratrem querit extraneum: & cum in eodem propo- sito esse se simulent, querunt alienorum spi- rituale solatium, ut domi habeant carnale commercium. Et Epist. 47. Unde prohibitum fuit sequentibus Conciliis Clericis cohabitare cum fororibus, etiam & Virginibus Deo dicatis. Concil. Ancyra. Can. xix. juxta versionem Dionysii Exigu, ibi: *Virgines, quæ conve- niunt cum aliquibus tanquam forores, habi- tare prohibemus.* Concil. Bracarense 1. Can. xv. & II. Can. XXXII. Turonen. II. Can. x. Nullus ergo Clericorum, non Episcopus, non Presbyter, non Diaconus, non Subdiaconus, quamvis Sanctimontalem, vel viduam, vel GONZALEZ.

Virginem dicatam Deo tantum secum habeat.

CAPUT QUINQUAGESIMUM QUINTUM.

Cur Virgines hujus Concilii tempore in parentum domibus habitare permitterentur.

DUO ex hujus Canonis Decreto elicere possunt. Alterum est, antiquo hujus Concilii anno, ut ante diximus, Virgines Deo dicatas (quas Moniales, seu Sanctimontales dicimus) in Hispania floruisse. Nec recens tunc inventum dicitur, sed antiquus fuisse insinuat. Alterum, licuisse in domibus privatis parentum commorari; quia non solum Monasteria tunc, Principibus, & Præsidibus ethnicis, contrui, & ædificari commode non poterant, sed vix & Ecclesiæ, ut ex Arnobio^a colligitur. Quare cum mortuis parentibus, Virgines velut aliquando vagarentur, in opprobrium Ecclesiæ, & sacræ pudicitæ pe- riculum, Afriæ Patribus placuit in Concilio Carthaginensi III. b gravioribus feminis eas com- mendari, vel intra septum Monasticum Virginum custodiri, ut una habitantes, se ipsas in- tegras, & inviolatas conservarent: *Ut Virgines sacra, si parentibus, a quibus custodie- hantur, private fuerint, Episcopi providentia, ubi Episcopus absens est, in Monasterio Virginum, vel gravioribus feminis commendentur, ut simul habitantes invi- tem se custodiant, ne passim vagantes Ecclesia ladan opinione.*

Fœdus autem naturale cum Divina Fidei pollicitatione conjunctum omnem levare turpi- tudinis suspicionem persuasi sunt Majores; ideoque Episcopis, Presbyteris, & Diaconi li- centiam permisserunt, ut his cohabitare impune possint; quo tamen privilegio Augustinum, uti noluiss^c, Possidius^d narrat; sed posteriorum Conciliorum^e Decretis sublatum est, nul- lique jam Episcopo, Presbytero, Diacono, vel Subdiacono licet, aut Religiosa, aut fe- minam aliam quamcumque etiam ad usus necessarios domi retinere; quia quæ ad Religiosas, vel Beatas solent accedere, Religiosa omnes, vel Beatae non sunt; a quarum omnium aspe- ctu, nedum convictu, & familiaritate, cavere debent qui Religiose, & beatæ vite eis sum feliciter agere volunt. Moniales autem professe, etiam si parentes habeant, Pontificum Decretu ad arctiorem, & sanctiorem vitæ conditionem redactæ sunt; nam tametsi periculosis siue ægrotent, e septis Monasteriis ad parentum ædes curationis eauilla commigrare non pos- sunt, ni morbi contagio præsens cæteris importet periculum.

^a Lib. 4. adu. Gentes.

^b Can. 33.

^c In Vita Aug. C. 26.

^d Forjul. C. 4.

Meten. C. 3.

Nanneten. C. 3.

Turon. 2. C. 11.

Mogunt. sub

Arnulfo. C. 10.

Grac. 3. C. 4.

Roman. sub

Zacharia. C. 1.

COMMENTARII NOVI.

Olim Virgines Deo solenni voto dicatae in duplice genere erant. Aliæ in Monasteriis, & Asceteriis simul degabant, juxta antiquam Apoltolorum disciplinam, de quibus egi supra in Canone xiii. Aliæ autem domi sua cum parentibus, & cognatis alebantur; & si quæ ditiores essent, alias sibi socias, ejusdemque propositi adsciebant. Concilium Aurelianense V. Canone xix. *Monsiales*, quæ nubebant, puniuntur; & illæ, quæ in domibus propriis tam pueræ, quam Viduae, commutatis vestibus convertuntur. Concilium Toletanum I. relatum in Cap. *De Viduis*, 27. Quæst. I. *Moguntinum*, Can. xxii. Eugenius Papa I. Epistola xxvi. cum laicali habitu virginitatem profitebantur; tales fuerunt Marcellina soror S. Ambrosii a Liberio Papa Romæ consecrata, ut ipse Doctor testatur Lib. 3. *De virginitate*. Sophronia apud Hieronymum Epistolo xvi. Pulcheria, Placilla, Arcadia, & Marina sorores Theodosii Junioris, Sozomenus Lib. 9. Cap. I. & aliae apud Baronium Tomo 4. anno ccclxxvii. Num. 12. Suarez Tom. 3. *De Relig.* Lib. 8. Cap. 7. Læsium, *De bono status castitatis in seculo*. P. Scher-

logum in Cantic. Tom. 3. Vestig. 30. Sect. unic. Num. 21. Differentiam earum Virginum, quæ in Claustris degebant, & quæ cum parentibus, cum natalibus versabantur domo, expressit Gregorius Nazianzenus, Carm. 47. ad Hellen.

At multæ tales toto versantur in Orbe

Quæ se cumque Dei porrigit alma Fides.

Pars animis paribus incensa cupidine Regni,

Tecta eadē, & vita par genus usque colit.

Affidet infirmis pars altera patribus, aut cū

Fratribus in sancta virginitate manet.

Quod tandem correctum fuit, & statutum, ut Virgines, aut Viduae ad votum castitatis non nisi in Monasteriis admitterentur. Concilium Parisiense sub Ludovico, Canone XLIV. Aut nubant, aut si potius Deo se sacrari ex postulaverint, admoneantur, & instruantur, ut non in domibus propriis, sed in Monasteriis sub spiritualis Matris regimine se servituras subdant. Notarunt Cironius in Capite unico, *De convers. conjugat.* in 5. Comp. Gibalin. *De claus.* Disquisit. 1. Cap. 2. §. 2. Sect. 3. De his Virginibus cum Presbyteris commorantibus agitur in hoc Canone. GONZALEZ.

C A N O N X X V I I I .

De Oblationibus eorum, qui non communicant.

Episcopum , placuit , ab eo , qui non communicat , munus accipere non debere .

Ivo retulit hunc Canonem P. 14. C. 67.

CAPUT QUINQUAGESIMUM SEXTUM .

*Cur eorum, qui non communicant, munera non acceptet Ecclesia?
explicato Canone XLIX. Concilii Laodicenii.*

Singularis pietas est, qua Ecclesia Sancta filios protertos allicit, vel curat infirmos. Cum enim videt, eos a Fide orthodoxa, vel a fanis moribus deviare, nullum lapidem non movet, ut ad rectam vitam institutionem revocentur. Quod, omisis aliis, liquet ex hoc Canone. Voluit enim (ut suffusi verecundia, a communione propter peccata repulsi resipiscerent, & ex toto animo converterentur, ut a Divo Ivone ^a memoria traditum est) munera offerre non posse Patribus; quod si obtulerint, oblata ab illis non recipienda; est enim hic tacitus quidam convictus, & communicatio, quam non solum Episcopi cum excommunicatis, sed Christiani omnes debent subterfugere: *Donis impii*, ait Cicero b, *ne placare audeant Deos*. *Platonem c audiant, qui vetat dubitare, qua sit mente futurus Deus*, *cum vir nemo bonus ab improbo se donari velit*. De Episcopis Concilium meminit; quia olim Episcopi ob ardentem Religionis, Fidei, & charitatis amorem, in Sacrificii oblatione, in Baptismi, in Poenitentia, & reliquorum Sacramentorum administratione, idem quod nunc Presbyteri munus obire solebant; qua ratione, ut semper essent parati ad Baptismi, & aliorum Sacramentorum ministerium, veste illa alba, quam nunc *Roquete* vocant, indutos semper erat necesse. Quod de excommunicatis hic renovavit pottea Concilium d Nicenum: *Quicumque, ait, fuerit a Sacerdote ligatus, quamvis calumniam passus sit, non est ab eo accipienda Oblatio, nec alia res, quam ad Ecclesiam afferat*. Laodicenum e de hereticis loquens, & Judaeis: *Quoniam non oportet, a Judais, vel hereticis feriatica, quæ mituntur, accipere, nec cum eis dies agere feriatos*. Nec recens est ea Constitutio, nam ab Apostolicis jam inde temporibus ortam testatur D. Clemens f, dum docet, ab excommunicatis munus accipendum non esse. Quare cum Eusebius Constantii Imperatoris Ariani ab Liberum Papam Legatus, D. Petri Templum ingressus, multa illi munera consecrasset, gravi id tulit animo Liberius, magnopereque Ecclesie cultudem increpavit, quod munera illa inferri passus esset, indeque progressus, dona illa, ut illicitam victimam, projectit ab Ecclesia, ut auctor est D. Athanasius g. Eusebius etiam alter Episcopus Vercellensis, insigni pietate clarus, adeo munus hereticorum detestatus est, ut carcere detentus, gloriiosus duxerat.

duxerit emori fame, quam cibo ab Arianis missso sustentari, ut in Epistola ejusdem refertur ad Patrophilum.

Nec folum, quæ offerebant excommunicati, recipere recusabat Ecclesia, sed si quæ illi
in eam antea itantes contulerant, solebat lapidis reddere. Tertullianus^a: *Marcion quidem, a Lib. de pre-
inquit, cum ducentis H. S. quæ Ecclesia intulerat, novissime in perpetuum dissidium rele-
gatus, venena doctrinarum suarum disseminavit.* Nec admirabitur porro lector, Ecclie-
iam, quæ afflante Divino Spiritu gubernatur, excommunicati munera, & oblationes con-
temnere, & repudiare; cum & animantes ratione carentes supernaturalem, & divinam ex-
communicationis virtutem præalentiant. Petrus enim Damiani^b Episcopus Oitensis in Epi-
stola ad Hildebrandum Papam (Gregorius VII. fuit) refert, excommunicati cujusdam no-
bilis panes, canes ipsos, quibus oblati fuerant, fuisse designatos: *Hac*, inquit, *venera-
bilis ille vir expertus fuerat, pius videlicet Apsarenſis Episcopus, qui Episcopatum dimi-
xit, & de Clavomarbo regno Italiano navigans lituribas Anconitanas urbis applicuit. Is mibi
dum totius circa se regni reverentiam conqueſtus expuneret, ac molestia inquietudinis
tadia nuncioſet, inter catena unum intulit, quod vos latere non patiar. Quidam*, inquit,
degener quidem moribus, sed majorum titulis insignitus suum consanguineum nuptiali fibi
ſedere copulavit. *Quid plura? prohibitus perſiſtit, excommunicatus adhæſit, totumque
Ecclesiastica censura vigore nugari puerilium fabulas deputavit: cui hoc certe ad di-
via indignationis indicium contigit, ut panes de nuptialibus mensis in plateas ante canum
ora proiecti, minime tangerentur.* De Juliano autem apolata simile quid refert Gregorius
Nazianzenus^c: *Fam*, inquit, *ſumptuofſimis quoque Martyrum monumentis, & donario-
ram munificentia, omnibusque aliis rebus, quibus divinus timor velut nota quadam expri-
mitur, ſapientia ſtudium, Chriftique amorem indicabant (loquitur de Gallo, & Juliano)
alter quidem vere, & ſerio veritatem profitens, tametsi enim natura acriori, ac ferven-
tiori effet, verus tamen, ac ſincerius pietatis cultor erat) hic autem occaſionem captans, &
redimens, ſicutque pietatis ſpecie animi pravitatem occultans: quod quidem ex eo conſi-
cere licet (neque enim miraculum, quod nunc accidit, silentio praterire queam, ut
pote illuftre, & memorandum, atque hujusmodi, ut multis impiis documentum afferre pos-
ſit) *Martyribus* (ut diximus) ambo laborabant, munificentiaque, & liberalitate præclare
inter ſe contendebant, cum multarum manuum opera, tum multis impensis ædem exſtruuen-
tes. Verum quoniam non eadem voluntate, animisque proposito in hoc opus incumbebant, i.e.
circo nec in eundem finem labor utrique progrediebatur. Etenim alterius, hoc est, Galli
fratris natu majoris, opus perficiebatur, ac rite procedebat, Deo videlicet munus illud
libentur admittente, ut olim Abel sacrificium, cum rite oblatum, tum divisum: atque hoc
oblatio veluti quadam primogeniti conſecratio erat. Alterius autem, nempe Juliani, boni
trifilem in bac quoque vita impiorum contemptum futura ignominia teſtem, parvis indicis
magna pranunciantem non fecus ac Cain sacrificium, Deus Martyrium repudiabat.
Itaque ille quidem laborabat, ſed terra quod elaboratum erat, excutiebat: ille enīius
contendebat, bac imbecillia impietate hominis fundamenta capere detrectabat, velut terra
motum ob ipsius ſcelus eventurum clamans, atque impiissimi hominis dedecore Martyres ex-
ornans, hoc opus inſequunt̄ ipsius contumacia, & amentia, ignominiaeque in Martyres,
ſclerisque in aedes sanctas vaticinum quoddam exſlitit: alios quidem fullens, ceterum per-
ſecutorem longe ante inſectans, atque impietatis penas apte ſigilans. Hac Gregorius.*

Alia erat particularis oblationis, de qua Concilium etiam intelligi potest, ut oblationem non accipiat Episcopus in Ecclesia ab eo, qui non communicat. Erat enim olim in Ecclesia usus receptus, ut omnes Christiani oblationem panis, & vini offerrent, de qua sanctam communionem essent suscepturni. D. Augustinus dicit: *Oblations, quae in altario consecrentur, si ferte. Erubescere debet homo idoneus, si de aliena oblatione communicaverit.* Vocabat hominem idoneum divitias locupletem, qui possit ex propria substantia, & patrimonio facere oblationem, nam pauperes ab oblatione excusantur. Eadem est D. Cypriani querela: *Locuples, & dives es (invehitur in mulierem divitem) & Dominicum celebrare te credis, quae carbonam omnino non respicis, quae in Dominicum sine sacrificio venis, quae partem de sacrificio, quod pauper obtulit, sumis?* Unde in vi. (ut ferunt) Synodo est: *Conveniendum f. Can. VIII. est Sabbato die cum oblationibus ad Missarum solennia.* Id renovatum est etiam Concilio Matisconensi 11. g. Item statuimus, inquit, ut omnibus Dominicis diebus altaris oblatio ab g. Can. IV. omnibus viris, & mulieribus offeratur, tam panis, quam vini, ut per has immolationes, & peccatorum suorum foribus careant, & cum Abel, vel ceteris iuste offerentibus, promereantur esse confortes.

Hec placet intelligi Canonem **XLIX.** Concilii Laodiceni, jubentem, ut in Quadragesima panis non offeratur, nisi Sabbatho, & Dominica tantum, quia illis diebus solum olim in Ecclesiis Orientis, in Quadragesima Missa dicebantur, & in illis tantum diebus communicatio fiebat, unde illis tantum oblationem panis oportebat fieri. Quum autem frequens communicatio in usu esse desit, panis, & farinae loco, denarii offerri consueverunt. Auctorem¹ laudo veterum de antiquo ritu Missarum: *Fertar (inquit) quod olim, Sacerdotes de singulis domibus, vel familiis farinam accipiebant, quod adhuc Graci servant, & inde Dominicum panem faciebant, qui pro populo offerebant, & hunc consecratum eis distribuebant. Nam singuli farinam offerentium Missa interfuerunt, & pro his in Canone dicebatur: Et omnium circumstantium, qui tibi hoc sacrificium laudis offerunt. Postquam Ecclesia numero quidem augebatur, sed sanctitate minuebatur, propter carnales statutum est, ut qui possent, singulis Dominicis, vel in Dominica, vel summis festivitatibus, vel ter in an-*

ne communicarent; ne ante confessionem, & paenitentiam pro aliquo crimen judicium sibi sumerent; & quia populo non communicante, non erat necesse, panem tam magnum fieri, statutum, eum in modum denarii formari, & ut populus pro oblatione farinæ denarios offerret, pro quibus Dominum traditum recognosceret. Qui iamdeni denarii in usum pauperum, qui membra sunt Christi, cederent, vel in aliquid, quod ad hoc sacrificium pertinet. Hæc ille.

Quum autem oblationes panis, & vini, aliarumque rerum in Ecclesia fiebant, non statim inferebantur in Ecclesia, & ad altare a populo offerebantur (id enim ad Diaconum spectabat, ut D. Isidorus a scribit ad Ludifredum) sed adducebantur extra corpus Ecclesie, in locum ad eam rem deputatum (*Gazophylacium* vocabant, aliquando *Secretarium*, nos vero vulgo *Sacrificium* dicimus, ut colligitur ex Possidio b in Vita Augustini, & ex Concilio Carthaginensi iv. & ex vetusto illo Libro, *De antiquo ritu Missarum*; loquens enim de pisco rem Divinam facturo, illum de Secretario ornatum debere procedere, refert,) in eo offerentes munera exquirabantur a Diacono, an digni essent, ut eorum oblationes auptaret Ecclesia: non enim sine delectu maximo recipiebant Episcopi omnia oblationes, sed eorum tantum qui vita integrita te prestantes, in Catholicæ Ecclesiæ existenter communione. Petrus Damiani c Episcopus Orlensis, ad fratres in Gamunni eremo constitutos: *Emi vero, inquit, dona, vel oblationes ab iniquo suscipere, quid est aliud, quam propriam animam ex dantis squallore fædere?* hinc enim scriptum: *Immolans ex iniquo, oblatio est macula,* & non sunt beneplacite subsannationes iniquorum. Et rursus: *Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationibus iniquorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur pro peccatis.* Ante Petrum Damianum d. Clemens: *Verum etiam si, ait, qui in peccatis ver- fiantur, nisi paenitentia egerint, non solum non exaudiuntur cum supplicanti, sed etiam Deum irritant, in memoriam ei reducentes suam improbitatem.* Vitate igitur talia ministeria tanquam canis pretium, & mercedem meretricis; utrumque enim in Legi est prohibitum, nam nec Heliæus ab Azæle munera allata accepit, neque Achias a Feroboamo e. Quod si Dei Prophetæ ab impiis oblata munera rejecerunt; item rejicite, o Episcopi; sed etiam Simon Magnus f mibi, Petro, & Joanni pecunias offerebas, conatus est, ut pretio inestimabilem gratiam emeret; quibus rejectis, execrationibus perpetuis illum devinximus; quoniam donum Dei non benevolentia erga Deum, sed pecunia existimavit possideri. Fugite ergo oblationes altaris Dei a mala conscientia provenientes; quoniam, Abstinete g, inquit, ab iniquo, & non timebis, & pavor non appropinquabit tibi. Et mox h: *Sed si dicatis, quod iis sunt, qui elemosynas dant, a quibus nisi capitur, non erit unde viduis ministretur, & inopes populi alantur; audietis a nobis, quod ideo accepistis donum Levitarum, ut suppeditaretis, & vobis, & gentibus, ac ne inopia laborantes ab improbis caperetis.* Quod si adeo egebunt Ecclesia, præstat perire, quam ab inimicis Dei aliquid capere, in contumeliam, & irrisione amicorum ejus. Nam de iis Propheta dicit i: Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Probationem igitur talium facite, atque ab iis, qui foris sunt, nolite capere, priusquam Ecclesia membra efficiantur; quod si desit, quod detur, significá fratribus, ex quorum collectis ministra orphanis, & viduis in justitia. Et rufus Clemens k: *Dic populo tuo que sapiens Salomon ait*: Honora Dominum de tuis justis laboribus, & primitias da illi de tuis fructibus justitia, ut impluant horrea tua repletione frumenti, & vino torcularia tua redundant. Quare de justo labore Fidelium alite, & vestite inopes; & quæ ex eo, ut ante dictum est, cogitur pecunia, statuite, ut conforatur, in redēptionem sanguinum, liberrantes servos, captivos, vincitos, ignominia notatos, damnatos propter nonen Christi, de tyrannorum sententia, ad monomachias, & ad mortem. Inquit enim Scriptura m: *Liberi qui ducuntur ad mortem, & redimere occisos ne parcas.* Quare Bonifacius Comes cum quendam ab Ecclesia exratisse, communione privatus a Divo Augustino, prohibitus est, ne offerret, quod si offerret, oblata ab eo Clericos noluit recipere. Idem decrevile de Burgundo quodam sacrilegio, & suis fatetibus Nicolaum PP. n legimus in Epistola ad Frontarium Archiepiscopum Burdigalensem: Secundo vero anno, inquit, ante fores Ecclesia sine communione maneat. Tertio vero anno Ecclesiam Dei ingrediantur, & inter Audientes aduent sine oblatione, non manducantes carnem, neque bibentes vinum, prater Natalis, & Resurrectionis Domini dies. Eandem poenam imposuit Felix o P. III. illis qui se ab hereticis rebaptizandos dedissent: *Tribus annis inter Audientes sint; septem autem annis subjaceant inter Paenitentes manibus Sacerdotum;* duobus autem annis etiam oblationes modis omnibus non sinantur offerre, sed tantummodo secularibus in oratione socientur. In cuius interpretatione labi Glossa videtur, dum de oblatione ad altare intelligit decretum; cum ea oblatione nec fieret tunc a laicis, sed a Diacono, ut ex D. Isidoro probavi superius; nec recipi solita esset a Clericis, nisi in Gazophylacio. In Concilio enim Carthaginensi iv. p dissidentium fratrum oblationes eadem ratione vel recipi vetitum est nec in Sacrario, nec in Gazophylacio: *Oblations, ait, dissidentium fratrum neque in Sacrario, nec in Gazophylacio recipiantur.* Forum qui pauperes opprimunt, dona non esse recipienda, eodem Concilio Carthaginensi iv. q cautum est. Catholici qui filios hereticis baptizandos tradiderit, oblationem refutandam, monet Concilium Ilerdense r. Quod adeo severa, & stricte obserabant primi Ecclesiæ Episcopi, ut si aliquando contigisset, iniquos, & impios homines, vi Sacerdotibus obtrusile pecuniam, illam non in victum, sed in ligna, & carbones impendi, & consumi præceperint, auctore eodem Clemente f Romano: *Si necesse sit, ait, aliquando ab aliquo impio invitatos pecuniam capere, in ligna, & carbones illam consumite, ne vidua, vel orphanus de ea sumens, cogatur præter fas cibum, vel potum sibi emere; aequum est enim talia que ab impiis veniunt, ignis pabulum, non pierum escam fieri.* Hæc quoque Lex præcepit,

a In Ep. relat. in Can. Perle- sis 25. Disp. b Cap. 24.

c Epif. 1.

d Lib. 3. Apost. Conf. C. 8. & Lib. 4. C. 6. & Lib. 5. Capit. 7. Deut. 23. 4. Reg. 8. c 3. Reg. 13. f Afor. 8.

g Isai. 45. h Clem. eodem Lib. C. 8. i Psalms. 149.

k Clem. G. 9. l Proverb. 3.

m Proverb. 24.

n Ep. que extat apud Grat. in C. de juro. 12 Q. 2.

o Ep. 1. apud Grat. C. Ros, quos. De con- cœr. Disp. 4.

p C. 93. Grat. C. Obit. 90.

q Can. 94. re. fter Grat. in fin. Cap. præced.

r Can. 13.

s Lib. 4. Conf. Apof. C. 10.

pit, quæ sacrificium serotinum non comedendum appellat, & igni consumi jubet: non enim sua natura mala sunt quæ offeruntur, sed sententia illorum, qui illa aducant. Hoc vero præcipimus, ne omnino vitemus illos, qui ad nos accedunt, cum sciamus consuetudinem sapientum impiorum utilem esse, obesse tantum cultus, & superstitionis societatum. Hæc hæc enim dilectæ dictæ sunt vobis propter cautionem vestram. Sed nec eorum tantum, qui vita turpitudine, sed eorum etiam, qui virtutis corporis laborabant, veluti menstruarum mollerum, oblationes refutabat Ecclesia, ut ex Concilio Moguntio a probat Burchardus. Quod si illa offerent, paenitentis trium hebdomadarum imponebatur: *Mulieres menstruo tempore* (refert ille) non offerant, nec *Sanctimoniales*, nec *laicæ*: si præsumperant, tres hebdomadas paenitentiant. Nec virorum solum in turpi vita viventium, sed eorum, qui turpiter vita functi sunt, oblationes refutabant. Concilium Altisiodorense b: *Quicunque se propria voluntate in aquam jactaverit, aut collo ligato se suspenderit, aut de arbo præcipitaverit, aut ferro percussiverit, aut qualibet occasione voluntate se morti tradiderit, siforum oblata non recipiantur.* Id ipsum constituit Concilium Bracarense l. c manifestos uiararios damnavit. Alexander III. in Concilio Lateranensi d Generali eorum oblationes, & illorum, qui heretico rum essent factores, repelli voluit, sicut raptorum, & violatorum Ecclesiæ, Eugenius s III. Est enim in Ecclesia ea regula loco commendata doctrina, ut quibus vivis non communicamus, nec communicemus etiam defunctis, ut Leo PP. I. Urbanus II. s & Innocentius III. h docent.

Constat ergo ex hoc Canone, ab excommunicatis munus, seu oblationem non esse recipiendam: quod & hodie in usu Ecclesiæ est; sicut e contra, ut excommunicatis munus date, fei mittere non possint, qui in Ecclesiæ pace, & communione perlitunt. Quæ mituntur enim expressæ communicationis vicem habent, a qua stantes cum lapidis maxime debent abstinerere, e C. 2. De rati-

onem: *Epif. 92. ad Rubic. Epif. Narb. C. 6. apud Grat. C. XXV.*

Quod si alii aliam fuisse horum Patrum sententiam contendant, munus ab Episcopis recipiuntur, qui non communicant Chriſti Corpus, dum rei sacræ celebrationi interest, e C. 2. De rati-

onem: *Scripturas sanctas audiant, nec communicant in oratione cum populo, sed pro quadam in temperantia se a perceptione sanctæ communionis avertunt, hi de Ecclesia removeantur, quandoque per confessionem paenitentia fructus ostenderint, & precibus indulgentiam consenserunt.* Ante Patres Antiochenos, Apostoli k: *Si quis, ajunt, Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, vel quilibet ex Sacerdotali catalogo, facta oblatione, non communicaverit; aut caußam dicat, ut fraternabilis fuerit, veniam consequatur; aut si non dixerit, communione privetur, tanquam qui populo caußâ lesionis exsisterit, dans suspcionem de eo, qui sacrificavit, quod recte non obtulerit.* Quam autem hic Clericis, sequenti laicis Canone pœnam adjecerunt l: *Omnes Fideles, qui convenient in solennibus sacris ad Ecclesiam, Scripturas Apostolorum, & Evangelium audiant: qui autem non perseveraverint in oratione usque dum Missa peragitur, nec sacram communionem percipiunt, velut in quietudines Ecclesia noventes, convenient communione privari.* Concilium Toletanum m I. m Can. XIII. De his, qui intrant in Ecclesiæ, & deprehenduntur nunquam communicare, admonentur; quod si non communicant, ad paenitentia accedant; si communicant, non semper abstineantur: si non fecerint, abstineantur. Justinus n Martyr: *Precibus peratis, & gratia apud Grat. C. 24. Q. 2. Epif. ad Cuius mund. relatis h. C. Sacris 12. De se pult. i Can. II. k Can. IX.*

Ubi is, qui præest, gratias egit, & populus omnis benedixit, sive resulutavit, qui apud nos Diaconi, sive ministri dicuntur, distribuunt unicuique eorum, qui adsunt, panem, vi- num, & aquam; quæ cum gratiarum actione consecrata sunt, quibus (ut paullo post habet) unusquisque participat. Post communionem autem munera offerebant diiores (quas collectas vocabant) ad viduarum, pupillorum, & pauperum sustentationem, ut testis est idem Justinus. Sed multo clarius in Hispania id confirmat Concilium Emeritense o: *In san- tis Dei Ecclesia diebus festis pro confuetudine, & mercede, & communicationis tempore a Fidelibus pecuriam novimus ponit.* Pro hoc placuit Sancto Concilio, banc rectitudinis posse regulam, ut quia omni Clerico communis labor manet in officio sancto, omnibus juxta meritum ex hoc rependatur vicissim. Si ergo ab Apostolis excommunicationem proposi- tam his, qui communionem omittent in Missa Sacrificio, legimus, quod suspicionem dare necesse est, aut ipsosmet, aut celebrantes; non immerito illorum munera re- futari hic Hispaniæ Episcopi præceperunt, quod voluerint ad superandas imminentes Ecclesiæ calamitates, ad repellendam Præsidum, & Imperatorum bella, divina sacrosancti illius Sacri- ficii ope, & virtute munierendo. Verus enim hoc Hispania institutum quotidie communicandi, refert Divus Hieronymus p

o Can. XIV. p Epif. 28. ad Lucin. Beata.

COMENTARII NOVI.

Qui non communicat.] Ut hujusce Canonis sententia explicetur, duo sunt investiganda; ac primum, qui maxima dicebatur, in Corporis Christi veri, & realis, hoc est Eucharistia perceptione posita erat. Omnes, qui utraque illa communio- ne, aut una earum privatantur, hi non com- municantes vocabantur, quemadmodum ex- tranieri

tranei omnes, excommunicati, Catechumeni, Poenitentes perpetuae poenitentiae, poenitentes primi, secundi, & tertii gradus: omnes denique Poenitentes, qui ad quartum poenitentiae gradum pervenerant, quamvis Sacris intercedent, & precum participes essent, non communicantes vocabantur, quod Eucharistiae participanda jus, & potestatem non haberent. Item qui ob minus gravia quedam crimina, ab Eucharistiae communione, non autem a prima removebantur. Energueni, peregrini, & vagantes sine literis communicatores Clerici ad communionem peregrinam redacti; ii omnes non communicantes appellari poterant. Quod plena, & absoluissima, ut loquuntur Canones, communione non fruerentur. Horum igitur dona, & oblationes Ecclesiastici munera enim hoc loco, aut private dona, que Episcopis missitarentur, aut oblationes, que Altaribus admovebantur, & Deo offerrentur, intelliguntur) hoc Canone recipere prohibentur: quod arbitrarentur Deum optimum maximum minus sibi gratam, acceptamque holiatam, & oblationes ejus ducere, qui non posset sacro-santo Christi Corpore pasci, & refici. Quid quod Deo oblationem ejusmodi adversante, & detestante, ea videri posset execratio, & detestatio, que reliquo Fidelium gregi non mediocriter obesse: deinde oblationes ejusmodi, postquam Altari oblatæ essent, & Sacerdotum solenni religione, ac precibus adhibitis Deo representatae: iis postea Ecclesiastici ad victimum, cibumque utebantur. Quapropter non communicantis munera, tanquam invisa Deo, merito rejiciebantur, & Clericis taedium putrida, & quorum odo-re offenderentur, fastidiebantur. Carthag. IV. Can. xcii. Dissidentium fatrum oblationes non recipiantur. Ibidem. Horum, qui pauperes opprimunt, dona a Sacerdotibus refutanda. Privata quoque munera ab ejusmodi hominibus non erant accipienda, quod nulli usi essent futura, nisi ad pauperes, aut Clericos alendos. ALBASPINÆUS.

Hujus Canonis vera sententia facile percipietur, si exponamus, quarum rerum olim in Ecclesia Oblationes fierent, quinam ad eas faciendas idonei essent, & Oblationum finem, seu effectum. Et primo Oblationes non ex quibuslibet rebus fieri olim Ecclesia sinebat; quia quedam maiestatem Altaris, & Templi sanctitatem dederent, quedam & polluunt; unde in veteribus Canonibus duas Oblationes damnari obseruo, profanas videbilect, & superstitiones. De prophanis exstat Canon III. Apost. ubi ita cavitur: *Ne cui licet adferre ad Altare quidquam aliud praeter incensum, vel oleum ad luminaria tempore sacra oblationis.* Et si uero deferebantur, non in Altari, sed seorsum benedicebantur, ut in eodem Canone jubetur, & in Canone lxxviii. Sexta Synodi, relato in Can. *Dicitur*, *De consecr. Dist. 2.* & etiam profanae illæres in Presbyterorum domus, ut benedicerentur, Fideles asportabant. Can. V. Apost. *Reliqua poma omnia ad domum primitiae Episcopi, & Presbyteris dirigantur, non offerantur in Altari.* Certum est autem, quod Episcopi, & Presbyteri dividant & Diaconis,

& reliquis Clericis. Et in Can. lvi. vi. Synodi legitur, quod ad Altare mel, & lac offerre non oportet. Apud Græcos enim certus anni dies erat, in quo Sacra Mysteria pro infantibus celebrabantur, eoque die offerre licet ad Altare lac, & mel, ut constat ex Concilio Carthaginensi III. Can. xxiv. cuius fragmentum refertur in Cap. In Sacramento, *De consecr. Dist. 2.* Ut in Sacramentis Corporis, & Sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quam ipse Dominus tradidit, hoc est panis, & vinum aqua mistum: primitie vero, seu lac, & mel, quod uno die solennissimo pro infantium mysterio solet offerri, quamvis in Altari offeratur, suam tamen propriam habet benedictionem, ut a Sacramento Corporis, & Sanguinis distinguatur. Concil. Carthag. iii. Can. xl. Primitia autem, & melis, & lattis, ut mox est, offerantur uno die consueto ad infantium mysterium: id est, propter recentes baptizatos, qui post sanctum lavacrum, lac, & mel gustare jubelantur, quasi modo geniti infantes, juxta illud D. Petri: *Quasi modo nati parvuli lac desiderare.* Quo ritu significabatur a Christianis, omni exuta malitia, simplicitatem infants esse amplectendam; & quia de Christo infante legitur in sacris Literis: *Butyrum, & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.* Mos ille tam apud Græcos, quam Latinos usitatus, aperte recentetur in ordine mysteriorum Aethiopum his verbis: *Diaconus dat ei lac, & mel, & dicit: Lac, & mel immaculatum in regenerationem. Amen.* Sacerdos autem dicit: *Lac, & mel immaculatum per Jesum Christum. Amen.* Expressius a D. Hieron. in Dialogo contra Luciferianos, ubi de traditionibus Ecclesie differens, ait: *Multa alia, que per traditionem in Ecclesiis observantur, auctoritate sibi scriptæ Legis usurpaverunt, velut in lavacro ter caput mergitare; deinde egressos, lattis, & mellis prægustare concordiam, ad infinita significationem.* Tertull. De coron. milit. Cap. 3. Deinde ter mergitamur; inde suscepimus, lattis, & mellis societatem prægustamus. Et Lib. 1. advers. Marcion. Cap. 4. *Aqua, qua Deus suos abluit, & olei, quo suos ungit, & lattis, & mellis, quo suos infantat.* Unde in Actis Sanctæ Sussannæ Virginis & Martyris, neptis S. Caji Papæ, a Notariis Romanæ Ecclesie conscriptis, legimus: *Eadem hora B. Cajus Episcopus linivit eum (Claudium scilicet Sussannæ patrum) Christi, baptizavitque ejus uxorem Præpedignam, & filios, Alexandrum, & Cutbiam, quos Gabinus Presbyter a Baptismo suscepit. Obtulit vero pro eius Sacrificium in eadem domo, & consecravit Corpus & Sanguinem Domini nostri Iesu Christi, & lac, & mel, & fontem, participavique cum omnibus mysterium Dei.* Notarunt Hugo Menard. in Not. ad Sacrament. D. Gregor. fol 147. Andreas Saulay in Panop. Sacerd. pag. 576. Oblationes superstitiones sacræ Canonibus magnopere prohibentur, tum quia aliquid Judaicæ superstitionis continent, tum quia magicum aliquid sapient. Unde PP. Sextæ Synodi Trull. in Can. XCIX. Armeniorum confutudinem, gra-

graviter perstringunt, qui solebant distractarum pecudum membra in Templum inferre, his verbis: *Porro hoc quoque in Armeniorum regione fieri didicimus, quod quidam intus in sacris Altaribus carnium membra coquentes, frusta offerunt, Sacerdotibus Judaice distribuentes.* Quocirca Ecclesiam immaculatam servantes, statuimus, nulli licere Sacerdoti separata carnium membra ab offerentibus accipere, sed iis sint contenti, que offerent visa fuerint, ejusmodi oblatione facta extra Ecclesiam: si quis autem non hoc fecerit, segregetur. Et Theodorus Ballafon ad Can. III. Apost. refert quendam Monasterii Prefectum delusum fallacia, & impia cuiusdam suasione, solitum admoveare sacræ Altaribus caseum, & carnes, existimans, inde morbos pelli, & affectis corporibus reddi sanitatem.

Sed ut sacras Oblationes ad Altare a Fidelibus factas adoriamur, observo primis Ecclesiæ faculis pudore Christianos vacuis manibus in Templum ingredi, & cum magna, ac eterna a Deo postularint, nihil adferre eorum, que caduca sunt. Cap. Ut omnis Christianus, *De consecr. Dist. 1.* Conc. Ille-den. II. Can. iv. Dominicis diebus Altaris Oblatio ab omnibus viris, & mulieribus offeratur, tam panis, quam vini. Matis. I. Can. IV. Propterea decernimus, ut in omnibus Dominicis diebus Altaris Oblatio ab omnibus viris, & mulieribus offeratur, ut per bas immolationes peccatorum suorum fascibus careant, & cum Abel, & ceteris iuste offerentibus promereantur esse confites, Tribur. Can. xxxv. Diebus Dominicis & Sanctorum festis, vigiliis, & orationibus insistentibus, & ad Missas cuiuslibet Christi, non cum Oblationibus est currendum. Plura congerunt Anton. August. in Epit. Jur. Lib. 15. Tit. 21. Jodocus Coccius Lib. 6. Thesaur. Art. 15. Severin. Bin. in Not. ad Canonem I. Apost. D. Gregorius Lib. 1. partic. Tit. 23. Cap. 5. Loaisa in Can. xiv. Concilii Emerit. Pamelius ad D. Cyprian. Lib. 2. Tit. 24. De opere, & eleemosyna. Lantmeter. Lib. 2. De veteri Mon. Cap. 4. Suarez Tom. 1. De Relig. Lib. 1. Cap. 5. ubi late resolvit, quando Oblationes debeantur ex precepto, quando ex devotione tantum præstentur. Prædictas autem Oblationes faciebant Fideles inter Missarum Solennia postquam Poenitentes, & Catechumeni electi ab Ecclesia erant, & Oblationes panis, & vini a Sacerdotibus immediate accipiebantur, quarum pars aliqua Fidelibus, ceteræ in Sacerdotum, & Clericorum, pauperumque alimenta erogabantur; similiiter pecunia a Fidelibus tunc oblata per Diaconos in Gazophilacum reponebatur ad eundem finem. Concilium Emerit. Can. xiv. Ex Tertulliano, Justino, & Cypriano probant Le-maitre Lib. 1. De jure Episc. Cap. ult. Lantmeter dicto Lib. 2. De veteri Cler. Capite 40. Ex pane oblato apud Græcos, qui pane fermentato utuntur in Missæ Sacrificio, Sacerdotes partem præscindunt ad consecrationem, iuxta ritus ita descriptos a Nicolao Cabasilia in exposit. Liturgie, Cap. 24. Sacerdos autem, postquam cum clamore Deum glorifica vit, venit ad dona, &

Tom. II.

quum ea in caput valde benepte, & reverenter sustulit, egreditur; & sic ea ferens dicit ad Altare, de industria circumducens in Templo propter populum, quiete, & pedentem. Ipsæ autem canunt, & genua cum omni reverentia, & religione inflectunt, rogantes, ut eorum sit memor in donorum Oblatione. Ipse autem procedit comitatus lampadibus, & suffitibus, & ita se habens. Latini vero, qui non vulgari pane, sed parato singulari studio utuntur ad consecrationem, Oblationes panis tantum benedicunt, ut pollea bucellas ex eis inter Fideles distribuerent, consecrantes tantum hostiam integrum, & in fractam, peculiariter paratas Concilium Toletanum XVI. Can. vi. Albaspinæus, Lib. 1. Observ. Cap. 1. Cellotius, Lib. 6. Hierarch. Cap. 16. §. 1. Ex pane oblatto, & benedicto Fideles offerentes bucellam recipiebant, ut hac perceptione significaretur, omnes sub uno Capite, eodemque Corpore esse, quemadmodum omnes de eodem pane bucellam sumebant; atque ita hoc Mysterio communionem, & unionem Catholicam ostenderent. D. Cyprianus Libro de oper. & eleemos. Dominicum celebrare te credis, que corbonam omnino non respicis? qua in Dominicum sine Sacrificio venisti? qua partem de Sacrificio, quod pauper oblitus sumis? D. Augustinus, Serm. 213. Brubescere debet homo idoneus, se de aliena Oblatione communicet. Quæ auctoritates accipi nequeunt de Eucharistia, ut communiter expoununt; nam fragmenta, que superarant, Clericis, & pauperibus alendis designabantur, ex eodem Cypriano ubi proxime: *Cum universa, que dantur, pupillis, & viduis, conferantur.* Nec credi potest, panes sine fermento oblatis fuisse, quales debebant esse, qui ad Eucharistiae consecrationem apponabantur. Docent Albaspinæus, Lib. 1. Observ. Cap. 5. B. Aftenus in Vita S. Benedicti, Cap. 23. Non me latet, aliquando in Ecclesia etiam Latina, moris fuisse, ex pane azymo, rotundæ, & circularis formæ a Fidelibus oblato consecrari, & confici Corpus Christi. Unde Joannes Diaconus in Vita S. Gregorii Lib. 2. Cap. 41. narrat, quod Marrona quædam Diuino Gregorio per Stationes publicas Miliarum Solennia celebranti solitas Oblationes obtulerat, qui post Mysteria traditurus, cum dicit: *Corpus Domini nostri Iesu Christi conservet animam tuam, laetiva subrisit.* Ille vero dexteram ab ejus ore convertens, partem illam Dominicæ Corporis super Altare depositus. Expletis vero Missarum Solenniis, coram populo inquisivit, quamobrem Corpus Dominicum sumptua, ridere præsumperit? At illa diu missians, tandem prorupit: *Quia panem, inquiens, quem propriis manibus me fecisse cognoveram, tu Corpus Dominicum perhibeas.*

Quia ergo tam datio, quam acceptio hujusmodi Oblationum magna communicatio erat suo modo spiritualis, & jus communionis per eas, & eulogias, que ex his Oblationibus sumebantur, asequabantur juxta Innocentium Epist. 1. Cap. 6. Ut se a nostra communione maxime illa die non judicent separatos; ideo ab his, qui perfectam communi-

nio-

nionem Ecclesia non habebant, oblationes non recipiebantur. Concilium Ilerdense Canon. xiiii. dicto Cap. *Oblatio*, 98. Dist. Concilium Nicenum Can. xxvii. juxta versionem Pisani. Divus Ambrosius Epist. ad Symmachum: *Munera tua non quarit Ecclesia, quia Templa Gentilium muneribus adornata, Ara Christi dona tua respuit, quoniam Aram simulacris fecisti.* Plura congerunt Albaspinæ Lib. i. *Obser. Cap. 5.* Aftenus ubi supra, Le-maistre, *De decim. & oblat. Cap. 15.* Stephan. Durant. Lib. 2. *De ritibus Ecclesie, Cap. 26.* Num. 7. Theophilus Raynaudus, *De Literis monit. P. 2. C. 2. N. 22.* Quare, antequam Poenitentes, & Catechumeni recessissent ab Ecclesia, oblationes Altari non apponebantur, ut innuitur in Concilio Valentino I. Hispan. Can. 1. *Sacrosancta Evangelia ante munera illationem in ordine Letitione post legantur, quatenus salutaria præcepta Domini nostri Jesu Christi, vel sermones Sacerdotis, non solum Fideles, sed etiam Catechumeni, ac Poenitentes audire licet habeant.*

Supereft, ut de personis, quarum oblationes Ecclesia respuebat, agamus; & in primis ab oblationibus offerendis arcebantur Fideles præcisi, seu excommunicati in praesenti Canone, qui, omissa interpretatione Mendoza, quam refert, & refellit P. Suarez Tom. 1. *De Religion. Tract. De Divina ult.* Cap. 6. in princ. accipiens est de Fidelibus a communione Ecclesie præcisis, non solum actu, verum & potentia, qui non solum a communione Eucharistie arcebantur, verum & a Fidelium communione, ut erant excommunicati, & Poenitentes, qui ad quartum gradum poenitentia non pervenerant. Qui enim in primo, secundo, aut tertio gradu poenitentia erant, licet orationibus cum aliis Fidelibus communicarent, tamen sine oblatione, id est, absque facultate offerendi patrem, ut ex illo tam ipsi, quam alii Fideles bucellam acciperent, & ita in unione Ecclesie essent; quæ communio, oratione tantum constans, dicebatur communio sine oblatione. Concilium Aneyranum, Can. v. ibi: *Sed compleverint poenitentiam triennii tempore, sine oblatione suscipiantur ad communionem, id est, ut ipsi non offerant.* In quo Canone cum de laicis poenitentibus agatur, seceruntur communio a jure offerendi, quasi qui orationibus communicabant, non offerrent. Expressus Concilium Ilerdense, ubi cum de Poenitentibus admittendis agatur, ajunt Patres: *Postea moderatione, & clementia Episcopi, Fidelibus in oblatione, & Eucaristia communicent.* Felix Papa in Canone relato ab Albaspinæ his verbis: *De Clericis autem, & Monachis, aut pueris Dei, aut secularibus servari præcipimus hunc tenorem, quem Nicana Synodus circa eos, qui lapsi sunt, vel fuerint, servandum esse constituit; ut scilicet qui nulla necessitate, nullas rei timore, aut periculo, se, ut rebaptizentur, hereticis impie dedicerunt, si tamen eos ex corde poeniteat, tribus annis inter Audientes sint; septem autem annis subjaceant inter Poenitentes manibus Sacerdotum; duobus autem annis oblationes modis*

omnibus non sinantur offerre; sed tantummodo secularibus in oratione socientur. Licit communionem sine oblatione in veteribus Canonibus pro Mysterio Eucharistie accipiunt Baronius anno Chirilli cccxi v. Num. 87. Zonaras in dicto Canone v. Concilii Aneyrani, Balsamon in Can. iv. ejusdem Synodi, Cellotius Lib. 6. *De bierarch. Cap. 26.* pag. 480. Joan. Dart. in Tract. *De penit. Capite 36.* Unde olim dubitabatur, an Poenitentes Oblatio effet recipienda, si antequam expellet poenitentia tempus, fato occumberet, in Concilio Arelatensi II. Can. xii. quæ certatio refertur in Concilio Toletano XI. Can. xii. ibi: *Quamquam diversitas præceptorum de hoc Capitulo babeatur.* Ratio dubitandi erat, quia cum ipsi in vita ad perfectam communionem cum jure oblationis facienda non fuissent admissi, nec in morte admittendi erant, ex Cap. *Sacris, De sepultur.* Sed clementius obtinuit, oblationes eorum esse admittendas, cum ipsi in vita honoraverint poenitentiam, ut ajunt Patres in dicto Concilio Arelatensi, Can. xii. & Toletanum, Can. xii. ibi: *Illorum tamen nos sententiam placuit sequi, qui multiplices numero humani decreverunt.* Inde, his oblationibus factis a parentibus defuncti, & ab Ecclesia acceptis, cum ex eis cæteri Fideles partem aliquam delibarent, fumerentque, in communionem defunctus recipiebatur. C. *Si aliquis, 11. 26. Q. 6. Cap. Sacerdos, 26. Q. 7.* Notarunt Severin. in Concilio Carthaginensi IV. Can. xcv. Loaisa in Concilio Tolet. XI. Can. xii. Albaspinæ Lib. i. *Obser. Cap. 5.* Cellotius, *De bierarch. Lib. 6. Cap. 22. §. unico.* Theophilus dicto Capite 2. Num. 1. B. Aftenu. dicto Cap. 23. ubi factum D. Benedicti illustrat.

Ultra Poenitentes ab Ecclesia communione præcisos, de quibus accipio præsentem. Canonem, erant alii, quorum oblationes Ecclesia respuebat; aut quia ejus communione privati erant, aut publici peccatores, veluti haeretici, C. *Excommunicamus, 13. §. Credentes, De hereticis,* ubi Gregorius Papa statuit, ne Clerici eleemosynas, nec oblationes accipiant; ad id etiam adstruendum adducit Mendoza, Can. xxxvii. Concilii Laodiceni. Sed diversa profecto est illius Canonis sententia; nam loquitur de Judais, & haereticis, ex quibus primi baptizati non sunt, postrem sunt præcisi, & excommunicati, nec loquitur de oblationibus Ecclesiasticis, sed de quibuscumque munibibus, quæ indicant amicitiam, & communicationem, præsertim in ritu religionis. Ajunt Patres: *Quod non oportet a Judais, vel haereticis, quæ mituntur munera festiva suscipere, nec cum eis Festo celebrare.* Ubi munera festiva, juxta sequentem Canonem, appellantur illa, quæ pro aliquis diei Festivitate, vel solennitate mitti solent inter amicos, vel quovis alio modo, ut exponit Filescus Lib. i. *Select. Cap. 6.* Etiam eorum oblationes Ecclesia rejicit, qui libertatem Ecclesiastica aufer temerario infringunt. Et D. Cyprian. Ep. 27. vetat, ne pro dormitione Victoris oblatio recipiat, quia Faustinum Presbyterum testamento tutorem scripsérat, cum nefas esset Clericos

ricos quacumque negotiorum specie sacris altaris abduci. Item aliquorum peccatorum dona respuit Ecclesia, ut sacrilegi, C. *De viro, 12. Quæst. 2. matricidæ in Cap. Latorem.* 33. Quæst. 2. & aliorum, quos referunt Suarez d. Cap. 6. Le-maistre d. Cap. 15. per totum. Et merito eorum oblationes Ecclesia non admittit juxta illud Ecclesiastici Cap. 34. *Dona ini- quorum non probat Altissimus, neque respicit in oblationibus iniavorum.* Præcipue non communicantium, de quibus in hoc Canone agitur. Quia nomen illius, cuius oblationes recipiebantur, semper offerebatur ad altare cum ipsis munibibus. Innocent. I. d. Ep. 2. Notabimus Can. seq. Unde minime consonum erat disciplina Ecclesiastica, munera ejus accipere, qui dignus non habebatur, ut ejus nomen recitaretur. Deinde munera illa in ipsis Sacris benedicebantur, solemnisque verbis nomine totius Ecclesie Deo offerebantur; ut ex eodem Can. 11. Innocentii licet cognoscere. At hominis impuri, nocentis, & nondum plene in Fideli corpus restituti, munera indigna videbantur, quæ in Sacris Deo offer-

CANON XXIX.

De Energumenis, qualiter habeantur.

De Energumenis, qualiter habentur in Ecclesia.

Energumenum, qui ab erratico spiritu exagitatur, hujus nomen neque ad Altare cum oblatione recitandum, ut sua manu in Ecclesia ministret.

CAPUT QUINQUAGESIMUM SEPTIMUM.

Eos solum, qui erratico spiritu actu exigitantur, hoc Canone comprehendi.

UT docerent Patres Hispani, eos solum Energumenos ab Altaris communione, & ministerio rejici, non qui quondam, sed qui adhuc perverso spiritu exigitantur, ideo dixerunt: *Energumenum, qui ab erratico spiritu exagitatur;* cum Graeca vox *Energumenus*, idem prorsus comprehendat, quod Latina, *erratico & maligno spiritu exagitatus.* Ita enim dicti putantur ἀπὸ τῶν ἵερων ἐρεψαντές. Id est, ab operationibus dæmonum, quas in ipsis pati videmus. Origenes ^a: *Manifeste ex multis indiciis monstratur, quod humanus* ^b *Orig. Lib. 3.* *animus, dum in hoc est corpore, recipere potest diversas energias;* id est, *operationes spiri- tualis* ^c *Cap. 3.* *tuum diversorum, malorum, ac bonorum.* Et malorum quidem duplice specie, id est, vel intelligere, vel sentire permittant; ita ut nihil omnino eos, quos obfederint, intelligere, vel sentire permittant; sicut exemplo sunt hi (quos vulgo Energumenos vocant) quos amantes, & infatuos videmus, quales erant illi, qui in Evangelio a Salvatore curati esse referantur. Ipsum autem afflatum dæmonum energoma vocat Tertullianus ^d, ut intelligere, non etiam, non omnes, qui molestantur a dæmons, Alta ris ministerio, & communione removet, sed eos tantum, qui omnimodo exigitantur, & perturbantur: alios enim Energumenos, nec propter peccata, nec omnino mente privatos, quibus hoc Decretum non congruit, recenset Joannes Cassianus ^e, Dionysius Areopagita ^f, & alii.

COMMENTARII NOVI.

HVJUS NOMEN.] Energumenorum oblationes repellebantur; ideoque nomen eorum neque ad Deum propitiandum adhibetur, neque ejus mentio ulla in Sacerdotum precibus acta. Hæc enim oblatio nominis, erat quedam communionis species, quæ non nisi ob duas caussas suscipiebatur. Prima, quum precatio ejus caussa fieret, qui sacro fonte intinctus esset, aut absolutus, aut in quem collatum esset aliquod Sacramentum

ejus, ut omnis communionis fieret particeps, nomen Deo in Altari offerebatur. Secunda, quum ad Altare oblationes alicuius deferebantur, cum eo duplice nomine nomina Deo pronunciabantur, hoc est, nomine suo Ecclesia nomina eorum Deo commendabat, idque oratione quadam, seu precatione singulari facta. Episcopus igitur, aut Sacerdos in Altari nominatum appellasset Energumenum oblationis auctorem, ac representasset, ut ita dicam, cum-

eumque Deo prectione commendasset: sed nequam non videbatur, qui agitarentur immundis spiritibus, & qui ab oblationibus removebantur, eorum nomen in Altari recenseri; quod cum iis non esset ulla ratione communicandum.

Ut sua manu.] In Concil. Carthag. Can. xcii. id illis mandatum, præscriptumque, ut Ecclesiæ ipsas vererent, ob id maxime, quod in Ecclesiæ pernoctarent, ut dæmonum terrore, atque metu liberarentur, id testante, atque enarrante Canone xcii. ejusdem Concilii: quod hoc Canone, aut aliquid simile vetatur. ALBASPINÆUS.

Energumenos hujusmodi, qui propter publica aliqua scelerâ publice etiam a dæmonibus vexantur, & ab Ecclesia excommunicantur, juxta illud Paulli i. ad Corinth. 5. *Judicari tradere hujusmodi Satana in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini,* non modo a Sacramentorum, verum etiam orationum publicarum participatione, & communione arcendos esse, hoc Canone decernitur, & Cap. 36. quod infra sequitur, huic non obstat, nam Energumenus, qui sui compos est, & corporaliter dumtaxat, vel ad majorem gloriam, vel ad peccati occulti pœnam, Deo permittente, vexatur, similis est hominibus quadam corporali ægritudine laboribus; ideoque nihil impedimenti est, quominus Eucharistia auxilium, & solatium sæpius his hominibus conferatur; maxime si absque periculo irreverentia communicare possint. Quod S. Dionysius. *De Eccles. bierarch.* Cap. 3. p. 2. negat Energumenis Eucharistiam dandam esse, id D. Thom. 3. Part. Quæst. 8. Art. 9. ad 2. de Energumenis nondum baptizatis interpretatur. Vide Suarem Tom. 3. Disp. 69. in fin. Sect. 2. BINIUS.

Energumenos, idest, corpora a dæmonibus obsesta, plures ex hæreticis negarunt, existimantes, actus quos ita vexati facere solent, ex levitate animi, vel cerebri delirio fieri, ut per consequens negarent eos expellendi Ecclesiæ potestatem habere. Illorum deliramenta referunt, refelluntque Delius, *Disquisit. mag. P. 1. Lib. 3. Quæst. 4.* Torreblanca, *De jure spirit. Lib. 3. Cap. 8.* Aloix in *Vita S. Ambros.* Cap. 6. Coquœus in *Not. ad August.* Lib. *De Civit. Dei.* Cap. 2. Carrier. Tom. Digest. fidei. fol. 543. Sed hominum corpora

Qui ab erratico spiritu exagitatur.

CAPUT QUINQUAGESIMUM OCTAVUM.

Dæmones cur spiritus erratici dicantur.

*E*rrantium spirituum nomine dæmones nuncupatos, & Sanctorum, & Philosophorum placitis constat; quia, ut auctor est Divus a Petrus, *iamquam les rugiens circuit querens quem devoret.* A Platone aliquando feras agrestes, interdum hygios canes, nonnumquam impiorum domiciliis inhabitantes, vocari legimus. Et ut alia omittamus, I. Stan-tius ^b refert, ipsum dæmonem interrogatum ab Apollinis sacerdotibus, quis esset? quid age-ret? quid pateretur? edito responso dixisse, spiritum erraticum se esse, ipsoque erratico di- scensu torqueri, & veluti irrequieto quodam labore agi; de qua re ea carmina refert:

*Dæmones errantes per terras, & mare semper,
Æternas pendunt divino verbere pœnas.*

Eandem dæmonis vagationem, ac executionem erraticam (ut auctor est Plutarchus) his carminibus cecinit Empedocles.

*Æthereus motus in pontum dejicit illas,
Pontus & in terram pellit, sed terra remittit.
Ad solem rapidum is ubi fit conversio cali,
Ex aliisque alius fugat, execrantur & omnes.*

Vagas igitur has, & erraticas peregrinationes dæmonibus pro pœnis datus, Theologie, & Philosophie Professores consentiunt, & ea ratione erraticos spiritus a Concilio in praesenti, & ab aliis vocari.

Duobus privat Concilium Energumenos. Primum est, ut eorum nomen cum oblatione ad altare non recitetur. Alterum vero, ne sua manu in Ecclesia ministrent. Agamus de primo.

Non tam pœna Energumenis inferenda, quam honoris Ecclesiæ causa, multa interdicta sunt olim dæmoniacis. Canone enim Apóstolorum a cautele est, ne dæmoniacus cum Fidelibus ^{a 78.}

preces funderet: *Si quis dæmonem habeat, Clericus non effitor; sed nec cum Fidelibus pre-*

ces fundito: mundatus vero recipitor, & si dignus fuerit, effitor. Quare in Concilio Ancyranob (sic nuncupandum ab Ancyra civitate Galatia, non Aquiranum, aut Aqui-

^b Can. 16.

ritanum, vel Ancyranum) cum de his egisset, qui cum bellicos irrationaliter congregati sunt, non solum hos, sed & horum complices jubet ea pœna affici, ut non inter Fideles, sed

inter dæmoniacos preces fundant: *Nos eosdem sane non solum leprosos crimine hujusmodi factos, sed & alios istos suo morbo replentes, placuit inter eos orare, qui tempore jattantur:*

qui a nobis Energumeni intelliguntur. Horum omnium rationem docuit Dionysius Areopagita d: Catechumenos autem, & Energumenos, quippe in penitentia sunt, sancta Hierarchia patitur quidem audire sacram Psalmorum modulationem, divinamque sacra-

^c Idem Can. 7.

rum Scripturarum recitationem; ad sacra autem opera, quæ deinceps sequuntur, atque Mysteria spectanda, non eos convocat, sed perfectos oculos eorum, qui digni sunt. Est enim

Divina Hierarchia sacra Justitia plena, ac unicuique pro dignitate salubriter consentaneam tribuit rerum Divinarum communionem; sancteque pro modo, & captu in tempore conce-

dit. Ac postremus quidem ordo Catechumenis, id est, iis, qui erudiuntur, tributus est. Aditus enim eis ad omne id, quod in Hierarchia perficitur, præclusus est, neque ullis Sacris initiati sunt, neque Divinum statum, qui in digno partu, ortuque consistit, babent,

sed etiam patris verbis soventur, vitalibusque figuracionibus, & lineamentis finguntur, ad beatum illum progressum, vita, lucisque principem, qui a Divino ortu proficiuntur.

Ut igitur si incubati, ac nondum figurati pueri, qui ex carne constant, cadant, antequam soveantur; casum illum in terrâ sine ortu, sine vita usura, sine lucis aspectu, ut abortus, babeantur; nec quisquam, qui sit mentis sua, id, quod apparet, intuens, in lucem eos prolatos esse dixerit, quod sint ab alvi tenebris liberati. Dicit enim medicina, perita cor-

porum præses, lucem vim suam emittere in ea, quæ lucem natura recipere possunt; sic Sacrorum sapiens disciplina, & scientia, primum quidem eis Divinorum Scriptorum, quæ for mandi, vitaque danda vim habent, cibo, qui instituendo valet, fo-

uet. Cum autem eorum naturam ad Divinum artum absolvit, tum denique utiliter eis ordi-

ne concedit aditum ad ea, quæ illuviant, & perficiunt. Nunc vero ab incubatis ea, quæ

perfecta sunt, separat; quod & dignitatis Sacrorum rationem habeat, & Catechumenorum

Divino Pontificum loco, educationis, atque vita. Energumenorum autem multitudo a Sacris quidem etiam arctetur, sed secundum locum in superiori parte extremitatis Cate-

chumenorum obtinet. Neque enim par est, mea quidem sententia, id, quod pariceps ali-

quando Santissimorum Sacramentorum fuit, sed etiam contraria, ant voluptatibus, aut

perturbationibus constrictum tenetur, ei quod penitus Sacris initiatum non est, nec ulli ex

parte est pariceps Divinorum Mysteriorum. Quin etiam ad eos Sacrorum aspetus, & com-

muniū contrahitur; idque iure, ac merito. Si enim verum est, virum, qui omnino Di-

vinus sit, cui ad res Divinas aditus pateat, qui ad summum Divina similitudinis, specie-

que, quam quidem consequi possit, gradum, absolutis, ac perficiendi vim habentibus mon-

dis, quibus ad Divinitatem contendit, elatus sit; ne ea quidem, quæ carnis sunt, nisi iis,

quæ natura necessitatem maximam afferunt, impulsu, quod se usu veniat, quasi aliud

agentem perfecturum esse; & Templum præterea, afflictatoremque fore Divini Spiritus,

in summa illa sua Divinitatis imitatione, in simili similem locantem; profecto qui ejusmo-

di est, numquam a contrariis vissi, aut terroribus vexabitur, sed eos videbit, & si inci-

dant, expugnabit, ac persequetur; facietque potius, quam vim externam accipier, & qui-

si patiatur eo animi sui habitu, in quem nulla cedit perturbatio, & qui nulli ipse succum-

bit, aliisque ejusmodi obsidionum medicus videbitur. Ego vero præterea extimo, atque

adeo certo scio eorum, qui Hierarchiæ Ordinis sunt, ab omni admittance liberam, & Je-

cretam prudentiam, autē hos scire scelusissima, & maxime nefaria impulsione agitari, eos

omnes, qui, deserta Divina vita, & sententia, ac moribus, cum pernicioſis dæmonibus

consentiant; quodca quidem, quæ vera sunt, & immortaliter possidenda, & semper ju-

cunda, voluptatibus plena, per summam, ipsique exitiosum amentiam aversebantur; cum

materia autem conjunctum, plurimisque perturbationibus implicatum, quod alienum est na-

tura nostra, peccatum, pereuntesque, ac interitum afferentes voluptates, & instabiles in

rebus alienis, quæ non sunt, sed videntur, prosperitates oportet & sequantur. Primi

ergo hi, & aptius, quam illi, ministri Sacramenti bujus prudenti voce secesserunt. Ne-

que enim fas est, eis patere aditum ad ullum aliud Sacrum, nisi ad doctrinam Scriptorum

Divinorum, quod meliora perveniant. Si enim Cœlesti Divinorum Sacrificium eos, qui

pœnitentia sunt, etiam si ei aliquando interfuerint, arceret; quod id non admittat, quod

non est omni ex parte sacrosanctum; idemque hoc pudice pronunciat, ego nec aliis etiam,

^{qui}

qui aliqua ex parte ad Divina similitudinis cacumen evadere non possunt, videor, nec cum iis me communico; aceret enim haec vox omnis admissionis expers maxime, eos etiam, qui una cum eis, quibus ad Divinas res ut dignis patet aditus, precari non possunt; multo magis prafana erit multitudo eorum, qui perturbationibus agitantur, carebitque Sacrorum, & aspergia, & communione. Hi ante consecrationem recedere ab Ecclesia per Diaconum jubebantur, hi communicare in Ecclesia non poterant; quare non immerito eorum nomina cum oblatione recitari hic Episcopi nostri non permisérunt, cum, ut in Canone superiori diximus, illi in Ecclesia offerrent, qui sanctæ communionis futuri erant participes.

COMMENTARII NOVI.

Hujusmodi Energumenis a spiritibus immundis potestis jus communionis olim in Ecclesia non erat. Canone xxxvii. infra, probat Crespetius in Summa verbo, Energumeni, & verbo, Arreptiti, nisi ad tempus reperiantur liberati; id est, qui lucida intervalla habent, & interim fatigunt pliis votis, ac precibus pro sua emundatione imperanda, communionem petunt. Theophilus Episcopus ad Alexand. *Si quis cum sit Fidelis, a dampno corripiatur, debetur esse Sanctorum Mysteriorum particeps, an non?* Respondeo: *si Mysterium non enunciets, nec ullo alio modo blasphemet, sit particeps, sed non singulis diebus; sufficit enim si statim temporibus.* Juxta quam distinctiōnem accipiendi sunt textus in Canone xiv. Concilii Arausic. Energumeni baptizati, & de purgatione sua curent, & se sollicitū-

dini Clericorum tradant, monitisque obtulerint, omnimode communicent Sacramenti ipsius virtute, vel muniendi ab incursu demonum, quo infestantur, vel purgantur, quorum jam ostenditur vita purgator. Et in Cap. Communiter, 3. Dicit. 33. & casus a Prospero Aquitano, & Cassiano relatis, quos seq. Cap. transcriptis Mendoza. Energumeni ergo, dum in obsecione erant, non communicabant, sed inter hyemantes orabant, id est, in secundo gradu Pénitentium, Acroasi videlicet, ut volunt Balsamon in Can. xvii. Synodi Ancyrae. Lantmeter Lib. 2. De veteri Clerico, Cap. 60. Joannes Dartis in Cap. 3. 33. Dicit. Vel, ut rectius docuerunt Cironius ad Tit. De penitentiis, & remissib. Giballinus, De claus. Disquisit. 3. Cap. 2. §. 6. N. 32. in primo gradu. GONZALEZ.

Hujus nomen nec ad Altare cum oblatione esse recitandum.

CAPUT QUINQUAGESIMUM NONUM.

Antiquum esse in Ecclesia, offerentium nomina recitari; & an Energumeni sanctæ communionis debeant esse participes?

Vetus Ecclesiæ consuetudo, ut eorum nomina, qui pia munera Ecclesiæ ocululissent, per Diaconum ex sacris Tabulis recitarentur; ut docet Divus Isidorus ad Ludifredum Episcopum Cordubensem: *Ad ipsum, inquit, agens de Diacono, pertinet officium precum, & recitatione nominum.* Concilium Emeritense: *Proinde salubri delibratione censemus, ut pro singulis quibusque Ecclesiis, in quibus Presbyter iussus fuerit per sui Episcopi ordinacionem praefesse, pro singulis diebus Dominicis Sacrificium Deo procuret offerre;* & *corum nomina, a quibus eas Ecclesiæ constar effe constringas, vel qui aliquid his Sanctis Ecclesiis videntur, aut nisi sunt contulisse, si viventes in corpore sunt, ante Altare recitentur tempore Missæ; quod si ab hac discesserunt, vel discesserint luce, nomina eorum cum defunctis Fidelibus recitentur suo in ordine.* Divus Hieronymus b: *Publice Diaconus in Ecclesia recitat offerentium nomina, tautum offert illa, tautum ille pollicitus; placuisse que sibi ad placsum p puli, torquent eis justitia, damusque materiam misericordie, ut gaudent ad ea, quæ tribuunt, & non langeant ad ea, quæ rapuerint.* De his nominibus recitandis, ante Hieronymum ratio constat ex Divo Cypriano c. Cum conquereretur enim ad Clerum de illis, qui lapsi absque Canonica poenitentia ad Sacrorum communionem reciperent, sic ait: *Num cum in minoribus peccatis agant peccatores penitentiam, justo tempore, & secundum disciplinæ ordines, ad exomologos veniant, & per manus impositionem Episcopi, & Clericis communicationis accipiant; nunc crudo tempore, persecutione adhuc perseverante, nondum restituta Ecclesia ipsius pace, ad communionem admittuntur, & offertur nomen eorum.* Ante Cyprianum Beatus Dyonisius Areopagita: d *Et cum se, ait, omnes mutuo salutaverint, mystica Sacrarum Tabularum recitatio fit.* Cum ante preces celebratur fieri per Diaconum, non satis consenseretur videbatur, illius rationem haberi, cuius munus adhuc oblatum non fuisset; qua ratione Innocentius I. e statuit, ut post preces Sacerdotum recitatio nominum offerentium fieret: *De nominibus* (inquit ad Decentium Eugubinum Episcopum) *recitandis, antequam preces Sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, sua oratione commendat, quam superfluum sit, & ipse pro tua prudenter recognoscis, ut cuius hostiam nec dum Deo offeras, ejus ante nomen insinues; quamvis illi incognitum sit nihil.* Prins ergo oblationes sunt commendande, ac tum eorum nomina, quorum sunt oblationes, edicenda; at inter Sacra Mysteria nominentur, non inter alia,

b Comment. super Ezech. c. 18.
c Ep. X. ad Cleram.

d lib. 3. Dicitur Ecclesiast. Hieron. De communione. e Cap. 2. Excerpt. Grat. in C. De nominibus, de confessionibus. f. 1. Dicitur. 1.

Variorum Commentariis illustratum.

alia, quæ ante primitus; ut ipsiis Mysteriis viam futuri precibus aperiamus. Sacras Tabulas ideo vocavit Beatus Dionysius, quia duæ Tabulae erant; altera, in qua vivorum, Episcoporum, & offerentium; altera, in qua mortuorum nomina scripta erant, & ex illis recitabantur, ut indicat titulus Canonis Concilii Emeritensis. *Dypticha dicebant, translato vocabulo ab ostreorum dypticho, de quibus alibi uberior tractatio.*

Hinc constare videtur, Energumenos non solum non admittendos ad sanctam Eucharistie communionem, sed nec eorum nomina cum oblatione recitanda.

Sed adversatur huic sententiae altera Concilii Arausicani a primi, qua Energumenos a Can. 14. sacra communione percipienda, non solum non repelli, sed exprefso Decreto admitti jubet, his verbis: *Energumeni jam baptizati, si de purgatione sua curent, & se sollicitudini Clericorum tradant, monitisque obtemperent, omnimodo communicent; Sacramenti ipsius virtutis, vel muniendi ab incursu demonum, quo infestantur, vel purgandi, quorum jam ostenditur vita purgator.* Idque usitatum fuisse olim in Ecclesia, ex Prospere Aquitanico didici, qui refert miraculum, quo demonicus sumptio Eucharistie liberatus est. Sic enim inquit: *Quædam Juvenula Araba natione, ancilla Dei, babitu gestans, cum in balneo lavans, simulacrum quoddam Veneris impudice respiceret, & scipsum, eique se consumulans, domicilium se diabolo præbuit.* Statim ille leo, qui rugiens circuit, quem quærebatur, inventus. Meatus igitur gutturis ipsius occupans, nullam cibum, nullumque potum trajiciens, per septuaginta ferme dies, totidemque noctes, jejunium sibi diabolus excepto, posseesse vase exhibuit. *Hoc monstrum parentes puellæ per tot dierum spatiū auferri posse sperantes, dum iuge malum ulterius tolerare non possent, simul cum filia se ingesserant Sacerdoti, quæ acta erant fideliter intimantes.* *Hoc tantum puella fatebatur, avem quandam noctis medio apparere, quæ sibi ore nescio quid infunderet; stupor tunc inter cunctis, videre puellam nullis indicis diuturni jejunii fædatam, nullo pallore, seu tabe, vel debilitate confectam; quin potius robustam, succo viscerum, mole membrorum.* *Cumque incredibilia viderentur quæ dicebantur, habito consilio, in Monasterio puellarum, in quo Reliquia Sancti Stephani sita sunt, Sacerdos pueram simul Praeposito commendavit.* Illic prima tantum die apparuisse illum avem afferit, sibi que increpasse, quod neque fame, neque siti compulsa illum appetet locum, quo sibi accedere non licet. *Per duas fane hebdomadas nibil cibi, vel poculi sumens, in Monasterio manxit.* Accidit autem, ut quintas decimas Dominicus illuceceret dies, ascende nubiscum Sacerdote, ut Matatianum illic Sacrificium solito offerretur, puellum Praepositus ad Altare perduxit, eo inces- su, & habitu, quo solent rubore perfusa ex epulis mulieres advenire; sed ut se illa prostravit Altari, clamore factus suis, cunctis adstantibus, gemitus, lacrymæque induxit; qui bus tantum malum auferendum præfens pleb. Domum exorabat. *Eras enim indecens murmur in populo.* Peracto itaque Sacrificio, cum eadem inter cæteras brevem particulam Corporis Dominiciani tintam a Sacerdote perciperet, semibora mandens, trahicere non valuit; nondum illo fugato, de quo dicit Apostolus: *Quæ consonantia Christi ad Belial? Manu igitur faciem ejus sustentante Sacerdote, ne Sanctum projiceret, a quodam Diacono suggeritum est, ut Calicem salutarem gutturi ejus Pontifex applicaret.* Quod ut factum est statim, ut locum illum, quem diabolus obsederat, Salvatoris imperio reliquit; *Sacramentum quod ore gestabat, cum laude Redemptoris transglutisse puella clamavit.* Hinc letitia, hinc voces in gloriam Dei; quod post octoginta, & duos dies diabolo expulso, puella de portestate fuerat erecta inimici; oblatio itaque rursum gratiarum actionis pro ea fit. *Sacramentique percipiens certam partem, prisco est redditu usit.*

Verum est, olim Energumenis Sacramentum Eucharistie porrigi, & amentibus, ut testatum facit Canon Concilii Arausicani I. c Sed multo clarius Joannes Cassianus d. Cum enim Germanus eandem questionem proposuisset, Serenus respondit. Germanus autem sic interrogat: *Et quomodo eos non solum despici (egerat paulo ante de Energumenis) ab hominibus vel horribi, sed etiam a communione Dominicæ in nostris præsencis perpetuo vidimus abstine-re, secundum illam Euangelii sententiam:* Nolite Sanctum dare e canibus, neque mittatis margaritas veltras ante porcos; cum de illis, quemadmodum dicis, ita credendum sit, quod eis purgationis, vel utilitatis obtutu, hujus tentationis humiliatio tribuatur?

Serenus: *Si habuerimus hanc sententiam, immo fidem, quam superius comprehendit, ut & omnia per Deum fieri, & pro utilitate animarum dispensare universa credamus; non solum nequaquam despiciemus eos, sed etiam pro ipsis tamquam pro membris nostris, inces-santer orabimus, eisque totis visceribus, ac pleno compatiemur affectu* (f. Quum enim patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra) *Scientes nos, absque illis, ut potest membris nostris, omnimodis consumari non posse: quemadmodum legimus, ne anteriores quidem nostros sine nobis re promissionis summam consequi potuisse; ita de illis Apostolo pronunciante:* Et si hi omnes testimonio Fidei comprobati, non accepserint re promissiones, Deo g Hebr. 11. pro nobis melius aliquid providente, ne sine nobis consummarentur. *Communionem vero eis sacrosanctam a senioribus nostris nunquam meminimus interdictam: quinimum, si possibile effet, etiam quotidie eis impetriri eam debere censabant: nec enim secundum Evangelii sententiam, quam congrue buic sensu coaptatis: Nolite Sanctum dare canibus, ad dominis efaciam sacrosancta communio, & non potius ad purgationem, ac tutalam corporis, animaque pervenire credenda est: quæ ab homine percepta, cum qui in membris ejus insidet spiritum, seu in ipsis latitare conatur, velut exurens fugat incendio.* Hoc namque modicum & Abbatem Andronicum nuper asperimus, aliosque quamplures. Magis namque, ac magis inimicis insultabit obesse, cum cum a calosti medicina viderit segregatum; tantoque Tom. II. K dirius,

darius, ac frequentius attentabit, quanto cum ab spiritali remedio longius senserit abdicatum. Nec id mirum ei videbitur, qui mortuis Eucharistiam tradi ad fugandos dæmones, apud antiques legerit: quod in Occidente Concilium Altisidorense ^a, in Oriente autem Sextam Synodus interdixisse ferunt; quod ad eandem Synodus a Theodoro Balsamone notatum est. Hodie autem hujus Illiberritani Canonis Decretum (omisso Arausiano) observandum est; nec licebit communionem Corporis Domini dæmoniacis, dum eo spiritu exagitantur, vel furiosis impartiri; nec eorum nomina singulatim, & publice in Sacrificio recitare; & sive generali oratione pro Energumenis orare Sacerdos possit, ut Divina Sacrificii, & orationis virtute fovente, cesse perversa tentatio: quod edocuit nos D. Clemens ^b, ipsius orationis formulam tradens.

^a Can. 13.
^b Lib. 6. Apof. Conf. C. 7. 8.

COMMENTARII NOVI.

Eos, qui ab Ecclesia præcisi, & segregati erant, aut jus communionis cum ceteris Fidelibus non habebant, oblationes ad Altare facere non posse, superiori Canone PP. statuerunt. Unde cum Energumeni nec in Ecclesia consisterent, aut Missæ Sacrificiis adcesserent, oblationes facere non poterant, nec per consequens eorum nomina a Sacerdotibus referri, aut recitari valebant. Forum enim nomina olim inter Missarum festennia recitabantur, quorum oblationes recipiebantur, quia in communione Fidelium erant, aut jam in pace Ecclesiae decesserant. Et si priscam Ecclesiae disciplinam perquiramus, aliud nomen recitare erat, ab oblatione nominis: nam *nomina recitare*, erat legere nomina ex sacris dyptichis tam vivorum, quam mortuorum; ubi suo ordine scripta erant nomina eorum, quæ recitari debebant. De quibus dyptichis, & eorum forma late agunt P. Higuera post Notas ad Luitpran. Bivariorum in Notis ad M. Maximum in fine, Josephus Vicecomes, *De ritibus Missæ*. Lib. 7. Cap. 17. Meursius in *Glossar.* verbo *Dypticha*, Saussay in *Apparatu ad Martyrologium Gallicanum*, Cap. 8. & 9. Haller, *De hierarch. Furidic.* fol. 829. Cironius in Cap. 3. *De electione Eccl. in s. Compil. Nomen*, autem offerre, est, cum alicuius vivi, aut defuncti nomen, in orationibus, quibus Missæ Sacrificium celebratur, enunciabatur, & commendabatur: nullusque unquam oblationes, & munera Sacerdoti in Ecclesia obtulit, quin Sacerdos ejusdem nomen cum ipsis muneribus propria, & privata quadam oratione Deo in ipsis Millæ Sacris commendaret. Alcuinus

De Divinis Officiis, illic: *Quum dicitur: Memento Domine famulorum, famularumque tuarum; & sic deinde subjungitur: & omnium circumstantium; manifestum est, quod quasi quidam locu[m] sit, ubi aliquibus specialiter nominatis, etiam ceterorum, qui assistunt in Ecclesia, commemoratio adfangatur.* In quo loco, aut liberum est Sacerdoti, quos desideraverit, peculiariter nominare, & nominatim Deo commendare, aut certe illud ab antiquis est observatum, ut ibi offertum nomina recitarentur: *Prius ergo oblationes sunt commendanda, ac tum eorum nomina sunt dicenda Eccl.* Illustrant Cerdas in *Advers. Cap. 143.* Albaspinus Lib. 1. Observ. Cap. 7. Lindembris in *Glossar.* verbo *Nominum recitatio*. De qua nominis, cum oblationis recitatione accipiendus est praesens Canon. Pœnitentium enim, & Energumenorum, quorum oblationes non recipiebantur in Ecclesia, neque nomina offerri poterant; quia Ecclesia nulla alia re magis demonstrare valebat societatem, & communionem alicui indulssisse, nisi quem ejus nomen privata quadam oratione totius Ecclesiae nomine, & per Sacerdotem ejus Ministrum commendabat. At vero hujusmodi Energumeni perfecta Ecclesiae communione non fruebantur; ideoque eorum nomina non poterant offerri in Sacrificio, nomine totius Ecclesiae. Non autem hoc Canone negatur, post orari pro Energumenis, ut aliqui docti Viri voluerunt. Unde illis rigidior visus fuit hic Canon Illiberritani Concilii; ut refert Saussay *Panop. Sacerd. Par. 2. Lib. 2. Cap. 5. Art. 2.* GONZALEZ.

Neque permittendum, ut sua manu in Ecclesia ministret.

CAPUT SEXAGESIMUM.

Dæmoniacos a Sacris Ecclesiae functionibus semper repulso.

Gratianus in Decretorum Collectione, antiquum esse in Ecclesia dæmoniacos ministrare nec debere, nec posse, docuit; quod ut confirmaret, Decretum Pii Papæ restulit in Cap. *Communiter definimus*, 33. Disp. ubi Pius sic ait: *Communiter definimus, ut nullus de his, qui aut in terram arrepti a dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incuribus efferventur; vel sacris audeant Altaribus ministrare, vel indissimile se ingerant Sacramentis Divinis, exceptis illis, qui corporis incommoditatibus detiti, sine hujusmodi passionibus; in terram probantur elisi; qui tamen & ipsi tamdiu erunt ab officiis sui ordine, & loco suspensi, quoisque unius anni spatio, per discretionem Episcopi, inventantur ab incusâ dæmonum liberati.* Sed Gratianus Decretum hoc Pio Papæ non recte tribuit, cum Pii non sit, sed Concilii Toletani XI. Canone xiiii. multis annis post *Communiter definimus*, 33. *Si autem Pontificum antiquas Constitutiones queramus, omisso Canone c. Apostolorum, ex*

Correctam in p[ro]p[ri]o Can. non recte tribuit, cum Pii non sit, sed Concilii Toletani XI. Canone xiiii. multis annis post Communiter definimus, 33. *Si autem Pontificum antiquas Constitutiones queramus, omisso Canone c. Apostolorum,*

existat Epistola Pelagi Papæ ad universo Episcopos per Luciam constitutos, in qua ait: *Usque adeo sane comperimus, illicita quaque prorumpere, ut dæmonibus, similibusque passionibus irretitis, Ministeria Sacrae sancta tractare tribuantur; quibus si in hoc opere pusilli, aliquid propriæ necessitatis occurrat, quis Fidelium de sua salute confidat, ubi ministros ipsos curacionis humanæ tanta prosperem calamitate venari? Atque ideo necessario removendi sunt, ne quibuslibet, pro quibus Christus est mortuus, scandalum generetur infirmis. Postremo, si corpore fauicatum fortassis, aut debilitem, nequaquam Sancta continere Lex Divina permisit, quanto magis doni Cœlestis dispensatores esse non convenient, quod est deterius, mente percusso?* Nicolaus Papa b: *Clerici, qui in adolescentia a dæmonibus cognoscuntur obsecuti, ad superiorum Sacrae Regiminis gradum ascendere non possunt.* Idem decrevit Gregorius, ut voluit Gratianus ^c, sive, quod verius videtur, Author Libelli, *De Ecclesiasticis Dogmatibus*, qui inter Opera D. Augustini extat. Trithemius Alcuinum fuisse voluit, alii Isidorum; at plures, & majori auctoritate praestantes, Gennarium, ut dicimus postea; sed D. Gregorium ejusdem sententiae fuisse, ipsem his verbis edocuit: *Eodem quoque tempore quidam Aquinen[s] Ecclesiæ Clericus, dæmonio vexabatur, qui a venerabilis Viro Constantio ejusdem Ecclesiæ Antiphite per multa fuerat Martyrum loca transmissus, ut sanari potuisset; sed Sancti Dei Martyres noluerunt ei sanitatis donum tribuere, ut quanta esset in Beneficio gratia demonstrarent. Duxit itaque est ad Omnipotentis Dei famulum Benedictum, qui Iesu Christo Domino preces fundens, antiquum hostem de obesse homine protinus expulit. Cui sanato præcepit, dicens: Vade, & post hac carnem ne comedas, & ad Sacrum Ordinem nunquam accedere præsummas. Quacumque autem die ad Sacrum Ordinem accedere præsumperis, statim iuri diaboli iterum mancipaberis.* Discessit igitur Clericus sanus, & sicut terrere solet animum pœna recens, ea, que Vir Dei præceperat, interim custodivit. Cum vero post annos plurimos omnes priores illius de hac luce migrasset, & minoris suos sibi metu superponi in Sacris Ordinibus cerneret, verbo Viri Dei, quasi ex longo tempore oblitus, postposuit, atque ad Sacrum Ordinem accessit, quem nowis, qui reliquerat, diabolus tenuit, cumque vexare, quoque animam ejus excuteret, non cessavit.

In eadem causa non defunt etiam Concilia. Nicænum i. ^d *Jubemus, ut infans non fiat Clericus, nisi cum agroravit, & opus fuit calidam medicinam facere, unde in melancholiā incidit, cuius infans cum non sit causa in ipso, neque sit ex dæmons habitante in eo, non prohibet ingredi in Clerum, neque cogit exire; quare jubemus, ut dæmoniacus non possit admitti ad Clerum.* Arausianum autem non solum Clericum fieri vetat, sed jam factum deponi jubet: *Energumeni, ait, non solum non assumendi sunt ad ullum Ordinem Clericatus, sed & illi, qui ordinati jam sunt, ab imposito officio sunt repellendi.* Quem Canonem hodie observat Ecclesia, tempore quo Energumenus erratico spiritu exagitatur: quod si eo malo liberetur, & ad Ordines Ecclesiæ, & communionem admitti posse, ex Apostolis Clemens retulit ^e: *Si quis dæmonem habeat, Clericus non effitor & sed nec cum fidibus preces fundit; mundatu; vero recipitor, & si dignus fuerit, effitor.* Olim autem in Ecclesia Africana, eti non possent ministri esse rerum sacrarum, cogebantur pavimenta Ecclesiae verrere, Decreto Concilii Carthaginensis iv. in quo & illud additum ^f, ut victus quotidianus illis ab Ecclesia per Exorcistas tribueretur..

^d Can. 1. apud alph. Pij. l. 3.

^e Can. 16.

^f Can. 78. Ap.

^g Can. 91.

^h Can. 92.

COMMENTARII NOVI.

Oblissos a dæmonibus, seu arreptitos, quos vulgo dæmoniacos dicimus, ob vitium animi ordinari non posse, constat ex Concilio Arausiano I. Can. xvi. *Qui palam aliquando arrepti sunt, non solum non assumendi ad ullum Ordinem Clericatus, sed & si jam aliqui ordinari sunt, ab imposito officio repellendi.* Concil. Arelatense II. Can. xl. Proabant Barbosa, *De Jure Ecclesiast.* Lib. 1. Cap. 33. Num. 148. & *De De potest. Episc. Allegat.* 42. Num. 52. Balfamon, Zonaras, & Coriolanus in Canonem lxxxviii. Apostol. Saussay in *Panop. Cleric.* P. 1. Lib. 6. Cap. 2. §. 3. Gibalinus, *De irregular. Cap. 3. Consect. 9.* Suarez, *De censur.* Disp. 51. Num. 94. Crefpetius in *Suum. verbo Arreptiti.* Valenzuela Consil. 25. Num. 2. Hujus prohibitionis rationem reddit Balfamon, & Zonaras ubi supra; quia isti insanii sunt, & immundi, & magnum scandalum in Ecclesia oriretur, si plebs, quem seit a dæmonie vexari, videat Sacra perficere, & tractare; ut ratiocinatur Gelasius in Epistola ad Episcopos Lucianæ, Cap. 21. Accedit quod Sacerdotium contumelia afficeretur, &

Divinum Numen blasphemis proscinderetur. Unde si ab hujusmodi obsessione liberati sint, promoveri possunt ad Ordines, nisi ex memoria recentis morbi maneant aliquæ infamiae notæ, & occasio offendionis; dicto Can. lxxviii. Apostol. ibi: *Si quis dæmonem habeat, nefas Clericus, sed neque cum fidibus preceatur: purgatus autem recipiatur, & si dignus, fiat.* Docent, & defendant Gibalin. *De irregular. Cap. 3. Qu. 2. Consect. 8.* num. 22. Diana Par. 11. Tract. 2. Refol. 68. quorum sententia firmatur ex eo: Nam ratio propterquam arcetur a Clero dæmoniacus, et ne furoris tempore Sacerdotium contumelia, afficiatur, & Divinum Numen blasphemetur; sed hac ratio cessat in eo, qui liberatus omnino est; ergo & ministrare in suscepis, & ad altiores gradus ascendere valet, accidente Episcopi licentia, cuius arbitrio relinquitur, an plene liberatus sit, nec ne: hoc tamen arbitrium in Episcopo non habetur pro dispensatione, sed pro declaratione, ut notariunt Barbosa dicta Allegat. 42. Valenzuela Consil. 25. Unde qui post susceplos Ordines vexantur, si liberati fuerint, transacto anno Tom. II.

mi-

^a G. 21. apud Grat. C. Culique adeo, 33.

^b Nicolao tribuunt Decret. boe Grat. & Ivo. alter in C. Clerici. 3. Disp. alter Pur. 11. Decr. C. 104. c Cap. Marit. 33. Disp. 3. C. 60. D. Gregor. L. 2. Dial. C. 16.

ministrare possunt. Cap. *Communiter.* 33. Dicitur. Neque pro contraria sententia, quam defendant Gratianus in Cap. fin. verl. nec evim. 25. Quæst. 1. *Hugolin. De irregul.* Cap. 55. §. 1. num. 4. Majolus eod. tract. Lib. 2. Cap. 17. *Sayrus eod. tract. Lib. 6. Cap. 9. num. 14.* faciunt text. in Cap. *Quorundam*, 34. Dicitur. C. *Clerici*, 33. Dicitur. ubi dicitur, quod Clerici, qui in adolescentia fuerint a dæmonibus obsessi, ad superiorem sacri regiminis gradum non possunt promoveri; igitur semel vexati, et si postea liberati sunt, nullo modo possunt ordinari. Turrecremata, & Archidiaconus ibi accipiunt verba illa ita ut obsessi prohibeantur ascendere ad sacros Ordines; in Minoribus autem ministrare non prohibeantur; sed hæc solutio convincitur ex absoluta prohibitione hujus Canonis, ibi, *nec propria manus*; & Can. xvi. Conc. Aaurascani, ibi, *ad Clericorum*. Jundis traditis a Saussay. Quare hac solutione omisla, dico in d. Cap. *Clerici*, non negari, quod si Clerici in ipsa adolescentia liberati essent, possent ad gradus omnes promoveri; tantum enim cum consultus fuit sit Nicolaus de adolescentibus vexatis, respondit, ipsos ita in adolescentia vexatos ordinari non posse, videlicet quandiu vexantur. Dicitio enim illa, *in*, si adjungatur ablative, accipitur pro intra illud tempus. Unde idem est, in anno, quod intra annum. Leg. GONZALEZ.

CANON XXX.

De his, qui post lavacrum mœchati fuerint, ne Subdiacones fiant.

Subdiaconum eum ordinari non debere, qui in adolescentia sua fuerit mœchatus; eo quod postmodum per subreptionem ad altiorum gradum non si promovendus: si autem aliqui sunt in præteritum ordinati, amoveantur.

Retulit hunc Canonem Rhabanus in suo *Pœnitentium* Libro, Cap. 4.

CAPUT SEXAGESIMUM PRIMUM.

Mœchiæ crimen in adolescentia commissum Subdiaconum impedit.

Mœchiæ crimen vel devinctos, vel notatos, tanquam damnatos irremissibili peccato, nec ad pœnitentiam admittendos, contendit Tertullianus a. Sed cum errorem, in quem nimio zelotypia furore lapsus est, jam diu Catholica Ecclesia improbat, nec probavit unquam Hispanica Ecclesia Senatus; cum post pœnitentiam absolvit, & communioni reconciliari b superius edixit. Nunc autem ad criminis detestationem, & retinendam sacri Ordinis dignitatem, decornit, eos, qui ad sacros Ordines eligerentur, ea morum, & vita integritate præfite debere, ut qui in adolescentia sua fuissent mœchati, Subdiaconi non ordinarentur (videant hæretici quam sit antiquus Ordo Subdiaconatus) quia cum detecto flagito, pœnitentiam agere debuissent, & pœnitentes ad Ordines promoveri non possent, ut Innocentius c scribit ad Episcopos Macedoniæ; supervacuum erat, cum Ordine Subdiaconatus insigniri, cuius functionem non esset postea habiturus.

Sed cur ob crimen ante ordinationem commissum, quis ab Ordinibus repellatur, etiam postea suscepit, Rhabanus d Archiepiscopus Moguntinus scribit ad Heribaldum: *De his que illud Concilio Berdeni* 400. & si præsumt utrumque illud *Concilium Berdeni* 400. vero visum est nobis scriendum, qui Sacros Ordines habent, & ante, vel post Ordinationem, contaminatus in capitalibus criminibus se esse pœnitentem; in quibus, ut mihi videbitur, bæc distantia esse debet, ut hi, qui deprehensi, vel capti fuerint publice in perjurio, etiam Panit. furto, atque fornicatione, & ceteris hujusmodi criminibus, secundum *Sacrorum Canonum Tit. 8. C. 1.* num Iustitia, a gradu proprio deponantur; quia scandalum est populo Dei, tales personæ de his, 500. nas super se positas habere, quas altera modum vitiæ effe constat. Nempe inde detrahunt homi-

Subdiaconos eos ordinari non debere, qui in adolescentia sua fuerint mœchati; eo quod postmodum per subreptionem ad altiorum gradum promovebantur: si autem aliqui sunt in præteritum ordinati, amoveantur,

homines *Sacrificio Dei*, & rebelles hinc, atque contrarii existentes, eorum pravis exemplis quotidie pejores fiunt, sicut quondam filii Heli peccantibus fecisse leguntur. Qui autem de predicitis, absconde a se admissis, per occultam confessionem, coram oculis Dei, presente etiam Sacerdote, qui eis inductus est pœnitentiam, confitentur, & semetipso graviter deliquisse queruntur, si se per jejunia, & eleemosynas, vigiliasque. & sacras Orationes cum lacrymis purgare certaverint, bis etiam gradu servato, spes unica de misericordia Dei promittenda est.

COMENTARII NOVI.

Omnia ferme ea crimina, quorum causa Clerici honore, & gradu poterant privari, iisdem erant impedimentoa, quominus ad eosdem gradus, & honores adlegentur, quamvis ea multo antequam promoverentur, admissent. Præterea in hoc Canone illud advertas, ut in pluribus aliis Canonibus, ad Subdiaconos, & ceteros Minorum Ordines severas prioris illius discipline leges, quæ in Clericos sancti essent, non pertinuisse: sed ad Majores Ordines, Episcopos, Presbyteros, & Diaconos, quibus cum sacra-fanculum Christi Corpus possent tangere, interdicta essent nuptiae, & cum feminis consuecerunt. Porro ex pœnitentibus, ex neophytiis, ex peregre baptizatis, non poterant adsumi, neque in iisdem dignitatibus collocari, si post Baptismum se aliquo crimine, vel occulto se se inquinarent. Lege Canonem nonum Concilii Neo-cafareani. ALBASPINÆUS.

Inter illa peccata, ob quæ primis fœculis eorum patratores perpetuam excommunicationem incurabant eo modo, quo exposui in Cap. 1. hujus Concilii, adulterium præcipue numerabatur: quod aperte probatur ex D. Cypriano Epist. ad Anton. in illis verbis: *Et quidem apud antececessores nostros quidam de Episcopis istis in provincia nostra dandam pacem mœchis non putarunt, & in totum pœnitentia locum contra adulteria clauserunt; non tamen a Coepiscoporum suorum collegio receperunt. Ex quibus duo liquent, Primum, præcis temporibus ante D. Cypriano adulteris pœnitentiam fuisse denegatam. Secundum, paullo ante Cyprianum veniam illis fuisse concessam; ut expedit, & probat Albaspinæus, Lib. 2. Observat. Cap. 17.* per totum: quæ severitas in Ecclesia duravit usque ad tempora Zephyrii, qui Decreto suo pacem, pœnitentia peracta, illis concessit: in quod Decretum acerrime Tertullianus insurgit Lib. *De pudicit.* & plurimi Episcopi id sibi ferendum non judicarunt, rati, adulteros ex veteri PP. disciplina, perpetua pœnitentia mancipia ndos, ut constat ex D. Cypriano supra relato, quem, & Tertull. expedit Albaspinæus dicto Lib. 2. Cap. 18. per totum. Unde coepit in Ecclesia mœchis pœnitentia imponi septem annorum. Concilium Ancyranum Canone xx. *Si quis adulterium commiserit, septem annis in pœnitentia completis, perfectioni reddatur, secundum pristinos gradus.* Can. xlvi. lxiv. lxv. & lxix. hujus Concilii, ubi notabimus. GONZALEZ.

Jam supra ad Caput xxxvii. hujus secundi Libri monuimus, mœchiæ nomine in hisce Canonibus intelligi omnem illicitum concubitum viri & feminæ, sive fornicationem, nec illum recipere poterat, nisi immani ausu; nec jam receptum administrare, si contingenter post-

criminum maculatus quis fuerit, prohibetur ab ingressu in Subdiaconatum hoc Canone, imo & in Clerum generatim, si convictus fuerit. Quod totum habetur Canone sexagesimo Apostolorum, illis verbis: *Εἰ τις κατηγορία γεννήσαι κατὰ τις πορνεῖα, οὐ μολύνεται, ἀλλὰς τις παπυρουμένος πράξεως, καὶ εἰπετεχθεῖ, οὐ κλύρον μὴ αγέρασθε. Si adversus Fidelem aliqua accusatio intendatur, vel fornicationis, vel adulterii, vel alicujus alterius prohibita actionis, & convictus fuerit; ad Clerum ne provehatur.*

Hæc ibi: qua certe procedunt non de quilibet lapso in id peccatum, sed de accusato, & convicto, juxta Canonom illum Apostolicum. Nam ex vi Canonis præsentis, & juxta severitatem disciplinæ Ecclesiastice, quam hi PP. Eliberitani promovendam curarunt, nulla distinctio invenitur facta inter mœchiam occultam, vel publicam, quantum ad impediendum receptionem Subdiaconatus, & illius exercitum.

Quod autem Rhabanus Archiepiscopus Moguntinus, a Mendoza hoc loco allegatus, Lib. *Pœnitent.* Cap. 1. distinguunt inter criminia publice nota, & occulta, ut sola illa subiecta pœniteniam depositionis; videtur ortum ex Epitola spuria ad Lupiciatum S. Gregorio Magno supposita sub initium seculi noni, ut pote contraria pluribus, & gravissimis testimoniis ejusdem S. Doctoris, constanter tradentis alia omnia, præsertim Lib. 3. Epist. xxvi, ad Januarium, ubi ait: *Qui post acceptum sacram Ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit, sacro Ordine ita caret, ut ad Altaris ministerium ulterius non accedat.* Sed de hoc alias opportunius, præter ea, quæ adnotavimus in citato Cap. xxxvii. hujus Libri.

In præsenti autem Canone nulla distinctione facta inter mœchiam publice notam, aut occultam, quisquis illam admisit, prohibetur recipere Subdiaconatum: quod si vero per obreptionem receperit gradum altiorum, omnino deponitur. Unde & postea in Concilio Bracarense 11. Can. xxiv. dicitur: *Si quis Presbyter, aut Diaconus sine aliqua examinatione promoti sunt, aut certe cum discuterentur, criminosa peccata sua celaverunt, & post ordinationem ab aliis sunt detecti, abhiciantur a Clero. SIMILITER ET DE UNIVERSO ORDINE SERVETVR.* Nam hoc sibi, quod irreprobusibile est, sancta & Catholica defendit Ecclesia. Nimis sic eo usque semper in illa traditum & observatum fuerat; neque quisquam sibi conscientia mœchiæ, aut alterius gravis criminis vetantis sacrum Ordinem, quamvis occulti, illum recipere poterat, nisi immani ausu; nec jam receptum administrare, si contingenter

postea labi in peccatum carnis. Rhabanus autem mitius se habens erga occulte lapsos, & per exomologesin, jejunia, orationes, atque eleemosynas expiatos, id scripsit circa medium saeculi noni, quando jam intrusa fuerat ab aliquo impius, aut veteratore Epistola illa

ad Secundinum, quæ gravem plagam intulit disciplina Ecclesiastica. Hæc autem omnia oportet, ut præ oculis habeant, quicumque Clerum ingredi volunt, aut jam ingressi sunt, & qui eos ordinant. CARDINALIS DE AGUIRRE.

Eo quod postmodum per subreptionem ad altiore gradum non sit promovendus.

CAPUT SEXAGESIMUM SECUNDUM.

Cur qui in adolescentia fuit mœbus, Subdiaconus ordinari prohibeatur.

a Can. 26.
b L. Pan. C. 4. **N**on satis consonant verba, sensusque hujus Canonis in reddenda Decreti ratione. Nam si mœchum in adolescentia, ante Ordinem Subdiaconatus suscepimus, vellent Patres hujus Concilii Subdiaconum non fieri; quod mœchi Subdiaconi esse non possent; quid addi opus esset, eo quod per subreptionem ad altiore gradum non sit promovendus? Sat enim erat, si dixissent: Placuit, nec Subdiaconem fieri, nec ad altiores gradus promovendum. Si autem Subdiaconum fieri vellent, fecissent etiam satis, si dixissent: Placuit, eum Diaconem fieri, nec ad altiores gradus provehi. Sæpe enim in inferioribus gradibus vel penitentia causa ministrare permisit, demonstrat Concilium Arelatense¹¹¹. Difficultatem hanc diluit Archiepiscopus Moguntinus Rhabanus^b in suo Pænitentium Libro, in quo diversis Canonem hunc verbis conceptum retulit: *Subdiaconos, inquit, eos ordinari non debere, qui in adolescentia sua fuerint mœchati, eo quod per subreptionem ad altiore gradum promovebantur.* Rhabano consentiunt Codices mss. in quibus vel promoveantur, vel promovebantur, sine negatione editorum legitur. Olim enim non tanta in Subdiaconis eligendis, quanta in Diaconis, & Presbyteris (quod & hodie observatur) adhibebatur cura. Et si mœchum adolescentia videbi posset quibusdam ordinari Subdiaconem posse, ne tamen is gradu suscepito per subreptionem postea, tacito vitæ anteactæ crimen, ad altiores consenderet, qui sanctiorum poscebant vitæ integratatem; ideo visum est Patribus, adiutum etiam ad nunc gradum mœchis præcludere, ut cauius adolescentes viverent, & sanctius.

COMMENTARII NOVI.

Quædam peccata lethalia notoriam induunt irregulartatem, ob infamiam quæ ex eis oritur; quædam propter penitentiam, quæ corum auctoribus injungitur, ut probavi late in Capite, *Ex tenore*, Cap. fin. *De temporib. ordin.* Interca præcipue a SS. PP. enumeratur adulterium, quod non solum impedit ordinandum, verum & dejicit iam ordinatum. Concil. Roman. Cap. 19. ibi: *Adulter non ordinetur.* Can. LX. alias LXI. Apostol. *Si quis accusetur de fornicatione, vel de adulterio, vel de alio criminis convictus, in Clerum non introducatur.* Cap. 128. Dist. Cap. 1. & 31. Zacharias Epist. 1. ante medium: *Meminit tua reverenda fraternitas, quod tribus jam vicibus scriptimus, ut nullus adulter, nullus fornicator, sacerdotum ministerium debeat attrectare.* Taurinense Can. VII. *Ii, qui contra interdictum sunt ordinati, vel in ministerio generunt filios, ne ad maiores gradus Ordinum permittantur ascendere.* Junctio Can. XIV. Arausic. *De his, qui prius quam ordinati fuerint, in hoc ipsum incident, & incontinentes erga uxores sint, Taurinatis Synodi sequendam offentiam, qua iubetur, non ulterius ordinentur.* GONZALEZ.

Turon. Cap. 1. *A Patribus nostris fuit constitutum, ut quicumque Sacerdos, vel Levita, filiorum procreationi operam dare suisset convictus, a communione Dominicæ abstineret: nos tamen decrevimus, ut ad altiore gradum non ascendat, neque sacrificia Deo offerre, vel plebi ministrare præsumat; a communione tamen non efficiatur alienus.* Tum quia ipsi adulteri infames sunt, Cap. Infames. 17. 6. Quæst. 1. tum quia solemnis penitentia illis injungebat, ut proxime probavi, quæ inducit irregulartatem, ut late illustravi in Cap. 1. *De bigamis non ordin.* Prohibentur autem ipsi in Subdiaconos ordinari in præsenti, ne postea per subreptionem ad altiores sacros gradus ascendant incontinentibus Episcopis, qui anteactæ viæ inceperant. Quod aliquando contigilli, testantur PP. Concilii Arelat. 111. Can. IX. *De his, qui ex concubinis filios habent, & uxores legitimas babuerunt, aut defunctis uxoris fibi concubinas publice crediderint sciendas; id observandum esse censuimus;* ut sicut eos, qui jam sunt Clerici per ignorantium ordinati, non removemus; ita statuimus, ne altius ordinentur.

Qui

Si autem aliqui sunt in præteritum ordinati, amoveantur.

CAPUT SEXAGESIMUM TERTIUM.

Mœchiæ crimen impedit Clericum ordinari, & ordinatum deponi.

Vere in hoc dixit Tertullianus^a, mœchos cum idololatria sœpe b comparari. Quem admodum enim ex hæresi venientes, postea ordinatos deponi voluerunt Hispani Patres in hoc ipso Concilio, sic & mœchiæ fœdibus fœdatos hic. Simile in Presbyteris constituit Concilium Neo-cafarense: *Qui admiserit corporale peccatum, & hic postea Presbyter ordinatus est; si confessus fuerit, quod ante ordinationem peccaverit; non quidem offerat, maneat tamen in aliis officiis propter ejus studii utilitatem: nam cætera peccata censuerunt plurimi etiam ordinatione privari.* Quod si de his non fuerit confessus, nec ab aliis potest manifeste convinci, huic ipsi de se potestas est committenda. Et mox d. idem definit de Diaconis: *Similiter & Diaconus, si eodem culpe genere fuerit involutus, se se a ministerio cobibebit.* Hodie autem peccatum mœchiæ ante Ordinis susceptionem commisum, non video impedire Clericum Ordine postea suscepito perfungi, etiæ posset impedi re & suscipiendum, observatis primitivæ Ecclesiæ moribus.

a Lib. De pudicitia.
b Hujus Con cit. Can. 51.
c Conc. Neoces. d idem Can. X.

C A N O N X X X I.

De adolescentibus, qui post lavacrum mœchati fuerint.

Adolescentes, qui post fidem lavaci Salvatoris fuerint mœchati, cum duixerint uxores, acta legitima penitentia, placuit, ad communionem eos admitti debere.

Exstat hic Canon apud Rhabanum Maurum in suo Pænitentium Lib. Cap. 4. in principio.

CAPUT SEXAGESIMUM QUARTUM.

Mœchiæ pænam castitate initi conjugii solvi.

Adolescentes, ut calorem ferventis ætatis conjugali Lege prævenirent, recte decernunt Hispani Patres, ut si post admittum concupiscentia crimen vagandi animum dimiserint, & certum, stabile, & callum connubium contraxerint, acta legitima penitentia arbitrio Episcoporum, ad communionem admittantur, remissa priorum Canonum severitate. Simile est, quod Canone^e qui præcessit, in Virgines mœchantes, si postea matrimonium cum eisdem inirent, idem statuerunt Episcopi. Nec hanc pudicitia curam in Viduis adolescentibus neglexerunt inferius^f. Pœnam enim criminis impositam, in aliam leniorem commutaran, si peccati commissi fortes conjugii contracti honestate eligerentur. Pari de causa ab Imperatoribus Christianis postea constitutum est, ut filii antea ex turpi concubitu suscepti, si pater cum eorum matre connubium celebraverit, filii efficiantur legitimi; quod ut adolescentes ex turpi vita ad castitatem conjugii revocarentur, & ut matrimonii dignitas extolleretur, veteres edixisse Alexander III. rescriptum^g.

e Can. 14.
f Can. 72.

g C. Tanta, qui filii sint legimi.

COMMENTARII NOVI.

Propter adolescentiam, & periculum incontinentia, & ne juvenes ad Venereum projecti vana libidine dissenserent, Ecclesiæ PP. statuerunt, ut juvenes in matrimonio jungerentur. Clemens Epist. ad Jacobum Fratrem: *Sacerdotes autem omnia, ut pudicitia studentes, adolescentes nuptias jungant, quo calorem ferventis ætatis conjugali Lege præveniant.* Nec abludit Apulejus: *Tollenda est omnis occasio, & luxuria puerilis nuptialibus pedicis colliganda.* Et illis lapsis contra severitatem plura indulserunt in Cap. *In adolescentia*, 33. Quæst. 2. Leo Epist. 90. Cap. 2. cuius meminerunt PP. Concil. Melden. Can. LXV. in Cap. *Si autem io. 36. Quæst. 2. Concil. Tolet. vii. Can.*

per-

perficit non licet denuo ad uxoris transference amplexus. Si autem illius vita existenter superest, qui non accepit benedictionem paenitentis, nubat, si se continere non potest, & alterius confortio fruatur uxoris. Quod de utroque sexu pari modo a nobis manifestum est, decretum esse: ita videlicet, ut in his omnibus Sacerdotis ordinatio exceptetur, ut iuxta, quod etatem aptam prospererit paenitentia, absolutionis, vel distinctionis tribuat legem. Praecipue cum matrimonium contrahebant, quod tabula post naufragium

CANON XXXII.

De excommunicatis Presbyteris, ut in necessitate communionem dent. Vulgatus.

Si quis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit, placuit agere paenitentiam non debere sine Episcopi consulto; sed potius apud Episcopum agat. Cogente tamen infirmitate, non est Presbyterorum, aut Diaconorum communionem talibus praestare debere, nisi eis iussit Episcopus.

CAPUT SEXAGESIMUM QUINTUM.

Reconciliationem Paenitentium ad Episcopos solos spectare.

EX Ecclesiæ officiis, multa sibi solis Episcopi justis de caussis reservarunt, quæ temporis tracu ad Presbyteros postea redierunt. Inter illa autem, habita est reconciliatio Paenitentium. Hanc enim solis Episcopis competere, hujus Concilii, & Carthaginensis II. a Canone admonemur: *Fortunatus Episcopus dixit: Si jubet Sanctitas vestra suggeri, nam memini præterito Concilio fuisse statutum, ut Chrisma, vel reconciliatio paenitentium, necnon & paellarum consecratio a Presbyteris non fiant; si quis autem emerget hoc faciens, quid de eo statuendum sit?* Aurelius Episcopus dixit: *Audivit dignatio vestra suggestionem Fratris, & Episcopi nostri Fortunati: quid ad hoc dicitis? Ab universis Episcopis dictum est: Chrysostomus consecratio, & paellarum consecratio a Presbyteris non fiant, vel reconciliare quemquam in publica Missa Presbyteris non licere: hoc omnibus placet.* Ne autem quis reservationi huic reconciliandorum paenitentium, Episcopis factæ, putaret tunc locum non esse, cum Paenitentes gravi lapsu in ruinam mortis incidissent, ut loquuntur Patres; ideo Aurelius Concilii Carthaginensis Praes, alterum Canonem b adjectit, in quo docet, nec in extremo morbi licere Presbyteris Paenitentem absolvere, Episcopo inconsulto. *Aurelius Episcopus dixit: Si quisquam in periculo fuerit confititus, & se reconciliare Divinis Altaribus petierit, si Episcopus absens fuerit, debet utique Presbyter consilere Episcopum, & sic periclitantem ejus precepto reconciliare. Quam rem debemus salubri Concilio corroborare.* Ab universis Episcopis dictum est: *Placet quod Sanctitas vestra necessario nos instruere dignata est.* Quod pluribus postea Africani verbis promulgarunt, paucioribus antea in hoc Canone Hispani Episcopi itauerunt: ut si quis videlicet ex Paenitentibus gravi valetudine premeretur, non reconciliaretur a Presbytero, Episcopo inconsulto, quod reconciliationis solis Episcopis tunc competet: at paenitentiam pro absolutione, sive reconciliatione Veteres usurparè, obseruo ex Concilio Carthaginensi IV. c. Is, ait, qui paenitentiam in infirmitate petit, si casu dum ad eum Sacerdos inviatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in punctione versus fuerit; dent testimonium, qui eum audierunt, & accipiatis paenitentiam; & si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem; & infundatur ori ejus Eucharistia: si supervixerit, admoneatur & supradictis testibus, petitioni sua satisfactum, & subdatur statutis paenitentie Legibus, quamdiu Sacerdos, qui paenitentiam dedit, probaverit.

^a Can. 3.^b Idem Can. 4. & seq.^c Can. 76.

dicitur a D. Hieronymo, de suspecto contubernio vitando: *Secunda post naufragium tabula est, quod male cœperis, sicutem hoc remedio temperare.* Leo Papa Epistola 70. Cap. 6. *Aucillam a toro abdicere, & uxorem certe ingenuitatis accipere, non duplicitatio conjugii, sed profectus est honestatis; culpanda est talium negligentia, sed non penitus discutienda.* Et paenitentia his adolescentibus nonnisi ex consensu uxoris injungenda erat, ut jam supra notavimus. GONZALEZ.

CANON XXXII.

De excommunicatis, ut eis Presbyteri in necessitate communionem dent. Emendatus.

Apud Presbyterum, si quis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit, placuit agere paenitentiam non debere, sed potius apud Episcopum. Cogente tamen infirmitate, necesse est, Presbyterum communionem præstare debere, & Diaconum, si ei iussit Sacerdos.

COMMENTARII NOVI.

Prohibentur omnino Presbyteri isto CANONE paenitentiam excommunicatis impetrare, quod summa polematis jus est, & quasi supremæ jurisdictionis munus, impositione manuum peccatori alicui paenitendi jus concedere: propterea quod hoc ipso facto excommunicatio tolleretur, paenitentias peragendas facultas, & jus concederetur, peccatisque certa quedam pena, cruciatulque decerneretur: atque ea causa est, cur Canones hanc potestatem ad solos Episcopos revocent, transferantque. Quæ enim major possit permitti potestas, quam peccata ultimandi? Prior igitur hujus Canonis parte statuitur, ut paenitentia a solis Episcopis imponatur: posterioris vero non ita lucida, & perspicua est sententia, multaque in ea reperiuntur ita latebrofa, & obscura, ut ejus sensus nisi paullofusius singula quæque discentiantur, aperiri non possit. An hujus extreme partis sensus est, concessa ab Episcopo paenitentia, paenitentiam a Presbytero, & Diacono absolvipolle, si periclitari cœperit? an vero excommunicato paenitentiam concedendam esse a Presbyteris, & Diaconis, si morte præveniatur antequam ab Episcopo eandem paenitentiam potuerit accipere? Hæc enim in alium sensum non sunt dicta, neque ad Eucharistiam possunt referri: quod prioribus seculis, gravioribus delictis, de quibus in hoc Canone agitur, non facile ea concederetur: propterea neque in Concilio Nicæno, neque tempore Concilii Carthaginensis II. Presbyteri, vel cum urgeret necessitas, poterant Eucharistiam paenitenti absoluto porrigerem (ut ex illius XII. & hujus IV. Can. manifestum est) multo magis quo tempore Concilium istud est habitum, quando disciplina Eucharistica severior esset, & paulo (ut ita loquar) acerbior. Superest earum duarum explicationum, nunc utra magis conveniat, exponere. Postremo nil magis repugnare videtur, quam quod jus paenitendi paenitentia ipsa revera nec esset, nec a Paribus communio appellatur; quamvis eo nomine poterit venire, cum ea Paenitentibus anathema levaretur, posse, dum in ea starent, excommunicari, ut loquuntur Canones: quapropter si eo nomine quamvis minus proprie, a Paribus potuerit conferri, egregie totius Canonis sensus cohæret: nam in eundem plane sensum vox illa, communio, accipienda videtur, atque prior illa, paenitentia. Patresque sancire, a solo Episcopo petendam esse paenitentiam, non autem a Presbyteris, & Diaconis, nisi instanti, & premente morte. Præterea Diaconi hoc officio fungi poterant, & ab excommunicatione, si eis iussisset Episcopus, absolvere: qua sola in hoc Canone explicando fæcile obtinetur difficultas.

Ad peccatorum absolutionem, extremam huiuscemodi Canonis partem nihil verat referee; nisi quod Diaconi non e jure absolvendi fruenterentur, manusque non imponerent, ut absolvarent: si tamen is sensus magis probetur, de antiqua illa ceremonia res est accipienda, qua in eo posita erat, ut cum Episcopus manum impositione ad conferendos Ordines,

Tom. II.

aut absolutionem dandam uteretur; alii Presbyteri, & Diaconi idem omnino facerent, & præcente Episcopo, manus imponerent. Quisquis enim primis illis temporibus absolvetur, ei non solum ab Episcopo, sed & a tota Cleri turba, & collegio manus imponebatur, qui ritus, manusque impositiones adeo religiose observabantur, ut Cypriani nulla maior fuerit in Martyres, & lapsos, qui ab eis veniam peterent, objurgatio, quam quod lapsi communioni restituerent, antequam eis manus ab Episcopo, & Clero esset imposta. Paenitentibus igitur, instanti obitu, manus Presbyteri imponere jubentur, ut absolvant: Diaconi item non ut absolvant, id enim a Presbytero erant consecuti, sed ut multiplici illa manus impositione intelligeretur, in multorum etiam societatem Christianorum scilicet, eos esse receptos. Canon igitur de illa absolutione, & manus impositione comitativa loquitur, quum ait: *& Diaconum.* Ita enim legendum est, & sequenda Garisia correctio, quæ particula illa, *& detracta, hanc, aut, reposuit.*

Placuit agere paenitentiam.] Hoc est, exomologisti agere apud aliquem, & se meritum fateri, cui gravis imponatur paenitentia.

Necessitatis est.] Hac verba nec congruere, nec consentire videntur cum his, si ei iussit Episcopus. Nam si necessario paenitentem debent absolvere Presbyteri, aut excommunicato, si morte prematur, paenitentiam imponere; quamobrem iubentur hujus rei copiam, & facultatem prius accipere ab Episcopo, qui dum consulitur, mors potest occupare paenitentem, aut excommunicatum. Quare necesse est concedamus statutum esse his verbis, ut ne quidem morienti licet Presbytero, ius Episcopi veniam indulgere. At vero de paenitentia, si mavis, illic agi, quam de absolutione; id ita accipendum, si necessitas, & excommunicati valetudo ferant, uti Episcopum consulat Presbyter, & ab eo jus concedendi paenitentiam impetrat; si fecus, metusque sit, ne morte præveniatur, licere Presbyteris paenitentiam imponere, que in morte, non fallor, nunquam denegabatur.

Vulgaris editio, quod ad hanc ultimam partem Canonis attinet, non omnino rejicienda videtur: *Cogente tamen infirmitate non est Presbyterorum, & Diaconorum communionem talibus praestare debet, nisi eis iussit Episcopus.* Olim enim interdictum doceta Presbyteris, vel etiam in causa necessitatis, absolutionem tribuere sine facultate Episcopi: quod si per absurdum, portentique simile videatur, paenitentes sinere sine absolutione ex hac vita demigrare, Sanctum Innocentium adeant, & ultimum Canonem Arelat. Concil. I. primum, & II. Sardicens. III. Valentini in Francia, & omnes hujus Concilii Canones, qui hoc habent: *Ne in fine accipiunt communionem.* Videturque vulgata editio, atque etiam emendata, si de absolutione accipiatur, non discedere ab ejus Concilii severitate, & tempore, quo celebratum, & indictum est: eoque respexit Concil. Nicænum, quum præfatum

L. I

nitum, stabilitumque ab eo est, ut premente necessitate liceat, vel sine Episcopi facultate, absolutionem dare. Can. xii. *Ut si quis vita excedat, ultimo, & necessario viatico (absolutione) minime privetur.* Unde argumento est, ante Concilium Nicenum aliud fuisse factitatum, saltem non sine probabili conjectura id tueri possumus.

Cogente infirmitate.] Quia non cogente, a Presbyteris nunquam absolvvi poterant, quod in Ecclesia palam absolverentur Poenitentes, aut poenitentiam acciperent excommunicati: officiaque omnia, quae publice fierent, fungentur Episcopi.

Communionem.] Absolutionem, aut poenitentiam. Hanc raro, illam frequentissime hoc nomine vocatam reperies, vel etiam de utraque simul in hoc Canone potest explicari: moribundis enim eadem benedictione jus poenitentia cum pace relaxabatur.

Si ei jussifit Sacerdos.] Episcopus. Ex iis liquet, poenitentiam imponere, absolvere, & his similia, ita aliena fuisse a Presbyteris, & praeter eorum auctoritatem, ut ea curare, atque iis se se immiscere, nisi iussis, non licet.

Totius Canonis is est sensus: poenitentia a solis Episcopis; eadem vero, vel absolutio moribundo poterit a Presbyteris indulgeri, si ab Episcopo mittantur. ALBASPINÆUS.

In praesenti Canone agi de Pœnitentibus solenniter in Ecclesia reconciliandis ab Episcopis, vel imminentे periculo mortis, a Presbyteris, vel Diaconis, omnes fatentur. Licet enim summa ejusdem Canonis concipiatur de excommunicatis, ut eis Presbyteri in necessitate communionem dent; tamen juxta veterem poenitentia solennis formam, & gradus, Pœnitentes, ut communione privati, excommunicati dicebantur. Cap. In actione, 84. *De pœnit.* Dist. 1. Cap. Cum aliquis, 108. 11. Q. 3. D. Balil. ad Amphil. Can. vii. ubi poenitentes dicuntur sere toto tempore poenitentiae Satana traditi. Quod facilius probabo, qui ritus ejactionis poenitentium ex Ecclesia, primum, secundum, tertium, quartumque gradum legerit apud Albaspin. Lib. 1. Observat.

Cap. 1. & sere per totum, Gibalinum, *De claus. Regul.* Disquisit. 3. Cap. 2. §. 7. Cironium ad Tit. *De pœnit.* & remis. D. Joan. Anton. ab Otarola, Virum singulari eruditione præclarum, in Tract. *De irregul. ex poenit. folem.* Excuso 1. & 2. Morinum Lib. 1. Exercit. Cap. 3. & 20. Dantis, *De pœnit.* Sed ut ad expositionem hujus Canonis accedamus, in ejus prima parte ajunt PP. *Apud Presbyterum gravi lapsu, si quis in mortis ruinam inciderit, placuit agere poenitentiam non debere, sed potius apud Episcopum.* Quæ verba de reconciliatione poenitentiam nullo sensu accipi possunt, cum aperte agatur in eis de poenitentia peragenda coram Episcopo, non apud Presbyterum, ab eo qui gravi lapsu in mortis ruinam inciderat: placuit, non debere agere poenitentiam privatam, seu publicam apud Presbyterum, sed potius solennem apud Episcopum, quod expresse probatur ex litera Cod. Lucensis, quæ ita habetur: *Si quis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit, placuit agere poenitentiam non debere sine*

Episcopi consultu, sed potius apud Episcopum agat. Quæ verba signillatim expendamus. Ajunt PP. *Si quis gravi lapsu, id est, gravem reatum, culpam lathelem commiserit; veluti blasphemiam, fornicationem, & similia.* Tertullian. *De pudicit.* Cap. 19. *Sunt,* inquit, & contraria istis, ut graviora, & exitiosa, quæ veniam non capiunt, homicidium, idolatria, fraus, negatio, blasphemia, utique mæcia, & fornicatio. Ubi plura observavit Georg. Ambian. Graviora peccata privatione communionis, & poenitentia solenni expiantur, & purgantur. G. In cena, *De confec.* Dist. 2. Concil. Tolet. 111. Can. xi. nisi occulite, & secreto fuisse perpetrata; quia tunc Sacerdos veniam dare poterat. C. *Quem pœnitit,* *De pœnit.* Dist. 1. *Et si peccatum occultum est, sufficiat referre in notitiam Sacerdotis, ut grata sit oblatio munera.* C. *Si peccaverit,* 19. 2. Q. 1. C. fin. 15. Q. 5. C. *Si quis potestatem, 31. 23. Q. 4. C. Christiana, 23. 32. Q. 5. C. Quæsum, 7. De pœnit.* & remis. ibi: *Non tamen publico, nisi in publicum id veniat, poenitentia debet imponi.* Publica autem peccata publica expiatione erant abstergenda, d. C. *Si peccaverit:* ergo ipsa corripienda sunt coram omnibus, que peccantur coram omnibus. Cap. 1. *De pœnit.* & remis. Manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda. C. *Ego. De confec.* Dist. 2. Notarunt Cironius ad Tit. *De pœnit.* & remis. Bellar. Tom. 2. *Controv.* *De pœnit.* C. 21. & 22. Michael Rousellus Lib. 1. *Hist. Pontif. juris.* Cap. 6. num. 15. Otarola sup. P. 1. Excuso 1.

In mortis ruinam inciderit.] Prosequuntur PP. Unde efflagitabat poenitentiam sibi concedi, & poenitentiam suscipere a Presbytero, vel Episcopo volebat. Plerumque enim urgente mortis periculo, suscipiebatur poenitentia solennis, ut constat ex Concil. Gerundensi, Can. ix. Tolet. vi. Can. vii. & viii. Tolet. xiiii. Can. x. Leone Epist. 92. Cap. xii. Probat Gibalin. d. C. 2. §. 8. num. 40. Hinc subinde usitatum, ut plerique in vita exitu poenitentia habitum affluerent; & in illo mori vellent. Petrus Venerab. Lib. 1. Miraculor. Cap. 4. agens de obitu cuiusdam Gilberti Presbyteri in Monasterio S. Joannis Angeliacensis conversi: *Cumque (ait) sicut mos Christianorum est, maxime Monachorum, in substratis, cilicio, & cinere a fratribus jacaret.* Auctor vita S. Brigii Vapencensis Episcopi eius obitum sic describit: *Nudato corpore ante altare Eusebii in cilicio, & cinere jacens, Viaticum Corporis, & Sanguinis Christi de manu filii Episcopi, & Irontii Presbyteri cum accepisset &c.* Posterioribus facultis induunt vellem religiosam sub exitu nonnulli, in eaque sepeliri volunt; quod ex antiquo illo more profundi poenitentiam urgente periculo mortis fluxisse, nemo dubitarit.

Succedunt illa verba: *Agere poenitentiam non debere, sed apud Episcopum.* In alio Codice: *Agere poenitentiam non debere sine Episcopi consultu, sed potius apud Episcopum agat.* In quibus statuitur, peccatorem gravem in culpam lapsum, & poenitentiam efflagitantem ob mortis periculum, poenitentiam publicam apud Presbyterum agere non de-

debere, sed potius solennem apud Episcopum, & ejus consultu. Inter alias enim differentias, quæ notantur inter poenitentiam publicam, & solennem, ea præcipua est, quod publica ob peccatum lathele, sed non ita grave, ut solenni poenitentia esset expiadum, injungi poterat apud Presbyterum, & imponi a Sacerdote. Cap. Ministerium, 2. (ibi: *pœnitentiam cunctis aliis Sacerdotibus injungere*) *De officio Archipresbyteri.* L. 20. Tit. 3. partit. 2. *Esta penitencia pueda dar qualquiera Clerigo Misscantano.* Solennem vero tantum Episcopus dabat, & ejus consultu agebatur in Ecclesia, C. *Pœnitentes.* 63. Dist. C. *In Capite.* 64. Dist. Cap. Acceditibus, *De privilegiis.* Concil. Auxitan. editum a Coriolano in addition. Sum. pag. 94. L. 9. Tit. 3. partit. 1. Osidono deve ser ningun Clerigo de dar penitencia solemne, en la manera que diximos en la ley antes de esta; cano pertenece esto a otro de facer, sino al Obispo. Concil. Carthaginense I. Can. 11. Docuerunt Bosquetus in dicta Epistola 149. Albaspinæus Lib. 1. *Observ. Cap. 11.* & in Notis ad Concilium Carthaginense II. Can. iv. Otarola ubi supra, Excuso 1. Num. 2. Observo secundo, quod licet prædictam minimam reconciliationem, Presbyter jure proprio, absente Episcopo, de vita periclitanti possit concedere, ut ex Concilio Carthaginensi IV. Canone xxii. C. *Presbyter*, 4. 26. Q. 6. Concilium Vasente I. Can. 11. Meldense, Can. xliv. Pictaviense sub Paschali II. Can. v. Probat Albaspinæus Lib. *Observ. Cap. 32.* tamen ultinam, solennemque reconciliationem, nisi consulto Episcopo, & eo jubente, impetrare non poterat, neque communionem Eucharisticam tradere. Concilium Nicenum, Can. xii. Concilium Arelatense I. Can. xix. Arelatense II. Can. viii. Bracarense II. Canone lxxxvii. Carthaginense II. Can. v. Agathense, Canone xliv. Vvormaciense, Can. viii. Salegunst. Can. xx. Regaticinum, Canone vii. Carthaginense II. Can. iv. apud Gratianum in Cap. *Presbyter*, 14. 26. Q. 6. In cuius Canonis nota haec adjectit Albaspinæus: *Quod enim attinet ad minimam reconciliationem, id est, ad simplicem absolutionem, & communionem; eam omnes Presbyteri, in consueto Episcopo, in necessitate conferre poterant;* maximam vero, quæ in subministranda Eucharistia posita erat, vel in necessitate, solus Episcopus. Et latitudine: *Hoc est Presbyteri esse has partes, & officium, ut Pœnitentis, qui Eucharistiam effligitat, mentem, & animum, quo affectus sit, aperiat Episcopo, quo in gradu pœnitentia confiat, quot annorum illi imposita, quasi instar pœna, multa; quo dolore de peccatis commissis tangatur, quo denique sensu, ac studio pietatis Eucharistiam concupiscat.* Tertio tandem in præmitro, Diaconos, licet non auctoritate propria, ex delegatione tamen Episcopi, seu Sacerdotis, solere olim Eucharistiam administrare, præcipue agrotantibus, si necessitas suggerebat; ut constat ex D. Clemente. Lib. 6. Constit. Cap. 23. Julino in *Apolog.* Cypriano Serm. *De lapsis.* Unde in Concilio Carthaginensi IV. Canone xxxvi. i. cavetur, ut Diaconus, præfente Presbytero, Eucharistiam Corporis Christi, si necessitas cogat, iuilli eroget. C. *Diconi*, C. *Pervenit*, 93. Dist. Concil. Arelat. II. Can. xv. In Secretario Diaconis inter Presbyteros sedere non liceat, vel Corpus Christi, præfente

L. 12. Pref.

Presbytero, tradere. Illustrant Azor Tom. 2. *Instit. mor.* Lib. 10. Cap. 23. Menardus in Notis ad Sacramentarium D. Gregorii fol. 373. Franciscus Hallerius, *De hierarch. iurisdict.* fol. 373.

Quibus ita animadvenit, apparet vera sententia hujus Canonis, videlicet, cogente infirmitate, & poenitentibus ultimo languore de prelatis, non esse proprium officium Presbyterorum, vel Diaconorum, illis communionem Eucharisticam praestare, sed tantum posse Presbyterum illam dare, si Episcopus consuls de Poenitentis necessitate, & meritis, ac gradu, jussit eam impetrari; & tunc jubente Episcopo, posse ipsum Presbyterum Poenitenti communionem Eucharisticae praestare per se, vel per Diaconum; qui, si illi jussit Sacerdos, communionem ipsam virtute delegationis rite administrare valeret. Non metat, Diaconos aliquando reconciliasse ex delegatione Poenitentes, non reconciliatione Sacramentali, sed ceremoniali, & quantum proderat ad agnoscendos fructus poenitentiae, & devotionem poenitentis, de qua reconciliatione accipendi sunt textus in Cap. Cum aliquis, 11. Q. 2. C. Placuit, fin. 50. Dist. C. Fures, 2. De furtis, in illis verbis,

Non est Presbyterorum, aut Diaconorum communionem talibus praestare debere, nisi eis jussit Episcopus.

EX Codice Regio Lucensi diximus, aliter, & rectius, legendum: *Cogente tamen infirmitate, necesse est, Presbyterum communionem praestare debere, & Diaconum, si ei jussit Sacerdos.*

CAPUT SEXAGESIMUM SEXTUM.

Absolutio poenitentium an possit deferri Diaconis? explicato in eam rem D. Cypriano.

Sed Dominica communione ministranda Illiberitani Patres solum hic agerent, nihil in his verbis esset difficile; sed cum de reconciliatione Poenitentium, sive absolutione ab Episcopis indulgenda egerint prius, & eandem nunc tractationem in Presbyteris, & Diaconis videantur repetere; non est illud facile, cur non Presbyteris modo, sed, quod magis est, Diaconis, ejus impertienda non negent facultatem; cum jus ligandi, atque solle^andi sibi tota cordis confessione presentem, depravatus exaudi: innova in eo, piissime Pater, quicquid terrena fragilitate corruptum, vel quicquid diabolica fraude violatum est, & initati Corporis Ecclesiae membris redemptrinis annette. Miserere Domine gemitu, miserere lacrymarum ejus, & non habentem fiduciam, nisi in tua magna misericordia, ad tu^b sacramento reconciliationis admittre. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

^a L. de parnit.
^b Lib. 8. Conf. 34. ^c Ep. 13.

Hinc intelligendus D. Cyprianus in Epistola ad Presbyteros, & Diaconos; cuius verba in fano, & vero hoc sensu interpretetur, in difficulti sunt: *Quoniam tamen video, ait, facultatem veniendi ad vos nondum esse, & jam astarem cœpisse, quod tempus infirmitatis suis afflitis, & gravibus infestat; occurrendum puto Fratribus nostris, ut qui Libellos a Martyribus accepernut, & prerogativa eorum apud Deum adjuvari possunt; si incommode aliquo, & infirmitatis pericolo occupati fuerint, non exceptata præsentia nostra, apud Presbyterum quemcumque præsentem, vel si Presbyter repertus non fuerit, & urge re exitus cœperit, apud Diaconum quoque exomologatu facere delicti sui possit; ut manu eis in poenitentiam imposta, veniant ad Dominum cum pace, quam dari Martires Literis ad nos suos desideraverunt.* Lapsos enim, ut publicos poenitentes, & excommunicatos, reconciliari non potuisse, nisi ab Episcopis, antea dixi. Episcopis autem, vel impeditis, vel

vel absentibus, curam hanc committi posse Presbyteris, & Diaconis, Cyprianus docet: quod illa magis esset absolutio a publica poenitentia legibus, quam Sacramentalis. Sed si quis urgeat verba illa Cypriani: *Exomologatu facere delicti sui possit*, hoc est, Confessionem actum supponere poenitentis, non vero reconciliantis, illud non negabos neque admittam, ad Confessionem auricularem sacramentalem verba esse referenda: quod ab antiquis Patribus didicerim, in antiqua poenitentia, & excommunicati reconciliatione solitos fuisse ipsos reos delictum, & peccatum publicum, propter quod a communione repuli fuerant, publice coram Episcopo reconciliante, & omni plebe, palamque confiteri, illiusque indulgentiam supplices postulare: cujus antiquam formulam, ne nimia desuetudine obliterata pereat, sed velut digna posteritatis memoria conservetur, ex Concilio Arausiano a recitabo: *Cum aliquis excommunicatus (inquit) vel anathematizatus, poenitentia duabus, veniam postulat, & emendationem promittit; Episcopus, qui eum excommunicavit, ante januam Ecclesie venire debet, & duodecim Presbyteri cum eo, qui eum hinc & inde circumstare debent, ubi etiam esse debent illi, quibus injuria, vel damnum commissum debet emendari, aut si jam emendatum est, eorum testimonio comprobatur. Deinde interrogat Episcopus, si poenitentiam juxta quod Canones principiant, pro perpetratis sceleribus suscipere velit; & si ille terra prostrata veniam postulat, CULPAM CONFITETUR, poenitentiam implorat, & defuturis cautelam spondet; tunc Episcopus, apprebensa manu ejus dextra, in Ecclesiam illum introducat, & ei communionem, & societatem Christianam reddat, & septem Psalmos poenitentiales decantet, cum ipsis precibus: Kyrie eleison, Pater noster. Et ne eos, Salvum fac servum tuum, Deus meus, sperantem in te. Mitte eis Domine auxilium de sancto, & de Sion tuere eam. Nihil proficiat inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponat nocere ei. Esto ei Domine turris fortitudinis a facie inimici. Domine exaudi, &c. Dominus vobiscum, &c.*

^a Resert Decretum hoc ex Concilio Arausiano. Franciscus ad fin. ejusdem Conc. Extat & apud Grat. C. Cum alibusit. Q. 2.

ORATIO.

Profesta, quæsumus Domine, huic famulo tuo dignum poenitentie fructum: ut Ecclesia tua sanctæ, a cuius integritate deviaverat peccando, admissorum veniam consequendo, reddatur innoxius. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

ALIA ORATIO.

Majestatem tuam, quæsumus, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui non mortem, sed peccatorum vitam semper inquiris, respice flentem famulum tuum, attende prostratum, ejus planum in gaudium tuae miserationis converte: scinde delictorum succum, & indu eum latitudo salutari, ut post longam peregrinationis famam, de sanctis Altaribus satietur, ingressusque cubiculum Regis, in ipsius aula benedicat nomen gloria tua semper. Amen.

ALIA ORATIO.

Deus misericors, Deus clemens, qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata poenitentium deles, & præteriorum criminum culpas veniam remissionis evacuas, respice super hunc famulum tuum N. & remissionem omnium peccatorum tuorum sibi tota cordis confessione presentem, depravatus exaudi: innova in eo, piissime Pater, quicquid terrena fragilitate corruptum, vel quicquid diabolica fraude violatum est, & initati Corporis Ecclesiae membris redemptoris annete. Miserere Domine gemitu, miserere lacrymarum ejus, & non habentem fiduciam, nisi in tua magna misericordia, ad tu^c sacramento reconciliationis admittre. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Post hoc secundum modum culpe poenitentiam ei injungat, & literas per parochiam suam dirigat, ut omnes uenerint, eum in societate Christiana receptum. Aliis etiam Episcopis hoc notum faciat. Nullus autem Episcopus alterius parochianum excommunicare, vel reconciliare præsumat, sine consensu, vel conscientia proprii Episcopi.

Non licet ergo Presbyteris, vel Diaconis, etiam urgente periculo, poenitentes reconciliare sine Episcopi consultatione: quod si Episcopus ablesset, ut consulere illum angustie minime paterentur, posse Presbyterum, vel Diaconum illum reconciliare, una cum Hispanis Patribus, D. Cyprianus consentit.

Ex eisdem item colligitur, Episcopos in sua Diocesi casus sibi posse reservare: cur igitur tua Beatus, quæ exteris divinis potestatis amplitudine longe prælatas, Episcoporum, & Fidelium graviores casus, & causas tuo judicio reservari heretici queritantur?

^b Ep. 13. Ecclesia cuius-
cas graniores
jure posse Ro-
man. Pontifices
sibi referuntur.

CANON XXXIII.

De Episcopis, & Ministris, ut ab uxoribus se abstineant.

Placuit, in totum prohiberi Episcopos, Presbyteros, Diaconibus, & Subdiaconibus positis in ministerio, abstinere se a conjugibus suis, & non generare filios; quod quicunque vero fecerit, ab honore Clericatus exterrinetur.

Retulit, & probavit hunc Canonem Concilium Vvormaciense, Can. ix.

CAPUT SEXAGESIMUM SEPTIMUM.

*Continentiae legem semper Ordinibus Sacris annexam in Ecclesia,
Explicata Concilii Nicæni historia de Paphnutio.*

a In Ep. Joann.
z. Tract. z. in
princ.
b De prescrip.
adu. hær. C. 35.

Antiquorum
Flaminum uxo-
res Plapnicas
vocatas Sextus
Pomp. tradit.
c Can. 21.
d Can. 20.
e Ep. 50. in fin.
f Lib. 1. adv.
Jovinianum.
g Lib. 1. To. 1.
harel. 56.

i Can. 2.

k Can. 2.

l Can. 1.

m Can. 9.

Quoties Augustini ^a sententia illa in mentem venit, qua docet, eas Scripturas maxima esse observatione, & commendatione dignas, quæ confutandis hæreticorum erroribus prodebet possunt: quoties altera occurrit Terrulliani ^b monensis, eis maxime defensum, quarum vetustate adversus hæreticos prescribitur; toties animo commoveor vehementius ad summam religiosorum horum Patrum venerationem, qui tot armorum praesidia ad labefactandas hæreticorum machinas Decretis his tam sanctissimis, quam vetustissimis reliquerunt. Non convenit ergo, cum illi ad promerendum de Ecclesia, & Religione tam fuerint expediti, Fidei, & Religionis studiosus ad referendam gratiam eile tardiores. Inter reliqua enim, quæ ad retundenda hæreticorum tela apposite sanxerunt, hoc unum ad pudicitiae, & continentiae sacrae propagationem aduersus Lutherum, Calvinum, & reliquos, antiquos, & recentiores sectarios, magni momenti est, quo ab initio Ecclesia discernunt, sacros homines, ut divino cultui mancipati diligentius invigilant, matrimonio abstinere. Antea enim, quemadmodum ab ipso humani generis initio inter sorores & fratres conjugia contrahebantur, quia alii non erant, inter quos illa contrahi possent (quæ consuetudo dū permansit; quousque focunda jam ipsius humani generis propagatione illa interdicta est) sic & a principio nascientis Ecclesia, & Religionis, quia alii ætate, virtute, & prudentia prædicti non erant, qui tanto officio fungi possent, opus fuit ex maritis Diaconos, Sacerdotes, & Episcopos eligere; quorum uxores, quamvis nullo sacro munere fungi pessent, Episcopissas, Presbyterissas, Diaconissas, & Subdiaconissas vocatas, quod his Sacerdotibus nupta essent (exemplo nolito, quo Marchionissa, Comitissa, & Ducissa illæ dicuntur, quæ Ducibus, Comitibus, & Marchionibus nuptæ sunt) ex Concilio Altisiodorensi ^c, Turonensi ^d, & aliis didicimus. Mariatos autem jam electos, a suscipiendo liberis temperantiae lege, & præclarâ Apostolorum imitatione, & traditione semper abstinuisse in Ecclesia Occidentali, Hieronymi ^e, Epiphani ^f, & aliorum auctoritate non ambigo: eo præsertim tempore, quo Millæ Sacrificium aut offerre, aut ministrare debuissent. Sed cum ex aliorum incontinentium, vel non continentium experientia agnovissent postea, multa redundare incommoda ex mutua illa conjugum charitate, dum recenti carnis voluptate resoluti marcidiique toti, ad tractandum, & consummandum immaculatum Christi Corpus accederent, & in medio forsitan Sacrificio, se occasio offerret cogitandi, quomodo uxoris placere debuissent; & illo finito, sanctificatas prius manus Christi Corpore, statim illas ad tractandam foeminarum turpitudinem turpius admoverent, Divino Spiritu afflati decreverunt, in totum prohibere, ut qui jam mariti, vel Episcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi, aut Subdiaconi ordinati sint (hoc enim significat, ponit in ministerio, vel, positos esse in ministerio) uxoris polthac amplexus recularent, congruentem sancto ministerio, quod gerebant, mentis, & corporis integratatem servantes. Hanc ergo continentiae legem, sic enim malo, quam cœlibatus illam nuncupare, ut trito magis, quam Latino, & proprio sermone usurpant Noltri, cum sciant, cœlibes eos in Jure nuncupari, qui neque sunt, neque fuerunt unquam mariti, quod ad hanc caußam non recte accommodatur, cum mariti jam defunctis uxoris, & viventibus conversis, & continentibus esse, & ad Sacerdotium possint admitti. Hanc igitur continentiae legem ab Hispania primum edito hoc Canone, a Gallis postea renovatam in Concilio Areletensi II. g legimus: *Affumi aliquem ad Sacerdotium non posse in vinculo conjugii constitutum, nisi fuerit promissa conversio, non oportet.* Ab Afris deinde repetitam, Carthaginensib[us] Patres demonstrant; nec noviter a se flattabilitate disserunt, sed antiquissima Apostolorum traditione fancitam: *Ita placuit, inquit, & condecet, Sacrosanctos Antistites, & Dei Sacerdotes, necnon Levitas, vel qui Sacramentis Divinis inserviunt, continentes esse in omnibus, quo possint simpliciter quod a Deo postulant, impetrare; ut quod Apostoli docuerunt, & ipsa servavit antiquitas, nos quoque custodiamus.* Ab universis Episcopis dictum est: *Omnibus placet, ut Episcopi, Presbyteri, vel Diaconi, & qui Sacraenta contineant, pudicitiae custodes etiam ab uxoriibus se abstineant.* Quod graviori poena proposita constituerunt Hispani Episcopi in Concilio Toletano ^l. i ut Diaconi videlicet, vel Presbyteri liberis operam dantes, ad altiore gradum non ascenderent: *Placuit, ut Diacones, si vel integræ, vel castæ sint, & continentis vita, etiamsi uxores habeant, in ministerio constituantur; ita tamen, ut si qui etiam ante interdictum, quod per prioris ante nos Episcopos constitutum est, incontinenter cum uxoriibus vixerint, Presbyteri honore non cumulerent.* Si quis vero ex Presbyteris ante interdictum filios suscepit, de Presbyterio ad Episcopatum non admittatur. Concilio Agathenii ^k: *Placuit etiam, ut si Presbyteri, vel Diaconi conjugati, ad thorum uxorum suorum redire voluerint, Papa Innocentii ordinatio, vel Syrici Episcopi auctoritas, quæ est his Canonibus inserta, servetur.* Quod si ad aliquos formalia illa Ecclesiastica vita, pariter & discipline, quæ a Syriaco Episcopo ad Provincias commeavit, non probabitur pervenisse, eis ignoracionis venia remittatur; ita ut de cetero penitus incipiant abstinere, & ita gradius suus, in quibus inventi fuerint, sic retineant, ut ad potiora eis non liceat ascendere. Quibus in beneficio esse debet, quod locum ipsum, quem retinent, non amittant. Si qui autem scissæ formam vivendi missam a Santo Syriaco Episcopo deteguntur, neque statim cupidates libidinis abjecisse, illi sunt modis omnibus submovendi, eo quod post admonitionem cognisi-

cognitam, præponendam arbitrati sunt voluptatem. Et rursus ^a: Sane si conjugati juvenes a Can. 16. confenserint ordinari, etiam uxorum voluntas ita inquirenda est, ut sequestrato manusonis cubiculo, Religione promissa, p[ro]stea quam pariter conversi fuerint, ordinentur. Idem, decretivit postea Taurinensis ^b Synodus, Araucana ^c, Turonensis I. d Aurelianensis III. e Al- tisiodorensis ^f, Matifconensis ^g I. Toletana ^h II. III. IV. VIII. IX. & alia, quibus li- benter abstineo, sed tandem Lateranensis Generalis sub Innocentio III. & Tridentina.

Ex Pontificibus autem, Clemens Papa I. in Epistola 2. (si illius Epitola est) Lucius, & Stephanus Papæ. Clarius, & severius multo Syricius a I Himerium Tarragonensem, & Innocentius Papa I. ad Vitricium, sive Victorinum, ut Gratianus legit, aut Vitricium (ut ex Rothomageni Præfulum Catalogo Robertus Coenalis Episcopus Abruciensis refert) in altera Epitola ad Anatoliam Episcopum Theſſalonensem, & in altera ad Ruiticum Episco- pum Narbonensem, item Pelagius ⁱ, sive Gelasius Papa ad Cætum Patricium.

*Illiud tamen hic prætermitti nec licet, nec expedit, quod Concilium Nicænum decre- visse, Paphnutii suatione, Socrates I, Sozomenus ^m, & Cassiodorus ⁿ tradiderunt, apud Gratianum ^o: *Nicæna Synodus*, ait, corrigere volens hominum vitam in Ecclesiis commo- rantium, posuit leges, quas Canones vocamus, in quorum tractatu, videbatur aliquibus introducere legem, ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi, cum conjugiis, quas ante consecrationem duxerant, minime dormirent: s[ed]urgens autem in medio Paphnu- tius. Confess[or] contradixit, honorabiles confessus nuptias, & castitatem esse dicentes cum pro- pria conjugi concubitus: sicutque Concilio, natalem pueret legem, gravem esse affir- mavit, quæ in ipsis, aut eorum conjugibus occasio fornicationis existet: Et hæc quidem Paphnutius (licet nuptiarum esset inexpertus) exposuit: *Synodusque laudavit sententiam ejus.* Nibil ex bac parte fancivit, sed hoc in uniuscujusque voluntate, non in necessitate, dimisit. Grave nimis visum est Francisco Turriano P, utriusque literatura, tum Divinæ, tum humanæ, laude digno, Nicæni Concilii Decretum, & Paphnutii Monachi, & Episcopi consilium, indignumque censuit utrumque, & tanto Concilio, & tanto Confessore: ideoque filium disputationis, non ad interpretandum Concilium, sed ad infringendam Ecclesi- sticorum Scriptorum, qui id literis tradiderunt, auctoritatem convertit; illos in tota hac Paphnutii historia impudenter, & impie mentitos alleverans. Sozomenus dicit Theodori Mopsuestia Episcopi, & hæretici laudatorem, eaque de causa illius historiam omni fide, auctoritate, & probalitate carere, nec a Sede Apostolica receptam, ut testatur D. Gregorius ^q ad Eulogium Episcopum Alexandrinum: *In historia autem Sozomeni, inquit, de quodam Endoxio, qui Constantinopolitana Ecclesia Episcopatum arripuisse dicitur, aliqua narran- tur; sed ipsam quoque bisforiam Sedes Apostolica recipere recusat; quantam multa menti- tur, & Theodorum Mopsuestiam nimium laudat, atque usque ad diem obitus sui, magnum doctorem Ecclesiæ fruſe perhibet. Restat ergo, ut si quis illam historiam recipit, Synodo, quæ pia memoria Justiniani temporibus de tribus Capitulis facta est, contradicat; qui ve- ro contradicere non valet, illam historiam neceſſe est, ut repellat.* Quibus, & illud adjeci- ero potius Turrianus, minorem fidem, & auctoritatem in historia Nicæni Concilii So- zomeno tribui posse, quod lapsum illum in tempore ejusdem Concilii, & confirmatione le- gamus. Refert enim, illud habitum fuisse sub Julio, cum absolutum fuerit tempore Sylvestri Prædecessoris non solum Juli, sed & Marci, cui Julius successit, ut demonstrat Epistola Præsidum Osi, Viti, ac Vincenti Legatorum ad eundem Sylvestrum. Socratem autem Novatianis fuisse benevolum, & Romanæ Ecclesiæ parum amicum asserit, aliaque in Hilto- ria Nicæni Concilii fuisse mentitum; ut quod Pascha nunquam celebraretur, nisi ex veteri consuetudine cuiusque Regionis, nihilque Nicænam Synodum (ut nonnulli, sicut idem ait, vulgo jactarent) de hoc Feito Pascha immutasse; quod perinde else videtur, si utrumqua- comparetur, atque dicere, nullum de Pascha Canonem sanxisse; cum contra sint gravissimi Ecclesiæ Scriptores Epiphanius ^s, Theodoretus ^t, Ambrosius ^u, Gregorius Cappadox in encomio cccviiii. Episcoporum, & alii, quos dicit se præterire; idem quoque Socratem ausum fuisse mentiri, aut certe quod ignorabat pro certo affirmare, Ecclesiam Romanam in Quadragesima tres tantum hebdomadas, exceptis Sabbatho, & Dominico, jejunare; jam qua fides habetur in veteri Historia, mentienti in præsenti? Hæc Turrianus contra Socratem; in quo etiam & alio adminiculo ille possit juvari. Socratem enim multa ex suis Libris, præcipue quæ duobus complexus est, ab scriptis Russini Presbyteri se accepisse, ipsemet narrat eodem Libro ^x; at Russinum, & ejus Opera Gelasium Papam D. Hieronymum secu- rum, ut apocrypha damnasse, & rejecisse in Concilio Romano ^y ymporio. Sicque videtur Hilioria hæc de Paphnutii consilio, & Nicæni Concilii Decreto, his duabus suffulta Autori- bus, minus ponderis habitura; cum præsertim nec Eusebius Cesareensis, qui interfuit Concilio Nicæno, nec post illum Theodoretus, nec Theophanes, nec Georgius Cedrenus de ea Historia mentionem fecerint; quia in Canone 111. ejusdem Concilii Nicæni subintro- ductas habere Episcopis, Presbyteris, & Diaconis interdictum fuit. Tanti habita est, non solum castitatis, & continentiae, sed honestatis a Concilio ratio, cui non congruit de Matrimonio permittendo tanta licentia. Hæc Turrianus, & qui illius partes suscepit, inge- runt nobis, ut credamus, totam de Paphnutii Confessoris consilio, & Nicæni Concilii De- creto confictam else Historiam, vel fabellam.*

Sed quum attenta animi cogitatione considero, que Sanctus Confessor, Episcopusque Paphnutius consuluit, & Nicænum Concilium decrevit, non possum non satis mirari, quæ cauila fuerit, quæ tanta in Canone difficultas, qua Turrianus comitatus in tam antiquos, & graves Ecclesiæ Scriptores, tam acres sermonis, & disputationis aculeos contorserit. Si ut

b Can. 5.

c Can. 23.

d Can. 1.

e Can. 2.

f Can. 20.

g Can. 11.

h II. Can. 1.

II. Can. 4.

Can. 43. VIII.

Can. 5. & IX.

Can. 16.

i Epist. 7.

k Apud Grat.

iu C. De Syra-

cusiana 28. Diff.

l Lib. 1. His.

Eccel. Cap. 8.

m Lib. 1. C. 22.

n In Tripartita

L. 2. C. 12.

o In Cap. Nic.

Syn. 31. Diff.

p Lib. De VI.

& VII. Syn.

q Lib. 6. Ep.

indist. 15. Ep.

195.

r Adfin. Con-
cil. Nicæni.

s Adversus Au-
diarios.

t In vita Mar-
ciani.

u Lib. 10. Ep.

x Socr. L. 1. C. 8

y Apud Grat. in

C. Sancta Ro-mana 15. Diff.

a Lib. De I^o. ut Calvinum a confutaret, qui hujus Concilii Nicæni, & Paphnutii auctoritate contendit, licet jam ordinatis nuptias contrahere; attentius considerare ille potuisse, quod Paphnutius Confessor, non consuluit Concilio, ut Sacerdotes cælibes matrimonium inirent, ut impie ex eadem Historia collegit Calvinus (hoc enim nec in Occidental, nec in Orientali Ecclesia est unquam receptum) sed id tantum, ut juxta Romanæ, & Hispanicæ Ecclesiarum consuetudinem (proposuerat forsitan observandum id Osium) Græci omnes, & Orientales mariti ad Sacerdotium promoti, ab uxoribus antea ductis tali præcepto non abstraherentur. His enim verbis eam Historiam Socrates ^b complectitur: *Verum de una re a Paphnutio gesta b* Lib. i. C. 18. Etenus; alteram etiam narrabo, ejus consilio confectam, qua, & Ecclesiæ utilitati, & omnibus, qui Sacris sunt iniciati, ornamento esse possit. *Visum erat Episcopis, Legem novam in Ecclesiam introducere; ut qui essent Sacris iniciati, sicut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, cum uxoribus, quas, quem erant Laici, in matrimonium duxissent, minime dormirent.* Et quoniam illis erat propositum, de hoc re consilium inire, in medio eorum confessus surrexit Paphnutius, ac vehementer vociferatus est, non grave jugum cervicibus illorum imponendum esse, qui erant Sacris iniciati; honorabile esse conjugium inter omnes, & torum immaculatum; videndum, ne nimis exquisita preceptione Ecclesiam gravi incommodo afficerent. Omnes enim non posse ferre tam austoram disciplinam, tamque ab omni animi perturbatione vacuam, neque a singulorum uxoribus fortasse eam castimoniam normam posse servari. Viri autem cum uxore legitima concubitus, castimoniam appellavit; illudque fatus esse, ut qui in Clerum ante a scripti erant, quam duxissent uxorem, bi secundum veterem Ecclesiæ traditionem deinceps a nuptiis se abstinerent; non tamen quemquam ab illa, quam jam pridem, quum laicus erat, uxorem duxisset, sejungi debere. Istam in Episcoporum conventu orationem habuit Paphnutius, cum ipse non modo nuptias non expertus esset, sed etiam (vere dixerim) mulierem non aliquando attigisset. Nam a puero in Monasterio scipsum severo vita, disciplinaque generi istum dediderat; qui quidem propter singularem castimoniam, præ ceteris plane in magna famæ celebritate vixit. Itaque cum totus Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum conventus verbis Paphnutii assenset, controversia de hoc exorta penitus sedata est, potestasque permissa cuique pro arbitratu ab uxorum consuetudine abstinendi. Hæc Socrates, cui in omnibus pene etiam verbis consentit Sozomenus ^c. Nec Socrates, & Sozomenus solum Historiam hanc Literis tradiderunt, d In Hist. Tri- sed & Aurelius Cassiodorus ^d, & Nicephorus ^e. At utrumque, Cassiodorus, & Nicephorus parita, L. 2. rum, a Socrate, & Sozomeno desumpti, ille respondebit: desumpti non diffiteor; sed C. 14. c L. 8. C. 19. in illos, nec Novatianorum hæresis, nec Theodori Mopsuestiani amicitia, nec Romanæ Ecclesiæ odium, aut concepta Gregorio Magno suspicio, ut in aliis retorquebitur: quinimum eum Gregorius Magnus Sozomeni fidem, auctoritatatemque elevasset, quod a Theodori partibus stetit, retulisset profecto, quæ errore tanto (ut voluit Turrianus) de Paphnutio Confessore, & Concilio Nicæno impudente ille confinxerat; cum tanti video posset ad eorum caußæ confirmationem. Facit tandem ad stabiliendam Historia fidem, quod ex Codice vetusto Bibliotheca Vaticanae, in quo illa isdem pene verbis continentur, Alphonſus Pisanius refert: *Has leges scipit, inquit, ipse sanctus eorum Confessor, in praesentia Deo dilectissimi, & laudatissimi Regis Constantini, de Ecclesiastico gubernatione. Statuerant autem & aliam legem Episcopis proponere, quam divinus prohibuit Paphnutius, de qua necessarium existimavi narrare admiratione maxima dignam Historiam. Placebat quibusdam Episcopis in Concilio, novam legem in Ecclesiam introducere, & ut de aliis ad Ecclesiæ continentibus, ita & eam legem defivire, de eo quod non oporteat Clericos sacri Ordinis suam quamlibet uxorem ejicere. Statuerant igitur de eo, quod non oportet Clericos sacri Ordinis, sive Episcopos, sive Hypodiacoⁿos, sive aliquem ex sacro catalogo, dormire cum uxoribus, quas adhuc laici duxerant. His ita dispositis, surgens in medio turbæ Episcoporum Divinus Paphnutius, magna voce clamavit, dicens: Ne gravetis jugum Clericorum sacri Ordinis: honorabile enim (inquit) connubium in omnibus, & torus immaculatus, ne perfectionis excessu Ecclesiæ magis lœdat: neque enim omnes ferre posse, ait, vacuam affectibus exercitationem: nemo, ut opinor, in castitate conservatur; si maritorum quilibet uxore privet; pulchram dico esse castitatem, uniuscujusque cum sua uxore conventum; inamo separari bac lege dico eam, quain Deus conjunxit, & quam semel, dum Lector esset, aut Cantor, aut laicus, uxorem duxit. Et hoc quidem dixit Paphnutius, cum esset omnis conjugii expers, propterea quod in Monasteriis a pueritia fuerat educatus: ideoque hujus viri consilio persuasa tota Episcoporum concio, de hac questione tacuit, judicio volentium relinquentem continentiam ex confusa a propriis uxoribus. Quod si Eusebius, & qui illum sepe sequuntur Russinus, & Theodoretus, siluerunt ea causa fuit, quod Nicæni Concilio Historiam, vel aetate, vel negotio aliis impeditus Eusebius omiserit; vel, ut ex Gelasio, & Zonara colligitur, quod ejus Fides cum ea, quæ in Nicæno Concilio prodita est, non satis Romana, tis convenienter, satiusque duxit, & merito, Historiam Concilii Nicæni præterire, quam in eam quid grave, & reprehensione dignum scribere.*

Sed exquiramus a reliquo, quibus est rationibus persuasus sanctissimus Episcopus, & Confessor Paphnutius, ut tam sanctam de continentia Sacerdotali legem Nicæno Concilio disfuserit: *Surgens in medio Paphnutius Confessor (ajunt Socrates, & Sozomenus) honorabiles confessus nuptias, & castitatem esse dicens, cum propria conjugi concubitus; suaistique Concio, ne talem ponere legem, gravemque afferens causum, quæ in ipsis, aut eorum conjugibus occasio fornicationis existaret. Duplex ergo (ni fallor) causa ex his verbis Paphnutii elicit potest: altera quæ matrimonium ipsum, altera quæ conjuges respicit. Quæ matrimonium, gra-*

vissima fuit, ne quis p utet perfunctorie illum dixisse; honorabiles esse nuptias, & castitatem, cum propria conjugi concubitum. Surrexerat paulo ante Eustachius Monachus, qui poleta Sebaste factus est Episcopus, qui, ut Socrates a refert, nuptias fieri prohibuit, a cibis abstinentiam docuit: unde nonnullos, qui nuptias contraxerant, a connubio segregavit, tantoque, rara crudeli, tam impio, tam nefario in nuptias irruit odio, ut in adibus conjugatorum prætationes fieri vetererit, benedictionemque Presbyteri habentis uxorem, quam laicus duxisset, tanquam scelus declinandam præcepit; quem quidem, cum alia plura his similia fecisset, docuissetque, Gangris in Paphlagonia coactum Concilium gradu Episcopali dimovit, ejusque dogmata anathemate damnavit; ut præter Socratem, ipsa Synodus Gangrensis ^b docet ad Episcopos Armeniæ: *Nam ex eo, inquit, quod illi, Eustachius videlicet, & sui sectatores, nuptias dannarent, & docerent, quod nullus eorum, qui sunt in conjugio, habeat in Deo spem, seductæ mulieres multæ, suis subditæ maritis, ab ipsis maritis discesserant, & a propriis uxoribus viri; sed hoc interim medio, dum continere non valent, adulterium commiserunt, eaque de causa diffamati sunt, & probris insimulati.* Et post alia: *Et qui nolunt in adibus conjugatorum, odio scilicet conjugii, facere preces, fastigique despiciunt, ac sapientiæ oblationis in illis conjugatorum dominis non participant, & qui Presbyteros conjugatos contemnunt, eorumdemque Liturgias non attingant.* Ut hinc pariter aliqua Canonis iv. ejusdem Concilii Gangrensis lux præferatur: *Si quis existimat de Presbytero conjugato, quod eo sacrificante, non oporteat ipsius oblationi, vel Sacrificio communicare, anathema esto.* Non enim id definitivum Concilium (ut hæretici nostræ temporis impie contendunt), Canonis sententiam vel ignorantia non a sequentes, vel, quod probabilius est, impietate labefactantes) quod voluerit Concilium, omnes Presbyteros, & Sacerdotes uxorum vinculis ligari; sed ut damnaret Eustachii errorem, qui odio uxorum, vel Sacramenti Matrimonii, Presbyteros in Græcia maritos, ut impios, & execrabilis damnabat. Cum hoc autem (ut eo, unde egressi sumus, revertamur) cognitum haberet, & exploratum Paphnutius, superioris Thebaida Episcopus, & Confessor, Divino potius afflatus, quam humano aliquo consilio innixus, castas nuptias esse dixit, & cælitatem cum propria conjugi concubitum; ne si forsan in tanto Concilio, quantum erat Nicænum, nuptiae Clericorum in laico habitu, & statu initæ rejicerentur, rudes quidam, & imperiti nuptias ut quid turpe damnari falso existimarent, altioresque radices ageret excitata jam Eustachii Monachi hæresis, ad quam confutandam necesse fuit illud Concilium Gangrense convocari, cui Osium Cordubensis paulo post Nicænum interfuit.

Quæ conjuges ratio respicit, illa fuit. Omnes enim ferre non posse tam austoram disciplinam, tamque ab omni animi perturbatione vacuam, neque a singulorum uxoribus fortasse eam cætimonia normam tuto posse servari. Propositum enim erat prius in Concilio, ut c. Sozomenus refert, novam legem in Ecclesiam introducere, ut qui essent Sacris iniciati, cum uxoribus, quas laici jure in matrimonium duxissent, minime dormirent: hoc enim generaliter constitui volebant, præcipue in Oriente, in quo Concilium augebatur; & cujus ea consuetudo longius erat progressa; nam in pluribus Occidentis partibus ea vel traditione, vel decreto, ablata fuerat, ut ante animadverti. Illud autem grave visum est Paphnutio, cum propter hæresim Eustachii, tum ob uxorum pericula incontinentia: ipsæ enim cum nullo voto essent devinctæ, si castitatem cogerent servare, quam non voverant, cum se continere non posset, maritorum fide, & charitate frumenta, in periculo erant labendi in deteriora: a quo etiam periculo, effervescentes maritorum juvenum animi ardore non multum aberant; quos aliquando eligi Sacerdotes, exiguis, qui tunc erat Catholicorum Christianorum numerus, & Ecclesiæ necessitas postulabat. Quæ ratio non solum Paphnutium, ne illum ut parum cælitatis amicum repellant nostri, vel suspectum habeant sanctissimi Concilii Nicæni Decretum, mirificique Palearis, & Confessoris Paphnutii consilium; sed multo ante Paphnutium, Dionysium Corinthiorum Episcopum commovit, ut ad Pinytum Gnosias Ecclesiæ Episcopum scriberet, commonefaciens illum, ne grave servanda, immo compulsa cælitatis onus, ac necessitatem Fratrum, ac Discipulorum animis imponeret, in quo multorum periclitaretur infirmitas; cujus rationem habere, & suorum imbecillitatem se attemperare erat necesse; quod consilium laudavit, amplexusque est Pinytus, ut Eusebius & Nicephorus tradiderunt.

Nec novi quid consuluit Paphnutius, & decrevit Concilium, cum semper in Oriente ea impunitas, & licentia permisa fuerit. Qui volebant enim altioris vita fastigium consecdere, continententer se gerebant; nec post Sacerdotium acceptum, sicut in Occidente, uxorum amplexibus implicabantur. Hi autem, quibus hanc sanctam continentia traditionem sequi displicebat, uxores ante ductas, domi retinebant, & liberis tamquam sæculares operam dabant, ut idem Socrates afferit, & Nicephorus: in quo statu continentia relinquent, nam Paphnutius consuluit, & Concilium decrevit; cujus sententia, omissione fuit potius quam Decretum, cum nihil novi decreverit.

Sed progrediamur, disquiramusque, an Paphnutius si primus non fuit hujus continentia dissuasor, an ultimus. At non fuisse ultimum, Rescriptum indicat Catholicorum Principum Honori & Theodosii ^f ad Palladium P. V. hæc post alia dicentum: *Illas autem non relinqui castitatis bortatur affectio, quæ ante Sacerdotium maritorum legitimum meruere conjugium; nec enim Clericis in competentiâ adjungit a sunt, quæ dignos Sacerdotio viros sua conversatione fecerunt. His accedit Stephanus & Papa: Alter (inquit) se Orientalium tractatio babet Ecclesiæ, aliter hujus Sanctæ Romanae Ecclesiæ. Nam earum Sacerdotes, & Diaconi, & Subdiaconi, matrimonio copulantur; istius autem Ecclesiæ, vel Occidentaliæ, nullus Sacerdotum a Subdiacono usque ad Episcopum licentiam habet conjugium fortiendi.*

^b In Pro. seu Ep. ad Episc.

Explicatur Ca- non IV. Conc. Gangrenus.

^c L. 2. C. 35.

^d Lib. 4. Hist. Eccl. Cap. 22. Niceph. Lib. 4. C. 8.

^e L. 5. C. 22. Niceph. L. 11. C. 34.

^f L. Eum, qui C. Theodo. & Iuli. De Episc. & Cleric. g. Apud Grat. in C. Alior. 31. Dif.

Explicatur
Stephani PP.
Decr. De Ma-
trim. Oriental.

a L. De reme-
dio peccator.

b Can. 3.

c In locis sup.
citatibus.

d Can. 1.

e L. Epist. ad
Peri Subdiac.

f Apud Gr. in
C. Ante trien-
nium, 31. Dif.

f Idem in ea-
dem Epist.

g In C. Cum
olim. D. Cle-
ric. conjug.

h In C. Quasi-
rum da pœnit.
& remiss.

tiendi. Cum autem utriusque Ecclesiæ consuetudinem retulisset, neutram, ut Euangelicis, Apostolicisque institutis repugnantem, reprobavit: quod facturus non esset Pontifex, si Orientalium traditionem Christianæ doctrinæ agnovisset adversam. In qua Epistola, quia verbum unum duriusculum quibusdam vîsum est, ex illo sinistre admodum elicientibus, Sacerdotes Orientis, jam sacerdos Ordinibus, matrimonia posse contrahere, oportet, ut interpretatione molliatur. Matrimonio enim Sacerdotes copulari, idem est prorsus, quod matrimonii usum, sive concubitum exercere; ut præter alia, Beda a demonstrat: *In tribus (ait) Quadragesimis anni, & in die Dominico, & in quarta feria, & in sexta feria conjugales continere se debent, nec illis diebus copulari, quamdiu gravata fuerit uxor, usque ad partum, a partu post XXXIII. dies si filius est, si autem filia, post LVI.* Eodem sensu verbum copulari usurpavit vetus translatio Canonum Sextæ Synodi b: *Quamvis in Romani (inquit) Canonis ordine traditum novimus, eos qui ordinati sunt, Diaconi, vel Presbyteri pro- fteri: quod non suis jam copulentur uxoribus.* Copulari igitur verbum, pro maris, & feminæ corporum conjunctione intelligendum est; nam jam semel sacerdos in Oriente, ut in Occidente, celebrare connubia non potuisse, iudicem, qui historiam Paphnutii retulerunt, literis comprobarunt, Socrates c, Sozomenus, & Nicephorus; & præter hos Concilii Neocæla reensis d Patres.

Sed ad historiam Paphnutii redeamus, videamusque, an illius consilium reliqui post Stephanum Pontifices improbaverint. Gregorius Magnus e cum paullo ante Pelagius Secundus, qui illum in ea dignitate præcessit, Subdiaconos Siciliæ uxoribus suis permisceri Romanæ Ecclesiæ legibus prohibuerat duram ejus constitutionem existimans, subtilitatem, discernens, ut qui jam matrimonio conjuncti erant, ab eo minime separarentur, sed permitterentur copulari: *Ante triennium (inquit) omnium Ecclesiarum Subdiaconi Sicilia probibiti fuerant, ut more Romanæ Ecclesiæ, suis uxoribus nullatenus miscerentur: quod mibi duxum, atque incompetens videtur, ut qui usum continentia non invenit, neque castitatem promisit, compellatur a suo uxore separari: atque per hoc (quod abit) in deterius cadat.* Est ne aliud quod Paphnutius consuluit, ab eo, quod Gregorius in Sicilia præcepit? nisi quod ille generaliter in Græcia in omnibus Ordinibus sacris, quia de omnibus oblatâ fuerat disceptatio; Gregorius autem peculariter de Subdiaconis Siciliæ, quia de his solum institutus sermo, & quæstio orta in Sicilia erat; illud solum additum a Gregorio, quod Subdiaconi in posterum in Sicilia non ordinarentur, ni prius castitatis legibus se disertis verbis addixissent f: *Vnde videatur mibi (inquit) ut a præsenti die Episcopis omnibus dicatur, ut nullum facere Subdiaconum præsumant, nisi qui se vi etiurum caste promiserit: quatenus, & præterita mala, quæ proposito mentis appetita non sunt, violenter non exigantur, & futura mala cautele caveantur.*

Nec Gregorius solum consuetudinem Græcorum improbavit, sed nec Innocentius 111. g Cum enim ab eo quereretur per Archierontinum Archiepiscopum, an filius Sacerdotis Graci ad Episcopatum Angloriensem posset promoveri? (filios enim Sacerdotum ad Ecclesiæ asticas dignitates Ecclesiæ vix unquam admisit) elegerant enim illum Canonici Anglorienses. Respondit Archiepiscopo Innocentius, ut ad confirmationem illius, & consecrationem, sine dubio procedat: *Nos igitur attendentes, scribit, quod Orientalis Ecclesia votum continentia non admisit: quoniam Orientales in minoribus Ordinibus contrabunt, & in superioribus utuntur matrimonio jam contracto: mandamus, quatenus nisi pro eo quod inter Latinos Graci hujusmodi converuantur, regionis consuetudo repugnet, & si aliud Canonicum non obstat, ad confirmationem, & consecrationem ejusdem sine dubitatione procedas.* Quod & Clemens III. h Papa docuit, dum ait: *Quæstum est, utrum Sacerdotibus Graciis, quibus legitime matrimonio licet uti, pœnitentia publica sit imponenda, si eam postulant sibi pro filiis oppressi injungi &c.* Si illis enim in Græcia matrimonio uti non liceret, non utique id Pontifex affirmaret, oppressioneque infantis majori severitate damnasset. Neo in Concilio Lateranensi Generali sub Innocentio 111. Pontifice ea consuetudo improbata est; nam cum Latinis Clericis omnium seminarum commercium pœnis gravissimis interdicteret, de Græciis huc Parres decernunt: *Cum autem secundum regionis sua morem, non abdicarunt copulam conjugalem, si lapsi fuerint, gravius puniantur: cum legitimis matrimonio uti possint.* Hæc longius ad detentionem Paphnutii, magis quam Græcorum, deducere, adducereque placuit, ne tanta Patri tanto, Episcopo, & Confessori, impudicitæ, vel incontinentia nota imponatur, neve Concilio Niceno hereticæ falso putent leges omnes, quas ipsi impudentiae sancti, confirmari; cum illud non decernat, nec approbat Græcorum consuetudinem, sed ne hoc hærelim Eustachii, tunc recenter exortam, impingerent ad eundem scopolum, erroris ansam ex Concilio sinistre fumentes, ideo supersederunt continentia legi in Græcia solum, & Oriente; nam de ejus Sacerdotibus solum nata fuerat disceptatio, & in eis solum opus erat novæ illius legis constitutione, cum in reliquis Occidentis provinciis, sive traditione, sive lata constitutione, id jam observaretur; quod & consuliisset ipse Turrianus, si in Concilio Græco, & Græcorum Episcoporum majori ex parte coacto interfuerit, vidissetque, Conciliis taciturnitate, & conniventia, hærefoes, & errorum periculis (quæ ex prohibitione redundant) aditum intercludi. Illa autem si absurde, non Latini modo, sed & ipsi Græci continentia legem peculiari Decreto proculdubio indixillent; nam in eam sententiam sat fuisse propensos Episcopos omnes, Socrates, & Sozomenus scripserunt, at prudentes Legis laatores temporum vicissitudini cedere, & posse, & debere, Philosophorum placitis, experimentisque multis edoedi sumus.

Quod autem de subintroductis ad refellendam Paphnutii historiam alii referunt, levissimum est: quia subintroductas habere illis solum in terdictum suit, qui uxores nunquam duxerant,

rant, vel ductis carebant, ut testantur Concilii Troslejani a Patres: *Quique, ajunt, Cle- ricatus utuntur officio, extranearum mulierum familiaretatem habere prohibentur: matrum, a Can. 5. frorum, aut filiarum sibi statua intra domum suum uoverint tantum esse concessa: sed quia sub occasione istarum personarum alia mulieres subintroduci cooperant, sancti Afri- cani Canones decreverunt, at nec ipi Episcopi, aut Presbyteri sibi habeant accessum ad viduas, vel virgines, vel quascunque feminas; sed ubi aut Clerici præsentes sint, aut gra- ves aliqui Christiani &c. Hinc Justinianus b Imperator, ejusdem Concilii Nicæni probans Decretum: Presbyteris (ait) Diaconis, & Subdiaconis, & aliis in Clero scriptis non habentibus uxores, secundum regulas divinas, interdicimus & nos mulierem habere in sua domo &c.*

Illi autem poitremo loco reservatis, incertum esse, an hic Paphnutius idem sit cum eo, quem tandem in haeresim Meletianorum lapsum admonuit D. Epiphanius c: eundem enim indicant Paphnutii nomen, Egypti locus, Constantini imperium; alium vero, maturitas ætatis hujus quiete, pure, pte, & sapienter peractæ, spectata prudentia, singularis morum integritas, clara literarum cognitio, insignis præteritæ confessionis gloria, ac tandem Divina illa edendi miracula virtus: in re dubia, pietatis, & Religionis consideratio, æquio- rem tueri partem suadet.

COMMENTARII NOVI.

R Idicule hunc ita quidam interpretantur, quasi eo prohibitos Clericos, ne ab uxoribus abstinerent, & verba accipienda essent, ut sonant, prohibere, abstinere se a conjugibus; sed tanta, & tam antiqua ea de re Decreta reperiuntur, ut nihil ambigui in hoc esse possit.

In totum.] Omnibus omnino Clericis: non vero omnino, quasi ante hoc interdictum aliquo tempore cum uxoribus consuescere potuissent. ALBASPINÆUS.

Plura de coelibatu Sacerdotum, & Ministrorum Ecclesiæ in utraque Ecclesiæ, tam Occidentali, quam Orientali, congesserunt Anton. August. in Epit. juris. Lib. 28. Tit. 15. Bellarm. Tom. 1. Controv. Lib. De Clericis. Cap. 18. P. Greg. Lib. 9. Syntagm. Cap. 14. & De beneficiis, Cap. 25. & in Cap. 1. De sponsi. num. 70. Barbosa, Lib. 3. De jure Eccles. Cap. 14. num. 7. Landmeter, Lib. 2. De veteri Mon. Cap. 80. Crespius in Summa. verb. Clerici coelibatus. Cæsar, De Ecclesiæ Hierarch. Disp. 8. § 7. & Disp. 18. §. 2. Le-maitre, De infit. Epist. Lib. 4. De coelibatu. Cap. 3. & 4. Spencius, Lib. 1. De voto contin. fere per totum, Georgius Ambian. ad Tertull. De monog. Cap. 8. Obser. 2. Diuren. Lib. 4. De Sacra. Cap. 7. Torre-blanca, De magia, Lib. 2. Cap. 15. Sect. 1. Turrian. Lib. 1. Contra Magdeburg. Cap. 1. & De dogmat. Lib. 2. Cresolius, Lib. 2. Mytag. Cap. 9. Jodocus Coccius, Lib. 8. Thesaur. Art. 6. & nos in Cap. 1. De Clericis conjug. Quibus omnibus merito difficilis vîsus est præsens Canon, tum quatenus etiam Subdiaconos continentia legi subiectos esse supponit; tum quia in totum PP. Episcopis, Presbyteris, & Subdiaconis, abstinentia ab uxoribus jubet, cum in Can. v. A. opt. exprefte interdicatur Episcopis, & alii Ministri Ecclesiæ, uxores prætextu Religionis abjicere, & infra in Can. LXV. tan- tum prætextu adulterii jubetur Clericis uxores dimittere. Pro vera ergo hujus Canonis sententia capessenda, duo necessario præmitenda luxi. Primum, prioribus Ecclesiæ sa- culis alius propositus fuisse, & cooptatos ad sacros Ordines, tam in Ecclesia Latina, quam Græca, non solum coelibates, verum & conjugatos, juxta illud D. Pauli ad Titum Cap. 1. Si quis sine vimine est unus vir, filios habens

To. I.

a Can. 5.

b Auct. De
fancis. Ep. sic.
f. Presbyteris.
Collat. 9.

c Adversus
haeres. & he-
resi.

M m 2 fce

scopi, Par. 2. Allegat. 14. num. 3. & De universo jure Ecclesiast. Lib. 1. Cap. 37. Gibelinus Disquisit. Canonis. dicta Disquisit. 3. Cap. 2. §. num. 7. Basilius Legion. Lib. 7. De matrim. Cap. 24. Georgius Ambian. ad Tertull. De monog. Cap. 8. Observ. 2. Non metat, postea etiam apud Hispanos votum castitatis tantum injunctum fuisse Presbyteris, & Diaconis in Concil. Toletan. 1. Can. 1. ubi tantum Diaconis uxores habentibus prohibetur ad altiores gradus ascendere, nulla de Subdiaconis facta mentione; quod etiam caveretur in Concilio Toletano 111. Can. v. Cap. Quicunque, Disp. 58. eo quod non semper pro gradu sacro habitus fuit. Unde ad illum gradum trigamis permittitur ascendere. Tolet. Concil. 1. Can. 3. Item constituit sancta Synodus, ut Lector Fidelis, si viduam alterius uxorem acceperit, amplius nibil sit, sed semper Lector habeatur, aut forte Subdiaconus.

Quibus ita praecactis, facile deprehenditur hujus Canonis vera sententia. Cum enim quidam ex conjugatis fuissent in Episcopos, Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos cooptati, valebant non solum retinere uxores, juxta Can. v. Apost. verum & conjugii usum, ab uxoribusque non abstinerere; immo filios generare, quod PP. fieri in totum prohibent; non quia hujus Concilii tempore haec disciplina Ecclesiastica circa continentiam ab Episcopis, Presbyteris, Diaconibus in Hispania negligeretur, ut voluit Vasquez, ubi supra, Disp. 248. Cap. 2. sed quia cum Subdiaconi alfererent, se per manus impositionem ordinatos non fuisse, & ita sacro Ordine non reperiri consecratos, volebant uti matrimonio ante contracto; quod PP. ut inhiberent, in totum prohibuerunt usum conjugii, non solum Episcopis, Presbyteris, & Diaconis, verum & Subdiaconis quod antea statutum in Ecclesia non legimus, & ideo usi fuerunt PP. illis verbis: *in totum*, id est, omnibus Ministeris majoribus Ordinibus decoratis, & renovata continentiae lege erga Episcopos, Presbyteros, & Diaconos, ad Subdiaconos illam porreverunt, ut in totum Ministri maiores, id est, in sacro ministerio Altaris positi, a conjugibus se abstinerent. GONZALEZ.

Ereditissimus Mendoza in fine Commentariorum hujus Canonis subdubitat, an Paphnutius ille, qui in Concilio Niceno indulxit usum matrimonii iis, qui nuptias rite contraxerant ante sacram Ordinem susceptum, sit ille ipse Paphnutius, qui poslea in heresim Meletianorum lapsus est, juxta S. Epiphanius Heresim LXVII. Certum autem existimo, longe alium fuisse. Conveniunt equidem ambo in nomine, tempore, monachatu, & natione; cum floruerint in Aegypto, sub imperio Constantini, & uterque legatur monasticam vitam professus.

Aliunde vero ingens inter utrumque discrimen est. Paphnutius enim ille, qui in Synodo Nicena pugnavit pro libero usu matrimonii in sacris hominibus, fuerat antea sub persecuzione Maximini dextro orbatus oculo, & sinistro mutilatus poplite, deinde Thebaidos superioris Episcopus, atque uti

talis inter Patres ejusdem Concilii suffragium, & magnam auctoritatem habuit. Insuper & Ario se opposuit, magna Fidei, animique constantia. Poitea in Concilio Tyrio pugnavit pro S. Athanasio, atque apprehensa manu Maximi Episcopi Hierosolymitani, e confitu illo discessit. Fuit miraculorum gloria praeclarissimus, ut de illo teatatur Ruffinus, Lib. 1. Cap. 4. & 17. & Socrates, Lib. 1. Cap. 8. ubi inquit, Constantium Imperatorem insigni pietate osculatum fuisse partem illam vultus, unde oculus ipsi erutus fuerat. Eadem fere de illo habentur apud Theodoretum, Lib. 1. Histor. Cap. 7. Sozomenum, Lib. 1. Cap. 22. ac Nicephorum, Lib. 8. Cap. 14. & 19. Et certe S. Athanasius in Vita S. Antonii meminist ejusdem Paphnutii tunc Monachi, a quo jam Episcopo defensus fuit in Tyria Synodo.

Nihil autem horum inventur in Paphnutio illo apud S. Epiphanius memorato. Licet enim ipse, & Monachus, & Confessor Fidei, & virtutibus excellens fuisse, numquam tamen orbatus oculo, nec poplite mutilatus, nec Episcoporum Ordini adscriptus legitur, nec adfuisse Concilio alicui, aut Athanasium defendisse; quin potius ad Meletianos defecisse, ut idem Epiphanius teatatur. Fortasse & multa ex iis, quae idem narrat eo loco, a quoipam Meletiano versipelle desumpta fuerunt, qui fucum facere volens posteris, ac subinde ipsi S. Epiphanius, plura fixit in gratiam Meletianorum; ut palam ostendit Baronius ad annum ccv. & confirmat Petavius in Animadversionibus ad eandem Heresim LXVII. S. Epiphanius Tom. II. pag. mihi 274. & seqq. Meletiani enim, ut conciliarent auctoritatem sectae sue, miris laudibus extulerunt Paphnutium eius defensorem, ac depinxerunt iis coloribus, ut posset ab incautis hominibus exitimari unus, idemque cum magno illo Paphnutio, qui spectabilis fuerat in Concilio Niceno, & charifimus Constantino Imperatori.

Confirmabit fortasse quispiam id ipsum; quoniam idem S. Athanasius in Apologia memorat aliquot Paphnutios Episcopos sibi faventes; unum vero Paphnutium Monachum consentientem, ut ajunt, calumniis Ariano, Meletianorumque, cuius Epistolam exscribit in Apologia 1. pag. 784. Sed enim is Paphnutius in illa potius dissipat fabulum vulgatam de morte Arsenio illata, ab Athanasio, hujusque honorem vindicat. Unde & inter alia scribens ibi ad Joannem Pinnes Presbyterum, ait: Διὰ τέτονα πάντα σοι γνωσθεῖσα, πάτερ, ἵνα μή δέξῃ σοι κατηγορίας Αδαναρίας. Επον γάρ, ὅτι ζῆ. Hac tibi ideo mita facio, Pater, ut scias, Athanasium ibi accusandum non esse; dixerunt enim (nimis teles aliquot antea nominati) γινεσθαι vivere, Arsenium scilicet. Hac proœdo verba potius videntur quarentis honoem Athanasi, quam insectantis in ea parte. Aliunde vero potuit is Athanasius adversari instar Meletianorum, pro quibus & legatione functus legitur.

Ucumque vero res circa id se habeat, idem Paphnutius nullatenus fuit Episcopus, nec tempore Concilii Niceni, nec Inge postea,

ea, quando eam Epistolam scripsit; siquidem sub ejus finem ait: Παφνύτιος μοναχὸς τὸς αὐτῆς πονὴρ ἡγεμὼν τοῦ εἰπορευομένου. Papenutius M. nachus hujus domiciliī hanc Epistolam scripsi. Certe si Episcopus esset, aut fuisse antea in Concilio Niceno, ut ille alius, non se nude Monachum, sed Episcopum dicaret, nec Athanasius illum dumtaxat Monachum appellaret. Haec pro amolendo scrupulo Mendoza dicta sunt in honorem magni illius Papenutii, qui in Synodo Nicena facris hominibus Orientis indulendum censuit, quod Patres Iliberitani hoc loco Occidentalibus prohibendum judicarunt, sive potius Hispanis, ad quos solum jurisdictione Ecclesiastica hujus Concilii, utpote Nationalis, ut ajunt, porrigit potuit.

Apud Orientales vero a primis illis secundis aliiter in usu fuit; ut licet Sacer Ordo impedit prorsus ab ineundo Matrimonio, seu celebrando; non tamen ab usu Matrimonii rite antea suscepit. Quod & hodie in plurimis illorum Regionibus apud Clericos facultares viget, praesertim Graecos, & Moscovitas. Hi tamen prohibitent ad Altare accedere paulo post usum Matrimonii, praepiunturque aliquanto tempore abstinere antequam celebrent. Unde Episcopus Novogardiensis in Questionibus Cyrilli apud Sigismundum, *De rebus Moscovit.* sequentia. Dubia sic proponit, ac dirimit. Imprimis pag. 35. *An Sacerdoti noctu cum uxore concubenti, mane Ecclesiam ingredi licet?* Resp. *Lavet prius eam partem, quæ sub umbilico est, Ecclesiam ingrediatur, Evangelium legat; ad Altare vero accedere, vel celebrare prohibetur.* Deinde vero pag. 36. *An licet marito circa Festum Pascha sumere Eucharistiam?* Resp. *Si cum uxore per Quadragesimam non concubuerit.* Quod multo magis intelligitur de Sacerdotibus uxori habentibus, quam de laicis, ut patet. Neque id solum apud Orientales servabatur, sed etiam generatio in tota Ecclesia quibuslibet maritis olim injunctum fuit a Libero Papa, ut nimis, toto tempore Quadragesimæ abstinerent se ab uxoribus, donec accederet dies Festus Paschæ, in quo communicare debebant. Unde & in Legem transitum communem iis seculis, atque in Laodiceno Concilio, Cap. 52. stabilitum fuit: *Non oportet in Quadragesima, aut nuptiis, aut quilibet natalitia celebrare.* Nimis, ne occasione nuptiarum esset concubitus maritalis eo sacro tempore, qui Paschalem communionem impediret. Jam diu vero talis, & tam diuturna conjugum ab usu Matrimonii ante susceptionem Eucharistie continentia, potius desiderari, quam sperari potest. Admonendi quidem sunt ad eam servandam, juxta illud Apostoli ad Corinthios: *Abstinete vos ad tempus, ut expeditius vacetis orationi.* Constringendi autem non sunt, nec laqueus conscientia est iis injiciendus. Idipsum dico de plurimis aliis Canonibus antiquissimis, praesertim Pénitentialibus, & in hoc Concilio editis, quatenus ex Jure solo Ecclesiastico procedunt, qui jam diu, & saltem ab exente saeculo tertio decimo, in desuetudinem abierunt. Non enim privata cujuspam auctoritate instaurandi sunt, nec pénitentes

constringendi ad ea diurna, & severissima opera agenda. Oporet vero valde, ut Confessarii illos frequenter legant, & accurate noverint; tum ut ex gravitate, & diuturnitate illa penitentiarum conjiciant, quanta sit, & quam exsecranda uniuersusque sceleris labes, ac quam longa satisfactione expianda esset, juxta rectam rationem; tum ut idipsum fuggerant penitentibus, exhortantes eos ad agendum dignos penitentia fructus, juxta peccatorum unicuiusque multitudinem, & gravitatem; ut ipsa Lex naturalis, & Divina fati facienda Deo offerto dictat; & S. Gregor. Homil. 20. in Evang. colligit ex verbis illis: *Facite dignos fructus penitentia.* Tum denique ut Confessarii iis regulis ducti, current, quantum spiritus, & prudentia suggesterint (ut monet Concilium Tridentinum, Sess. 14. Cap. 8.) *pro qualitate criminum, & penitentia facultate, salutares, & convenientes satisfactiones injungere, ne si forte peccatis conniveant, & indulgentias cum penitentibus agant, levissima quedam opera pro gravissimis delictis injungendo, peccatorum alienorum participes efficiantur.* Ad id autem prudenter exequendum, oportet sacros Pénitentiales Canones addiscere; non ut adamus, serventur, sed ut dirigant quodammodo, & juxta mentem Concilii Tridentini verbis praecactis.

Unde S. Bonaventura in Confessionali, Cap. 3. & Cardinalis Orienensis, Lib. 5. Tit. De penit. & remiss. (qui duo post medium Seculi XII. floruerunt) ajunt: *Vix nomen Sacerdotis meretur, qui Canones Pénitentiales ignorat.* Idemque tradit Andreas Episcopus Civitatis, Hispanus, S. Rom. Ecclesiam Pénitentiacius in M. do confitendi, Argentinæ edito anno MDVII. Et clarissimum Ecclesiae lumen S. Carolus in Concilio Provinciali Mediolanensi celebrato anno MDLXV. Constitutionum Parte 2. Tit. 6. *Confessores*, inquit, *Canones Pénitentiales bene noverint.* Atque insuper Tractatu, *De ratione administrandi Sacramentum Confessionis*, ait: *Patres docuerunt, quam necessaria admodum sit Sacerdotibus Canonum Pénitentialium scientia.* Etenim si omnia, quæ ad penitendi modum pertinent, non prudentia solum, ac pietate, sed justitia etiam metienda sunt; certe norma hec e Canonibus Pénitentialibus sumatur oportet. Sunt namque iis tantum regulæ quedam, quibus ad culpæ commissæ gravitatem recte dignoscendam, tum ad imponendam pro illius ratione veram penitentiam, Sacerdotes Confessarii ita dirigantur, ut, ubi singula, & quæ ad peccati magnitudinem, & quæ ad penitentia statum, conditionem, etatem, intimumque cordis dolorem pertinent, accurate perpendant, tum demum penitentiam judicio, ac prudentia sua moderentur. Verum de iis latius, & opportunitus infra in Commentarij ad Concil. Tolet. III. Can. xi. ubi dicitur, seu præcipitur severissimis verbis: *Ut secundum formam Canonum antiquorum dentur penitentia.* Ac præterea in Concil. IV. Tolet. cui præfuit S. Isidor. Hispal. præcipitur: *Ut Sacerdotes Scripturarum Sacrarum, & Canonum cognitionem habeant, CARDINALIS DE AGUIRRE.*

DE CONCILIO ILLIBERRITANO
CONFIRMANDO
AD CLEMENTEM VIII.
LIBERTER TERTIUS
CANON XXXIV.
Ne cerei in cœmeteriis incendantur.

Cereos per diem placuit in cœmeteriis non incendi: inquietandi enim Sanctorum spiritus non sunt. Qui hæc non observaverint, arceantur ab Ecclesiæ communione.

CAPUT PRIMUM.

Cereos in cœmeteriis incendi prohibitum ad inquietandos Sanctorum spiritus, & quid sit spiritus inquietare.

a. Cit. Superioris
Lib. t. Cap. 4.



I. Catholici scriptores ^a, Beatissime Pater, ingenii, & doctrinæ laude præstantes, tam audacter, & acerbe carpunt, quam plene non capiunt Concilii sententiam, & propriam erroris culpm in sanctissimos Ecclesiæ Patres Conciliorum Autores rejiciunt; non adeo mirum, si heretici, pietatis, & Religionis Christianæ, vel ignari, vel hostes, in eadem ignorantia, vel temeritatis veltigia incurvant. Alleverant nonnulli, Canonis sententiam a Christianæ doctrinæ, & antique Ecclesiæ moribus alienam, quod cereos in detonotorum, vel Sanctorum monumentis accendi, prohibitos judicarint; sed si paullo altius Patrum mentem, plenissimam Religionis, perpendissent, reperirent profecto, non hoc pietatis documentum, sed antiquæ superstitionis radices convellere voluisse. Pertinet enim ad Episcopos, non minus in superstitione ex hominum animis evellenda, curam, ac diligentiam impendere, ac in Religione stabilienda, & augenda industria, laboreque invigilare. Quocirca præsenti constitutione non prohibent generaliter, cereos in cœmeteriis accendi; id enim cum ex natura sua (ut Philosophi docent) indifferens sit; si justo, & pio Religionis zelo accendantur, pium, & religiosum erit; sin minus, profanum & impium: quod hujus Canonis sanctione prohibuisse Patres, ratio constitutionis redditam perspicuis verbis demonstrat: *Inquietandi enim*, ait, *Sanctorum spiritus non sunt*. Cum enim hæc sit præcipue ferenda, & latæ legis ratio, perinde est, ac si dixissent Patres: Cereos placuit in cœmeteriis non incendi ad inquietandos Sanctorum spiritus; non quod vere inquietari posse animas crediderint Hispani Patres; quinimum ut plenum superstitionis crimen illud interdixerunt, & anathemate damnarunt; sed quod inquietari posse putarent; & vellet hi, qui animas evocare cereis contendeant: quorum errorem Episcopi conantur evellere, decernentes, ne cerei incenderentur ad eam evocationis superstitionem, quæ vere ad magiam, seu Necromantiam spectabat. Inquietare enim, seu inquietare velle Sanctorum spiritus, idem est prorsus, quod velle e quiete, in qua morantur, educere, & ad præsens usurpant lucis revocare: quod alii sollicitare, elicere, educere, evocare, evellere, in clamare, cire manes dicunt. Olim enim evocare, & inquietare piorum manes, ad consulendum eos de futurorum rerum eventu, & veritate, se velle, & posse, Magi quidam, seu Necromantici iactabant perniciose dæmonum allu, ut dum hanc sibi rerum futurorum divinationem usurparent, supernam Dei potentiam, & Divinitatem amulari viderentur; quo & facilius possent primos Christianæ Religionis lectatores a vero Dei cultu ad inanes, & falsas illorum superstitiones fallis præstigiis traducere. Qua ratione eorum artem secundam idolatriam recte Tertullianus ^b nuncupavit. Qui eam exercebant, manes in clamando, inquietare spiritus, vel animas dicebantur: idque non probabili modo conjectura, sed gravissimo omnium testimonio, Sancti videlicet Spiritus doctrina, confirmabo. Cum enim mortuo Samuele, Viro sancto & Prophetæ, Saul in expeditione esset bellum adversus Philistæos, venissetque in Gelboe, & vidisset castra Philistæorum, gravi illum terrore fuisse commotum, sacri Codices ferunt; eaque de causa consuluisse Dominum; & cum ab eo responsum non accepisset, nec per Sacerdotes, neque per Prophetas, servis suis sic præcepisse: *Querite mibi mulierem habentem Pythonem, & vadam ad eam, & sciscitabor per illam;* & dixerunt servi ejus ad eum: *Est mulier Pythonem habens in Endor.* Mutavit ergo habitum suum, vestitusque est aliis vestimentis, & abiit ipse, & duo viri cum eo, veneruntque ad mulierem nocte, & ait illi: *Divina mibi in Pythonem, & suscita mihi quem dixerit tibi.* Et ait mulier ad eum: *Ecce tu nosti, quanta fecerit Saul, & quomodo eraserit Magos, & Hariolos de terra; quare ergo insidiaris anime, ut occidat?* Furavit ei Saul in Domino, dicens: *Vivit Dominus, quia non eveniet tibi quicquam mali propter hanc rem.* Dixitque ei

b. Lib. De anima C. 57.

t. Reg. 28.

Variorum Commentariis illustratum.

ei mulier: Quem suscitabo tibi? Qui ait: Samuem. Exclamavit vox magna, & dixit ad Saul: Quare impoñisti mibi? tu es enim Saul. Dixitque ei Rex: Noli timere. Quid vidisti? Et ait mulier ad Saul: Deos vidi ascendentis de terra. Dixitque ei: Quale est forma ejus? Quæ ait: Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio. Et intellexit Saul, quod Samuel esset, & inclinavit se super faciem suam in terra, & adoravit. Dicit autem Samuel ad Saul: Quare inquietasti me, ut suscitarer? Et ait Saul: Guarctor nimis, si quidem Philistini pugnant adversus me, & Deus recessit a me, & exaudire me noluit, neque in manu Prophetarum, neque per somnia. Vocavi ergo te, ut ostenderes mibi, quid faciam. Et ait Samuel: Quid interrogas me, cum Dominus recesserit a te, & transierit ad emulum tuum? facies enim tibi Dominus, sicut locutus est in manu mea, & scindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo David: quia non obedisti voci Domini, neque fecisti iram furoris ejus in Amalech. Iccirco quod pateris, fecit tibi Dominus hodie. Ecce quomo- do verbum inquietare, pro educere & quiete, vel suscitat, usq; pat Scriptura. Quæ evo- candi manes professio, & ars, quam Necromantiam vocabant, apud Romanos, Hispanos, & alias nationes erat frequentissima: ejusque error tanto altius illorum animis inhæferat, quanto major de admirabili ejusdem Auctoris sapientia concepta erat opinio, & exaltatio, Mercurium Trismegistum fuisse, Prudentius a his verbis cecinit:

i. Reg. 28.

*Succedit Jovis imperio corruptior atas:
Quæ docuit rigidos vitiis servire colonos,
Expertos furans homines: bac imbuunt arte
Mercurius Majagenitus: nunc magnus habetur
Ille Deus, cuius dedit experientia fures.
Nec non Theffalica doctissimus ille magia,
Traditus extintas sumptu moderamine virg.
In lucem revocasse animas, Cocyta letbi,
Fura resignasse, sursum revolantibus umbris.
Ait alias damnasse neci, penitusque latenti
Immersisse chao: lacit hoc ad utrumque peritus
Ut fuerit, geminoque armari criminis vitam.
Murmure nam magico tenues excire figuras,
Atque sepulchrales scite incantare favillas,
Vita itidem spoliare alios, ars noxia novit.
Artificem scelerum simplex mirata vertutas.
Supra hominem coluit, simulans per nubila ferri,
Aligantisque leves pedibus transcurrere ventos.*

Cum enim inter alios hujus superstitionis errores putarent, mortuorum animas circa tumulos, & corporum suorum reliquias oberrare (ut tradit Laclantius ^b) persuasi etiam ^c Lib. 2. Di- erant, verborum quorundam virtute educi facile, adducique posse. De Appione scribit Plinius ^c manes Homeris evocasse, ut sciret quæ patria, quibusve parentibus genitus esset; non tamen ausum fuisse profiteri, quid sibi respondisset. De G. Vatinio Cicero d: *Et quo- niam omnium rerum magnarum, ait, a Diis immortalibus principia ducuntur, volo, ut mihi respondeas. Tu qui te Pythagoricum soles dicere, & hominis doctissimi nomen tuis im- manibus, & barbaris moribus prætendere; quæ te tanta pravitas mentis tenuerit, qui tantus furor, ut cum inaudita, & nefaria sacra suscepis, cum inferorum animas elice- re, cum puerorum extis Deos manes matcare soleas; auspicia, quibus hæc Urbi co-dita est, quibus omnis Respublica, atque Imperium tenentur, contempseris.* De Canidæ, & Saganae ^d Orat. in vs. ^e L. 1. Satyr. 8.

*Vidi egomet nigra succinctam vadere palla
Canidiam pedibus nudis, passuque capillo,
Cum Sagana majore ululantem (pallor utrasque
Fecerat horrendas aspectu,) scalpere terram
Unguis, & pullans divellere mordicus agnam
Cœperunt, crux in fossam confusus: ut inde
Manes elicerent animas responsum daturas.
Lanea & effigies erat, altera cerea: major
Lanea, quæ pennis competesceret inferiorum:
Cerea suppliciter flabat, servilibus, utque
Jam peritura, modis: Hecaten vocat altera, sevam.
Alteram Tisiphonen. Serpenteis, atque videres
Infernæ errare canes; lunamque rubentem,
Né foret his testis, post magna latere sepulchra.*

Hæc erat Cani- dia venefia Neapolitana.

De Apollonio Tyaneo Philostratus ^f commemorat, quod cum venisset ad sepulchrum Achillis, obtutus est illius manes, ut sibi antiquum illius imaginem demonstrarent: tunc autem tumulus leviter intremuit, mox juvenis quidam apparuit, primo statura cubitorum quinque, paulo post duodecim, pulchrior quam dici possit; interrogavit autem quedam frivila; videns autem adolescentem nimium lascivientem, cognovit eum a dæmonie occupatum esse, compulitque dæmonem corpus ejus relinquere. De Nerone autem prodit g Sue- tonius, cum matris a se occisa species exagitaretur, verberibus furiarum, ac tædis ardentiibus, illius manes educere, & exorare, facto per Magos facio, tentasse. Quod & ærate posterior fieri consuevit, colligi videtur ex Augustino ^h, dum nec certum sibi esse tunc re- spons-

f. In Vita Apol- lonii.

g. In Nero, C. 34.

h. In Respon. ad

3. Quæf. Sim- pl. Lib. 2.

^a Lib. 6. Div.
Instit. C. 13.

^b Lib. De anima. C. 57.

Exod. 7.

Afor. 13.

1. Reg. 23.

2. Cor. 11.

2. Thes. 2.

Math. 24.

1. Reg. 28.

Math. 5.

c L. 24. C. 17.
Idem Lib. 37. C. 11.

Idem Lib. 28. C. 8.

^a L. 28. C. 8. deflent, Plinius adferam, qui de sanguine Hyane loquens: Eodem (inquit) tactis postibus ubicumque Magorum infestari artes, non celi Deos, nec colloqui, five lucernis, five e L. 30. C. 2. pelvi, five aqua, five pila, five quo alio gestare teneantur. Et postea loqueris de magia: Ut narravit Osthanes, species ejus plures sunt. Namque, & ex aqua, & ex spharis, & ex aere, & stellis, & lucernis, ac pelvibus, securibusque, & multis aliis modis Divina pro-

promittit: præterea umbrarum, inferorumque colloquia. Posteriori etate cercos accendere confuevide Magos, ad exercendam eandem superstitionis vanitatem, ex Libris Honorii Necromantici, qui *Thefaurus Necromantia* appellabantur, quos ipse legerat, tradit Hymericus a: neque ab eadem hodie superstitione delitatis, sed eodem accendere solitos ad evocandos dæmones, ex ipsorummet confessione testatum facit b Franciscus Pegna ad eundem Hymericum. Per diem autem ideo adjecterunt, ne cereos ad celebrandas nocturnas vigilias (quaes tunc erant frequentissime) solitudo viderentur, de quibus in Canone sequenti. Et quia Sacrificia, quibus ad solicitandos Sanctorum, & defunctorum omnium spiritus abutabantur, ut tradit Suetonius c, per diem, non autem per noctem fieri solebant; nam post prandium non licebat sine cauta necessaria celebrare, ut Augalitus d testatur: per noctem enim vigilia tantum, Psalmorum cantus, factorum Librorum lectiones, & interpretationes frequentabantur.

Sanctorum autem nuncupatio olim Christianis Fidelibus tribuebatur, ut Paulus scribit ad Corinthios: *Panlus*, ait, *Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater, Ecclesia Dei*, qua est Corinthi, cum omnibus Sanctis, qui sunt in universa Achaja. Et ad Philipenses: *Paulus, & Timotheus servi Iesu Christi, omnibus Sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cum Episcopis, & Diaconibus*. Quare Sanctorum nomen pro Fidelibus Patres hujus Concilii usurpati intelligi possit; quasi decernerent, quemcumque Fidelium manes e quiete, qua fruebantur, educi non debere; quia in cœmetiis juxta Sanctos Martyres, & Confessores solebant quondam Fideles sepeliri. Illicitum enim semper putarunt Hispani in profanis Gentium sepulchris recondi; nam ut vivorum, sic & mortuorum Gentilium communicationem, ut nefariam Nostros devitasse, memorat D. Cyprianus e ad Clerum, & Plebem in Hispania consitentes. De Martiale enim Episcopo Astoricensi lapso haec scribit: *Martialis quoque præter Gentilium turpia, & lataenta convivia, & collegia diu frequentata, & filios in eodem collegio exterarum Gentium more apud profana sepulchra depositos, & alienigenis consipitato, Actis etiam publice habitis, apud Procuratorem Ducevariorum, obtemperasse se idolatriæ, & Christum negasse, contestatus sit*. Ut hinc etiam observemus, quanta olim ab Hispanis in electione sepulturæ, pietatis,

& religionis cura si habita; aduersus gravem illorum haeticorum errorem, & impietatem, qui nullam terræ sacræ, aut profanæ in sepulturis Christianorum habendam rationem impudenter contendunt. Corporis enim quamquam nihil inter sit, an humus illud sacræ, vel profana contregar, an ferre diripient, an maria consumant, an flamma subducat (cum cadaveribus omnis sepultura, si sentiunt, poena sit; si non sentiunt, ipsa conficiunt celeritate medicina) spiritus tamen, & aternitatis si ratio habenda est, si pietatis Fidelium non negligenda cura, si suffragiorum Ecclesiæ jura non despicienda, si totius tandem Religionis arcana non contemnenda, & conculcanda; magni intereile, non in profanis Gentium, sed in locis Christianorum sacris sepeliri, ad quæ Fideles convenient, orationes, & preces supplices Deo porrecturi, nisi insanus, aut haeticus, non negaverit. Quinimmo Ecclesiæ, & Fidelium suffragiis omnis, curam sepulturæ, & funerum a Catholicis Fidelibus, quibus tanquam organis, & vasis ad omnia bona opera Spiritus Sanctus est usus, spernentiam non esse, ipsius humanae naturæ, & gratia Divinae consideratio suadet, ut sapienter, & pie docuit Augustinus f: Nec ideo tamen contemnda, & abhicienda sunt corpora defunctorum,

at, maximeque iustorum, atque Fidelium, quibus tanquam organis, & vasis ad omnia bona opera Sanctus usus est Spiritus; si enim paterna vestis, & annulus, ac si quidibus iusmodi, tanto carius est posteris, quanto erga parentes major affectus; nullo modo ipsa spennenda sunt corpora, quæ utique multo familiarius, atque coijunctius, quam quilibet indumenta gestamus. Hac enim non ad ornamentum, vel adjutorium, quod adhibetur exstrinsecus; sed ad ipsam naturam hominis pertinet. Vnde & antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt, & exequia celebrantur, & sepulturæ provisa; ipsique, dum viventer, de sepeliendis, vel etiam trans ferendas suis corporibus filiis mandaverunt; & Tobias sepeliendo mortuus Deum promeruisse, teste Angelo, commendatur; ipse quoque Domini die tertio resurrecturus, religiose mulieris bonum opus prædicat, prædicandumque commendat, quod unguentum pretiosum super membra ejus effuderit, atque hoc ad eum sepeliendum fecerit; & laudabiliter commemorantur in Evangelio, qui Corpus ejus de cruce acceptum, diligenter, atque honorifice tegendum, sepeliendumque curarunt. Verum istæ autoritates non hoc admonet, quod insit ullus cadaveribus sensus; sed ad Dei providentiam, cui placent etiam talia pietatis officia, ad corpora quoque mortuorum pertinente significant, propter fidem resurrectionis aſtruendam; ubi & illud salutib[er]e discitur, quantum possit esse remuneratio pro elemosynis, quas viventibus, & sentientibus exhibemus, si neque hoc apud Deum perit, quod exanimis hominum membris, officiis, diligenterque per solvit &c. Probabilius tamen est, nomen Sanctorum hos Patres Martyribus, & Confessoribus accommodasse; quorum animas ut beatiores, & aeterna felicitate gaudentes, se inquietare, & educere posse ad futurarum rerum prænotionem gloriabantur ineptissime Simoniani, impio, & superstitioso Gentium errore; cui occursero Hispanos Episcopos præsenti hoc Decreto voluisse, lubens repeto.

Hodie autem tantum abest, ut hujus Decreti sententia erroris censura notari possit; ut nihil pietati, Religioni, & communis Sancti Senatus Inquisitorum praxi sit magis consenserunt; a quibus omnes Magos, Necromanticos, Astrologos, vel quovis alio nomine nuncupatos, qui accidis mortuorum, vel dæmonum potius, manibus, rerum naturalium occultarum, vel supernaturalium causas curiose, aut superstitioso potius exquirunt, velut To. II.

^a 2. P. director.
Q. 43.
^b 3. P. directo-
ri Commenta-
rio 15. N. 115.

^c In Neroni C.
34.

^d Ep. 118. C. 5.

^e Epist. 68.
Semper in His-
pania sepul-
ta sacra a Fi-
delibus maxi-
mam curam.

^f L. 1. D. 2. C. 1.

Tob. 2. C. 12.

Joz. 19.

haereticos puniri scimus; quod praeter alia, recenti Joannis XXII. Constitutione (quam
z. p. directo.
xli, Q. 43. v.
3. P. N. 215.) Extravagantem vocant) Symmericus^a comprobat.

COMMENTARII NOVI.

Abst, ut intelligas de Divorum spiritibus, qui Deo fruuntur; qui cum non magis per diem inquietentur cereis accensis, quam per noctem, quin potius de cultu Ecclesie latentur, ridiculum est, ut de illis Canonem hunc intelligamus. Sanctorum quippe nomine accipiendi sunt Fideles, quorum spiritus (dum orationis causa ad Ecclesiam veniunt) inquietantur frequentia, & cura immodica cereorum ardantium. Sic Psalmus 47. credentium Ecclesia appellatur *Ecclesia Sanctorum*. Sic Paulus ad Ephesios Cap. 4. ait: *Ipse dedit quosdam quidem Apostolos &c. ad consummationem Sanctorum*, id est Fideliū; & Cap. 6. jubet orare pro Sanctis. Et ad Philipp. 1. scribit: *Omnibus Sanctis, qui sunt Philippis. Et 1. Cor. 7. Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidem*. Sic Petrus omnibus Fidelibus scribit Epist. 1. *Vos autem genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta &c.* Sic Judas in Canonica deprecans super certari semel traditae *Sanctis fidei*. Sed dices, cur modo Ecclesia cereos per diem accendi probat? Nam non defuere, qui candalarum usum improbent, testimonio hujus Concilii duchi, & Lactantii Lib. 6. Cap. 2. Haereticus Vigilantius dolens, hunc honorem Martyrum Reliquis exhiberi, calumnabatur gentilitum ritum introductum in Ecclesiis, ut fulgente sole moles cereorum accendere. Huic objectioni his verbis respondet D. Hieronymus: *Cereos autem non clara luce accendimus, sicut frustra calumniariis, sed ut noctis tenebras hic solatio comparemus, & v gilemus ad lumen, ne cæci tecum dormiamus in tenebris. Quod si aliqui propter imperitiam, & simplicitatem secularium hominum, vel certe religiosarum feminarum (de quibus vere possamus dicere: Confiteor, zelum Dei habent, sed non secundum scientiam) hoc pro honore Martyrum faciunt, quid inde perdis?* Causabantur quondam Apostoli, quod periret unguentam, sed Domini voce correpti sunt. Nec enim Christus unguento indigebat, nec Martyres lumine cereorum, & tamen illa mulier in honorem Christi non fecit, devotioque mentis ejus recipitur, & quicunque accendent cereos, secundum fidem suam habent mercedem, &c. Et post pauca: *Et absque Martyrum Reliquis per totas Orientis Ecclesiis, quando legendum est Euangelium, accenduntur lumina ria jam sole rutilante; non utique ad fugandas tenebras, sed ad signum latitiae demonstrandum.* Idem in Epist. ad Riparium. Ut ergo Fideles errorem Vigilantii adversus cultum Martyrum detinarentur, & aliorum haereticorum, cereos per diem accendere consueverunt, non solum in Coemeteriis, verum in Ecclesiis; quamvis id Hieronymi aetate non erat ubique receptum. Lactantius arguit eos, qui Deo hac mente offerent lumen, quasi Deus egeat lumine. Concilium vero hoc Eliberitanum agit de neophytis, qui more genitilium lucernas publice accendeant, non ve-

ro de iis, qui ad cultum, & gloriam Dei lucernas, & cereos publice accendent. LOAISA. Ita hunc Canonem in suis Notis Garsias Loaisa hic interpretatur, estque ejus interpretatio, vel ex hoc maxime probabilis: quod Beatorum animæ, sive in Cœlo, sive in Purgatorio sint, nihilominus cereis perturbari possint. Neque enim verisimile est, Patres illius Concilii tam crassæ ignorantia laborasse, ut sanctas animas nostras actibus perturbari existimarent. Probabile igitur est quod Garsias inquit, Canonem hunc de spiritibus Fidelium adhuc viventium intelligendum esse, quorum spiritus, seu mentes hac cæmonia eo tempore perturbabantur, & scandalum patiebantur propter quendam subrepticum ritus superstitionis, & gentilis abusum (nam Gentiles ad sepulchra defunctorum faces accendere solitos esse, testatur Sueton. in Tiberio, Cap. 98.) aut certe propterea scandalum inquietabantur, quod animas Martyrum cereis accensis juvari putantes, in errorem inducerent. Verior tamen, & probabilior est interpretatio Baronii anno Christi xxxiv. num. 312. ubi per *Sanctorum spiritus*, mortuorum animas intelligit, que quidem non proprie, sed metaphorice dumtaxat perturbari, & inquietari dicuntur, quod valde displaceant ipsi ritus superstitionis, quos a quibusdam in sui honorem, aut utilitatem vanam fieri, & exerceri cognoscunt, vel quod carminis bus magicis, aliisve superstitionibus adhibitis, animas suas ritu gentilitio advocari, solicitari, & inquietari doleant. Gentiles de functorum animas accensis facibus, & incantationibus advocari, &, ut illi loquuntur follicitare, ac inquietare confusiville, consta ex Plin. Lib. 18. Cap. 2. ubi haec ait: *Car ai mentionem defunctorum testamur memoriam eorum a nobis non solicitari?* Quæ de ritu & errore Gentilium in Sanctorum defunctis run invocacionem, superstitionis faciem acerio, ad animas defunctorum solicitandas in Ecclesiam irrepserat, a Patribus Concilii recte est prohibita. Et sicut 1. Reg. Cap. 28 anima Samuelis hujusmodi superstitionibus evocata, & inquietata dixit: *Quare inquietata sis me, ut suscitarer?* Ita Patres hujus Concilii loquuti sunt; qui ne animæ Sanctorum inquietentur, superstitionis cereorum accensionem prohibuerunt. Ita Baronius prædicto loco, quem sequitur Suarez, Tom. 1. Disput addens ibidem, certum esse, superstitione omnique illius occasione, ac periculo celsante, cæmoniam hanc non malam, sed potius honestam, & religiosam esse, utpote quæ a divinum amorem, ad Fidelium animos in spem gloriae, & aeternæ vitæ futura excitando, ordinatur. Qua de re late, & copiose Hieronymus Epist. ad Ripar. & Lib. contra Vigilantium. Sicut igitur luxuriose apud sepulchra Martyrum convivari, teste August. Lib. 1. De morib. Eccles. Cap. 34. malum est, & reprehensione dignum; contra vero moderate religiose, & recta fide, & intentione, ibiden

cun

cum Fidelibus eibum sumere, eodem Augustino testante Lib. 8. *De civitate Dei*, Cap. 27. honestum est: ita cereos apud sepulchra Martyrum citra omnem superstitionem accendere, non modo licitum, sed & pius est, ac religiosum. BINIUS.

Hic Canon, illius Concilii difficultissimus, sane crucem fixit Interpretibus, vix ut, aut ne vix quidem, explicari, evolvique possit; quo factum est, ut perridiculas, & valde absurdas explications Interpretes excogitarint. Ideoque mihi magnopere metuendum, ne mea deterior sententia existimetur. Id autem omnino statuendum est, quod refelli a quoquam non possit, Christianos priscis temporibus in coemeteriis versari, & commorari solitos: ibique dies noctesque praeconiis persolvendis transigere, Canone qui sequitur id compromittere: adeoque rejici non posse quod dicimus, ob eam maxime causam, quod tam multa, tamque insignia ederent miracula, Deo id confirmante, quodlibi Reliquie Sanctorum in illis coemeteriis sub Altaribus conquiscentur. Ego autem facile adducor, ut credam, Concilii illius Patres opinionem, mentemque Tertull. D. Cypriani, & eorum qui ea aetate florenter, sequutos, qui animas Martyrum sub Altaribus habere, & habitare, ibique dum eorum mortem Deus ulcisceretur, expectare senserunt; atque adeo verba illa Cap. 6. Apocalypses ad verbum tueri, ac recipere. D. Cyprianus de lapsis: *Sub Ara Dei animæ occisorum Martyrum clamant magna voce dicentes: Quoniam Domine sanctus, & verus non judicas, & vindicas sanguinem nostrum de iis, qui in terris inhabitant?* & requiescere, ac patientiam adhuc tenere jubentur, & quemquam posse aliquis existimat remittendis passim, donandisque peccatis bonum fieri contra judicem velle, aut priusquam vindicetur ipse, alios posse defendere. Quibus credere videtur Martyrum animas sub Aris quiescere. Idem de bono patientie: *Vnde etiam clamantes Martyres, & ad vindictam suam dolore erumpente prooperantes, expectare adhuc jubentur, & temporibus consummandis, implendisque Martyribus probere patientiam.* Et cum aperuisset, inquit, Agnus quintum sigillum, vidi sub Ara Dei animas occisorum propter verbum Dei, & Martyrium suum, & clamaverunt voce magna, dicentes. Immo ad Quirinum L. 3. Et cum aperuisset quintum signum, vidi sub Ara Dei animas occisorum propter verbum Dei, & Martyrium suum. Tertull. De resurrect. carnis, C. 25. Etiam in Apocalypsi Joannis ordo temporum sternitur, quom Martyrum quoque animæ sub Altari ultionem, & judicium flagitantes sustinere didicerunt; ut prius & orbis de patris Angelorum plagas suas ebibat, & profutura illa Civitas a decem Regibus dignos exitus referat, & bestia Antichristus cum suo pseudopropeta certamen Ecclesia Dei inferat, atque ita diabolo in abyssum interim relegato, prima resurrectionis prærogativa de solis ordinetur, debinc & igne dato, universalis resurrectionis censura de Libris judicetur. Idem, De anima. Cap. 8. *Sol enim corpus, siquidem ignis; sed quod aquila confiteatur, negat noctua; non*

To. II.

tamen prejudicans aquila; tantundem & anima corpus invisible, carni si forte, spiritui vero visibile; sic Joannes in spiritu Dei factus, animas Martyrum conspicit. Idem adversus Gnosticos, Cap. 11. *Sed & interim sub Altari Martyrum animæ placidum quiescent, & fiducia ultionis candidum claritatis usurpant, donec & alii consortium illarum gloriae impluant.* Quoniam autem cereis ardentiibus, igni, fumigationibus, spiritus divixerari experientia ipsa animadverterent, atque in eos magnam virtutem habere vim ignis; haud scio, an illi Patres veterint admodum cereis ardentes, ne animæ Sanctorum, quæ sub Altari permanerent, admoto igne inquietarentur: non alia mihi explicatio occurrit, quæ potest vel inde refelli, quod huic Concilio errorem affingat. Sed huic objectioni responderetur in Concilio totius Africae, Numidiae, Mauritaniae, Patres decreuisse, haereticos esse rebaptizandos.

Quid in hunc Canonem scriperit Mendoza, mihi non est compertum, sed Garsias interpretatio potest admitti. Sanctorum quippe nomine accipiendi sunt Fideles, quorum spiritus, dum orationis agenda causa ipsi ad Ecclesiam adveniunt, inquietantur frequentia, & cura immodica cereorum ardantium. ALBASPINÆS.

Canon iste merito crucem fixit Interpretibus, tum ob prohibitionem, tum ob prohibitionis rationem. Prohibitio aduersari videtur generali totius Ecclesie, præcipue Hispanie usui accendendi cereos ad sepulchra Martyrum, vel Fidelium defunctorum: mos tot Ecclesie Legibus commendatus, quarum nusquam finis est, si singulas referre vellem. Præterea auctoritates hic congregatae a Mendoza, & Loaisa, ut de monumentis quorumvis defunctorum agam, expendo magni Athanasii elegantem Orationem, quam de iis, qui e vita discesserunt, edidit, referente Damasceno his verbis, in Oratione de Fidelibus defundis: *Etiam si in acre colloctus sit ille, qui cum pietate diem vita extremum egit, tamen implorata Christi Dei ope, oleum, ac ceram ad ipsius sepulchrum accendere ne recuses.* Grata enim, & accepta haec Deo sunt, ingensque ab eo premium referunt. Oleum enim, ac cera holocausti instar sunt; incruentum autem Sacrificium Deum placat; beneficentia denique erga pauperes bona omnis remunerationis incrementum est. Hunc morem miraculo Divinitus comprobatum legimus apud Gregorium Turonensem, *De gloria Confess.* Cap. 104. dum agens de transitu Pelagie Matronæ B. Aredi Abbatis matris, ait: *Cum postquam sepulta esset, posuissent cereum ad caput ejus, dicentes: parum nobis est cere, & iam nox prolixior babetur; quum ad matutinum confurgimus, tunc accendatur cereus iste, & clauso ostio abiens; expleto somno, ingressus Basilicam, invenimus cereum ardente, quem extinctum reliquerat.* De cereis etiam ad Martyrum tumulos accensis, celebris est locus S. Panolini in Natali 3. S. Felicis Tom. 3. Biblioth. veterum Patronum.

Näquet tuo meritâ in gremio sacratis honoris; Dicit odoris ero pia conditus effe sepulchro;

N. 2. AG

*Aurea nunc niveis ornantur limina velis,
Clara coronantur densis Altaria lycnis,
Limina ceratis adolescentur odora papyris.
Nocte dieque micant, sic non splendorque diei
Fulget; & ipsa die Cælesti illustris honore,
Plus micat innumeris lumen ornata lucernis.
Et lampadum, ceterorumque usum in Ecclesiæ
Semper inolevisse, tam in Divinis Officiis,
quam in funeribus, probant Baronius anno
xxxiv. Num. 311. & 571. N. 70. & anno
ccccxiiii. N. 2. Ayala, *De Eccles. tradit.*
fol. 222. Savarus ad Sidon Lib. 5. Epistola
xvi. Quare in antiquis cœmeteriis Christianorum
passim lucernas repertas fuisse, refert
Spondanus, *De cœmeteriis sacris*, Parte 3.
Lib. 1. Cap. 20. Sed profecto major difficultas
hæret in prohibitionis ratione his verbis
expressâ: *Inquietandi enim spiritus Sanctorum non sunt*. Quo enim modo inquietari
possunt spiritus Fidelium defunctorum, sive
sint in Cælo, sive sint in Purgatorio? ubique
enim illi propter possessionem, isti propter
spem summa gaudent pace, agnoscentes se
in amicitia, & gratia Dei esse. Agnoverunt
difficultatem hujus Canonis jam plures Catholicæ Scriptores. Baronius anno xxxiv.
Num. 312. existimat, PP. in præsenti vetuisse
non simplicem luminum accensionem, quæ
ad significandum animas vivere, & suo tem-
pore etiam corpora resurrectura, & Christianos defunctos esse filios lucis, non tene-
brarum, sed illam, quæ siebat ex superstitione Gentilium, ad evocandas per incanta-
menta, & carmina Magica defunctorum ani-
mas, ut apud Lucanum Erichtho Maga ro-
gatu Pompeji animam militis nuper occisi in
corpus revocavit, non sine lumine, car-
mine facto, ut eventum belli cognosceret.*

Quando

*Aspicit adstantem progetti corporis umbram,
Exanimes artus, invisiisque claustra timetem
Carceris antiqui; pavet ure in pectus apertū,
Visceraque, & ruptas lethali vulnera fbras.
Ab miser, extremā cui mortis manus iniqua
Eripitur, non posse mori!*

Virgilius Lib. 3. Æneid.

Manuque vocabat

Hec torum ad tumulum.

Seneca Trag. in Oœuv. versu 270.

Renovare luctus parce cum fletu, pios

Manes parentis neve sollicita ruc.

Qua necromantia magia usi fuerunt Ulysses
apud Homerum in Odyssea, Canidia, & Sa-
gana apud Horatium 1. Satyra 8. Tiresias
apud Senecam in Oedipo, & Statuum Theb. 4.
Scipio apud Silium Lib. 13. apud Flaccum
in Argon. Æson.; apud Dionem in Caracalla;
apud alios alii. Baronii interpretationem se-
quuntur Mendoza, & Binius in præsenti. Se-
raphinus Freytas, *De sollicit. Quest. 1.* Nu-
mero 17. Spondanus, *De cœmeteriis*, dicto
Cap. 20. Nicolaus Le-maistre, *De Faribus*
Ecclesiasticis, Lib. 1. Cap. 16. D. Sancius
de Avila Episcopus Gien. Lib. 3. *De venerat.*
Reliq. Cap. 2. Num. 4. Bivarius in Notis ad
Flavium Dextrum, anno ccxxi. Duvalius,
De quatuor Novissimis, Quest. 1. Artic. 9.
pag. 593. Sed eam impugnarunt Pat. Vaz-
quez 3. Par. Disp. 112. Cap. 7. Num. 5. Ba-
silius Legion. Quest. 2. Scholast. Cap. 1. tum

ex eo quia illa manum magica evocatio no-
cturno tempore potius, quam diurno, fie-
bat; unde non erat ratio, quare signanter
per diem cereos accendi Patres prohiberent;
tum quia magicis his incantationibus animæ
inquietari non possunt, etiam si in phantasmate
ope dæmonis appareant. Unde Samuelis
anima, juxta communem sententiam, non
vere mota fuit de loco suo, sed in phantasma,
ut ex D. August. Lib. 2. *De simplic.*
Quest. 3. in 2. solut. tradit. D. Thomas 2.
2. Quest. 95. Artic. 4. ad secund. & Par. 1.
Quest. 89. Art. 8. ad secund. ex Isidoro Lib.
8. *De etymolog.* Cap. 9. Tertulliano Lib. *De*
anima, Cap. 57. Cyrillo Alex. Lib. 1. *De*
adorat. in spiritu. Anatol. Nicæno 37.
in script. Justino Quest. 57. ad Gentes, Au-
tore, *De mirab. Sacra Scriptura*, Lib. 2.
Cap. 2. & Lib. *De veteri Testamento*, Quest.
27. Basilio 8. Cap. in Isaiam, Eucherio, Be-
da, Salisberg. Lib. 2. *De nugis curial.* Cap.
27. Quare omnia hac interpretatione Vaz-
quez ubi supra, Bellarminus Lib. 2. de Pur.
Cap. 19. in fine, Suarez Tom. 1. in 3. Par.
Disp. 55. Sect. 1. Azor. Tom. 1. *Instit.* Lib. 9.
Cap. 8. Quest. 3. perdoctus P. Gabriel Henao
in *Empyr.* Tomo 1. Lib. 6. Exercit. 21.
Sect. 14. Num. 112. docuerunt PP. prohibuisse,
cereos in cœmeteriis incendi, ritu vide-
licet, & more Gentilium, qui putabant, de-
functorum corpora in tenebris sepulcrorum
inclusa juvari luminibus accensis, quibus ibi
illustrabantur. Qui cultus, cum ceteris Deo
ingratus, ut pote superstitiosus, sanctis ani-
mabus displicebat, quæ displicentia inquietudo
quædam dici potest, sicut apud D. Paulum
ad Ephesos, Cap. 4. versu 7. dicitur,
Spiritum Sanctum peccatis nostris contritari,
quia illi displicant; & apud D. Ambrosum,
Lib. 2. Epistola 8. legitur, non debere mo-
stificari lacrymis animam sororis defundi.
Sed hanc interpretationem refellit Hurtado,
De vero martyrio, Resol. 34. Digril. 1. Sect.
6. qui suppremo nomine amplectitur ultimam
Mendoza interpretationem, dum docet, San-
ctorum nomen in præsenti, nec ad Santos
vita felici defunctos, nec ad Fideles in pace
quietentes esse referendum; sed ad Episco-
pos, Presbyteros, & reliquos Ecclesiæ Mi-
nistros, quorum animos in Ecclesiæ nimirum
cereorum ardenti um multitudine impediti, &
inquietari, & per ingressum, & egredium
nimium aliorum, qui ad accendenda lumina-
ria egrediebantur, vel regrediebantur, di-
verti facile poterant. Unde per diem prohibi-
beri cereos in cœmeteriis incendi, ut non in-
quietentur spiritus ministrantium in Ecclesia.
Huic interpretationi etiam consentit Barbosa
Lib. 3. Not. 103. Dub. 2. Num. 96. sed uti-
nam ita facile esset veram assignare, ac istam
refellere; nam eti admittamus, per diem tan-
tum intelligi eam diei partem, quæ in cele-
brandis Divinis Officiis absumblebatur; constat
tunc omnes Fideles juxta gradum proprium
intra Ecclesiam fuisse, nec ante benedictionem
Sacerdotis ab ea exire licere, Cap. *Mis-
sæ*, *De consecratione*, Dist. 2. Unde nulla ex
cereorum accensione turbatio in Ecclesia ti-
meri poterat.

Subjungamus jam, quæ nostri Salmantini

Præceptores pro hujus Canonis expositione
noviter, & eruditæ excogitarunt. Basilius
Legionen. *Variar. Disp.* Quæst. 2. Scholast.
tantum transcriptus Mendoza, ejusque se-
cunda interpretatione libenter subscriptus.
D. Joseph de Retes Academia nostræ oracu-
lum, quem nil fugit, aut quæ fuerunt, aut
quæ sunt, Lib. 8. *Opuscul.* Cap. 27. supponit
etiam extra magiam consuevit Gentiles,
licet non absque Idolorum suorum supersti-
tione, non solum inferis, ac parentalibus
faces, ac lucernas accendere, Ovidius Libro
2. *Fastror.* Suetonius in *Oœuv.* Cap. 98. Ve-
rum etiam continuo accensas in ipsis supul-
chris retinere, L. *Mævia*, 44. ff. *De manu-
miss. testam.* quam illustrarunt Fornerius Lib.
3. *Rerum quotid.* Cap. 19. J. Guther. Lib. 2.
De jur. man. Cap. 32. Vvolphang. Lazius
Lib. 3. *De Rep. Rom.* Cap. 18. Marcus Zue-
rius, *Quæstion. Roman.* Quæst. 11. Præter
lucernas illas, quæ intra ipsa monumenta
una cum corporibus sepelire moris fuit, quæ
in omnibus fere sepulchris, quæ Romæ aper-
ta fuerunt, reperiuntur, ut ex Tomo 2.
Romæ subterranea constat, & notarunt Gu-
therus, & Lazius, ubi supra. Supponit etiam
eximius Vir, defunctorum animas circa cor-
porum suorum reliquias, & tumulos obser-
vare, Gentiles existimasse, quod & late probat
Spondanus Lib. 1. *De cœmeteriis*, Parte 3.
Cap. 15. ideoque sepulchra ipsa luminibus il-
lustrasse, floribusque ornasse, ut etiam probat
Tamayus a Salazar Tom. 2. *Martyrolog.*
die 17. Martii. Quibus observatis, ita præ-
sentis Canonis interpretationem aggreditur.
Superstitione hanc, ut ego existimo, voluerunt exterminare Patres Concilii Illiberitanum, Canone xxxiv. prohibentes, cereos in
in cœmeteriis incendi, id est, ad sepulchra Fidelium nihil tamen detrahentes de Ecclesiæ veteri Instituto, quoad Martyrum sepulchra. Sed hic Canon difficilis habitus est, quia ex scriptorum inuria menda levis irrepsit in-
eum, & quod pejus est, transpolitus est, &
ante præcedentem sequens apponi debet, nisi me vehementer fallit conjectura, ut qui nunc
est Canon xxxv. sit xxxiv. & sic legendum:

34. *Ne femina in cœmeteriis pervigilente.*

Placuit prohiberi, ne femina in cœmeteriis pervigilente, eo quod saxe sub obtenta
orationis sceleris latenter committant.

35. *Ne cerei in cœmeteriis incendantur.*

Cereos per diem (lego perinde) placuit
in cœmeteriis non incendi; inquietandi enim
Sanctorum spiritus non sunt. Qui hæc non
observaverint, arceantur ab Ecclesiæ com-
muniione. Si notas ad grave scelus non infligi
ullam poenam in primo horum Canonum, &
in postremo de una tantum sanctione dici,
qui hæc non observaverint; non dubito, quin
rectam agnoscas nostram transmutationem.
Hæc enim sanctio respicit procul dubio
utramque prohibitionem de pervigiliis non
faciendas, & de cereis non accendendas. Deinde
quod reposui, perinde, loco illorum ver-
borum, per diem, habet rationem. Quia in
titulo Canonis, ubi ejus materia summatur,
nil de die dicitur, nec de diurnis lucernis,
aut cereis agitur. Ergo superfluent in textu
per diem verba 3 quæcum consequenter

transeat secundus Canon, recte dicitur, Ce-
reos perinde &c. Superest, ut explicem ver-
ba illa, inquietandi enim Sanctorum spiri-
tus non sunt. Spiritus Sanctorum, id est, quo-
rumcumque Fidelium, ut exponunt duo sum-
mates Viri, Loaisa, & Mendoza. Sensus ergo
ex nôstro idiotismo patet: inquietandi
non sunt, id est, non inquietabuntur spiritus
defunctorum, quamvis cerei ad eorum sepul-
chra non accendantur; hoc enim Gentiles
metuebant.

Sed hinc interpretandi modum agre tu-
lit P. Gabriel Henao, *De Sacrificio Missæ*.
Tom. 3. Disp. 28. Sect. 45. Num. 753. quia
in Sacris Ecclesiæ Canonibus, non ut in Ap-
pulejo, Plinio, aut Modestino, hujusmodi
critica emendationes admittuntur; & si hæc
mutatio dictio per diem in perinde admit-
tatur, aliis etiam emendabit Sanctorum vo-
cem in *satellitum*, & leget hoc pro hæc; mi-
ror certe, Virum apprime doctum, & in
Concilii versatissimum ita agre ferre inge-
niosum, nec violentum mendum, cum apud
literatissimos Viros hujusmodi mutationes, &
emendationes Canonum legamus, & libenti
animo amplectamus, ut apud Filescum,
Loaisam, Balsamonem, Zonaram, & Ju-
stellum, qui plures feliciter, & ingeniose
Canonum emendationes notarunt, & proba-
runt, ex quibus nos non paucas nostris Com-
mentariis inferimus.

Adducam jam pro coronide hujus notæ,
immo & ex ms. referam, transcribamque in-
terpretationem, quam nobis audientibus,
Salmantice ex suggestu dictavit, docuitque
Præceptor meus D. Martinus Lopez de
Ontiveros tunc Decreti Cathedrae mirabili
omni plausu moderator, ubi varia rei an-
tiquaria monumenta, & veteris Discipline Ec-
clesiastice vestigia referavit, & illustravit,
quæ postmodum in primaria J. P. Cathedra
prosequutus, in diversis Commentariis plu-
ra de temporum serie, locorum descriptione
observanda attruit; quare non impropriæ de
hoc sculi nostri magno Præceptore referam,
quod de D. Isidoro ajebat Brauius: *Tu au-
tem patriæ, tu descriptiones temporum, tu
Sacrorum jura, tu Sacerdotum munera, tu
domesticam, publicamque disciplinam, tu
sedem regionum, & locorum aperiusti; plu-
rimumque dotti hominibus attalisti.* Is ergo
mihi semper colendus Magister. *De Sacram.*
Ordinis, Tract. 4. Num. 14. ita Canonem
hunc interpretatur. Sed omissis eorum sen-
tentiis, dicendum existimo, Patres illius
Concilii, qui primitivæ Ecclesiæ temporibus
floruerunt, usum luminarium absolute non
prohibuisse, sed dumtaxat interdiu cereos
cœmeteriis Martyrum a Fidelibus piis incen-
di, ne scilicet lucentibus luminibus Gentes
Fidem Christi, Christianosque persequentes,
de Martyrum sepulchris redderent certiores,
& inde Sanctorum corpora abducerent,
& in ea favirent. Tertullianus in *Apolog.*
Cap. 37. micum in modum rabiem Gentilium
explicat his verbis: *Nec mortuis parcunt
Christianis, quin illos de requie sepultura
de asyllo quodam moris jam alios, jam nec
totos avellunt, distrabunt;* & Lactantius
Lib. 5. *Diviu. Instit.* Cap. 11. similem huic

tribulationem pro oculis habens, Zacharias Epist. ix. ad Bonifacium circa medium, quæ exstat 3. Tom. Concil. Severin. pag. 206. ita scribit: *Dum Dominus donaverit requiem, augebuntur & luminaria Sanctorum.* Quæ verba extant apud Antonium Augustinum in *Epitome Juri Pontificii veteris*, 2. Tom. Lib. i. Tit. 7. C. 1. mendoza accepta feruntur Epist. 4. Zachariæ. Quo loci verbum *requiem* accipi potest pro requie sepulture ex Cassiodoro Lib. 6. *Variar. Cap. 8.* ibi defundetur: *Quin etiam sacram requiem.* Appuleji Lib. 2. *De sepult.* inquit: *Et requiem definere jam precor, define, ac me in meam requiem permitte.* Hinc jam apte intelligenda sunt verba illa Concilii: *Inquietandi enim Sanctorum spiritus non sunt; ubi spiritus Sanctorum, accipio pro Martyrum corporibus.* Corpora enim Martyrum sub Altaribus sepeliebantur, Cap. *Habemus*, 26. 22. Q. 1. atque ecclesico ritus introductus est in Ecclesiæ, ut Episcopus in consecratione Altaris dicat: *Sub Altare Dei sedes accepisti, intercedite pro nobis.* Nec non introductum est, ut ipsa Martyrum corpora sub Altari exillentia verbo *animæ* denotentur. Joannes Cap. 6. Apocal. versu 9. *In apertione sigilli 5. Vidi sub Altari animas intersectorum propter verbum Dei.* Explicat Augustinus Sermone 11. *De Sanctis*, ibi: *Rete sub Altari Sanctorum animæ requiescant, quia super Altare Domino corpus offertur; convenienter itaque, & quasi pro bono consortio illic sepultura Martyribus decreta est, ubi mors Domini quotidie celebratur.* Contentiunt ita docentes plures Patres, quos sequitur Concil. in Commentariis ad Caput 6. Apocalipsis, ubi Rupertus eleganter ostendit, Reliquias Martyrum vocari animas ipsorum. Non quia ibi, ait, morentur animæ usque ad generalem resurrectionem; sed quia cum ibi jaceant illorum corpora, & ad ipsorum presentiam, aut contactum quotidie efficiantur miracula; potius animæ, de quibus illa virtus manat, quam corpora, & reliquia ab Apostolo censentur. Hucusque Rupertus. Facit quod notat Abulensis Cap. 10. Q. 1. ad versum 5. *Ecce autem quidam immundi super animas hominum.* J. de Paiva, *De locis Sacra Scripturae*, Lib. 1. 5. Cap. 25. Num. 7. Quod cum ita sit, mirum non est, in dicto Canonice xxxiv. Concilii Iliberitanii corpora Sanctorum denotare spiritus. Verbum quidem spiritus pro anima etiam aponi solet apud Patres, ut observat ipse Cornelius ad *Hebreos*, Cap. 1. versu 7. & apud Jurisconsultos in L. *Sed in alio*, 18. ff. *De reb. dub.* & in Authent. Ut defuncti, sicut funeralia eorum in principio Collat. 5. & apud profanos Autores Ovidium Lib. 3. *Trist. Eleg. 3.*

Nam si morte carens volat altus in auras Spiritus. At quenam durior interpretatio? hic Sigillation, & Harpoerates sunt, aut, si fari quid cogar, exemplo cum Virgiliano Palæmonem inclamem, Ecloga 3. *Non nolisti inter vos tantas componere lites.* Addamque cum Thyside Calpurniano apud Virgilium, Ecloga 2. *Este pares, & ob hoc concordes vivite, nam vos*

Una fides, pietas, & amor sociavit.

Sed si licet Discipulo cum suis Præceptoribus omni affectu colendis judicium prodere, exiitatem, mutationem, & collationem D. Josephi de Retes esse sustinendam; & retenta lectione perinde, mire convenire solutionem D. Martini Lopez de Ontiveros. Interea etiam illud non omittamus, temporibus hujus Concilii sœvas fuile Gentilium persequentes in Fideles jam sepultos. B. Ambrofius Epist. 31. qua respondet Symmacho his verbis: *Obi tunc erat ista sententia, cum direptis Christianorum omnium facultatibus, ipsos vitales anhelitus spiritus inviderent, & nullis usquam negata defunctis inhiberent supra commercia sepultura?* Quos gentiles precipitarunt, maria reddiderunt. Optatus Milevitanus, Lib. 6. ita suo seculo conquerebatur: *Quid referam, etiam illam impistatem de vestra conjurazione venientem, quia ad hoc Basilicas invadere voluisti, ut vobis solis interea vindicatis, non permittentes sepeliri corpora Catolica, ut terreretis vivos, male trattatis & mortuos, negantes funeribus locum. Si inter viventes fuerat certamen, odia vestra, vel mors aliena compescat. Nam tacet cum quo paullo ante litigabas. Quid inflatas funeris quid impedis sepulturam? quid cum mortuis litigas? perdidisti malitia frustum.* Et hæc vexatio, seu mutatio cadaveris proprie inquietatio dicitur, L. Divi. ff. *De Religio*. ibi: *Divi Fratres Editio admonuerunt, ne justæ sepultura traditum, id est, terra conditum corpus inquietetur.* Valentian. Novell. de sepulchr. *Quis enim nescit, quietos solicitari funestis ausibus manus.* Cadaveribus enim omnis pax, securitasque debetur. Valerius Probus H. R. I. P. S. *Hic requiescit in pace securus.* P. Diaconus de Not. D. M. S. dormiant mortui securi. Illustrat Savarus ad Sidonium, Lib. 3. Epist. xii. verba, *Mortuorum securitate.* GONZALEZ.

Cereos in coemeteriis non incendi. Vagantur & extra orbitam hujus Canonis Autores illi, qui divertunt ad cereos, lucernas, & lampadas, a primis Ecclesiæ seculis adhuc solitas in Templis. Non enim hoc loci sermo est de cereis intra Ecclesiæ accensis, sed intra coemeteria, ubi tempore hujus Concilii corpora Fidelium sepeliebantur. Qui mos non solum eo quarto Christi seculo, sed & sequentibus, saltem usque ad finem primæ chiliadi annorum Erae Christianæ perduravit. Unde vel Imperatorum, & Regum Christianorum sepulchra longissimo eo tempore erecta, exstant hodie ubique fere terrarum extra Ecclesiæ, intra coemeteria. Immo & adhuc undecimo seculo, nec Regibus concilium fuile tumulum intra Ecclesiæ, constat palam ex plurimis eorum sepulchris in Hispania exstantibus adhuc intra coemeteria, præfertim Benedictina; veluti S. Joannis Pinnaensis in Aragonia, & S. Salvatoris Leirensis in Navarra. Alicubi tamen intra idem seculum undecimum coemeteria ipsa Regum sita erant non omnino extra corpus Ecclesiæ, sed ad ipsius pedes; ut hodieque cernuntur apud Regum Monasterium Naxarense in Rivogia. Infantes vero, sive Regum filii, in coemeteriis

riis prorsus ab Ecclesiæ diffitis, uti adhuc existant Corpora septem Infantum de Lara in antiquissimo Monasterio S. Emiliani. Itaque Canon præsens nihil habet de cereis intra Ecclesiæ accensis.

Porro tam tempore hujus Concilii, quam antea, & postea, Fidelium Corpora præsertim pietate, aut Martyrio insignium, ad coemeteria defrebantur accensis cereis, veluti signis æternæ lucis, ad quam migrabant. Teltatur Pontius Diaconus, qui interfuit Martyrio, & sepultura S. Cypriani, Corpus ipsius coemeterio illatum a multitudine Christianorum, manibus deferentium cereos accensis. S. Gregorius Nyssa Antistes in Vita Macrinae sororis sua inquit, plurimos e Clero, & populo illius Corpus ad coemeterium detulisse, r̄as ex tē καὶ λαμπάδας ἔχοντες νάρτες. Ferentes omnes accensis cereos. Sanctus Hieronymus quoque refert in epitaphio Paulæ, id ipsum fere factum in ejus funere. Denique sequentibus seculis id usque modo in usu fuisse, &

esse, omnes norunt.

Vix tempore hujus Concilii, cum cerei accenderentur in coemeteriis, ubi plurima jam sepulchra Fidelium erant, & innumeri, aut plures iusto, juxta multitudinem defunctorum ibidem quiescentium, fortassis contentiones aliquæ, aut etiam rixa propere excitatæ fuerunt intra coemeteria ipsa. Quæ ut vitarent Patres Iliberitani, prohibuerunt, cereos in coemeteriis, non in Ecclesiæ, accendi, ne inquietarentur Sanctorum spiritus, id est animi Fidelium, sive Justorum ibi adstantium, clamoribus, dissidiis, & rixis, ut antea fieri solebat. Vel ne spiritus Sanctorum sub Altari quiescentium, juxta phrasim Scripturæ, & Patrum, offendarentur, sive indignarentur ob jurgiosam illam, & tumultuosam cereorum plurium, quam par eilet, accensionem. Sancti enim exosum habent quicquid cum jurgio, tumultu, aut scandalo fit in ipsorum memoriā, aut cultū. CARDINALIS DE AGUIRRE.

Cereos in coemeteriis non incendi.

CAPUT SECUNDUM.

Cereos rebus Ecclesiæ sacris adhibitos, semper in Hispania probatos,

Hinc liquet, nusquam in Hispania, ut calumniantur haeretici, Ecclesiæ luminaria interdicta quinimum Concilium Tarragonense ^a, graviter in eos Sacerdotes, & Diaconos invehitur, qui singulis diebus Vesperas, & Matutinas omittunt; nam ex illorum delicia, & negligenti illud incommodum redundare ait, ut in Ecclesiæ luminaria non ministrarentur: *Diocesanis Ecclesiæ, vel Clero id placuit definiri, ut Presbyteri, vel Diaconi, qui inibi constituti sunt, eum Clericis septimanae obseruant, id est, ut Presbyter unam faciat hebdomadam, qua expleta, succedat ei Diaconus similiter, ea scilicet conditione servata, ut omnis Clerus die sabbathi ad Vesperam sit paratus, quo facilius die Dominicæ solennitas cum omnium præsencia celebretur.* Ita ut bi omnibus diebus Vesperas, & Matutinas celebrent, quia deficiente Clero, quod est pessimum, compérimus, in Basilicis nec luminaria ministrari. Si qui sane negligenter vitio hac implere noverint, se secundum Statuta Canonum, pro modo personarum canonica disciplina subdendos. Gravem etiam poenam proponit Concilium Toletanum XIII. ^b in eos, qui odio fratrum, Ecclesiæ luminaria, vel extinxerent, vel subtraherent. Nec cereos solum, & luminaria accendi in Ecclesiæ Hispani Episcopi voluerunt, sed redditus Ecclesiæticos his sustinendis assignati; tertiam enim partem oblationum luminaribus Ecclesiæ præscripserunt in Concilio Bracarense 11. ^c in quo etiam decernunt, nullam Ecclesiæ ab Episcopis consecrari, intitulique, ni prius a Fundatore, ut vocat, luminaribus necessaria ministrarentur. Ad sanctuarum etiam Reliquiarum veneracionem singulis noctibus luminaria accendi, fidem facit Concilium Toletanum sub Reccaredo: *Id etiam placit, ait, Dei Sacerdotibus, ne quisquam Antistes infra suam Parochiam Dei Aulam inquirat; & munificas ille, qui sanctum Dei edificaverit Ecclesiæ, quod ibidem, pro suo bærede largitus est.* Eodem loco: *Presbyter secundum priorum Canonum Statuta deserviens habeat. Et si Presbyterum ea facultas habere non permittit, vel Diaconus instituatur. Certe si minor est census, Ostiarius a Sacerdote sit electus, qui ritorem infra sinus Sanctæ Ecclesiæ faciat; qui & sanctarum Reliquiarum luminaria omni subsequenti nocte accendat.* Nota etiam apud Eruditos antiqui Lucernarii memoria, de qua in Conc. Tolet. I. *Lucernarium vocabunt vespertinum officium, quod eo tempore lucerne accenderentur.* D. Chrysostomus ^d: *Ad solis occasum, ait, quod etiam Lucernarium appellamus, orandum, scilicet, quia tum ubi Dei transiit Deo gratias agimus.* Isidorus: *Poët Tertiæ, Sextam, Nonam, in vespertinis officiis, primo Lucernarium; deinde Psalmi duo, Responsorius unus, & Laudes, & Hymnus, atque oratio dicenda est.* Hinc horam undecimam, & ultimam diei vocat *Lucernarium* Joannes Cassianus ^e: *Lucernalem gratiarum actionem.* D. Basilius ^f, quæ ea hora Deo reddebat: *Psalmos lucernales.* D. Epiphanius: quod sane Patres Hispani minime decrevillent sine aliqua saltem antiqui juris revocatione, si Concilium Hispanicum Iliberitanum luminaria Ecclesiæ interdixisset: a quo non interdicta modo, sed tacito, quinimum ex prelio consensu approbata, ex Canone ^g in sequenti conabatur adstruere: in quo specialiter Energumeni prohibentur accedere in Ecclesiæ publice luminaria: quæ sane peculiari Energumenorum interdictio, contrarium Hispanice Ecclesiæ usum, & generalem luminariorum facultatem, ac pietatem probat. Nec Ecclesia modo cerei hujus Concilii Decreto non prohibentur, sed nec coemeteriorum, si cultus, & pietatis ergo accendantur. Vigilantiū enim

^a Can. 7.

^b Can. 7.

^c Can. 3. & 5.

^d An. 12. C. 2.

^e Can. 9.

Explicatur

quid sit lucer-

narium, d. quo

in Conc. Tolet.

I. Can. 9.

f. In Psal. 113.

g. In Regula

Monach. C. 6.

h. Lib. 3. De

Instit. Conob.

C. 3.

i. De Spiritu S.

ad Amphib. o. b.

k. C. iii. 37.

hæ-

^{a C. 35.} hæreticus, et si natione Gallus ex provincia Narbonensi, teste Gennadio ^a, Presbyter tamē Barcinonensis, cum cereorum usum ad cultum Martyrum adeo impugnare vellet, ut refente Hieronymo ^b, idololatras appellaret, qui ad cultum Martyrum lumina accenderent; incredibile est, cum machinas omnes undecumque conquereret, & hujus Canonis telum ad manum esset, illud tamē non avide arripuisse, in quo tamē erat firmum suū caūlū præsidium: conscientia tamē dictante, & stimulante, non aliam ob caūlam, quam ob consentientem cum orthoxa Fide doctrinam, penitus ab eo abstinuit. Non erit igitur pī, & Christiani hominis officium, calumniam imponere immerentibus, & de præclara hac Patrum nostrorum religione pejus Vigilantio velle mereri.

Inquietandi enim Sanctorum spiritus non sunt.

C A P U T T E R T I U M .

Inquietari Sanctorum spiritus, quo alio sensu possit intelligi.

S I omnia mentis nostræ, & cogitationis sensa liceat exprimere, fateor, me aliquando ex cogitatione, illud solum hic ab Hispanis Episcopis prohiberi, ne interdiu cerei in cœmeteriis a piis Fidelibus incenderentur; ne lucentibus tot luminibus, Gentes de Martyrum sepulchris redderentur certiores; indeque Sanctorum corpora abducerent, & Clericorum spiritus majori custodia periculo, & sollicitudine urgerentur, & inquietarentur, ut prius Conciliū verbo utar. Olim enim ad conservandam Martyrum memoriam, & custodiendas Beatorum corporum Reliquias, prudentia, & pietate singulari majores nostri statuerunt, ut Clerici, antequam Presbyteratus, & Diaconatus ordine insignierentur, per aliquod tempus cœmeteriis Martyrum adhærerent, custodesque efficerentur Sanctorum Corporum: quæ Gentes illæ idololatrae non immanitate minus, quam religione barbaræ, assidua cura exquirerent, ut perderent, illustremque illorum memoriam (si fieri posset) aut oblivione ob-

^{e Theodoret. id iste fatur L. 3. C. 6.} huic sanctæ curæ, & custodie præscriptissime Sylvestrum Papam in Concilio Romano ^d refertur.

Hiflor. Eccles. ^{d Cuius Epito-} Altaris non in serico panno, aut tincto quisquam celebrare præsumeret: sed in puro lineo

^{e extat Tome 1. Concil.} ab Episcopo consacrato, terreno scilicet lino procreato, atque contecto, sicut Corpus Domini nostri Jesu Christi in sindone munda sepultum fuit; & si quis desideraret in Ecclesia militare, aut proficere; ut esset prius Ostiarius, deinde Lector, & postea Exorcista, per

tempora, quæ Episcopus confituerit; deinde Acolytus annis quinque, Custos Martyrum annis quinque, Diaconus annis quinque, Presbyter annis tribus, probatus ex omni parte. Idem adnotavit Damasus e loquens de Sylvestro: Constatuit, ait, nibilominus, ut si quis

^{e In Pontificali in Vita Sylve-} desideraret in Ecclesia militare, aut proficere, ut esset Ostiarius annis decem, Lector annis 30. (pro quo reponendum puto 3.) Exorcista die X.XX. Ac. lytus annis quinque, Subdiaconus annis quinque, Martyrum custos annis quinque, Diaconus annis septem. Si ergo

Ostiariorum, Lectores, Exorcistæ, Subdiaconi, ut ad Diaconatus, & Presbyteratus Ordinem promoveri possint, Custodes Martyrum in cœmeteriis esse debebant, & piam hanc custodiam curam quinquennio impendere: merito equidem Fidelibus interdiu cereos in cœmeteriis incendere interdictum est, ne pietatis honorem, quem Martyribus Fideles exhibere volebant, in sacrilegii contumeliam Gentes converterent, vel Sanctis Martyribus, vel Sanctis Custodibus vim, injuriamque inferentes. Hanc autem consuetudinem incendi cereos noctu ob metum tyrannorum ad honorem Martyrum, & inibi Sacra peragendi, olim observatam Prudentius ^f Hispanus docet in persona Praefecti tyranni ad Laurentium loquentis.

^{f In Hymnis. de s. Laurentio.} Soletis (inquit) conqueri,

Sæpius nos justo amplius,
Cum Christiana corpora
Plusquam cruenta scindimus,
Abeat atrocioribus,
Censura fervens motibus,
Blande, & quiete effagito,
Quod sponte obire debcas,
Hanc esse vestris orgiis
Miseremque, & artem proditum est,
Hanc disciplinam faderis,
Libent ut auro Antiphites.
Argenteis scypbis ferunt
Funare sacrum Sanguinem,

Non dissimili etiam proposito idola Gentilium infringere, Canone LX. pœna proposita prohibuere; quod tametsi, qui ea diruisserint, heroicæ fortitudinum documentum darent, quia a Gentibus tamen occasio sumebatur, vel Fideles majori crudelitate perseverandi, vel irruendi in Templis Sanctorum, ideo Christianis rem per se laudatissimam exsequendi aditus interclusus est.

Absoluto autem jam hoc Opere, aliud ad me mittit Garsias Loaifa, & diligentia, & eruditio laude Magistro Regio dignissimum; in quod, cum ad expedienda, quæ in hoc

Ca-

Canonæ, & Concilio sunt difficultia, parem doctrinæ pietatem contulerit, visum est operæ pretium illa nostris lucubrationibus adjungere. Sanctos hic intelligit Fideles, multis id probans, & veteris, & novæ Scripturæ Sacra testimoniis, quos noluissent Concilium cereos per diem in cœmeteriis accendere, ne ipsorum spiritus, dum orationis causa ad Ecclesiam accedunt, inquietentur frequentia, & cura immoda cereorum ardantium. Hæc ad rem fatis Garsias Loaifa, cui debet Hispania liberalis, & piam Philippi Principis institutionem, cui debet Ecclesia elaboratam, & doctam Hispanorum Conciliorum collectionem, cui debent litera politiores assidua, & acrem in restituendo Isidoro, & vetustis Hispanicae Ecclesiæ Scriptoribus curam, & cui denique non hi solum, sed ipsius etiam veteres, se fere totos debebunt; quos nisi singularis ejus diligentia vetustate sepultos in vitam, ut coepit, reduxit, nunquam sane vixerint, qui aliquando sancte, sapienter, & gloriose vixerunt.

Alii sunt præterea, tum ingenio, tum judicio, & pietate graves, qui Sanctorum nomen hic, nec ad Sanctos vita felici defunctos, nec ad Fideles laicos referendum putent, sed ad Episcopos, Sacerdotes, & reliquos Ecclesiæ Ministros, quorum animos, dum hi ministrant, illi Sacra faciunt, nimia cereorum ardantium multitudine impediri, & inquietari Episcopos nostros noluissent ajunt, quibus Canonis verba non repugnant.

In tanta ergo idonearum interpretationum copia, cur redarguendam potius, & in prævum usum detorquendam, quam sane intelligendam Religioforum Patrum doctrinam, alii contendant, non video. Quanto præclarius, si quod olim Socratem respondit refert Laertius a (quod & me hic non dicere modo, sed aperte, & ingenuæ affirmare lubens profiteor) id ipsum una illi libere faterentur! Interrogatus enim, quid visum illi esset de obscuro quodam Heracliti Libro, quem legisset: *Quæ intellexi*, respondit, *proba sunt; credo* & que non intellexi.

C A N O N X X X V .

Ne feminæ in cœmeteriis pervigilent.

Placuit prohiberi, ne feminæ in cœmeteriis pervigilent, eo quod sæpe sub obtentu orationis, scelerata latenter committant.

IVO Parte II. Cap. 60. Concilio Meldensi tribuit; quæ citatio huic nostro restituenda est, nisi dicamus, Concilii Meldensis Decreto hoc renovatum fuisse: Placuit, ait, prohiberi, ne feminæ in cœmeterio pervigilent, co quod sæpe sub obtentu orationis, & Religio-nis, latenter scelerata committant. Editorum Codicum lectionem vetulta nostra Conciliorum Collectio retinet, quam probo.

C A P U T Q U A R T U M .

De pervigiliis, & earum antiquitate; cur hic sublatæ. Explicata Constantii Imp. Constitutione in Lege V. Cod. Theodosiani De Sacrificiis Paganorum.

Quid non tentarunt olim Patres hujus Concilii, ut verecundia, & pudicitia muliebris in tuto esset? sciebant enim, illam reliquarum virtutum esse culodem; ideoque tametsi vigilias ad memoriam, & venerationem Sanctorum celebrandam, ad Dei beneficia mente repetenda, sanctæ, & religiose institutas viderent; quia tamen nonnumquam suspitione turpitudinis non vacabant; ea ratione illius feminis interdixerunt, ut interdictum viris fuisse olim in Vestaliūm æde pernoctare, scribit Halicarnæus ^b. Solebant primi Chri-stiani (quemadmodum hodie in vigilia Nativitatis Dominicæ) vespera diei feli ci in orationibus pernoctare. D. Basilius ^c Magnus: *Fam inde ex media nocte venientes ad sacrum Mareyrum Templum, Deum ipsum Martyrum per hymnos laudantes, sustinuistiis usque ad hanc diem nostrum adventum exspectantes: vobis quidem dignitur, & somni, & quietis, quæ in honoreno* ^d *Martyrum, & Dei adorationem impendit;* præfæ est merces. Et ad Clericos scribens ^d Ec-clesie Neocæsareanæ, formulam hanc vigilandi, & surgendi antelucana tempore, & eundi ad Ecclesias, & inibi psallendi, communem suisq; Egyptiis, Libyiis, Thebais, Palæstiniis, Arabibus, Phœnicibus, Syris, & his, qui ad Eufratem habitant, tradit. Ante Basiliūm Tertullianus ^e hujus consuetudinis meminit: *Quis enim finat, conjugem suam visitandum fratum gratia, vicatim aliena, & quidem pauperiora quæque tuguria circuire? quis nocturnis convocationibus (si ita oportnerit) a latere suo libenter fore?* Et post alia: *La-tebis netu, quum lectulam, quum corpusculum tuum signas, quum aliquid immundum fla-tu expuis, quum etiam per noctem exsurgis oratum?* Ab initio nascientis Ecclesie eundem quoque morem diserte Plinius Junior f adnotavit, scribens ab Trajanum Imp. *Affirmabant autem (inquit loquens de Christianis) banc fuisse summam, vel culpæ sua, vel erroris, quod effente soliti statu die ante lucem convenire, carmenque Christo, quasi Deo, dicere secum invi-cem, seque sacramento non in scelus aliquod obstringere.* Cyrillus Hierosolymitanus ^g: *Nocte* ^g *Cæchesi* ^g *ait ad sapientiam uibil commodius: hac enim per se de Deo cogitamus, lectioni, con-*

^{b Lib. 2. Rom.}
^{c Psl. 114.}

^{d Idem Ep. 63.}

^{e Lib. 2. ad uxorem. C. 4.}

^{f L. 10. Ep. 8.}

^g

^{Tom. II.}
^{tqia-}

temptationi; *Divinarum Scripturarum vacamus, psallitur, oratur.* Hujus nocturnae orationis, live vigilarum fructus nemo doctius, & elegantius Ambrosio in Psalm. cxi. vericulo, *Media nocte surgebam; Addidit (inquit) media nocte surgebam, docens, te surgendum esse media nocte.* Nec otiosum est, quod adjuxit: Ad confitendum tibi; hoc est, ut illo maxime tempore deprecari Deum, & propria debeamus deftere peccata; ne solum præteritis veniam postulare, sed etiam praesentia declinare, futura cavere; multa enim illo in tempore tentamenta preseruentur. Tunc servet carnis illecebra, tunc tentator illudit, concogitetur cibus, putusque digeritur, stomachus æger, mens somnolenta, animus occupatus est. Itaque aut quiescenti calor corporis augetur, aut vigilanti nondum plenior refusus est vigor, qui errorum cavere possit incursum. Tunc igitur tentator afficit, tunc retia jacit, quibus turbare possit mentem improvidam. Tunc spiritales nequitiae tenebras offundunt, tunc omne nefas suadere contendunt, quando nullus arbiter culpæ, nullus criminis conscius, nullus potest esse erroris testis. Tunc varias disceptationes peccatori dormitantes infundunt; ut primo de statu mentis dejiciant relutantem, & aliquorum, qui Sancti habentur, proponant exemplum; quod illi aliquando deliquerint, sed postea veniam sint adepti, & texeris superiora delicia. Nam et si omnem emendationem nostram inimicus exsus sit; tamecum ad tempus, ut sobria mentis virum possit elidere, prætendit futuram indulgentiam; ut præsenzia peccata persuadeat, & cum impulerit aliquem ad erroris assensum, si viderit, cum jam nouo amore virtutis a culpa, sed pœna contemplatione revocari, inserit varias disceptationes, ut dicat sibi: Quis me videt? & tenebra circundant me, & parietes; quem vereor? non videt Altissimus, non ad eum peccata nostra perveniunt; non dignatur spectare quæ turpia sunt. Hac utique usu, exemplique cognoscimus: nemo enim potest esse expertus tentationis. Itaque ut tempus hoc habile est tentantis, ita etiam tempus est pœnae: quod ex lectio Divina pœfumus edoceri. Non enim otiose Dominus Deus noster, cum posset quocumque momento primitiva Ægyptiorum extingueret; hacten tempus dolore, & luctui peccatoribus opportunitas indicavit. Sic enim scriptum est: Quia media nocte primogeniti Ægyptiorum ab exterminatore sint interempti. Ideoque sanctus Moses Propheta, ut hoc præveniret tempus, ac sine Hebreorum fraude travisret, agnum ante immolavit, hoc est, vesperi; ut manducantes eum, & Pascha Domini celebrantes, non occuparentur exterminatoris infidis, ne inermes, & vacuos spiritali alimenti nocturna spicula tenebroſi hostis opprimerent.

a sub Ludev,
C. 130.
Ephes. 25.

Psal. 118.

Exod. 12.
Matth. 12.

Actos. 16.

b L. 1. C. 22.
c Lib. 1. Sacra-
narium, C. 3.

d Quid supra
reputamus Lib.

1. Cap. 4.

e Lib. 2. Do-
Legibus.

f Id Problem.

Rom. Q. 79.

g In Leg. 3. &

Divis. 2. Do-

sepulchro vio-

lato.

Capitolinus

in Vita auto-

nini.

h Super Ezech.

Cap. 40.

in veteri Testamento fui. le in usu, his verbis demonstrat: *Antiqua est vigilarum devotio, familiare bonum omnibus Sanctis.* Esayas denique Propheta exclamat ad Dominum, dicens: *D: nocte vigilat spiritus meus a te Deus, quia lux precepta tua sunt super terram.* Item David, & Regio, & Propheticus sanctificatus unguento, ita canit: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi super judicia iustitiae tuæ.* Hoc namque tempore vastator Angelus transiens, primogenita Ægyptiorum percussit: unde & nos vigilare oportet, ne periculo Ægyptiorum admisceamur. Isdem etiam horis venturum se esse, in Euangelio Salvator afferuit: unde & ad vigilandum auditores suos exsuscitans, dicit: *Beati servi illi, quos cum venerit Dominus, invenerit vigilantes.* Et si vespertina (inquit) hora venerit, & si media nocte, & si in galli cantu, & invenerit eos vigilantes, beati sunt servi illi. Itaque & vos estote parati, quia nescitis quia hora Filius hominis venturus est. Siquidem nec verbis solam docuit vigilias, sed etiam confirmavit exemplo. *Nam testatur Euangelium, quia erat Jesus pernoctans in oratione Dei. Paulus quoque, & Silas in custodia publica circa medium noctis orantes, hymnum, audientibus cunctis, videnti dixisse memorauit: ubi repente terramotu facta, & concusso carceris fundamis, & janus sponte aperta, & omnium vincula sunt soluta.* Vnde oportet, his horis psallendi, orandi que frequentiam nos in sanctis babere officiis, finemque nostrum, vel si advenierit sub tali atatu, expectare securi. Est autem quoddam genus hereticorum, superflua existimant facras vigilias, & spirituali opere infructuosas; dicentium, iura temerare Divina, qui noctem fecit ad requiem, sicut diem ad laborem. Qui heretici Graco sermone Nyctazontes, hoc est, somniculosi vocantur. Quæ acceptit Concilium a D. Isidoro in Libro, *De officiis Ecclesie*, in quo haec nocturna Sacra in usu fuisse posterioribus temporibus, ex Macrobo e constat. Cum vero plenam Religionis institutionem, ut pleraque alia, hominum audacia, libido, & impudicitia contaminasset, ideo Patres Hispani definierunt, ne femina una cum viris noctu ad nocturnis preces dicendas convenirent, ne coemeteria, quæ Dei, & sanctorum Martyrum domus erant, in turpissima lutra, & lupanaria converterentur.

Quod quia pietatis regulis adverari cauuntur quidam, illud observabo, defunctorum corpora olim, non modo in Ecclesiis, sed nec intra Urbem sepeliri licuisse: quod pri- mū a Solone institutum, postea in Leges xii. Tabularum translatum refert Cicero e idque Romæ obseruatum semper est, his solum exceptis, qui triumphum egissent, ut est Auctor Plutarchus f: quod ad reliquas Civitates, & Provincias constitutione Adriani extensem scribit Ulpianus g. Similem Antonini Pii constitutionem (forsan quod ab Adriano effet adoptatus) refert Capitolinus: *Intra Urbes* (inquit) *sepeliri vetuit.* Cum autem tempore hujus Concilii, Hispania Romanorum Legibus subderetur, cogebantur Christiani non modo alias Christianos, sed & Martyres etiam extra moenia Urbis in coemeteriis sepelire: illa autem fuisse in locis subterraneis, & loci natura subobscures, refert D. Hieronymus h: *Dum effem* (inquit) *Roma puer, & liberalibus studiis erudire, solebam cum ceteris ejusdem aetas, & propo- siti, diebus Dominicis sepulchra Apostolorum, & Martyrum circumire; crebroque cryptas ingredi, quæ in terrarum profunda defossa, ex utraque parte ingredientiam per parietes habent corpora sepulchorum; & ita obscura sunt omnia, ut propemodum illud Propheticum*

completatur: Descendant in infernum viventes, & raro desuper lumen admisum, borrorem temperet tenebrarum: ut non tam fenestrarum, quam foramen demissi luminis putes, rursumque pedentem acceditur, & cœta nocte circumdat illud Virgilianum proponitur:

Horror ubique animos, simul ipsa silentia terrent.

Hæc Hieron. Similia de coemeterio Cyriacæ in Agro Verano posito, hæc refert Prudentius:

Haud procul extremo culta ad pomeria vallo,

Mersa latebrofis crypta patet foveis.

Hujus in occultum gradibus via prona reflexis

Ire per anfractus, luce latente, docet.

Primas namque fore summo tenus intrat hiata,

Illustratque dies limina vestibuli.

Inde, ubi progressu facilis nigrescere visa est

Nox obscura, loci per specus ambiguus.

Decurrunt celsis immensa formina testis,

Quæ jacent clares antra super radios.

Quamlibet anticipes texant hinc inde recessus

Arcta sub umbrosis atria porticibus;

Attamen excisi subter cava viscera montis.

Crebra terebrato fornice lux penetrat.

Sic datur absens per subterranea solis

Cernere fulgorem, luminibusque fruis,

Si hoymm improborum licentia, tempore intermpetus noctis, offusa tenebrarum caligine, loci subterranei natura faventibus ad solicitudes feminarum animos, ad tentandam pudicitiam, ad vim quandoque inferendam audacior fit; non immerito Episcopi notri diligentes, præclaris, & severi honestatis, pudicitiae vindices, his virorum, & seminarum conveneribus aditum intercluserunt, volentes, mulierum pudicitiam, & famam, & multorum ocu- lis, & clara solis, dieque luce custodiri: quod multo ante prudenter fatis a Romulo Romanae Reipublicæ institutore, & Legislatori, cautum est; dum nocturnas has mulierum cum viris non modo in agris, sed intra Urbes ipsas, in Templis pervigilations fieri vetuit, Au- ditore Halicarnasco b: quod non displicuit Tullio c, dum eandem Romuli Legem inter suas retulit, & probavit. In media Græcia Diagonda Thebanum Lege perpetua haec Sacra nocturna

b Lib. 2. Rom.
Antiquit.

c Lib. De Leg.

d In L. 5. C. Theod. De Sa-
crific. Pagan.

e Lib. 9. Cap. 32.

f Can. 5. Explicatur
Can. v. Con-
Altisiodor.

Difficile est tamen, quod Altisiodorensis f Concilii Canon decernit; vigilias enim omnes sustulisse videatur, dum ait: *Omnia & inter supradictas conditiones, vigilias, quas in honore Domini obseruant, omnibus prohibemus.* Cujus Canonis sententiam, ut difficultate expediamus, emendati vetulti Codices ms. auxilium ferent. In editis Francisci Joverii, & Carranza legitur: *in honore Domini obseruant.* Sed in ms. (quod & retulit ex aliis Laurentius Sorius in sua Collectione) nomen Martini additur: hoc autem si reliquis, ut par- cit, restituamus, agnoscemus profecto, illis non omnes vigilias simpliciter, nec vigilias Domini nostri Jesu Christi, sed domini tantum Martini sublacas: quod vespere illius diei, festivitatis solennibus abutentur, choreis, cantu, ludis, & comedationibus, turpius, quam religiosus festum celebrantes, in vigiliis præcipue nocturnis, quibus dislo- luti juvenes ad Ecclesiæ accedentes, honestatem, & pudicitiam feminarum tentarent, vane, & turpiter colloquerentur, strepitus excitarent, occasionemque tandem offerrent hi, ut Religionis cultus, qui Deo, & Sancto ejus tribuebatur, in grave scandalum, & animarum per- niciem converteretur. Cui similem tulit Constitutionem Clemens Papa V. in Concilio Vien- nensi g: *Nonnulli etiam, inquit, tam Clerici, quam laici, præsertim in festorum certorum vigiliis, dum in Ecclesiis deberent orationi insister, non verentur in ipsis, earumque cœmeteriis chœrebus facere diffusat, & interdum canere cantilenas, ac multas insolentias perpetrare, ex quibus Ecclesiæ, & cœmeteriorum violationes, in honesta, variaque delicia quandoque sequuntur, & Ecclesiasticum plerumque perturbatur officium, in Divine Majestatis offendam, & astantium scandalum populorum.* Lectionem autem Canonis Altisiodorensis addito verbo Martini, germanam esse, inde etiam conjicio, quod Canone Divum Martini sequenti forma exprimatur, que in celebranda Pascha vigilia observari deberet: *Non licet, ait, in vigilia Pascha ante horam secundam noctis vigilias expediri; quia in illa nocte non licet post medianam noctem bibere; nec in Natali Domini, nec in reliquis solle- nitatis. Quod Concilium docernere non potuerat, si jam Canone v. qui præcesserat, omnes*

nes generaliter vigilias Domini sustulisset. At Divum Martinum, *Dominum Martinum vocari in Gallia, & Germania, obseruo ex Concilio Turonensi i. in principio: Severino, inquit, Viro clarissimo Consule, sub die XVIII. Kal. Decembris cum ad sacratissimam festivitatem, qua Domini Martini receptione celebratur in Civitate Turonorum &c.* Et in Canone xiiii. pot alia: *Et bimilitatis nostra Constitutio, ut adjuvante Domini misericordia valeat custodiri, Sancti, ac Beatisimi Sacerdotis Domini Martini, quæ Deo accepta est, obtinebit intercessio.* Et in Concilio Turonensi ii. a. Item, inquit, pro reverentia Domini Martini, vel cultu, ac virtute, id statuimus obserendum.

Sed adversus hæc urget Canon ii. ejusdem Concilii Altisiodorensis, quo generaliter, si non Christi, Sanctorum saltem vigilias omnes videntur sublata: *Non licet, ait, compensas in domibus propriis, nec vigilias in festivitatibus Sanctorum facere.* Ho tamen Decreto, ejus Concili Patres alio respexerunt. Voluerunt enim, non vigilias interdici Sanctorum, sed ne in domibus propriis eas Fideles celebrarent, ut Galli tunc agere solebant, verum Eustachii Monachi, & Episcopi Sebae errorem sectantes, damnatum in Concilio Gangreni b, vel antiquam Gentium vanitatem; quæ Sacrificia, & Sacra apud arbores, vel fontes exsolvebant: ad auferendam enim eam idolatriæ, heresios, & superstitionis omnis materiam, voluit, ut conuentus, sic enim legi debet, non compensas, non faciant in domibus propriis; nec in eisdem domibus vigilias in Sanctorum celebritatibus agant, neque inter festes, aut arbores, ac rivos, vel ad fontes vota exsolvent. Hanc autem fuisse ejus Concilii mentem, eo magis putarim, quod statim subjunxit, hæc omnia in Ecclesia solvi, seu fieri debere: *Sed quicumque, ait, votum habuerit, in Ecclesia vigile, & matricula ipsius votum, aut pauperibus reddat.* Antiquam autem hanc Gallia, five consuetudinem, five corruptelam peragendi Sacra extra Ecclesiæ in hortis, vel domibus secularium, Patres Concilii Parisiensis docent, affirmantes, Missam ipsam, nedium vigilias, satius esse non audire, quam eam audire ubi non licet, nec oportet.

Antiquam autem hanc vigilias agendi consuetudinem, Monachi tantum retinent, Clerici autem in quibusdam solum Ecclesiæ Cathedralibus, quarum nonnullæ tentarunt aliquando, ut media noctis tempus in matutinum transferretur; sed major pars Capituli, ne id constitueretur, impedimento fuit, ut de Ecclesia Parisiensi refert Philippus Probus d. Quod si totius Cleri, & Capituli consensus accederet, nec id jure effici posse, gravibus nostri temporis Auctoribus placuit; quod Conciliorum Decretis statutum sit, singula officia suis temporibus peragenda decernentibus: quibus Conciliorum Decretis minores Prelatos, & Capitula derogare posse negant; ni antiqua consuetudine Pontificum consensu, vel taciturnitate adprobata, receptum sit. Hac enim potissimum de causa improbandum non videtur, quod vel Pontificum gratia, vel in veterata consuetudine, apud plerasque Ecclesiæ receptum est, ut vigilia quarta vigilia dicantur, diluculum est: id enim tempus ad orandum commodissimum esse, inter pios omnes convenit, quod necesse non sit, post orationem finitam item cubitum ire, ut Cassianus e docet. Idem esto de his horis dicendis, cum ad vesperas, judicium: quod Moniales pleraque facere solent. Cum vero hæ causæ non subsint, tempus præscriptum præterire non licet: quod olim a Clericis adeo stricte observari voluerunt Patres, ut si infensa corporis illi valetudine non impedirentur, septem dictum excommunicatione feriendos decreverint, si his horis abessent: *Clericus, ait Concilium Veneticum f, quem intra muros Civitatis suæ manere consisterit, & matutinis hymnis, sine probabili excusatione agrititudinis inventus fuerit defissus, septem diebus a communione habeatur extraneus; quia ministrum Sacrorum, eo tempore, quo non potest ab officio suo ulla honesta necessitas occupare, fas non est a salubri cessare.* Huic aliam pœnam addecerat antea Concilium Carthaginense g. iv. *Clericus, ait, qui absque corpore sui in aequalitate vigilias defecit, stipendiis privatus excommunicetur.* Stipendia (ut id obiter notemus ad probandam earum distributionum, quæ hodie in Ecclesiæ usu sunt, antiquitatem) Clericis, vel Canonicis residentibus olim tribui hinc liquet: a laicis autem vigilias has minime celebrari, sed earum loco jejuniunum institui, pridie cuiuscumque Festi celebris, antiquis Patribus placuit; indeque manavit, ut vigiliarum, id est, hujus officii nomen ipsi diei, & jejunio indexetur; quod perinde, ac Quadragesimale observatur: solam Sanctæ Christi Nativitatis nondem excipio, in qua Fideles omnes ad vigilias celebrandas in Ecclesiæ convenire, antiquum est; sed utinam antiqua religione, & reverentia.

COMENTARII NOVI.

Mulierum vigilias prohibet. Idem nostris temporibus propter eandem rationem, in Toletano Concilio i. post Tridentinum, decretum fuit, sicuti ab ea ratione in Concilio Altisiodorensi Can. v. prohibentur. LOAISA.

Multi in Sepulchris Martyrum curabantur, multaque alia siebant miracula, quorum causa ad eadem Sepulchra dies, noctesque morabantur. Tertulliani quoque ætate, vel ante Tertullianum tantus ad ipsa Martyrum Sepulchra Christianorum siebat concursus,

ut ea re indignari Gentiles, areas Christianis eriperent, hoc est, loca, ubi Corpora Martyrum deponerentur: *Aræ Christianorum non sint, areae eorum non fuerunt: menses enim suas non egerunt, Ad Scapulam. ALBASPINÆUS.*

Vigilias, & pernoctationes orandi gratia fuisse usitatas, etiam in Lege veteri, aliqui probant ex Lib. i. Reg. Cap. 15. versu 25. Cap. 26. Isaiae versu 12. Psalm. 101. num. 10. & in Lege gratie ex Cap. 2. Lucæ, versu 16. & Cap. 6. versu 8. ex D. Paullo 2. ad Corinth. Cap.

Cap. 6. versu 17. Ceterum hæc omnia sacrae paginae testimonia, eti probent vigilias particulares in propriis domibus, & cubiculis; non tamen suadent vigilias publicas in Ecclesiæ faciendo, convenientibus Fidelibus, ut tota nocte, vel majori ex parte pervigil in oratione, & canticis: earum vestigium apparet Cap. 6. Judith, versu 20. in illis verbis: *Convocatus est populus per totam noctem ad Ecclesiam.* Proprie igitur usus vigiliarum a primis Ecclesiæ seculis repetendus est. Cum enim illis temporibus ardor Fidei, & spiritus fervor corda Christianorum incenderent; non solum Clericos, sed etiam laicos utriusque sexus ad vigilias pariter surrexisse, & ferre per totam noctem Martyrum memoriam orationibus, vigiliis, & canticis celebrasse, & in eorum venerationem antelucano tempore, lectulo sperto, exsurgentibus, stationes in Ecclesiæ tenuisse, usque dum Corpus Domini, Sacrificio Missæ peracto, sumerent, id facile constat; siquidem de his vigiliis crebræ mentio extat in Cap. *Clericus*, Cap. *Eleutherius*, Cap. fin. 61. Dist. Cap. *De his*, 50. Dist. Cap. *Statuimus*, *De consecr.* Dist. 4. Cap. 1. C. *Conflium*, *De obser. jejun.* Concil. Salegunt. sub Benedict. VIII. C. 1. Senonesi Decret. 7. *De jejun.* Gregorio Nysseno, de Vita S. Macrina: *Cum nocturna vigiliatio, ut in Martyrum celebratæ, canendi Psalmos perfecta esset ad crepusculum, multitudo Psalmorum decantationem atque interpellabat; & Oratione 40. in Martyres, & cum pervigilium obiretur in horto, ubi etiam Sanctorum Reliquiæ honorabantur Psalmis ex D. Cypriano Tract. De oratione Domin. qui eas probat exemplo Anna Prophetæ, & Christi ex Nazianzeno Orat. 32. de Pasch. D. Hilario in Psalm. 118. D. Ambroso in eundem Psalm. & Serm. 60. & Epist. LXXXVII. & LXXXV. & Lib. 7. in Lucam Cap. 1. & de Abraham, Cap. ult. qui S. Doctor eas non sustulit, ut falso assertum Auctor Sermonum ad Fratres in eremo, qui perperam tribuuntur D. August. ut constat ex Lib. 9. *Confession.* ipsius C. 7. ubi refertur, S. Monicam Matrem ipsius Doctoris cum D. Ambroso Mediolani eas celebrasse. Ex Cassiodoro, Lib. 5. Tripart. Erat, inquit, jam nox, & aliqui populorum ad vigilias venerant, exspectabantur futura diei collectio. Chrysostomo Homil. 19. in Genes. Et iccirco Fideles, & jejunium intendunt, & vigilias, & pernoctationes sacras, & eleemosynas faciunt. Eas pie, & devote observarunt, & exemplo commendarunt Leo I. Serm. 1. 2. cum sequentibus, Gregor. Magn. ut patet ex Lib. 4. Epist. ipsius 12. S. Paulinus Natal. 7. S. Felicis. Ex illa modo nocte diem cadit annus in istam: *Noftis enim mores, ut jejunare solemus Ante diem, & sero libatis vespere Sacris. Quisque suas remeare domostuc ergo solutos Cœtibus a Templo Domini, postquam data fessis Corporibus requies, sumpta dape cœpimus hymnos,**

Exultare Deo, & Psalmis producere nocte. Et adhuc temporibus Sidonii vigilias in ufo fuisse, constat ex ejus Epist. xvi. Lib. 5. ubi agit de vigilias factis ad Sepulchrum S. Justi: *Conveneramus, ait, ad S. Justi Sepulchrum,*

*sed tibi infirmitas impedimento ne tunc adfessus: processio fuerat antelucana, silentia anniversaria, populus ingens seu ex utroque, quem capacissima Basilica non caperet, & quamlibet cuncta diffusis cryptæ porticibus: cultu peracto vigilarum, quas alterante multitudine, Monachi, Clerici, que Psalmodines concelebraverant; quisque in diversa secessimus, non procul tamen, ut pote ad tertiam praesto futuri, quum Sacerdotibus res Divina facienda. Aliorum Partium testimonia referunt, plura de his vigiliis addentes, Crespetius in Summa verbo, *Vigilia.* Francol. *De Horis Canoniceis*, Capite 2. Baronius anno LI. & D XC. & in *Martyrologio*, die 5. Januarii, Covarruvias Libro 4. Var. Cap. 19. Num. 10. Barbofa Lib. 2. *Furis Eccles.* Cap. 12. Num. 23. Landmeter Lib. 2. *De veteri Mon.* Cap. 181. Antonius Augustinus Lib. 21. Tit. 27. Vicecomes, *De ritibus Missæ*, Libro 1. Cap. 26. Kochier in *Face Hist.* Cent. 2. Cap. 75. cum duobus sequentibus. Pamelius in Notis ad Cypriani Epistolam xiiii. Georgius Ambianus ad Tertullianum, *De jejunio*, Cap. 10. Obser. 1. & 2. Dorleans in Notis ad Tacitum, Lib. 15 fol. 799. Valesius in Notis ad Marcellum, Lib. 14. fol. 10. D. Franciscus de Amaya in Lib. 2. Cap. *Ne Fiscus*, Lib. 10. J. Dart. *De pœnit.* Cap. 22. Vigiliae autem dividabantur in quatuor partes aequales, quæ communis nomine dicebantur vigilæ, ita ut quælibet pars per tres horas duraret; & prima pars, prima vigilia dicebatur, & sic deinceps. D. Hieronymus Epistola cxxxix. D. Isidorus Lib. 1. *De Eccles. Offic.* Cap. 19. quæ partitio vigilarum a militariibus excubiis originem, & nomen habuit; nam in militia Castrensi ita vigilias dividi contat ex Cicerone, Lib. 3. Epistola 7. Cæsare, Lib. 1. *De bello Gallico.* Vegetio, Lib. 3. *De re militari.* Cap. 8. ibi: *De singulis centuriis quaterni equites, & quaterni pedites, qui excubitus noctibus faciunt, eliguntur; quia impossibile videbatur in speculis per totam noctem vigilantes singulos permanere; ideo in partes ad clepsydram sunt divisæ vigilæ, ut non amplius, quam tribus horis nocturnis, necesse sit vigilare.* Licet enim Fideles ad vigilias in Ecclesiæ consisterent; non tamen omnes simul, sed secundum vigilias noctis, ut exponunt D. Thomas in Epistola 1. ad Corinthios, Cap. 14. Lect. 6. J. Beletus in *Explicat. Divin. Officior.* Cap. 20. Durandus eodem Tractatu, Lib. 5. Cap. 3. ultimæ autem vigilæ, ubi preces antelucanæ recitabantur, omnes adfessæ debebant, ut refert Francolinus supra Cap. 1.*

Etiæ sciendum est, eam fuisse erga cœmeteria veterum pietatem, ut statos illic conuentus haberent, & noctes aliquando integras decantandis Martyrum laudibus, Deoque in eorum memoriam adorando transigerent. Unde *Mysteria Sacramentorum*, & quæcumque sacrae functiones in eis celebrarentur. Clemens in *Constitut.* Lib. 6. Cap. ultimo: *Convenite in cœmeteria ad legendum sacros Libros, & psallendum Hymnos pro mortuis Martyribus, & Sanctis omnibus, qui sunt a seculo defuncti, ac pro fratribus*

vestris, qui in Domino mortui sunt; & Eucharistiam Deo acceptam, antitypon, id est, Sacramentum regalis corporis vestri, offerte in Ecclesiis vestris, & in cæmeteriis. Calcidorus Lib. 5. Tripart. Cap. 3. Populus jejunans est egressus ad cæmeterium orationis causa. Quare cum Imperatores noscerent, conventus Christianorum in cæmeteriis fieri, solennibus Edictis prohibuerunt, ne cæmeteria a Christianis adirentur. Pontius Paullinus in Actis Passionis Cypriani, de Valeriani Edicto contra Christianos loquens: *Fussum est, ut nulla conciliabula faciant, neque cæmeteria ingrediantur.* Eusebius Lib. 7. Hist. Cap. 10. scribit, inter cetera, ab Amiliano Prefecto Alexandriae interdictum fuisse Dionysio Episcopo, Fausto, Marcello, Chæremoni, ne cæmeteria ingredierentur. Sic enim habet sententia in eos prolatâ: *In hac Civitate non erit liberum vobis versari, sed eritis relegati in parte Libyæ, in locum videlicet, qui Cephro nuncupatur; neque usquam omnino, vel vobis, vel aliis quibusque potestas erit, aut celebrandi conventus, aut in ea, quæ appellantur, cæmeteria, ingrediendi.* Ita etiam Tertullianus erectam Christianis sepulchrorum libertatem queritur, sed ejus saevitiae ultorem Deum adfuisse, immissa nempe sterilitate: *Doleamus, inquit, neceſſe eſt, quod nulla Civitas impune latuta sit sanguinis nostri effusionem, ſicut ſub Hilario Præſide, cum de areis ſepulturarum acclamarent. Area non ſint, areæ eorum non fuerunt, mæſſes enim ſuas non egerunt.* Ubi alludit Tertullianus ad nomen areae, quod & locum, ubi teruntur frumenta, fruges verberantur, & ſepulchra etiam Christianorum, significat; cæmeteria enim dicuntur areae, tumiba, catacombe, cryptæ, arenariae &c. Notarunt Spondanus, *De cæmeteriis*, Lib. 1. Part. 3. Capite 13. Juſtellus in Notis ad Canones Eccles. universi. fol. 200. Le-mailtre, *De bonis Ecclesiis*. Lib. 1. Cap. 15.

His ita prælibatis, insurgit præsentis Canonis difficultas, cuius sententia aperto Marte opponitur D. Hieronymus aduersus Vigilantium, Cap. 4. in illis verbis: *Error autem juvenerum, & vilissimarum mulierum non eſt Religiosis hominibus imputandus; quia & in vigiliis Pascha tale quid fieri plerumque convincitur. & tamen paucorum culpa non præjudicat Religioni, quia & abſque vigiliis poſſunt errare, vel in suis, vel in alienis domibus. Apostolorum fidem fudæ proditio non deſtruxit, & noſtras ergo vigilias malæ aliorum vigiliæ non deſtrunnt.* Et licet in Canone v. Concilii Altisiodosiani prohibeantur vigiliæ in honorem D. Martini, quia cum choreis, & commensationibus fiebant, ut exponit Mendoza hic, & nos infra dicimus; non tamen in eodem Concilio vigiliæ absolute damnantur, immo etiam indicuntur in Canone 111. & xi. ejusdem Concilii. Igitur non recte Patres Hispaniabsolute inhibent feminis in cæmeteriis pervigilare.

Hujus Canonis sententia facile percipiatur, si obſervetur, Patres non prohibere, feminas pervigilare in Ecclesiis, sed in co-

meteriis, in quibus facile latenter scelera inhoneita committebantur; cæmeteria enim erant ſubterranea, & valde obſcura, ut conſtat ex iconibus exaratis ab Antonio Bosio, Tomo 2. *Roma ſubterraneæ*, per totum; ideo cum propter loci opportunitatem latenter scelera cum feminis perpetrarentur, ut ex Divo Hieronymo relato a Mendoza conſtat, ideo Patres vetuerunt, feminas in cæmeteriis pervigilare, rationem reddentes, quia ſaep sub obtentu orationis scelera latenter committebantur, quo etiam ſpectat admonitio Chrysostomi Lib. 3. de Sacerdotio, *Virginibus interdici debere pompas funebres, & publica pervigilia; quoniam novit ingeniosissimus diabolus per bona opera ſuum viruſ diffidere.* Unde Ecclesia ſequentibus ſaculis honeſtatis cauſa in totum ſuſtulit vigilias, jejuniis institutis, ac ſubrogatis, quæ Sanctorum vigilias appellamus, antiquarum vigiliarum nomine tantum retento; quod teltatur Baptista Mantuanus in Febr. ſequentibus verbis:

Id quoque, nam ſcitu locus eſt dignissimus, addam,

Quod noſtri in tēpli ſatavi vigilarē ſolebant, Excubiasque pati, ſolennia mane ſequenti Fefia recepturi, morem nova ſuſtulit atas, Nā quia noſ ſceleri ſoler eſſe occatio, & illud Observant, qui furta volunt committere, tempus;

Jejunare diem viſum eſt ſapientius illam,

Qua prait, & claſeo noctem dormire cubili.

Docuerunt Onuphrius, Spondanus, & alii apud Barbosam, Lib. 3. Vot. 103. Num. 40. Quæ interpretatio lepide probatur, & illuſtratur ex uſu, & Legibus Romanorum, apud quos vigiliæ etiam, & nocturna Sacrificia in uſu fuerunt. Dionysius Lib. 2. Heraclitus Epitola 11. ad Ennodiorum; ſed cum feminæ plerumque in eis vitiarentur, teltantibus Gelio Lib. 2. Not. Cap. 23. ibi: *Filia hominis pauperis in pervigilio vitiata eſt.* Plauto in Prol. Aulular. ibi: *Qui illam ſupravit noſtu, Cereris pervigiliis; & in Circuſ. Veneti pervigilare noviſti;* prohibita fuerunt hujusmodi nocturna Sacrificia Lege duodecim Tabul. his verbis concepta: *Nocturna mulierum Sacrificia ne ſanto.* Ubi Dion. Gothofred. lit. P. ex Dione interpretatur, id est nocturnas vigilias; nec hæc Sacrificia nocturna feminarum reſtituit Magnentius Tyrannus in Lege 5. Cod. Theodos. *De Paganis*; ſed alia Sacrificia Paganorum, quæ a Magis noctu fiebant, ut quem incanta rent, interficerent, vel obnecferent; quæ jam S. C. ad Legem Corneliam, *De ſcaris*, facta, prohibita erant. Paullus Lib. 5. Sentent. Tit. 23. *Qui ſacra impia, nocturnave, ut aliquem obcantarent, vel defigerent, fecerint, faciendave curaverint, aut cruci ſuffigantur, aut beſtias obſciantur.* L. ex S. C. ff. ad L. Cornel. *De ſcaris*. De his Sacrificiis nocturnis agunt Imperatores in Leg. 7. Cod. Theodosiani, *De Paganis* in illis verbis: *Si qui vitiis Sacrificiis diurnis, nocturnisque, vel ut vefanis, ac ſacrilegus, infertorum consultor.* (Sic legendum eſt, non consultorum, ut in exculis) &c. L. 7. C. *De maleſ. & Matem.* *Ne quis deinceps nocturnis temporis*

poribus, aut nefarias preces, aut magicos apparatus, aut Sacrificia funesta celebrare conetur, delitum, atque convicium competenti animadverſione maſtare, perenni auſtoritate censenus. Plinius Lib. 2. *Natural. Historiæ*, Cap. 28. *Dicas precatioſes, & ſceleratas preces.* Tacitus Lib. 2. *Annalium: Carmina, & devotiones, aliaque maleſicia, quibus creditur, animas manibus infernis ſacrari.* Quæ Sacrificia cum jam prohibita eſt, Magnentius, qui ſimulate potius, quam vere Religionem Christianam colebat, ſimul ac liberas naſtus eſt habenas Imperii, proſcripta hæc Sacrificia reſtituit, ut refuerunt Baroniū anno cccl. Merillus Libro ſecondo Cap. 4. qui recte de funefis Sacrificiis, id est, Miffis defunctorum pro vivis dicitis, ut ipſi e vita diſcedant, accepit Concilium Toletanum XVII. Canone v. *Sacerdotes Miffam pro requie defunctorum promulgatam fallaci vo- to pro vivis ſtudent celebrare; non ob aliud, niſi ut iſ, pro quo id ipsum offertur Sacrificium, ipſius ſacrosancto libaminiſ interveni- tu, mortis incurrat periculum; & quod cu- ſtis datum eſt in ſalatis remedium, illi hoc perverſi inſtitu quibusdam eſſe expetunt in interitum.*

Etiam huic pio, religioſoque vigiliarum uſui opponi ſolet Textus in Can. v. Concilii Altisiodosiani in illis verbis: *Omnino, & in- ter ſupradictas conditiones, vigilias, quas in honorem Domini obſervant, omnibus prohibebus.* Sed reſtituto Martini nomine, quod vetuſtioribus in Codicibus reperitur, conſtat, in eo Canone non prohiberi vigilias in honorem Domini noſtri, quas obſervare jubent Patres ipſius Concilii in Canone xi. ſed tantum prohiberi vigilias Domini Martini. In Vespero enim illius Feltivitatis Fideles Galliæ cho- reis obſcenis, & commiſſationibus turpibus potius, quam religioſis Feltum celebraentes, ebrietatisque tradebantur, juveneſque, cum feminis turpiter colloquebantur, qui abuſus habuit ex pietate originem; contigit enim quandoque apud ſepulchrum S. Martini Turonensis Episcopi, viuin in vase quodam poſitum mirum in modum augeri, injecta unica gutta collecta ex ſepulchro ipſo; quo miraculo late vulgato, factum videtur, ut nomen S. Martini ſuper viuin invocaretur, eoque modo benedictum, ad invicem in honorem ipſius Sancti propinatum potaretur. Unde quod tunc pietas docuit, uſus pravus labefactavit, ut ſic non ex viño miracula, ſed ex luxu ebrietates provenient; referunt Gregorius Turonensis Lib. 5. *Hift. Francor.* Capite 21. Baroniū anno dlxxx. Unde in dicto Canone v. non abſolute vigiliæ improbantur, ſed illæ tantum, quæ ex abuſu introductæ erant in honorem Domini Martini, ita ob ejus magnam venerationem per universam Galliam appellati; quam interpretationem probarunt Yepes Tom. 4. *Cron. D. Benediti*, anno Christi ccxx. Cap. 2. Basilius Legion. Q. 2. *Scholast.* Cap. 2. in expoſitione ipſius Canonis. Landmeter Lib. 2. *De veteri Monacho*, Cap. 61. Narbon. in *Hærograph. Hor. 11. Num. 16.*

Tandem opponit, & exponit Mendoza Canonem 111. ipſius Concilii Altisiodosiani

icon

scon. 11. sub Pelagio 11. Can. x. Aquisgran. 1. sub Stephano v. Can. lxxxiv. Vvormac. Can. lxxv. Metensi sub Arnulpho Can. v. Unde ut hunc errorem a Græcis acceptum conveniendi intra domos proprias ad vota persolventa, & vigilias Sanctorum peragendas evelerent PP. statuerunt, non licere compensas, nec vigilias Sanctorum in domibus facere; sed quicunque votum habuerit, in Ecclesia vigile, & ibi votum exsolvat. In hac igitur prima parte Canonis non prohibetur aliqua species idolatriæ, ut Basilius ubi supra vollebat, accipiens prædicta verba de conventibus, & vigilias intra domum proprium factis in obsequium, & venerationem idolorum; ex prelè enim agunt PP. de vigilis SS. & de compensis, que in Ecclesia solvi, & reddi poterant: igitur nulla in his casibus aderat idolatriæ suspicio, sed tantum contemptus Ecclesiæ. Siquidem illis derelictis, intra domum propriam vigilias Sanctorum tenebant, votaque exsolvebant.

Succedunt illa verba: *Nec inter fentes, aut arbores sacrivas, vel ad fontes vota extollerere.* Quæ non solum redolent prisca[m] Gentilium superstitionem, verum & antiquam Gallorum Religionem, idolatriamque exprimunt. Solebant enim arbores sublimi fastigio in Cælum evectas, quasi venerandas Divinas Majestatis imagines, sacris honoribus colere. Solebant etiam tres candelas ad arbores, seu ad fontes succendere, quo facto, se Numinis gratiam, ac favorem emereri arbitrabantur, ubi etiam vota sua exsolvebant. Concil. Agath. Can. vi. ibi: *Perserutandum est, si aliquis vota ad arbores, vel ad fontes, vel ad lapides quodam, quasi ad altaria faciat, aut ibi candelam, seu quodlibet munus deferat, veluti ibi quoddam numen sit, quod bonum, aut malum possit inferre.* Arelat. 11. Can. 111. *Si in alicuius Episcopi territorio infidelis, aut faculas accenderit, aut arbores, fontes, saxe veneretur, si hæc eruere neglexerit, sacrilegi se esse ream agnoscat.*

Concil. Bracar. 11. Can. xxii. Nannet. sub Formoso Can. xx. cuius verba refert Ivo Carnot. P. 2. *Decret.* Cap. 38. *Summo studio certare debent Episcopi, & eorum Ministri, ut arbores & demonibus consecrata, quas vulgas colit, & in tanta veneratione habet, ut nec ramum, vel surculum inde audeat amputare; radicitus excindantur, atque comburantur: lapides quoque, quos in ruinosis locis, & sylvestribus, & demonum ludificatoribus decepti venerantur, ubi & vota vovent, & deferunt, funditus effodianter, atque in tali loco proficiantur, ubi nunquam a cultoribus suis venerari (alias inveneri) possint.* In Capitularibus Caroli Lib. 1. Tit. 6. ita cavetur: *Item de arboribus, vel petris, vel fontibus, ubi aliqui stulti luminaria, & alias observationes faciunt.* Et Lib. 7. Capitul. 236. *Aut arbores, aut fontes, aut saxe venerantur.* Et in Legibus Longob. Lib. 2. Tit. 38. legitur: *simili modo ad arbores, quam rusticæ sanguineum vocant, atque ad fontanas adoraverint.* Ubi Lindembrogius legit *sacrivum*, ut in dicto Can. 111. Concilii Altisiodor. Et Gallos magnopere detitos fuisse huic locorum cultui, constat ex

Cæsare Lib. 6. *De bella Gallic.* Cap. 5. quod Græcos etiam, præcipue in Antiocheni Provincia, ubi erat celebris locus Damnenis. eandem superstitionem invaluisse, conitat ex Concilio Carthag. v. Canone ult. ibi: *Placuit, ab Imperatoribus gloriissimis peti, at reliqua gentilium non solum in simulacris, sed in quibuscumque locis, vel lucis, vel arboribus omnino deleantur.* D. August. Serm. 242. de tempore: *Quicumque in agro suo, aut in villa, aut juxta villam aliquas arbores, aut aras, vel qualibet Fana habuerit, ubi miseri homines soleant aliqua vota reddere.* De Germanis idem refert Tacitus, *De moribus German.* *Lucos, ac nemora consecrant, Deorumque nominibus appellant secretum illud, quod si la reverentia vident.* Et Lib. 14. Annal. *Luci sevis superstitionibus sacri, Appuleius Apol.* Lib. 1. *Nullum in villa ejus Delubrum, nullus totus, aut lucus consecratus.* Tanta enim superstitione praesertim Athenienses lucos colebant, ut si quis vel parvam ilicem excidisset, ultimo supplicio damnaretur. Lege xii. Tabularum ita cavebatur de lucis: *Constructa a parentibus Delubra habento. Lucos in agris habento.* Et nulla alia ratione, quam propter locorum religionem, excisionem arborum ex luce Damneni prohibuerunt Imperatores in L. 1. C. *De cupre. ex luce.* Lib. 11. de quo accipiunt text. in L. Id quod 7, ff. *De pericul. & commod. Forcatul. in Necromant.* Dial. 1. num. 7. Plura de lucis, & eorum superstitionis veneratio congerunt Gerda ad Virgilium, Lib. 3. *Aeneidos*, ibi:

Auri sacra fames.

Gutherus Lib. 3. *De jure Pontif.* Cap. 1. Cujac. Lib. 2. *Observat.* Cap. 13. Dempsterus ad Rosinum Lib. 1. *Antiquitat. Roman.* *De Balneo Daphnidis*, fol. 41. & Covar. Lib. 4. *Variar.* Cap. 7. & *De veter. num. collat.* Cap. 4. num. 3. Gregor. Lib. 37. *Syntagma.* Cap. 6. num. 12. & Lib. 3. Cap. 20. Brilon. verbo *Daphnes*. Cæsar Costa, *Vur. jur. ambig.* Lib. 1. Cap. 5. Rendella, *De pascuis*, Cap. 1. Isaacus Caſaubon. in Not. ad Capitolin. pagina 140. num. 16. versu, *In deliciis.* Stuchius Lib. 1. *Antiq. convival.* Cap. 1. Salecedo ad Leges novas recopil. in L. 34. Tit 7. Lib. 1. recopil. anno LXXI. Solorzano, *De jure Indiarum* Lib. 2. Cap. 4. nu. 79. qui alios de more congregit. P. Fab. Lib. 3. *Semeſtr.* Cap. 4. F. Hieronymus Roman in *Repub. Gentil.* Lib. 9. Cap. 20. Guido Panciroli. Lib. 2. *Theſ. var.* Cap. 258. Cujac. in Lege 1. versu, *Duodecima*. ff. *De jure fisci*, Anton. Nebris. in *Quinquæ* 3. Cap. 14. iterum Dempster ad Rosin. Lib. 1. *Antiquit.* ad Cap. 13. Panciroli. in *Noit.* *Imper. Or.* Cap. 5. & 53. & 54. & Cap. 104. Pineda in *Monarch. Eccles.* 1. P. Cap. 27. §. 2. Faber Lib. 3. *Sem.* Cap. 1. Stracca Tract. *De mercatur.* Cap. 4. num. 42. P. Surdus deſcif. 52. num. 5. Francisc. Bencius Consil. 59. num. 28. Francisc. Quaresmarius in *Elucidat.* terræ ſanctæ Lib. 7. Cap. 10. & Christianus Adricomius in *Theatro terre Sanctæ*, in *Nephthalim* num. 39. & 80. Rutgerus Lib. 3. *Advers.* Cap. 2. Narbona in *Horograph.* hora 11. num. 18. Lemaistre ubi supra, Dorleans ad fol. 50. Basil. Legion. in d. Can. 111. Culmus & ca-

& calamis extant apud D. Didacum Descals & Salcedo Urbi[n]e nostræ Salmatiæ Pro-Pietatem, in Comment. ad d. L. 1. Cod. *De cupre.* quem paganisnum, & superstitionum ritum. ut evellerent PP. in dicto Can. 111. prohibuerunt, ne inter fentes, aut arbores sacrivas votum faciat, non vero ad Fana, vel ad petras, ut ait Eligius Noviomensis apud S. August. Tom. 9. Tract. 20. ibi: *Nulus ad Fana, vel ad petras, vel ad arbores, aut ad ocellos, vel per trina luminaria votum faciat, vel votum reddere presumat.*

Inhibit tandem PP. *Nec subtilia, aut pede, aut hominem linea fieri penitus presumat.* Quæ verba valde difficulta sunt; sed ne difficultati succumbere videar, adducam ea, quæ circa ejus expositionem aliqui dixerunt. In his ergo verbis PP. vanos ritus Gallorum increpant, qui in biyiis, ac compitis hominum membra, pedeſive ex lino plicati q[ui]onflatos colloquunt; & putabant, hoc patto morbos, & ægritudines, quibus angabantur, felicissime perfanari; id vero liquet ex eodem Noviomensi: *Nulli, inquit, creatura, præter Deum, & Sanctos ejus, venerationem exhibeat;* fentes, vel arbores, quas sacrivas vocant, succidite; plantas, sive angulas pedum, quas per biyiia ponunt fieri vetate, & ubi inveneritis, igni cremate; per nullam aliam artem vos salvare credatis, nisi per invocationem, & Crucem Christi. Docet Le-maistre dicto Cap. 13. licet altera verba illa exponat Basilius in dicta Quest. 2. *Scholaſt.* pag. 125. qui docte obseruat, Canonem illum corruptum esse, & hoc modo emendandum: *Ne subtilia pedum, aut hominum linea, uel homine lanceo fieri penitus presumat.* Nam apud veteres nemo ignorat, pedum omnia fuſſe, si cum ad res novas quis pararetur, pedem offendit, ut de Tiberio Graccho refert Valer. Lib. 1. Cap. 4. Unde Tibullus Lib. 1. Eleg. 3.

Hoc quoties ingressus iter mihi tristia dixit. *Offensum in porta signa dedisse pedem.* Ovid. in Epist. Laodam. ad Proteſt. *Hunc, fateor, volui revocare, animusque feret;*

Subſtitit auspicio lingua timore mali. *Cum foribus velles ad Trojā exire paternis,* Pes tunc offendo limine signa dedit.

Veſidi ingemui. Quam superstitionem damnavit D. Augustinus relatus a Gratiano in Cap. Illud, 26. Quest. 6. Linea quoque ominosa fuſſe, testatur Alex. ab Alex. Lib. 4. *Dier. genial.* C. 9. p. 558. & laneis effigiebus in divinatione veteres uti solitos, probatur ex Horatio Satyra VIII.

Lanea, & effigies eraꝝ altera cerea. Et ut totum uno loco probemus, tam superstitionem circa fontes, quam circa linteas, audiamus Greg. Turon. *De glor. Confess.* Cap. 2. dum de miraculis S. Hilarii agens, ait: *Mons erat in Gabalitano territorio cognomento Elanus, lacum habens magnum, ad quem certo tempore multitudo rusticorum, quasi libamina lacui illi exhibens, linteamina projiciebant, ac pannos, qui ad usum vestimenti virilis præbentur; nonnulli lanea vellera, plurimi etiam formas casei, ac cereæ, vel panis, diversaque species, uniuersitatem.* P p qnif.

quisque junta vires suas, quæ dinumerare per longum puto. Veniebant autem cum planis, potum, cibumque deferentes, matantes animalia, & per triduum epulantes. Quaranta autem die, cum discedere deberent, anticipabat eos tempestas cum tonitruo, & coruscatione valida, & in tantum imber ingens cum lapidum violentia descendebat, usque se quisquam eorum putaret evadere. Sic fiebat per singulos annos, & involvebatur insipiens populus in errore. Ex quibus omnibus apparet, in ultima parte ipsius Canonis agi de superstitione apud Gallos recepta, & exitirpanda. GONZALEZ.

Vigilæ, & pernoctationes in Ecclesiis, & cœmteriis Martyrum, sanctæ sunt ex suis natura, & institutione, ac proinde primis saeculis Ecclesiæ in usu fuerunt. Et licet Christiani, plerumque saltem illas secreto celebrandas curarent, ad vitandam immanem persecutionem Gentilium, ab his saepè detestæ fuerunt. Quo spectat, inter alia plura, illud Plinii Epist. ad Trajanum de Christianis: *Quod soliti essent statu die ante lucem convenire, carmenque Christi quasi Deo dicere. Ac feminas quoque iis vigiliis adesse, solitas, colligitur palam ex Tertulliano, Lib. Ad uxorem, Cap. 4. ubi miserum statum Chrillianæ feminæ nubentis viro Gentili describens, inquit de hoc: Quis nocturnis convocationibus, si ita oportuerit, a latere suo abscedere conjugem suam, libenter feret? Quæ certe consideratio nullum haberet locum, nisi & feminæ Tertulliani ævo noctu ad vigilias noctis celebrandas concurrerent.*

Quin & inclinante eodem saeculo quarto, quo celebratum fuit Concilium istud, in toto fere Oriente, aut saltem magna illius parte, moris erat, ut populus (confusus ex viris, & feminis) noctu Ecclesiæ adiret orationis, & psalmodiæ causa. Id testatur SAN-

C A N O N XXXVII.

Ne picturæ in Ecclesia fiant.

Placuit, picturas in Ecclesia esse non debere, ne quod colitur, * & adoratur, in parietibus depingatur.

Burchardus Libro 3. *Decretorum*, Cap. 35. iisdem verbis Canonem, & Ivo, Parte 3. *Decretorum*, Cap. 40. & in *Panormia*, Lib. 2. Cap. 55. quibus consentiunt vetusti Codices mss. juxta quos vulgata lectio Surii, & Carranzae emendanda est, quæ pro *Et*, aut, habet.

C A P U T Q U I N T U M .

Imaginiæ sacraæ ab Apostolorum temporibus fuisse in Ecclesia; & cur eas pingi hoc Canone interdictum fit.

*C*UM multæ res in hoc Concilio non satis adhuc explicatae sint; tum perdifficilis est, Clemens Sanctissime, & perobscura quæstio de sanctarum Imaginum picturi; quæ & ad perniciosos hæreticorum errores confutando utilis est, & ad colendam Divinæ Religionis sanctitatem necessaria. Has autem cum Hispani Patres hic e Christianorum Tempis suffulisse videantur, ut contendunt Calvinus^a, & Balthasar Hiemayrus^b; nec Calvinus solum, & hæretici alii, sed, quod magis miremur, Catholici plures, acres nimis, & acerbi hujus Concilii censores, asseverantes, Canonem ut falso confictum, & gravissimi erroris labe contaminatum, a Concilio expungendum, vel Patres Canonis Auctores, turpiori igno-

ignorantia, & impictatis crimine damnados. Veniam sane illi dabunt, si quam ipsi ab Hispanis Patribus, candem & nos ab ipsis vicissim dissentendi libertatem aucupantes, Conciliis ^{Vienne} ^{bus;} libro auditoriatem, Canonis doctrinam, doctrinæ religionem, cum religiosorum Episcoporum versus imaginem conjunctam, non modo ab objecta calumnia vindicemus, sed eandem cum Sanctorum nos refert Sixtus Patrum sententiæ, cum Summorum Pontificum Constitutionibus, cum præclaro, & publico Lib. 5. Bibliot. totius Christianæ Religionis consensu mirifice convenire adiutoriamus. Ea fuit olim Gentium, Sanctæ annotatione CCLXVIII. de Divina Natura, aut vana Religio, aut Itulta ignoratio, ut Deum ipsum, vel Deos, quorum consilio, mente, atque ratione universam Mundi machinam regi, & administrari censebant, naturalibus humanorum corporum, & membrorum lineamentis formarent. Arnobius^a a Lib. 4. ad. At vero vos Deos parum est formarum, quod amplectimur, mensione, filo etiam determinatis humanis; & quod indignus malo est, terrenorum corporum circumcisura finitis. Quod ergo dicimus, caput Deos gestare, tereti rotunditate collectum. Nec humanae tantum formæ similitudine eorum naturam representabant; sed, quod ineptius est, leonum, canum, caprarum, arietum, hyrcorum, serpentum etiam nonnunquam, & alium formam exprimentes. Tertullianus b: Sed illi debebant adorare statim biserrime Numen, quia & canino, & leonino capite commisso, & de capro, & de ariete cornutus, & a lambis hyrcos, & a cruribus serpentes, & planta, vel tergo aliæ Deos receperunt. Minucius Felix c: Item boum capita, & capita vervecum, & immolatis, & colitis. De capra etiam, & bovine mistos Deos, & leonum, & canum vultu Deus dedicatis. Nonne & Apim bovem cum Egyptiis adoratis? Nec Deos suos hominum, & animalium, vel alium figura solum depingebant; sed, quo absurdius nihil vel fingi, vel excogitari potest, rudem palum, & informe lignum, ut Deos venerabantur. Ita Tertullianus d: Eratamen quanto distinguitur a crucis stipite Pallas Attica? & Ceres Pharia, quæ sine effigie, rudi polo, & informi ligno prostat? Palladem enim, sive Minervam, & Cererem, inter duodecim rusticorum Deos numerat Varro e, quorum simulacra solebant sine effigie in sude quapiam, aut informi ligno, rufifica. cum in domorum limitibus, tum in agris erigere, & ut Deos adorare; quod Lucanus f signi- f Lib. 3. scisse videtur, dum scripsit:

Simulacra que maesta Deorum.

Arte caret, casisque existant informia truncis.

Ne ergo vesano hoc ethnicorum errore putarent, vel ipse Gentes, vel Catholici simpliciores, Deum nostrum verum, æternum, & invisibilem, ut quid corporeum, Idolorum stulta imitatione pingi debere, aut posse; ideo Imagines invisibilis Dei in Ecclesiis pingi, Hispani Episcopi interdixerunt; de his enim intellectu Concilium, qui rationem ab eo redditam legerit perattente, profecto non inficiabitur: Ne, inquit, quod colitur, & adoratur, in parietibus depingatur. A lorationis enim nomen non distinetur, pro dulice cultu, ut 1. Regum 28. Greci vocant, sæpe in Scriptura usurpari. Sic Balaam pronus in terra adorabile Angelum, 3. Regum 18. legitur. Ioseph etiam Angelum, Saul animam Samuelis, Abdias Heliam, & sic alias. Sed iibid. 1. Att. 13. ad latræ cultum, qui soli Deo debet, illud frequenter referri, ex alii Sacra Scriptura 1. Att. 13. locis comprobaverim. Primo enim narratur, Mardochæum Aman genuflectere noluisse; 3. Attor. Cap. & rursus, ad Deum idem Mardochæus ait: Scis, quia non superbia, & contumelia, & 4. Apoc. 9. aliqua gloria cupiditate feceris hoc, ut non adorarem Aman superbissimum [libenter enim pro salute Israel vestigia pedum ejus deosculari paratus essem] sed timui, ne boorem Dei h. Epiph. 53. ad mei transferrem ad dominem, & ne quemquam adrem, excepto Deo meo. Cum Cornelius Riparium. etiam adoraret Petrum: Surge, inquit. & ego ipse homo sum. Et polite Paulus, & Bar. i. De vita, & nabas a Lycenibus adorari recusarunt. Angelus Domini Joanni ipsum adorans dixit: Vide Cap. 55. & Lib. ne feceris; conservus enim tuus sum, & fratum tuorum; Deum adora. In qua significatio contra Fanum Cap. 20. contra Fanum Manichæum Cap. 21. non adorandum docent Ecclesiæ Doctores, Justinus & Martyr, Hieronymus h., Augustinus i, Fulgentius k, Gregorius l, Thrasius m gravissimus Patriarcha Constantinus Cap. 21. flantinopolitanus: Si vero sapius, ait, in Scriptura, & elegantibus nostris Patribus adorationem quis dixerit, pro cultu, sive latria, qua in spiritu fit, sumi, non negamus. &c. 1 Epiph. a. 1. Se. In hac adoracionis acceptione docuerunt, nec homines, nec Angelos esse adorandos, Diogenes, Massien. v. Athanasiusⁿ, Ambrosius^o, Augustinus p, & Leo q Papa I. Sic D. Epiphanius r. Beatam Epiph. que ex Virginem non esse adorandum aserit, & Ambrosius: Ac ne quis (aut loquens de adoratione dicit. 4. Ep. 9. Spiritus Sancti) derivet ad Virginem Mariam, erat Templum Dei, non Deus Templi, & 4. Epiph. ad ideo ille solus adorandus, qui operabatur in Templo. Jonas etiam Aurelianensis cum de Constant. & I. cultu ageret Imaginum adversus Claudium Taurinensem: Virginem, quæ peperit Christum, PII. Synodo non adoramus, sed Sanctam Dei Genitricem congruo bonore veneramus. Non immerito Aet. 7. quippe: quoniam per eam Autorem vitæ suscipere meruimus, & pro eo quod eadem San. a. Serm. 3. con- tra Arian. Æta, & intemperata Virgo Maria, quæ utique nobis Deum, & hominem edidit, Dominum o. L. 3. de S. videlicet Jesum a cunctis Fidelibus, pio colitur amore, & debito veneratur honore. Quinto ritu Sancto. immo eodem sensu Damascenus Humavitatem Christi, si cogitatione a Verbo separatur, essa 12. inadorabilem tradit, & Concilium Antiochenum in Confessione Fidei, quæ exstat in Con. p. Cap. 1. Ep. cilio Ephesino, ait: Tum rursus adorabilem, etiam cum corpore, sed non secundum cor. q. Serm. 2. de pus adorabilem. Item Augustinus v: Ego Dominicam Carnem, ait, immo perfectam in Chri. Aet. 79. s. Humanitatem propterea adoro, quod a Divinitate suscepta, atque Deitati unita est; de. L. 3. de S. nique si hominem separaveris a Deo, ut Photinus, vel Paulus Samosatenus, illi ego nun. L. 3. de cultu Imaginum, con- quam credo, nec servio, velut si quis veſtrum, aut purparum, aut diadema regale jacens in Claudi. Tua. inveniat, nunquam conabitur ea adorare; cum vero ea Rex fuerit induitus, periculum risca. mortis incurret, si ea simul cum Rege adorare quis contempserit. Quare cum Constantinus t. Tom. 6. Constantius Episcopus hæreticū abjurasset, quam contra Imagines sequutus fuerat in plesio u. Serm. 3. de verb. Dom. Tom. II.

a. lib. 9. indit.
4. Ep. 9.

quadam Synodo, postea in Nicæna II. Actione 111. hanc loquendi formulam usurpavit: *Suscipio, & complector venerandas Imagines; adorationem autem, quæ fit secundum latriam, hoc est, Dei culturam, tantummodo Trinitati conservo. Quod etiam docuit Divus Gregorius^a ad Serenum Massiliensem Episcopum: Et si quis Imagines facere voluerit, minime prohibe; adorare vero Imagines, omnibus modis devita. Sed hoc felicite Fraternitas tua admonuit, ut ex visione rei gestæ ardorem compunctionis percipient; & in adoracione Omnipotentis Sanctæ Trinitatis humiliiter prosternantur.*

b. Lib. 1. De
Civ. Dei, C. 1.

Quod si verbum adorare, apud Santos Patres pro cultu latræ frequentius accipitur, multo magis eandem latræ adorationem, verbum *coli*, quod in hoc Canone cum altero adorari, conjungitur, significabit; ut Augustinus^b docet. *Latria vero (ait) secundum consuetudinem, qua loquuntur sunt qui nobis divina eloqua considerunt, aut semper, aut tam frequenter, aut pene semper dicitur ea servitus, que pertinent ad colendum Deum. Proinde si tantummodo cultus ipse dicatur, non soli Deo debet videtur; dicimus enim etiam colere homines, quos honorifica, vel recordatione, vel presentia frequentamus. Nec solamea, quibus nos religiosa humilitate subjicimur, sed quædam etiam, quæ subjecta sunt nobis, colit perhibentur. Nam ex hoc verbo agricola, & coloni, & incola vocantur: & ipsos Deus non ob aliud appellant Calicos, nisi quod Calum colant; non utique venerando, sed inhabitando, tanquam Cali quosdam colonos; non sicut appellantur coloni, qui conditionem debent genitali solo propter agriculturam, sub dominio possessorum: sed sicut ait quidam Latinus eloqui magnus Author:*

Vrbs antiqua fuit, Tyri tenuere coloni.

c. Lib. Quod
idola non sunt
dii, Cap. 2.

d. Epist. ad Gaios
7. Synod. A.D.
7. Deuteronom. 6.

e. In ead. Epist.

Ab incolendo enim colonos vocavit, non ab agricultura. Hinc & Civitates a majoribus Civitatibus, velut populorum examinibus conditæ, Colonia nuncupantur: ac per hoc cultum quidem non deberi nisi Deo propria quadam notione verius omnino verissimum est. Id etiam docet Divus Cyprianus c, & Tharasius d in Epistola ad Constantinum, & Irenæus, interpretans in hunc sensum locum illum Deuteronomi vi. Hinc Divina (ait) Scriptura dicens: Deum tuum adorabis, & nisi soli cultum exhibebis. Adorabis absolute ponit, neque adjicit soli: ut significetur vox diversæ notionis, & equivoca; cultum autem exhibebis, sive servies fili, dixit. Quam ob causam latriam unius Deo tribuimus, atque ad illum referimus. Hac Tharasius. Quod si colere verbum, seu inservire (idem enim utrumque significat) ut in eadem Synodo Nicæna Tharasius^e explicavit, ad solam Divinitatem referri debet, & solet, ut Tharasius approbatus Synodo Generali Nicæna affleverat; probabile est, Concilio nostro Imagines, quæ coli, & adorari debent, interdicente, folias Dei Imagines prohiberi: quod liquidum videtur ostendere Canonis, & verborum ipsius contextus. Cum enim prius materiam constitutionis exprimeret, picturas multitudinis voce, sive pluralis numeri usu prohibuit: cum vero formam constitutionis exposuit, decernens, quorum, aut cuius picturæ vetarentur, brevioribus singularis numeri eam finibus circumscriptis: Ne (inquit) quad colitur, & adoratur, in parietibus depingatur. Aliter enim si Martyrum, & Confessorum Imagines interdicerentur, quorsum tam generali præcepto, tam brevem strictam rationem addidisset?

f. Id refert Bre
viarium anti
quam Eboren
se.

g. Lib. 5. Hist.
Eccl. Cap. 6.

h. In Apol. C.
16. ad finem.

Confirmat hanc interpretationem, quod sevissimis his temporibus, de Sanctorum Imaginibus nec cogitarint Episcopi; non quod putarent, eum honoris, & Religionis cultum Sanctis, & Electis Dei deferendum non esse; sciebant quippe, se non studiose solum, sed pie, religiose, sancte eos colere, & auguste venerari debere, ut venerabantur continuo, non interior tantum, sed exteriori, & publico cultu, dum gravantis persecutionis aberat periculum. De quo præclarum exemplum præbuit Sabinus f Episcopus Hispalensis, qui huic Concilio interfuit, dum paulo post hujus Concilii exitum, egregiam nayavit operam, ut Juila & Ruffina Martyrum Corpora, & Reliquiae partim ex putco, partim ex Amphiteatro Hispalensi colligerentur, & honorifice sepelirentur, custodirenturque: a quo par non est, ut credamus, corundem Martyrum, & aliorum Cælitum Imagines irreverenter tractari, prohiberique: sed abstinebant (ut dixi) ad tempus, ne picturas Sanctorum hominum, quos aliquando agnoverissent, contemptui Gentes haberent, reputantes Religionum esse ludibria; vel sibi falso persuaderent, illos a nostris, ut veros Deos latræ veneratione coli. Eusebius g enim recenset, quod cum tempore Diocletiani gravissima in Christianos exerceretur persecutio, Pagani Martyrum Reliquias prosciebant in mare, dicentes: *Ne forte Dii efficiantur Christianorum; & illi qui Deos adorare volunt, servos nostros incipiunt adorare.* Ex quo duo plane consequuntur; alterum, Sanctorum tunc, & Electos Dei a Christianis coli receptum; alterum, ne in sanctas Martyrum Reliquias impii defevirent, non minori Religionis, quam prudentias laude, inter eosdem Christianos conveniente, ut in locis publicis (cujusmodi erant Ecclesiae) non solum Imagines Martyrum, & Sanctorum non depingerentur; sed neque eorum Corpora sepulchris, & monumentis publicis reconsiderentur. De his autem, ut dixi, Episcopi nostri non meminerunt, quod de his etiam nec Gentes meminissent; sed de Dei nostri Imaginibus, quia sermo, & disputatio adversus hereticos sacras Sanctorum Imagines impugnantes, ut impugnant hodie, non instituebatur, nec tunc illi extiterunt; sed adversus Gentes, quarum assida, & impia objurgatione quidam forsan Catholicæ ineptam erant Dei formatiæ picturam, si id Decreto hujus Concilii non prohiberetur, & eorum religiose, vel superstitionis potius simplicitate forsan Gentes, vel alii Catholicæ simpliciores arbitrati essent, Deum nostrum quid corporeum esse, ideoque lineamentis, vel hominum, vel animalium, vel alium, vel aliarum rerum corporalium figurari posse, ut pingebantur, & dolabantur quotidie vanissime suorum Deorum, vel dæmonum Imagines, & simulacra. Quod aliquando tentasse Gentes in Religionis nostræ ludibrium, Tertullianus^h testatur: *Sed nova iam Dei,* in-

inquit, *nostri in ista Civitate proxime editio publicata est; ex quo quidam frustrandis bestiæ mercenarius novius picturam proposuit cum hujusmodi inscriptione: DEUS CRISTIANORUM ONONYCHITES; is erat auribus asinini, altero pede ungulatus, Librum gestans, & togatus. Cujus pictura occasionem paulo antea his verbis retulit: Nam ut quidam somnia asinus caput asinum esse Deum nostrum; banc Cornelius Tacitus a suspicione ejusmodi inseruit. Is enim bellum Judaicum exorsus ab origine Gentis, & alias de ipsa tam origine, quam de nomine, & Religione Gentis, quæ voluit argumentatus, Judeos resert Egypto expeditos, sive, ut putavit, extores, in vastis Arabia locis, aquarum gentissimis, cum siti macerarentur, onagris, qui forte de pasto potum petituri existimabantur, indicibus fontis usus, ob eam gratiam confisim bestia superficiem consecrare. Atque ita inde opinor presumptum, nos quoque ut Judaicæ Religionis propinquos, eidem simul acro iniciari. Eandem asinianæ superstitionis vanitatem nobis falso objectam confutat Minucius b.*

^a L. sehist.

^b In Octavio.

c L. De carne Christi.

d Idem Lib. 2.

adv. Marcion.

e L. 10. De Ge

nei ad litanam

Cap. fin. et L.

de heresib. ad

Quod vult deū

C. 86.

f. Lib. 2. de Fi

de ad Petrum.

g. De dogmat.

Ecccl. & aliij.

h. D. Lib.

Ne igitur his, & aliis vanillimis Imaginum Dei nostri superstitionibus, ut jam dixi, locus daretur, neve Gentes solide arbitrarentur, Deum nostrum æternum, & invisibilem suorum Idolorum, & simulacrorum corporea similitudine æquandum, justissime prohibitæ sunt Dei Imagines; illo enim errore non Gentes solum, sed & Christiani doctrina, & auctoritate graves, imbutos aliquando reperimus. Tertullianus c enim: *Cum autem sit, habeat neesse est aliquid, per quod est; si habet aliquid, per quod est, hoc erit corpus ejus. Quod est corpus, est sui generis; nihil est incorporale, nisi quod non est. Alibi d: Nam & dexteram, inquit, & oculos, & pedes Dei legimus. Quem errorem illi tribuunt Divus Augustinus e, Divus Fulgentius f, Gennadius g, & alii, tametsi ab eodem Augustino h extenuari verius multo, quam excusari errorem legamus. Ille autem ne longius serperet, hoc Decreto ab Hispanis Episcopis provisum est, interdicentibus hic, ne Dei Imagines in Ecclesia pingereantur; quod sane non ab eo tempore tantum, sed ab ipsa Apostolorum astate Hispanicam, Africanam Ecclesiæ, & Catholicam observasse scimus; nullam enim Dei Imaginem, ut Deus est, pingebat.*

Quare cum Adrianus Imperator (attendant Galvinus, Hiemayrus, & reliqui presensis faculi Iconomachi) atrocissima post Neronem, Domitianum, & Trajanum persecutione excitata Christianos exagittasset; ad extremum post Quadrati Episcopi Atheniensis dicatam, ei pro Christiana Religionis defensione Apologiam; post ornatam, & gravem, quam pro Christianis habuit, presente Imperatore, Orationem Aristides Vir singularis eloquentia; post Serennii Granniani Legati Literas, quibus clamitabat, iniquum videri Christianos, nullo objecto crimen, indictaque causa, quo insani populi acclamationibus satisficeret, nec dari, solaque Christianæ Religionis professione reos heri, persecutionem remisit, Minucio Fundano Asia Proconsuli rescribens, Christianorum neminem absque justo crimine intentato, & accusatione rite peracta, morte multandum, solamque Christianismi professionem poenam obnoxiam esse noluit, ut Eusebius i refert, & Niceph. Nec eo solum Christianos beneficio devinxit; sed cum intelligeret eos nihil hostiliter contra Rem publicam moliri, & a seditionis Judaicæ principi Barchochaba immanes potius cruciatus patios, quam ut cum eo seditionem contra Romanos concitarent; coepit in eos magis propendere, ac cogitare, quibus posset illorum innocentiam, & sanctitatem compensare beneficium; cumque agnoverit demum, eos spretis Gentilium Diis, vel Idolis, Soli, Uni, Vero, Optimo, & Maximo honorem habere, Temples ad ejus cultum desiderare; Christianæ Temples, Christianæ tunc Religionis usu, & forma, sine Simulacris Dei veri, & incorporei, ne similem suis profanæ Gentes arbitrarentur, & sine aliqua etiam Deorum suorum effigie, & forma, quibus referta, & contaminata erant Delubra Gentilium, ne Christianis pro gratia exhiberet molestiam, exstruji jussit, ut in ejus Vita testatur Lampridius K. Qua ratione illa, quod Numina non haberent, usque ad tempus Constantini Magni, Temples Adriani nuncupata sunt. Nec Romæ tantum, & in Italia hoc Catholici Viri obserabant, sed & in reliquis Provinciis. Quod ridebant Gentes, objicientes nos, quod nullam Dei formaremus, picturam, occultare quod colebamus. Minucius Felix l sic Gentes inducit adversus Religionem nostram loquentes: *Multa prætereo consulto, nam & hæc nimis multa sunt, quæ aut omnia, aut pleraque omnium vera declarat ipsius prævia Religionis obscuritas. Cur etenim occultare, & abscondere quicquid illud colunt, magnopere nituntur? cum honesta semper publico gaudeant, sceleris secreta sint? Cur nullas Aras habent? Temples nulla? nulla nota simulacra? nunquam palam loqui? nunquam libere congregari? nisi illud quod colunt, & interprimunt, aut puniendum est, aut pudendum? Unde autem, vel quis ille, aut ubi Deus, unus, solitarius, desitus, quem non Gens libera, non Regna, non saltem Romana supersticio noverat, Iudaorum sola, & misera Gentilitas, unum & ipsum Deum, sed palam, sed Templis, Aris, victimis, cærenonisque coluerant: cuius adeo nulla vis, nec potestis est, ut sit Romanis hominibus cum sua sibi natione captiuos. At etiam Christiani, quænam monstra, quæ portenta confingunt? Deum illum suum, quem nec ostendere possunt, nec videre, in omnium mores, actus omnium, verba denique, & occultas cogitationes diligenter inquirere. Et his ipsis respondens m: Putatis autem, nos, ait, occultare quod colimus, si Delubra, & Aras non habemus? quod enim simulacrum Deo frangam; cum si recte existimes, sit Dei bono ipse simulacrum? Et mox: At enim, quem colimus Deum, nec ostendimus, nec videmus; immo ex hoc Deum credimus, quod cum sentire possumus, videre non possumus: in operibus enim ejus, & in mundi omnibus virtutem ejus semper presentem aspicimus; quam tonat, fulgurat, quam serenat. Nec mireris, si Deum non vides: vento, & flatibus omnia impellantur, vibrantur, agitantur, & sub oculis tamen non venit ventus, & flatus. Solem adeo,*

ⁱ In Octavio.

m. Idem in eo-

deum.

qui

qui videndi omnibus causa est, videre non possumus, radiis acies submovet, obtutus intentus bebetatur; & si diutius inspicias, omnis visus extinguitur. Quid ipsum solis artificem, illum luminis fontem possit sustinere? cum te ab ejus fulgoribus avertas? a fulminibus abscondas? Deum oculis carnalibus vis videre, cum ipsum animam tuam, qua vivificaris, & loqueris, nec aspicere possis, nec tenere? Sed enim Deus &c. Arnobius^a adversus eodem: De sensu hactenus, nunc ad speciem veniamus, & formas, quibus esse descripsos Deos superos creditis, quibus immo formatis, & Templorum amplissimis collocatis in sedibus, neque quisquam Iudaicus in hoc loco nobis opponat, & Saducæi generis fabulas tanquam formas tribuamus, & nos Deo; hoc enim putatur in eorum Literis dici, & Lege, certaque auctoritate firmari; qua aut nibil ad nos attinet, nec ex aliqua portione quicquam habent commune nobiscum; aut si sunt creditæ fœcia, quarendi sunt vobis altioris intelligentia Doctores, per quos possitis addiscere, quibus modis converiat lit erarum illarum nubes, atque involucra relaxare. Nostra de hoc sententia talis est. Naturam omnium Divinam, qua neque cœperit aliquando, nec vitalem ad terminum sit ali quando ventura, lineamentis carere corporeis, neque ulla formarum effigies possidere, quibus extima circumscriptio membrorum solet coaguntur finire: quicquid enim tale est, mortale esse arbitramur, & labile, nec obtainere perpetuam creditur avitatem: quod' extremis cuorū iūrum finibus, necessaria circumcludit extremitas. At vero vos Deos parum est formarum, quod amplectimur, mensio, filo etiam atterminatis humano; & quod indignum multo est, terrenorum corporum circumcisura finitis. Quod ergo dicemus, caput Deos gestare, tereti rotunditate collectum &c. Quia late continent Sermone prosequitur, agens de reliquis membris, qua secundum Gentium vanitatem, & errorem Deo inesse deberent; nullo tamen modo posse competere probat, ad finem addens: Si nostri animi motum non recusatis audire, tantum abest, ut nos Deo corporalia lineamenta tribuamus, ut animorum etiam decora, ipsaque virtutes (quibus eminere vix concessum est paucis) tanto rei vereamur ascribere. Quis Deum enim dixerit fortē, constantem, frugi, sapientem? quis probum? quis sobrium? quis immo aliquid nosse? quis intelligere? quis providere? quis ad fines officiorum certos actionum suarum decreta dirigenter? Humana sunt hac bona, & ex oppositione viatorum, existimationem meruerunt habere laudabilem. Quis est autem tam obtusi pectoris, tam bruti, qui humanis bonis Deum dicat esse magnum? aut ideo nominis maiestate præcellere, quod viatorum careat feditate. Quicquid de Deo dixeris, quicquid tacite mentis cogitatione conceperis, in humanum translit, & corrum pitur sensum, nec habet propriæ significationis notam, quod nostris dicitur verbis, atque ad negotia humana compositis. Unus est hominis intellectus de Dei natura certissimus, sicutias, & sentias, nihil de illo posse mortaliter orari ne depromi. Et hæc prima est vestrorum nom inum contumelia, quam de formis, & sexibus, boni scilicet vindices, & religiosi constitutissimis Autores. Et alibi^b: In hac enim, inquit, censuisti parte crimen nobis maximum impietas affingere, quod neque ædes sacras (ante Constantini tempora scitum est, Christianos in Africa Templa, aut quod idem est, splendidas structas ædes non habuisse, sed solum Oratoria quedam privatis in locis, in quibus seorsum convenienter, ut ex loco Arnobii, & alii Tertulliani constat) & venerationis ad officia construamus, non Deorum alicuius simulacrum constituamus, aut formam, non Altaria fabricemus, non Aras. Et postea c: Vos habere sexus Deos, ali que ex his mares, feminini generis alios esse censem; nos potentias Calitus discretas esse sexibus abnegamus; quoniam discrimen hujusmodi terrenis animantibus datum est, quas coire, quas generare Author volnit rerum, substituendis per libidinem prolibus. Vos hominum similitudinem gerere, & mortaliæ vultibus existimatis esse formatos; nos effigies remur subnotas esse ab his longe; quoniam forma mortalis est corporis, & si forte est ulla, comprehenderemus neminem posse, indubitate affueratione juramus. Cui etiam objectioni nobis Gentibus olim proposita respondens Tertullianus^d: O impia voces! ait, o sacrilega convicia, infundit, inspumate, iidem estis, qui Senecam aliquem pluribus, & majoribus de vestra superstitione perorantem reprehendistis. Igitur si Statuas, & Imagines frigidæ mortuorum suorum simillimas non adoramus, quas milvi, & mures, & araneæ intelligimus, nonne laudem magis, quam pœnam merebatur repudium agniti erroris? Possamus enim videri lacerare eos, quos certi sumus odio non esse? Quod non est, nihil ab ullo patitur, quia non est. Illudebant nobis Gentes, quod simulacra Deorum, vel alicuius Dei, ut ipsi, non habemus; quibus respondet Tertullianus magis aliena confutando, quam confirmingo propria; illud tamen in confessu est, illud tanquam errorem nobis objecisse Gentes. Quem etiam refellit Justinus^e Martyr: A quo, ait, persuasi nos affueramus, genios, errorum talium Autores, non solum pravos esse, verum etiam sceleres, atque impios; ne Viris quidem bonis equiparandos; & ideo hostes Deorum judicamus. Fatetur quidem nos hostes Deorum istorum fictitiorum, at non illius verissimi Dei, Patris justitia, prudentiaque, & cateriarum virtutum, cunctorum expertis viatorum. Et paullo post: Caterum, inquit, quod viatoriis, & coronis simulacra in Templis consecrata non bonoramus, in causa est, quia scimus, ea carere sensu, atque anima, ac ne formam quidem habere Deo similem. Negamus enim, hanc esse Dei formam, quam quidam ajunt se expresse, sed ista sunt effigies, & nomina daemonum, quos malos esse ostendimus. Nam quod ad materiam attinet, non ignoratis dedolata, constatare ab opificibus, & interdum recusa e vilibus vasculis, formis tantummodo per artem novatis, & impositis eorum nominibus; quod non solum ab omni ratione alienum; verum etiam cum in injurya Dei coniunctum existimamus, illam ineffabilem Majestatem formam tribuere istis corruptilibus, & humana opera indigentibus; & sci-

^b Idem Lib. 6.^c Idem Lib. 7.^d Apolog. adv. gentes, Cap. 12.^e Apolog. 2. pro Christianis.

tis impuros borum opifices omnibus vitiis, ne singula percenseam, obstos, qui etiam suorum officinarum ministris ancillis stuprum afferant. O vos stupidos, qui ab hominibus obscenis Deos, quos adoratis, fingi, refungi creditis. Et post alia: Quod solum crimen vobis obicitis, non eadem vobis Numinis venerantibus, & quod defunctorum manibus videntes, ac libamina, eorumque monumentis coronas, & inferias non offeramus. Nostis enim, easdem animantes alibi pro Diis, alibi pro bestiis haberi, alibi pro victimis legitimis. Alterum argumentum est, quod soli mortalium ne mortis quidem formidine adigi potuimus, ut coleremus Liberum, Semelén, & Apollinem, Latona filios, probros puerorum amoris; aut Pr̄ Serpinam, Veneremque insauro amore Adonis, ceu astro percitas, quarum celebratis mysteria, aut Aesculapium, alium Deum fictitium, sed favente Jesu Christo, hos contemptimus, dicantes nos Deo ingenito, & intacto posterioribus, quem scimus non ardere Garymeden, aut Antipopen, similesque feminas, nec ad Tethydis preces vinculis solvi. Lactantius^a: Quid ipsa simulacula volunt, quæ aut mortuorum, aut absentium sunt minimenta? nam omnium fingendarum similitudinum ratio in circu ab hominibus inventa est, ut p̄fget eorum memoria retineri, quicvel morte subtrahiti, vel absentia fuerint separati; Deos igitur in quorum numero reponemus? Si in mortuorum, quis tam stultus, ut colat? Si in absentium, colendi ergo non sunt, si nec vident quæ facimus, nec etiam audiunt quæ preciamur. Si autem Dii absentes esse non possunt, qui quoniam Divini sunt, in quacunque parte Mundi fuerint, vident, & adiungit universi; supervacua ergo sunt simulacula, illis ubique praesentibus, cum satis sit abundantium nomina precibus aducere. Atque in praesentes non vident ad imagines suas adsunt. Ita plane, quemadmodum vulgas existinat, mortuorum animas circa tumulos, & corporum suorum reliquias oberrare. Sed tamen postquam Deus ille praesto esse cepit, jam simulacro ejus opus non est. Quaro enim, si quis imaginem hominis peregre constituti contempletur saepius, & ex ea solatium capiat absentis; num idem Janus esse videatur, si eo reverso, atque praefante, in contemplandi nangine perferret, eaque potius, quam ipsius hominis aspectu frui velit? Minime profecto. Etenim hominis imago necessaria videtur, quam procul abest, supervacua futura, quoniam praesto est. Dei autem, cuius spiritus, ac Numerus ubique diffusus, abesse nunquam potest, semper utique Imago supervacua est. Sed vereutur, ne omnis eorum Religi, inanis sit, & vacua, si nil in praesenti videant, quod adorent; & ideo simulacula constituant, quæ quia mortuorum sunt imagines, similia mortuis sunt; omni evi sensu carent. Dei autem in eternum viventis vivum, & sensibile debet esse simulacrum; quod si a similitudine id nomen accepit, qui possunt ista simulacula Dei, similia judicari, que nec sentiunt, nec mouentur? Itaque simulacrum Dei non illud est, quod digitis hominis ex lapide, aut are, alia materia fabricatur, sed ipse homo, quoniam, & sentit, & movet, & multas, magnas actiones habet.

Hac ergo de cauda a Gentibus non solum irrisi, sed ut athei, id est, sine Deo, criminis postulati, & damnati sunt, ut testatur Arnobius^b, Julianus^c Martyr, Dio^d, Nicrophorus^e, & alii. Quare cum Donatistarum strages in Ecclesiis, in cœmeteria, in Templis Christianorum, Optatus Milevitanus^f adeo minutatim exprimeret, ut non solum de incensis Libris Sacris, de Templis destructis, de contractis Calicibus, de Aris, & Altaribus rasisij, sed & de parietibus lotis, quod illos aspexissent Christiani, & telles cultus Deo Christo adhibiti, Literis proderet contra Parmenianum; nunquam tamen mentionem fecit de Imaginibus Dei, vel pictis, vel fibrefactis, contractis, deletive, quas si vidiissent Donatisti, corrumpere in odium Christianorum non erubuerint; neque id omisisset Optatus, qui reliqua retulit minutiora. Sic Joannes Damascenus^g, & illi Divus Thomas^h consentiens, Christianos docent, nullam Imaginem Dei habere, quod summa esse dementia, & extreme impie-tatis ducunt, Divinitatem (quam nulla ratio, nullumque ingenium consequi potest) effingere velle, & figurare. Sic D. Augustinusⁱ nefas esse ducit in Christiano Templo Imagines Dei collocare. Alibi^j autem referat Varronem dicentem, qui primi Deorum simulacula induxerunt, eos & timorem demissile, & errorem auxili. Rursus^k eriam Seneca querimonijs referat, dolentis, inviolabiles Deos in materia vilissima, atque ignobili dedicari; quod ad Fortunatianum^l Episcopum Sicensem gravissimo verborum, & sententiarum pondere scribit, ipso errore confutato. Idem Eusebius^m: Quod enim corpus, inquit, intellectui Divino similitudinem habebit, cum nec mentis humanae imaginem habere posse cognoscatur? humana enim mens incorporeæ est, atque simplex, corpus omne corruptibile, atque compostum. Quare jure rationalis, atque immortalis anima, & intellectus ejus imaginem, & similitudinem Dei habere dicuntur; immaterialis enim, & incorporeus, intellectualis, rationalisque per essentiam est, virtutis, ac sapientia capax. Quod si humanae animæ, atque mentis formam, atque effigiem fugere impossibile est, quoniam nec sensu percipitur; quis adeo stultus sit, ut lignorum simulacrum, ac effigiem, Dei Creatoris omnium similitudinem habere arbitretur? Natura enim Divina omnem materiam, & omnia, quæ percipimus, excedit. Sic Constantinus Magnusⁿ in Oratione ad Sanctorum cœtum: Num quod potest, inquit, intelligentia solum percipi, & comprehendere mente, nec appetit formam, qua cognoscatur, nec figuram admittit, ut in nūcigno, & effigie. D. Leo P. Pap. Quamvis autem, Dilatissimi, inquit, valde fuerit ipsa rei gesta forma mirabilis, nec dubium sit in illis omnium humanarum vocationum exultante conventu Majestatem Spiritus Sancti fuisse presentem; nemo tamen existimet, in his, quæ corporeis visa sunt oculis, Divinam ejus apparuisse substantiam. Natura enim invisibilis, & Patri, Filioque communis, qualitatem munieris, atque operis sui, qua voluit, significatione monstravit. Proprietatem vero essentia suæ in sua Dei-

^b Idem Lib. 1. adversi gentes.^c Apolog. 2.^d Pro Christianis.^e In Nerva.^f Lib. 3. Hist.^g Ezel. Cap. 32.^h Lib. 6. contra Parmenian.ⁱ Lib. 4. de Fide orthodoxa,^j Cap. 17.^k P. 3. Q. 25.^l Art. 3. in foliatione at 1.^m Lib. de Fid.,ⁿ & Symbolo Cap. 17.^o Idem Lib. 4.^p de Civitate Dei Cap. 31.^q Idem Lib. 6.^r Cap. 10.^s in Idem Epistola.^t 111. & 112. ad Paulinian.^u Lib. 3. de Preparatione E.^v vangelica. C. 3.^w Apud Eusebium in oratione ad Sanctorum cœtum C. 4.^x P. Servi. 1. de Pentecost. C. 3.

a. Actione 4.

Hib. 4.

b. Exsistat ea Epist. in eadem Septima Synodo Actione 4. Corintb. 6.

c. In eadem 7. Synodo Att. 5.

Joan. 4.

d. In eadem 7. Synodo Att. 6. Ecclie. Rufus.

Joan. 1.

Joan. 4. & Att. 6. & 7.

f. 1. Seff. 25. in princip.

Exod. 20.

Ecli. 40.

Idem C. p. 46.

Levit. 26.

Deitatem continuat; quia sicut nec Pater, nec Filius, ita nec Spiritum Sanctum humanus potest visus attingere. Quare cum in Sexta, & Septima Synodo omnium hereticorum, tam antiqui, quam illius saeculi sectae, opiniones, rationes, & auctoritates proferrentur, nusquam videmus, eos hujus Canonis antiquissimi Decretum in sui confirmationem recitasse; quod ratione convicti agnoscerent, illud de sola Dei increati, & invisibilis Imagine intellexisse; quam exprimi, seu depingi non posse, ut in hoc Concilio decernitur, ita in eadem Synodo VII. a iterum sanctum est. Epistola enim Germani Sanctissimi Patriarchae Constantiopolitano ad Joannem Episcopum Synodon recitat, & approbat, in qua sic inquit: Non enim invisibilis Deitatis Imaginem, aut similitudinem, aut figuram, aut formam expressam, quin etiam ipsorum Sanctorum Angelorum praestantes Ordines, neque intelligere, neque investigare omnino possumus. Sed quando Unigenitus Filius, qui in suu Patrie existens, suam creaturam, & mortis adjectione revocando, Patris, & Spiritus Sancti beneplacito homini fieri dignatus est, non aliter, ac nos, carnem, & sanguinem assumens; & ut inquit magnus Apostolus, per omnia nobis similis factus, excepto peccato. Igitur humanitas illius characteris, & juxta carnem indiscreta hominis forma Imagenem figurantes, ipsius incomprehensibilem Deitatem, atque invisiblem (unde ea, que nostra Fidei principia sunt, nascuntur) ostendere nequimus. Et in Epistola b ad Thomam Episcopum, Claudiopoleos ex Divo Athanasio in Sermone contra Idola, haec deponit: Quemadmodum igitur nulla communio luminicu[m] tenebris, neque ulla Christo cum Belial concordia; ita nulla Christianis, qui Deum unum incurrabili gloria, & potentia adorantes, colunt, cum his, qui Deus est, effingere, & formare intendunt. Post autem recitatur sententia Joannis Episcopi Thessalonicensis, in qua post alia ait c: Dei autem Imaginem (dico Jesu Christi Servatoris nostri) quemadmodum ipse super terram cum hominibus conversatus est, pingimus; non ut in ipsa Natura Deus est (quia enim posset esse Dei similitudo, aut figura incorporei, non effigiebusque Verbi Patris? Deus enim, ut scriptum est, Spiritus est) quoniam visum est Deo Patri, ut Unigenitum suum Filium e Calis demitteret, quo pro nostra salute ex Spiritu Sancto, & inviolata Virgine Deipara incarnaretur, nos ejus Humanitatem ea ratione pingimus, non illius incorpoream Deitatem. Epiphanius autem in eadem Synodo d: Veri autem Christiani Filium unicum Christum, & Dominum consententur. Et quum Imaginem illius, quemadmodum Curo factus est, & habitavit in nobis, perfectus videlicet homo, depingunt; valde recte, & pie facere cognoscuntur. Est enim Deus Verbum in carne, apud nos diversatus, non ipsa Deitas consideratur depista. Deum enim, ut ait, nemo vidit unquam, sicutidem, neque depingi, neque videri, neque comprehendendi potest, sed tantummodo illius Humanitas. Quod sape in eadem Actione, Episcopi, & sequestris repetierunt. Quare in Hispania Concilio Toletano III. idem eorum error, qui putabant, Divinitatem depingi debere, aut posse, iterum confutatus est. In ea enim Fidei Confessione, & anathematismis adversus errores antiquos ab Episcopis Catholicis, & principiis Gothicae Gentis viris, in principio Concilii factis, haec ajunt: Quicumque Filium Dei secundum Divinitatem suam visibilem, aut passibilem ausus fuerit proferre, anathema sit. Postremo id recentiori Concilii Tridentini Decreto cautum est, dum docet, Divinas Personas pingi, & figurari, cum antiquis Veteris, aut Novi Testamenti hilo[r]ias, & narrationes exprimi expediens fuerit; & tunc praecepit, ut moneatur, doceaturque populus a Parochio, non poptere Divinitatem figurari, quasi corporis oculis inspici, aut figuris exprimi possit; sed ut presentem faciant eam speciem, & formam, quam Deus aliquando suscipere, & se ante hominum oculos ponere dignatus est. Si autem ab hac veritate aberrantes, Divinas personas rerum creatarum similitudine depingant alii, impium sit, & detestandum sacrilegium.

Nec in Legge Nova tantum voluit Deus Imaginem ad sui similitudinem pingi, cum eam nemmo viderit unquam, nisi Filius; sed & in Veteri id prohibuit. Inter precepta enim, quae Moysi dedit, hoc unum est: Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quae est in Celo de super, & quae in terra deorsum, nec eorum, quae sunt in aquis sub terra. Et paulo post, ut haec interpretaretur, addidit: Deos aureos, & argenteos non facietis mecum. Quasi diceret: non facietis imagines aureas, vel argenteas, quae figuram Dei representent; hoc enim Esaiæ verba docere aperte videntur: Cui similem (inquit) fecisti Deum, aut quam Imaginem ponevis ei? Numquid sculptile confabat faber, aut artifex auro figurabit illum; & laminis argenteis argenterius? Postea cui assimilastis me, & ad aquas, & comparastis me, & similem fecisti, qui confertis aurum de succulo, & argentum statim ponderantis, conduceentes artificem, ut faciat Deum? Et in Levitico: Non facietis vobis Idolum, & sculptile, neque titulos erigetis, neque insignem lapidem panetis in terra vestra, & adoretis eum; ego enim sum Dominus Deus vester; custodite Sabbathum meum, & pavete ad Sanctuarium meum: Ego Dominus. Voluit ergo Dominus prohibere filios Israel, qui ad idolatriam propensi erant, ne ullum Divina Majestatis simulacrum facerent, sed ante Tabernaculum, quod ipsis Dei gloriam representabat, paverent omnes. Quod planius exposuit, cum reddens hujus precepti rationem, sic ait: Non vidistis aliquam similitudinem, in die qua locatus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis, ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem, aut imaginem masculi, vel feminæ. Sic Deuter. 5. refertur Dominus de medio caliginis loquutum fuisse ad filios Israel; nihilque eos, praeter ignem, nubem, atque caliginem inspectare unquam potuisse; ut animadverterent, & intelligerent, Deum non esse talēm, qui humano ingenio, vel arte pingi posset, vel figurari; nam si aliquam formam vidissent Dei, quum eos alloquerentur, tali eu[m] prædictum utique arbitrarentur. Quam ignorantiam, vel insaniam potius,

nq-

notat, reprehenditque in Romanis D. Paulus, qui mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei, in Paul. ad Rom. similitudinem imaginis corruptibilis hominis, vel volucrum, & quadrupedum, & serpentum: ^a 2. Apologia illi enim, ut Justinus Martyr ^a tradit, Divinitatis se formam exprimere, talique Deum effigie præditum est arbitrabantur, quem spectra ipsa preferabant. Nullam ergo imaginem Dei in Veteri Testamento effectam, vel formatam fuisse; ut sacrata, sic & profana etiam Auctoribus ^b Lib. 1. liquer. Josephus ^b enim contra Appionem ex Hecatæ antiquissimo historico, de Templi Hierosolymitani descriptione refert, nullum in eo simulacrum, aut aliquod anathema fuisse; ^c Idem Lib. 2. poitea & pluribus eidem responderet Appioni, objicieni, quod Judæi Imperatoribus statuas non erigerent, eum admirari potius deberet ait, magnitudinem, modestiamque Romanorum, quod subiectos non cogerent patria jura violare. Cornelius etiam Tacitus Gneum Pompejum refert, cum expugnat Hierosolymitani Templem adiutor speculatorum Judaica Religionis arcana, nullum illuc reperisse simulacrum, & utique si id coleretur, ut Tertullianus ^d animadvertit aduersus Gentes, Cornelii auctoritatem illis objiciens, quod aliqua effigie representabatur; nusquam magis atque in sacrario suo exhiberetur; eo magis, quia verebatur extraneos arbitros vana cultura. Idque affirmat Origenes ^e contra Celsum. Nec id solum positiva constitutione, sive nova, sive antiqua cavitur, sed jure ipso natura, aequissima ratione; nam cum corpora figura, non nisi rem corpoream representet, impossibile erat, Dei veritatem, prout in se est, exprimi posse; sed necesse erat illam in mendacium (ut Divus Paulus ait) commutari. ^f Actuum 17.

Quibus satis constat, Imaginem Dei, prout in se est, tam in Veteri, quam in Novo Testamento prohiberi. Cujus majori veneracione, & cultu, ipsum adhuc Dei nomen apud Patriarchas, & Prophetas erat ineffabile: existimantes, non sine magno consilio, abstrusissima Divinitatis mysteria, se, & reliquos silentio revereri debere, potius quam enunciare: idque comprehendit ipsius Dei vocabulum, quod, ut Justinus Martyr ^f interpretatur, non tam Dei nomen est, quam inenarrabilis rei hominibus innata opinio: eaque de causa, illum quandoque se ipsum sine nomine nuncupasse, & dixisse Moysi: Ego sum ens ille. Idem Julianus ^g Martyr tradit: Deus autem neque superiorem quemquam habuit, a quo nomen acciperet, neque se exhortatru ad ipse nominare voluit, cum unus, & solus esset, scut de seipso per Prophetas testatur: Ego Deus primus, & ego deinceps, nec est præter me Deus aliis. Ideo sicut antea dicebam, cum Moysen ad Hebreos mitteret, non nomine usus est, sed participio quodam, quo se unum, solumque Deum esse significat. Hæc ille.

Eandem hanc Hebreorum, & Christianorum Catholicorum veram sententiam ethnicorum plures auctoritate, & sapientia præstantiores sectati sunt. De Numa enim Clemens Alexandrinus ^h hac refert: Numa Rex Romanorum erat quidem Pythagoreus. Ex his, que a ⁱ Lib. 1. Secundum Moysen tradita sunt, adjutus, prohibuit Romanis, ne animali similem Dei ficerent Imaginem; docens id, quod est optimum, non licere ulli alia ratione, quam sola mente attinere; idque centum, & septuaginta annis obseruatam fuisse, Templaque adiuncta absque Imagine, nec efficta, nec depicta. Cujus Tertullianus i quoque meminist: Nam etis a Numa, inquit, concepta est curiositas superstitionis, nondum tamen, aut simulacris, aut Templo. ^j In Apologia C. p. 25. plis res Divine apud Romanos constabat, frugi Religio, pauperes ritus, & nulla Capitolia certantia Calo; sed temeraria de cespite Altaria, & vasa adhuc Simia, & nidor ex illis, & Deus ipse nusquam; nondum enim tunc ingenia Graecorum, atque Thracorum fungendis simulacris Urbem inundaverant. Et alibi ^k: Idolum aliquando retro non erat, priusquam hæc monstria artifices ebullirent; sola Templo, & vacue aedes erant, sicut in bodiernum de idolatria, quibusdam locis vetustatis vestigia permanent. Nec illud omisit Plutarchus ^l: In prioribus, ^m In Vita Numa, inquit, centum septuaginta annis, Templa quidem adiabant, sacraque tagaria erigebant; simulacrum vero nullum corporeum dedicabant. Nec tacuit Dionylius Halicarnassenus, addens, Tarquinium Priscum vanitatem, & stultitiam Graecarum Religionum, Etruscarumque domi imbutum, Romanos docuitre simulacra Diis ponere. Quod ex sententia Varronis pronunciat, & comprobat Divus Augustinus ^m ad Marcellinum, his verbis: Dicit etiam, antiquos Romanos, plusquam annos centum, & septuaginta, Deos sine simulacro coluisse; quod Civitate Dei si adhuc, inquit, mansisset, castius Dii observarentur. Cujus sententia sua testem adhibet Cap. 15. inter cetera etiam Gentem Iudaæam; nec dubitat eum locum ita concludere, ut dicat, qui primi simulacra Deorum populis posuerunt, eos Civitatibus suis, & metum dempisse, & errorem addidisse; prudenter existimans, Deos facile posse in simulacrorum soliditate contemni. Quod vero non ait, errorem tradiderunt, sed addiderunt, jam utique fuisse etiam sine simulacris intelligi vult errorem. Quapropter cum solos dicit animadvertisse, quid est Deus, qui eum credentiam animam Mundum gubernantem, castissime existimat, sine simulacris observari Religionem; quis non videat, quantum propinquaverit veritati? Si enim aliquid contra vetustatem ranti posset erroris, profecto & unum Deum, a quo Mundum crearet gubernari, & sine simulacro colendum esse, censeret; atque in tam proximo inventus facile fortasse de anima mutabilitate commoneretur, ut naturam potius immutabilem, quæ ipsam quoque animam condidisset, Deum verum esse sentiret. Multis etatibus antea Graeci, & Lacedæmonii, a quibus haec, & alia Romani acceperant, ejusdem sententie fuerunt. Lycurgus enim Lacedæmoniorum Legislator, etiam si multarum cæreniarum apud Gentiles institutor esset, nulla tamen apud eum facta Deorum Imago fuit; quippe horum L. 1. plurimum, aut animalium species Diis tribui, netarium putavit. Perhas nec statuas, nec Templo, Alexandria, nec Aras extruxisse Diis, propositum est, putantes, Deos ex hominibus ortos non esse, ut Graeci, Herodotus ⁿ Auctore; & mundum universum Templum illius assenserunt. Socratus Ilum dixerunt, Xenophon formam Dei veri negat videri posse, & ideo queri non posse, ut refert Minucius ^o. Plato etiam id videtur sensisse in Timæo, dum ait, universi hujus patrem, & effecto-o In Octavio rem.

To. II.

Qq

rem invenire, esse difficile; & cum inveneris, fieri non posse, ut eum enuncies. Si enim lingua exprimi non potest, quomodo penicillo, & coloribus, vel alia vili materia exprimitur? Id quoque symbolice docuit idem Plato, dum omnem materiam ad effingendos Deos minus aptam dixit: *Nam aurum, & argentum, inquit, & in aliis Civitatibus privatim, & in sacris res est invidiosa, ebur autem, & as, sunt instrumenta bellorum &c.* Quae refert Clemens ^a Alexandrinus. Hanc autem veritatem ab Hebreis mutuatum Platonem, adstruit idem Clemens. Aristoteles item Dei formam nec intelligi posse censuit, Auctore Tullio. Assentitur Antilthenes Socratis familiaris, dicens, nulli esse similem, sicut neminem eum posse discere ex imagine. Neque disperat Xenophon Atheniensis: *Qui, inquit, omnia moveat, & quieta efficit, magnus quidem est, & aperte potens: sed cuiusmodinam sit forma, non appetet; sed nec sol, qui omni parte videtur esse lucidus, & conspicuus, ipse se ipsum videre permittit; sed si quis ipsum impudenter fuerit contemplatus, visu oculorum privatur.* Hac Clemens eodem loco, insuper illud addens: *Undenam igitur eruditur Grilli filius nuper ab Hebreorum Prophetissa, scilicet, quæ hoc modo vaticinatur?* (Sibyllam intelligit.)

Quæ caro cælestem poterit, verumque tueri.

*Humanæ fortis, qui expers in vertice cali,
Est Deus? adversos radios neque cernere solit.
Mortales possunt homines, lucemque micantem.*

Mortales possumi homines, tunc inque micantem.
Eccl. dicto: non esse gestando annulos symbolicos.

Pythagoras hoc dicto, non esse gestandos annulos, symbolice docuit; ne, ut idem Cle-
b Lib. 5. Stre⁹ mens b observat, Deorum effigies (ut moris tunc erat) in eis insculperent: Ut Dei, in-
mat. quæst. . majestas vili⁹, & contempta reddatur, efficit quæ est in promptu videndi consuetudo:
Et quæ intelligentia percipitur, essentiam colere per materiam, est eum per sensum vili-
pendere. Quocirca Ägyptiorum sapientissimi Minerva ædem sub dio esse constituerunt. Ze-
c Lib. De re no c. autem Stoicorum Sectæ Princeps, & Auctor, nec Templæ, nec Deorum Imagines habe-
publica. ri voluit, nihil compositum Diis dignum ratus. Orpheus autem Theologus de Deo hac ait.
Nullus & ipsum

Mortalis cervus, verum omnes aspicit ipse.

Xenophanis Colophonii de Deo hæc etiam sententia :

Maximus in genere est Divum, atque hominum Deus unus.

Qui nec corpore, nec mente est mortalibus ullis

Affinis.

¶ Idem Lib. 5. Quæ omnia, & alia id genus, fuse persequitur Clemens d' Alexandrinus. Qua de causa Empedocles Homerum, & Hesiodum reprehendit, quod speciem hominis Diis affinxissent, quæ, ut ipse docet, illis minime congruebat. Pythagoram præterea tradunt, cum ad inferos descendisset, Hesiodi quidem animam ænæ columnæ alligatam stridentem, Homerum vero ex arbore pendentem, serpente circumdatum, vidisse; quod hæc, & alia de Diis fixissent, ut Suidas referat. Nec Graci, Ägyptiani, & Romani solum de Deo; sed & Saxones id censuerunt de Diis, cum Mercurium ea Gens coleret, & alios Templis includere Deos; & humane

specie assimilare, pro Divinitatis magnitudine, & dignitate, nunquam in animum induxerint, teste Joanne Bohemo, & Vvitichindo. Idem de Persis memoria mandavit Herodotus & Strabo, a quibus Divinitatem nulla humana specie representari posse, creditum semper est. Sic Saxonum. Iurioria autem ponderis sunt, quam referri debuissent, que confituntur cum Audiu-

Levioris autem ponderis sunt, quam referri debuissent, aut confutari, quæ Audius hæ-
g Lib. 1. reticus attulit, teste Epiphanius i, ut probaret, Deum corporeum esse, figura hominis for-
h Lib. 15. matum. Ex verbis enim illis, quæ Deus loquutus est dicens: *Faciamus hominem secundum*
i Lib. 3. advers. *Imaginem nostram, & secundum similitudinem,* (quæ ad intellectus, & recte voluntatis ratio-
her. 70. heresi. nes sunt referenda, ut Divus Athanasius ^m docet, Basilius Magnus ^l, Augustinus ^m, & alii)

K In Oratione contra idola. & ex his quæ adjectit Moyles : *Et fecit hominem luto accepto de terra ; subintulit, Deum corporeum esse, quod homo ad eum Imaginem, & similitudinem formatus corporeus sit. Confir-
mabat ipse, & ejus sectatores errorem ex aliis sacræ Scripturæ locis, nimirum : *Oculi Domini super pauperem respiciunt, & aures ipsius ad preces illius.* Et : *Manus Domini fecit hæc omnia, vos duræ cervicis.* Et : *Cælum mibi thronus, & terra scabellum pedum meorum.*
L Hexameron. Homil. 10. in Lib. 1. de Genesi contra Manichæos C. Et quecumque talia de eo scripta sunt : *Et videbam Dominum Sabaoth sedentem in Throno**

^{17.} *alto, & erat caput ipsum velut lana alba, & amiculum ipsum sicut nix.* Ex his asserabant esse corpus, id est, secundum *Imaginem Dei*. Addebat, a Prophetis visum esse Deum, quod sine corpore percipi non poterat. Audii lectam sequuntur sunt multi, suo principe, & auctore Audiani nuncupati, Christianorum nomen spennentes, ut illis obicit *Divus Epiphanius*, & ex eisdem sacra Scriptura locis ejusdem impioratis errori pertinaciter adhaeserunt, ut latissime referat *Divus Augustinus* ⁿ ad *Fortunatianum Episcopum Sicensem*, de videndo Deo, & ad *Paulinianum*. Ad hanc autem, & alia, quæ ex sacra Scripturæ locis Audiani, sive Anthropomorphita (idem enim sunt) repetebant, audiamus *Novatianum docta*, & polita oratione re-

• De Trinitate Cap. 6. § 8. Psalm. 33. spondentem: *Et licet, inquit, Scriptura Cœlestis ad hū manam formam faciem Divinam sāpe convertat, dum dicit: Oculi Domini super iustos; aut dum: Odoratus est Dominus o dorem bona fragrantiae; aut dum traduntur Moysi Tabula scriptæ digito Dei; aut dum*

populus filiorum Israhel de terra Ægypti manu valida, & brachio excelso liberatur; aut dum dicit: Os enim Domini loquutum est haec; aut dum terra scabellum pedum Dei esse perhibetur; aut dum dicit: Inclina aurem tuam, & audi. Sed nos qui dicimus, quia Lex spiritualis est, non intra hæc nostri corporis lineamenta, modum, aut figuram Divinæ Majestatis includimus, sed suis illam intermitatæ magnitudinis, ut ita dixerim, campis, siue alto fine diffundimus. Scriptum est enim: Si ascendero in Cælum, tu ibi es; si descendero

Divinarum igitur Personarum, sive Deitatis Imagines pingere non licebit, licebit tamen, quas Deus ipse Pater, vel Filius, vel Spiritus Sanctus suscipere aliquando dignatus est. Quicquid repugnat impie huius saeculi heretici. Nam si verbis eam, quam Dominus formam induit, narrare possumus, cur non & Imaginibus, aut figuris, quas ipse voluit suscipere, cum sacrarum rerum Imagines non minus Dei verba sint, quam voces, quibus illæ explicantur, aut ipse, quibus conscriptæ sunt, literarum notæ, ut docuerunt Augustinus d, & Theodosius e Religiosissimus Amorii Episcopus in Synodo Nicæna f. Imagines vocans compendiosam Scripturarum narrationem, & eruditionem populi, maxime simplicioris. D Gregorius f ad Serenum Massiliensem Episcopum: *Quod legentibus scriptura (ait) hoc id est pictura pre-*
Tom. II. Q. 2. *Pat.*

stat cernentibus, quia in ipsa ignorantis vident quid sequi debeant, in ipsa legunt qui literas nesciunt; unde & praeceps Gentibus pro lectione pictura est. Alias autem (ut dixi) Divinarum Personarum imagines, nulla Ecclesiæ traditione, vel Decreto receptas, publice, priuatumque proponi, summopere cavendum est. In quo tamen Ecclesiæ Palleribus ex cura demandanda foret, ut diligentissime inquirant, ne pictores, qua solent licentia sua, ad res indignas figurandas abusi, animos rudium a debito cultu, & veneratione eorum, qua representantur, ad errores, & superstitiones traducant.

De picturis autem harum imaginum in parietibus expressis, ideo hic mentio injecta est, quod olim primi Christiani, cum ad evitandum Gentium errorem, quo Deos suos, sive Idola simulacris, & statuis representare solebantur etiam ne ostiariorum negligentia a Gentilibus simulacra extraherentur, vel infringerentur, picturis ipsi frequentius quam statuis uti solebant; cum Christi Humanitatem, cum Dei Patris, vel Spiritus Sancti in historiis antiquis assumptas formas, cum sanctorum Martyrum, & Confessorum actos de tyrannorum immanitate triumphos vellent describere; & cum pictarum imaginum usus esset frequentior (quod hodie Graecorum moribus receptum est) ideo de picturis solum, non de statuis meminerunt.

Sed si Decreti verbis, *Ne in parietibus depingatur*, haeretici, vel Catholici nos acris urgeant, volentes, non generaliter Dei, sive Deitatis picturas; sed specialiter, ne in parietibus ullæ Imagines effingerentur, hoc Decreto prohiberi, non repugnabo, dum illud mecum consentientes agnoscant, Imagines ejus, qui coli, & adorari debet, solum interdictas: quod Canon ipse consequentibus verbis rationem Decreti reddens, aperuit: *Ne, inquit, quod colitur, & adoratur, in parietibus depingatur*. Id est, ne, vel Patris, vel Verbi, vel Spiritus Sancti forma ab ipsis aliquando suscepta, ad eam representandam hominibus, in parietibus depingatur. Cujus constitutionis non una ratio esse potuit. Imprimis enim, quia cum omnes Ecclesiæ nascentis Imagines picturis, non statuis frequentius efformarentur, ad conservandam Divini Numinis maiestatem, illud Hispani Episcopi satis pie excogitasse videbantur, ne in parietibus Ecclesiæ Christi Imagines, vel Divinarum Personarum, pingentur: ut intelligenter Christiani omnes, tam docti, quam simpliciores, & honoratori loco, & augustiori veneratione Divinas Personas, quam humanas Sanctorum discerni, distingue oportere. Et hinc sit probabile, antiquitatem, & originem eorum Altarium (qua Hispani *Retabulos* vocant) Hispanæ deberi, cum tabulis potius quam parietibus, Episcopi nostri sacras Imagines Religionis ergo pingi voluisse, hoc ipso Decreto videantur.

Fuit & alii, quæ Gentes respicunt, idonei satis, & consentanea ratio: ut vel Christi Humanitatem, vel Patris, & Spiritus Sancti assumptam formam in parietibus depingi eo tempore Hispani Episcopi interdixerint: quod tunc nefas putarent, abstrusiora Trinitatis mysteria publicari, ut nunc fit paucim, in his praefertim provinciis, in quibus veterum illa religio in tremendis mysteriis irreverenter sublata est. Sed sapienter, & religiose voluerunt, eas in Altaribus ex tabulis compactis depingi, ut commode velis obductis, ut hodie, tegi possent, & ad cultum statis temporibus a Christianis exhibendum reverenter detegi. Summa enim cura cavebant Episcopi, ne Religio noster mysteria ludibrio cum Auctore haberentur, & irridenterentur a Gentibus. Sciebant quippe hujus Concilii tempore, quo major populi pars erat ethnicorum, nomen Christi aversis auribus Gentes exciperi; quinimmo memoriam ejus molestio, & iniquo ferre animo, nefandoque, & sacrilego errore, aut extrema potius dementia, iridere, & damnare Christianos, quod audirent illos hominem quendam (ut ajebat) poenitentia affixum Crucis colere, & adorare, ut Arnobius a & Minucius b Felix pluribus testantur.

Ne igitur huic periculo gravi, & perniciose exponerentur Christi Imagines parietibus Ecclesiæ depictæ, ideo ab Hispanis Patribus hoc Canone interdictæ sunt. Nec abstrusiora solum Humanitatis Christi, & Divinitatis mysteria publice in Ecclesiæ parietibus pingi, displicuit olim Episcopis, verum nec alia Christianæ doctrinae arcana literis consignari, vel palam, publice doceri, fas esse censebant; ne insanis ethnicorum ludibriis, & risu illa (ut dixi) expigerentur. Sozomenus c cum Concilii Nicenæ historiam texeret, & formulam Fidei inibi explicitam continuo addere esset necesse, illam se prætermittere, tam propria, quam communiam pietate, & hortatu, his verbis narrat: *Ceterum, ait, quia manum necessum pugavi, quo Symbolum Fidei tum approbatæ de cætero posteritati cum ratum maneret, tum exemplare cognitionem esset; ipsam illius formulam ad veritatem planius declarandam hoc loco citare: tamen cum piii Viri, iisque amici, & rerum ejus generis periti me docerent, res ejusmodi a Sacerdotibus solum, & Episcopis debere, tum dici, tum audiri; eorum sane appaobavi consilium. Nam verisimile est, nonnullos, qui non sunt initiati mysteriis, bunc librum perlectos. B. Dionysius d Areopagita: Et mibi (ait) nemo profanus obstrepit: nullus qui rudimentis cœlestibus careat, pergit advidendum. Nam nec infirmis puillis, adversam solaribus radiis aciem intendere tutum est; ita ne nobis quidem ea, quæ supra nos sunt, tentare velle, innocuum fuerit, siquidem vero legalis, sanctaque institutio, Oziam quidem, quod sibi Sacerdotale manus assumeret; Core autem quod celstora se sacrosancta munera usurpare præsumeret; Nudab vero, & Abiud, quod suo munere in digne abuterentur, abjecit, repulit, perdidit. Præter Gentiles, eis quoque mysteria recordata esse volebant, qui Baptismo recipiendo nomen recens dedit. D. Isidorus e est auctor, catechumenis Symbolum Fidei tradi non solitus, nisi in ipso fere Baptisterii limine consistentibus, eo nimis tempore, quo dicebantur Competentes, & tunc ait: Quasi communicatorium Fidei, & sanctæ confessionis indicium, quo instruti agnoscant, quales jam ad gratiam Christi exhibere se debeant. D. Ambrosius ad Marcellinam fororem referens, quid in causa de Basilicis tradendis actum esset: Sequenti die, ait, eras autem Dominica, post Lectiones, atque tractatum dimissis catechumenis,*

a Lib. 1. adver-
fia gentes.
b In Octavio.

c Lib. 1. Hist.
Ecccl. C. 19.

d De Ecccl. His-
tor. P. 1. C. 11.

e Lib. 2. De
officiis Eccles.
Cap. 21.

f Epist. 33.

*Symbolum aliquibus Competentibus in Baptisteriis tradebam: Basilicæ &c. Quare sui temporis haereticis Tertullianus a velut pudendum obicit, quod ethnicis, & Catechumenis Catholicæ Religionis mysteria, quemadmodum & Fidelibus, communia facerent: Non omittam inquit, ipsius etiam conversationis haereticæ descriptionem, quam futile, quam terrena, quam humana sit, sine gravitate, sine auctoritate, sine disciplina, ut Fidei sua congruens. Imprimis quis Catechumenus, quis Fidelis incertum est. Pariter adeunt, pariter audiunt, pariter orant; etiam ethnicæ, si supervenerint, Santum canibus, & porcis margaritas, licet non verus, jactabunt. Simplicitatem volunt esse prostrationem disciplina, cuius penes nos curam lenocinium vocant. Voluerit semper primi Christiani, Catechumenos a penitiori rerum sacrarum intelligentia studiæ arceri. Cum enim recipiebantur ad catechesis, quemadmodum dumtaxat Sacramentorum summa, velut per transennam, illis suppeditabatur, exactiori tractatione proiectioribus initiatis reservata; quod D. Cyrillus Hieropolymorum Episcopus sepissime docet. Initio enim operis adjurat sanctissime, ne quis infidelibus, & Catechumenis suas tradat catecheses. Quod de his Catechumenis vellem intelligi, qui primoribus tantum labris rudimenta Christianæ discipline gustabant; non autem de adultis, jam etate multata in Christo, & ejus doctrina progressis. Hoc tamen postea (Competentes intelligo) docet, ne audita proferant in vulgus: *Fueras, inquit, tu aliando Catechumenus, nec tam proposita tibi mysteria enarrabantur. Postea vero baptizatum alloquens: Considera, ait, quantam Deus dederit tibi dignitatem; Catechumenus vocabaris, foris subsistens; audiebas speciem, & nesciebas; audiebas mysteria, & non intelligebas; audiebas Scripturas, & ignorabas.* Chrysostomus b. *Dum enim Diaconus dicit: (ait) Pro Catechumenis instanter oremus; nihil aliud, quam universum Fidelium populum horcatur, ut pro illis ore, licet tunc adhuc alieni sint catechumeni: nondum enim pertinent ad Corpus Christi, nondum mysteriorum participes facti sunt; sed adhuc a spirituali grege divisi sunt. Quod si pro bis obsecrandum est, longe magis faciendum est pro membris nostris. Ob hoc autem ait: Initiante oremus; ne velut alienos averseris; ne velut peregrinos pro ignotis babeas: non enim habent precationem legitimam, atque a Christo inducam: nondum orandi fiduciam sortiti sunt; sed agent interventione aliorum, qui Sacris iniciati sunt: adhuc stant extra atria regalia, procul a sacris cancellis. Et paulo post subiungit: Post hæc prædit deprecationis modus; quis autem est ille? ut Deus aperiat aures cordium illorum.. Adhuc enim obturatae sunt, & occlusæ. Ceteram aures non has dicit externas, sed animi, ut audire possint, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt: nondum audierunt mysteria, quæ fas non est efferre; sed utcumque procul, & eminus stant; jam vero ut audiant, non percipiunt tamen quæ dicuntur, quod ea, quæ multæ desiderant intelligentiam, nec satis est, ut audiantur; at isti nondum intus habent aures, eoque Deus dat mibi linguam auditam, ut sciam quando oporteat proferre sermonem, quoniam ipse mibi aperit os, & dedit mibi manus, addidit mibi aurem audientem; quemadmodum etiam Prophetæ secus audiant, quæ vulgus, & Fideles aliter audiant, quam Catechumeni &c. Eadem ratione eos ab Ecclesia, absolta lectione sacra, per Diaconum dimisso, Veteres tradiderunt; nec Sacramento Eucharistiæ confiundo, aut jam consecro, inspiciendo intercessi poterant, ut testatur D. Basilius c, Auguſtinus d, & Isidorus e, & ante hos Dionysius Areopagita f: Porro Catechumenos, & energumenes, & eos, qui in penitentia sunt, Sacrofæcta Sacerdotalis institutio, psalmódiam quidem piam, & Divinam sanitatum Scripturarum lectionem audire permittit: ad ea vero, quæ deinceps in Hostiæ salutis oblatione geruntur contuenda, non hos plane, sed perfectos, & tanta rei dignorum admittit obtutus. Est enim Divinus Sacer Ordo sanctæ justitiae plenus, & unicuique pro meritis digna salubriter dividit, congruam singulis Divinarum rerum participationem, iuxta illorum modum, & rationem, suo tempore sacratus largiens. Extremus igitur Catechumenus ordo tribuitur. Sunt enim nullius perficiens mysterii participes, aut eruditæ: parentque Divina formationis pia substantia, Patrumque adhuc solet eloquii; formisque vivificis ad Divinam illam vitam, ac lucis Auctorem, & beatam, quæ ex Divina regeneratione provenit, effinguntur vitam. Quemadmodum agitur carnales infantes prius quam perficiantur, atque formentur, si cura sua destituantur, & absque obstericum manibus excidant, ut abortivi, & mortui casum illum ingenitum, & vita, luceque carrentem in terra habituris sunt (neque prefecto quispiam recte sentiens dixerit, ad id quod videtur intendens, in lucem illos etenebris emergere: objicit enim perita corporum servatrix medicina, lucem in iis solum operari, quæ lucis capacia sunt) ita & sanitatum rerum sapientissima disciplina rudes primo, atque informes animos in cunibalium Fidei, & tenero alimento sermonum Dei, quibus & illuminandi, & vivificandi vis adest, curat, fovet, ac nutrit. Obi vero illorum substantiam ad id perfectionis adduxerit, ut ad Divinam regenerationem idonei sint; tum denum suo ordine salubriter illis consortium ad ea, quæ sancti lucis, ac perfectionis, indulget. Nec Sacramento solum Eucharistiæ confiundo intercessi non poterant, sed nec orare simul cum Fidelibus licet. Concilium Laodicenum g: § Can. 19. Quoniam Catechumeno orationem separatis, & prius prostratis eis, Episcopum oportet celebrare, quibus egressis, orent etiam bi, qui in penitentia sunt constituti, & post manus impositionem, his quoque abscedentibus, tunc Fideles orare debebunt. D. etiam Chrysostomus h. Quid hac igitur, ait, sit oratione potentius, quæ columnam, & Ecclesiæ turrim adjuvit? Et Catechumenis quidem permisum hoc nondum est, quoniam nondum ad hanc pervenere fiduciam &c. Manus impositionem super ordinandos fieri, illis abscedentibus, Concilium Laodicenum i. vetuit; Evangelium illis legi in Ecclesia, benedictionem cum Fidelibus**

a Lib. De præ-
script. advers.
b Lib. 41.

b Homil. 2. in
Epiph. post
niorem ad Co-
rinth. I.

c De Spiritu
Sancto C. 27.

d Traſt. II. &
16. in Joān.

e L. 6. Etym.
C. 17.

f De Ecclesiast.
hierar. Pur. 3.
Cap. 3.

g Can. 19.

h Homil. 79.
de Oratione.

i Can. 4.
bus

^a I. Can. 13. bus simul suscipere noluit, sed separatim, Concilium Arausicanum^a. Justis defunctionibus exequis, orationibus, & sepulture non interesse, Dionysius^b Areopagita. Quinimmo tanta erat in celandis Sacramentis Religio, ut in concionibus publicis, a quibus Catechumeni, & Gentiles non arcebantur, nunquam propriis nominibus sacramenta coram ipsis exprimerentur; sed eam formulam usurpabant, qui concionabantur: *Per hoc, aut illud Sacramentum, quod norunt Fideles.* Quasi illis tantum Divinitatis, & Religionis arcana pandenda forent; ethnici autem, & Catechumenis occultanda, & reticenda. Quia forsan ratione hujus Concilii Patres ab exprimenda Imagine Christi in hoc Canone abstinuisse, tamen Christianis latente illorum verborum sensu, ne quod colitur, & adoratur, in parietibus depingatur; verosimile est, ut si Decreta forsan in ethnicorum manus incidissent; quid ob eorundem errores, & ignorantiam de Christo Religionis Auctore, & ejus Imaginibus in parietibus olim depictis, & denuo prohibitis, Christiani, & religiosi Episcopi constituerent, compertum non haberent. Nec a Sacramentis solum, & Imaginibus Christi sacris inspiciendis rejectos ethnicos, & Catechumenos olim accepimus; sed & ab aspectu etiam illius spiritualis lavacri, quod votis omnibus exceptare debebant, Concilli Arausicanici Decreto accepimus, ne forsan cælestis lumenis, & Ecclesiasticae discipline cognitione delituti, Naamani recordiam imitarentur, & consueta Gentium balnea esse cogitantes, talem illic corporis ablutionem parari sibi, & aliis impissime persuaderent. Quod sane cum hac parietum pictura Concilio nostro prohibita Decreti similitudine confonere videtur: eas enim in parietibus Ecclesiæ pingi noluerunt, ne ethnici, vel Catechumeni simpliciores, vel qui ad intima Christianæ Religionis non adhuc penetrarunt, Comnes enim tam infideles, quam Catechumenos Ecclesiæ ingredi potuisse usque ad Missam Conciliorum, Concilium^d Carthaginense docet) hominem mortuum, & Crucifixum, a Dei invisibilis, & impassibilis natura longe alienissimum esse, crederent, Auctoremque Christianæ Religionis sperantes, ipsam etiam Religionem contemnerent, quod Arnobii, & Minucii testimonio diximus superius. Non tamen negat Concilium, Imagines Christi depingi in Altari posse, ut suo tempore, & loco debita adoratione a Christianis tolerentur, ut & antea, & postea usurpasse Christianos veteres, recentiores pii, & erudit Viri copiose annotarunt. Hanc autem piam, & Christianam Religionis traditatem pingendi Imagines in Altari, ab ipso Apostolorum tempore deductam, Decreto confirmare omiserunt, pari qua diximus ratione; ne videlicet ethnicis, & Catechumenis exploratum foret, quid a Christianis quoquo loco, & tempore fieret, & celebraretur: neve Catechumeni Judaicæ proditionis crimen incurentes, myteria Fidei, & Religionis arcana, maximo Fidelium dispendio, & Religionis jactura ethnicis aliis profanissime evulgarent. Neque ab Imagine Christi inspicienda Catechumenos olim prohibitos mirabut, qui legerit, antiquorum Conciliorum, Arausicanici, & Moguntini^e Decretis cautum fuit. Burchard.^f Lib. 4. Decret. Cap. 18. & alii eius generis civilis salutationis officiis non fecus repulso fuisse, ac si adhuc essent Gentiles. Nec ethnicis solum, & Catechumenis, sed Christianis jam perfectis mysteria disciplinae Ecclesiasticae occultabant Veteres, ni Episcopi essent, vel Sacerdotes iudicio, & auctoritate dem L. 4. C. 95. g. De Eccles. hier. in princ. graves, ut B. Dionysius^g Areopagita docuit: *Sed observa diligentius, ne Sancta Sanctorum efferas, ne prophanis luminibus violanda permittas, verum revereberis magis: occultaque Dei mysteria spiritualibus, invisibilibusque notionibus honorabis, atque intemerata servabis: nequaquam ea passim rindibus tradens, sed Santis solis sanctarum rerum intelligentias sacratius paudeas.* Sic enim (ut Theologia nobis suis studiosis cultoribus tradidit) ipse quoque JESUS Divina profecto, atque omni substantia superior mens, & hierarchia omnis, & expiationis, ac Divina actionis initium, & substantia, augustinusque virtus, beatissimis illis spiritibus, & nobis naturali dignitate longe praestantibus, manifestus, simul atque spiritualius lucet: eosque pro viribus ad lacis suæ similitudinem transfert. Nostros item vanos, & inconstantes motus honestarum amore rerum in eum intento, nosque intendente, constringit, & in unam, ac Divinam perficit vitam. Constat ergo (ut opinor) Hispanos Episcopos, non simplici tantum, sed gemina pietatis laude decorando; altera, quod Imagines sacras ab initio Ecclesia venerationis ergo, in parietibus etiam Ecclesiæ depinxerint; altera quod pari postea animi probitate, simili cultu, & eadem religione, ut his, quæ diximus, & periculis, & erroribus occurrerent, eisdem pingendas recentiori constitutione interdixerint; quod ad insignem Hispaniæ commendationem pertinere, vel haereticos ipsos fateri necesse est.

h. Ad. 7.

Hodie vero propagata jam Religio; & consuetudine, & constitutione Ecclesiæ receptum est, Imagines Christi, & Sanctorum in parietibus depingi posse. Concilium enim Nicænum 11. sic decernit: *His sic se babentibus, regiam viam incedentes, & Sanctorum nostrorum, & Divinorum Patrum doctrinæ insistentes, & Catholicæ Ecclesiæ, in qua Sanctus Spiritus inhabitat, traditionem observantes; definimus, cum omni diligentia, & cura, venerandas, & Sanctas Imagines, ad modum, & firmam venerandæ, & vivificantis Crucis, & coloribus, & tessellis, aut alia quavis materia commode paratas, dedicandas, & in Templo Sanctis Dei collocandas, babendasque, tum in sacris vasis, & vestibus; tum in parietibus & tabulis; in adibus privatis, in viis publicis, maxime autem Imaginem Domini & Dei Servatoris nostri Jesu Christi, deinde intemeratae Dominae nostrae Deiparae, venerandorum Angelorum, & omnium deinde Sanctorum Virorum &c. Quod & Tharasius etiam ad Constantinum & Irenen dilucide expressit, dum scriptit: Quamobrem modis omnibus recipienda sunt venerande Imagines Domini nostri JESU Christi, quatenus scilicet perfectus Homo fuit, & ha quoque omnes, quæ bisorica & sacra Euangeliorum narratione depinguntur; nempe intemeratae Dominae nostra Deiparae, Sanctorum quoque Angelorum; nam hominibus ipsi quoque in forma hominis visi sunt: item Sanctorum omnium, quorum prælia,*

ⁱ Exstat in ea- dem A.D. 7. Co- lili Nic. 2.

^a certamina tabulis, & parietibus, sacræ item vestibus, & vasis insculpta amari debent: quemadmodum Catholicæ Ecclesiæ multis retrosculis in bice est instruuta.

Divus autem Ivo^a, Imaginum picturas in Ecclesiæ Canonе hoc non fuisse interdictas, ^a P. 3. decret. censuit; sed pictorum parietum, sive materiæ ipsarum Imaginum cultum, & adorationem. Illiberritanos enim Patres ad prototypa respiciendum in cultu Imaginum, decrevit, non ad materiam ipsarum Imaginum, interpretatur his verbis^b: *Picturas in Ecclesiæ non esse adorandas, sed quod adorandum est, membris Fidelium, per eos ad memoriam revocandum, ex Concilio Illiberritano Cap. XXXVI. Id ipsum docuit Serenum Massiliensem Episcopum D. Gregorius^c: Atque eis dicendum (ait) si banc instruccionem, ad quam Imagines antiquitus* ^c L. 9. Indi- fæsta sunt, habere vultis in Ecclesiæ; eas modis omnibus, & fieri, haberique permitto: At idem L. 6. Ep. 3. que indica, quod non tibi ipsa visio bisitrix, qua pictura teste pandebatur, displicerit: sed illa adoratio, qua picturis fuerat incompetenter exhibita: atque in his verbis eorum mentes demulcent, eos ad concordiam tuam revoca. Et si quis Imagines facere voluerit, minime probice, adorare vero Imagines, omnibus modis devita.

Laudo etiam aliorum doctrinam, & pietatem, qua Canoni huic plurimum lucis attulerunt. Sanctorum enim, & Martyrum picturas, ajunt, hoc Canone solum prohiberi, ne parietum descrutinatione debita Sanctorum Imaginibus reverentia detrahatur. Alii vero, ut imminente persecutione Christiani illas secum deferre possent, ne ludibrio ethnicorum, & Juðorum exposita relinquerent; portatiles voluisse Episcopos Hispania, non parietibus pictas, contendunt: quibus sane præclaras, quam merentur, pietatis laudem, impertior lumbentissime.

Cum tot igitur Catholicis, & commodissimis interpretationibus hujus Canonis verba, locum relinquunt commodissimum, cur erronea potius, & acerba, a qua longissime abfuerunt, quam sana sententia, & benigna, ad quam sine dubio respexerunt Episcopi nostri, Calvinus, Hiemayrus, & reliqui haeretici non leniunt illa, sed exasperant? Cur sanctam Episcoporum doctrinam, non illorum propria Religionem, sed vefana ipsorum impietate metiti volunt? Cur antiquum Christi cultum cum ipso Christo in Hispania feliciter nascentem, hoc Canone sanctissimo felicius excultum, impie contendunt antiquari? Cur altas Fidei radices adeo temere convelli? Cur Divinum Religionis nostræ semen vitiani, corrupti? Cur Martyrum, & Confessorum egregia facta, dicta, edicta, & placita perverti? Cur Hispaniarum splendorem tam impudenti mendacio inquinari? O si Felix ille Martyr Valerius, Cælesti sede ad tempus relicta, redivivus iterum vitales auras carperet, Calvinum, & reliquos haereticos tanquam fallarios, falsæ doctrinæ impostores, his Tertulliani^d verbis, causâ huic satis iudicio nostro d. De præscriptio. consentaneis, alloqueretur: (omitto lubentissime Catholicos, si negligenter culpa non omni- prio adv. haere- nino vacuos, impieratis tamen criminis omnino liberos.) Qui estis haeretici? Quando, & unde venilis? quid in meo agitis non mei? quo denique Calvine jure sylvam meam cœdis? qua licentia Balchaflar Hiemayre fontes meos tranvertis? qua potestate limites meos commoves? mea est potestio, olim possideo, prior possideo, habeo origines firmas ab ipsis Auctoriis, quorum fuit: ego sum haeres Jacobi, Flavius Cecilia, Melanthius Eugenii, & Dionysii Areopagitæ, Felix Torquati, Quintianus Mantii Christi Discipuli, sicut caverunt Christus, & Apostoli testamento suo, sicut Fidei commiserunt, sicut adjuraverunt, ita teneo, ita tenemus. vos certe exhæredaverunt semper, & abdicaverunt ut extraneos, & inimicos. Unde autem extranei, & inimici Apoltolis haeretici, nisi ex diversitate doctrina, quam unusquisque de suo arbitrio adversus Apostolos aut protulit, aut recepit? Illic igitur, & Scripturæ, & expositionum adulteratio deputanda est, diversitas invenitur doctrinæ. Si Dominus Jesus Apostolos misit ad prædicandum, alias non esse respiciendos Prædicatores, quam quos Christus instituit, quia nec alias Patrem novit, nisi Filius, & cui Filius revelavit; nec aliis videtur revelasse Filius, quam Apostolis, quos misit ad prædicandum; utique quod illis Christus revelavit: & hic præscribam, non aliter probari debere, nisi per easdem Ecclesiæ, quas ipsi Apoltoli condiderunt, ipsis eis prædicando, tam viva, quod ajunt, voce, quam per Epistolas postea. Si haec ita sint, constat proinde, omnem doctrinam, quæ cum illis Ecclesiæ Apostolicis, matri- cibus, & originalibus Fidei consiperet, veritate deputandam; id sine dubio tenentem, quod Ecclesiæ ab Apoltolis, Apostoli a Christo, Christus a Deo suscepit; reliquam vero omnem doctrinam de mendacio præjudicandam, quæ sapiat contra veritatem Ecclesiæ, & Apo- stolorum, & Christi, & Dei. Quod si doctrinæ, aut verborum potius ambiguitate preman- tur haeretici, hanc regulam observandam tradit idem Tertullianus^e: *Ubi enim apparuerit, in-* ^e De præscriptio. *quit, esse veritatem disciplina, & Fidei Christiane, illuc erit veritas, non solum Scriptu-* ^f C. 20. *rarum, sed & expositionum, & omnium traditionum Christi azarum: quia sicut Apostoli non diversa inter se docuissent, ita & Apostolici non contraria edidissent Apostolos; ipsi autem nec Deo consonam, vel doctrinam, vel interpretationem ediderunt; quia nec Apo-* ^{Idem in eodem. C. 24.} *stolorum consilium, nec Christi doctrinam, nec Dei iudicium reverentur: ubi autem Deus non timetur, nisi ubi non est? Ubi Deus non est, nec veritas ullæ est; ubi veritas nulla est, merito & talis disciplina est: at ubi Deus, ibi metus in Deum, qui est ini- tium sapientiae; ubi metus in Deum, ibi gravitas honesta, & diligentia attonita, & cu- ra sollicita, & adlectio explorata, & communicatio deliberata, & promotio emerita, & subiectio religiosa, & apparitio devota, & processio modesta, & Ecclesia uni- sa, & Dei omnia. Sed omittamus hos testes, & justitiae cultu, & vita integritate, & veritate doctrinæ, & Fidei Religione ut sanctiores, sic absque dubio meliores: nec strictis stipulationibus.* ^{f. L. Quoties in sanctorum Patrum regulis, sed vel paganorum testimonii rem adhuc ipsam attentius expen- De rebus du- damus. Nonne Ulpianus docet, vel in ethnicorum contractibus, & stipulationibus, quoties, bis.}

Concilium Illiberitanum

312

a Z. Ubi est verborum, De rebus dubiis.
 b L. Quoties, De rebus dubiis.
 c L. In ambiguis de reg. jur. d L. In obcl. 114. de reg. iur.
 e Pto Cacina. f Lib. Epif. 11.

ambigua sit oratio, idest quoties idem sermo duas exprimat sententias, commodissimum esse id accipi, quo res, de qua agitur, in tuto sit? nonne generalius scripsit Paullus a, in dubiis id semper agendum esse, ut res bona fide contracta, quam turpissimo loco constituantur? nonne Ulpianus b commodissimum esse id accipi, quo res, de qua agitur magis valeat, quam pereat? nonne voluit Metianus c in ambiguis orationibus id spectari debere, quod senserit is, qui orationem protulit? Nonne scripsit Paullus d, in obscuris illud inspici debere, quod verisimilius est? Quæ lex, ait recte Cicero, quod Senatus consultum, quod Magistratum Editum, quod fædus, aut pactio, quod (ut ad privatas res redeam) testamentum, quæ judicia, aut stipulationes, aut pacti, & conventi formula non infirmari, aut convelli potest, si ad verba rem defletere velimus; consilium autem eorum, qui scripserunt, & rationem, & auctoritatem relinquamus? sermo hærcule familiaris, & quotidianus non cibarebit, si verba intor nos aucupabimur. Recte etiam Seneca f monet, semper quem quid dubium est, humanitatem in melius inclinandam: ne fraudem innocentia dolus faciat, hæresis Religioni, veritati mendacium: quo impudentissime sanctiora hujus Concilii Decreta hæretici hoc tempore singulari impietate debilitare, contaminare, & corrumpere conantur. Sed verissimum tandem illud esse comperto, quod Tertullianus g scripsit, hoc inter ethnicos, & hæreticos interesse, quod ethnici non credendo credunt; hæretici vero credendo non credunt: quinimum audiendum non audiunt, intelligendo non intelligunt, dum sanctam & Catholicam Episcoporum Hispaniæ doctrinam, & Conciliorum Decretis, & antiquis Patrum iustititis, & summorum Pontificum Sanctionibus consentaneam, pro errorea, & impia interpretantur.

g Lib. de caritate Christi, c. 15.

h Lib. 1. adv. Gentes, i In Chronographia, Lib. 1. Cap. 1.

Nec minus stulta est, proca, & impia aliorum quorundam hæreticorum petulantia, qui omnem huic sacro Concilio, alio Concilio sacro auctoritatem contendunt sublatam: ridiculo sane, & impudenti quodam mendacio, indigno ut in eo detegendo, vel levissima a nobis opera ponatur: ponenda tamen est, ne aut illis ibi videantur, dum profana verba dempount, magnum aliquid dicere, aut si talibus nos continuerimus a litibus, obtinuisse se causam putent, viciam sui vitio, non assertorum silentio substitutam: quod de Gentibus olim dixit Arnobius h. Ajunt enim, vel effutunt potius impudenter, Concilium hoc Hispanicum paullo ante Francfordiense peractum, & in eo, ob sublatum scilicet sacrarum Imaginum cultum, hoc nostrum fuisse damnatum; ut ex illis refert Arnaldus i Pontacus Episcopus Vasletensis. Sed tantum eximiis his Ecclesiæ Doctoribus in aperienda hujus Concilii, & Francfordiensis doctrina Fidei nunc tribuendum, quantum maximis iisdem, ut se jactant, Ecclesiæ Antiquarii in exploranda Concilii antiquitate indulgendum antea probavimus. Imprimis enim in Concilio Francfordensi nihil actum reperio de sacrarum cultu Imaginum; nec in Epistola Adriani Papæ ad Episcopos Hispaniæ, nec in Libro Sacrosyllabo Paullini Aquilejensis, ejusdem Concilii auctoritate edito, probatoque, nec in Actis tandem reliquis ejusdem Concilii Francfordiensis; in his enim de errore solum Elipandi Archiepiscopi Toletani, & Felicis Urgelitani de adoptione Christi, & servitute decretum est; quod ea solum causa est tunc in Hispania inter Episcopos controversia. Sed permittamus interim, in Francfordiensi actum de Imaginum cultu; quibus argumentis, aut conjecturis, rogo, ab eisdem hisce Antiquariis, probare poterunt Concilii Decretum sacris Imaginibus derogasse, & in illo hujus auctoritate fuisse abrogatum? Si Theophilus, & Stephanus Episcopi, Adriani Papæ Legati, in Francfordiensis præfuerunt, & auctoritate Adriani, Illiberitanum, ut ipsi ajunt, improbarunt; ceu Adrianus k ipse mox oblata propria causa, Canones Illiberitani non laudavit modo, sed his ipsis, ut sanctissimam, rem gravissimam firmari, & stabiliri voluit in eo Opere, quod ex diversis Græca, & Latinæ Ecclesiæ Conciliis collegit, & Ingilramno Medio-matricis Urbis Episcopo tradidit? At dicent, Felicem Urgelitanum Episcopum in Concilio Francfordiensi damnatum, quem sacris Imaginibus bellum grave intendisse, ferunt Platina l, Sabellicus m, & Concilium Senonense n. Damnatum Felicem Urgelitanum o absentior; sed ob bellum indignum sacris Imaginibus, dissentior omnino, quod nec in Epistola Adriani, nec in Libro Sacrosyllabo p, nec in Actis ejusdem Concilii mentio exitet de eo errore Felicis; quinimo in Libro Sacrosyllabo a Concilio approbato dicitur, quod si ab eo errore adoptionis, & servitutis Christi respicerent Elipandus, & Felix, admitterentur ad Ecclesiæ communionem; quod utique Concilium non permisisset, si alio gravi iconomachia errore essent infecti: Elipandus namque, ait, & Felicem, novos hostes Ecclesiæ, sed veteros a face perfidia & poltutus, nisi ab hac stultitia resplicant, & per rectæ Fidei satisfactionem, lamentis se abundant pœnitentia; indignos, & ingratis eos a consilio Catholicorum perpetua animadversione eliminare decernimus, & a gremio orthodoxa Ecclesiæ censimus alienos. Optamus tamen, & omni aduersitate immensa pietatis boni Pastoris, qui animam suam posuit pro omnibus suis, & neminem vult perire, clementiam imprecamus, ut perfidia relicto errore, ad viam veritatis, quæ Christus est, & ipso redeant perducente, quatenus in finu Matri Ecclesiæ dilectionis suscepimus amplexu, tranquilla suaviter Fidei pace quiescentes, largissima sugant ubera bonitatis Dei, ac per hoc perpetua felicitatis gaudia, gratia Dei, qui pro omnibus mortem gustavit, largiente, sine fine valeant adipisci. Hactenus Liber Sacrosyllabus, qui Felicem perspicue admitti vult, deposito errore adoptionis, & servitutis, & pertinacem in illo damnari, nulla vel absolutionis, vel damnationis propter Imagines mentione iniecta. Qui putarunt itaque, in Concilio Francfordiensi actum de Imaginibus, fallo, & temere adjacentes, ut Hispaniæ, vel Ecclesiæ potius Catholicæ conflarent invidiam, in eo damnatum esse hoc Illiberitanum, tanquam si in ipso damnatus esset sacrarum Imaginum cultus; causam dederunt aliis, ut dicentes Felicem in Concilio damnatum, ut ejusdem erroris Imaginum auctorem; cum certum sit, nec in Concilio Francfordiensi Actum de Illiber-

K. C. 50. & 61. ejus collectio- nis, quam ad- juce causa de- fensionem com- plaxit, bujus Concilii duos citans Canones, ut potius propriis locis adnotabo.

l In Adriano. m Ennead. 8. n Can. 14. in fine.

o Non fuisse I- conomachum, defendit etiam Alanus Caput. D. 1. 5. C. 15.

p In Concilio Francfordiensi approbatu.

ri-

ritu, nec Felicem Imaginum cultum sustulisse. Qui primus eo tempore ejus erroris venenum disseminavit, non Felix Urgelitanus in Hispania, sed Claudius fuit Taurinensis in Italia, & Gallia (in Hispania enim nunquam est auctor) Felicis Discipulus, cuius impietate effectum est, ut a Discipulo in Magistrum aliorum errorum auctorem, crimen alterum referetur. Sed utinam qui Claudii impietatem imitantur, sacris Imaginibus obstantes, ingenii, saltem in hoc similitudine, eisdem veltigiis insisteret; efficierent sane, ut sacrosancta haberi semper debuissent, non modo apud Catholicos, sed apud hæreticos quoque hujus Concilii doctrina; cum ejus Religione Claudius impeditus, ab ea citanda semper abstineret, prudenter scilicet, aut callide potius, subolefaciens sacri Concilii sententiam, in ipsum gravioribus aculeis potuisse retorqueri. Quod indicant Jona Aurelianensis Libri, quos Caroli Magni iussu aduersus Claudium Taurinensem paullo post Concilium Francfordiense tempore, quo ipsa hæresis in Gallia orta est, scripsit, in quibus vel Claudium proposuisset, vel Jonam respondisse objecto hujus Concilii Decreto, mirum, aut necessarium potius silentium.

Postremo tandem, ad eximiam Hispanicas Religionis laudem illud maxime pertinere animadverto, quod summa Dei benignitate evenisse, credi par est; nulla videlicet hæresis, vel erroris iconomachia macula, a principio nascentis Ecclesiæ ad hanc usque diem, Ecclesiæ Hispanicas vel leviter notatas, nebulas pollutas, & contaminatas fuisse, si antiquiora, & recentiora Concilia, si traditiones Majorum, si vetustos Regni Annales attenti studio consulamus. Quid enim, si tam præclaro hoc, & singulari Religionis cultu, & observantia, Divina Hispanos elegit Sapientia, ut sanctam ejus Fidem, ut Religionem Catholicam, ut sacrarum Imaginum cultum, quem Galli, Germani, & Angli tam pertinaci, & obstinato oppugnant animo, adeo felicibus auspiciis ad extreum Orientem, & Occidentem Hispani propagarint? Quis enim ipsos, non ipsos dico, sed aeternam erga ipsos Dei Optimi, & Maximi beneficium non admiretur, non suscipiat, non colat, & sempiternis effera latibus, quod pio iporum studio, quod religiosa sollicitudine, quod zelo Christiano tot Oppida, tot Urbes, tot Populi, tot Gentes, tot Nationes, quæ a Christo, vel improbitate summa, aut ignorantia aberrabant, depulsis tenebris, errore deposito, abjecta superstitione, confitatis Idolis, ad veram Evangelii lucem adhuc convertantur; & Christum verum Deum, & Hominem, sanctissime nostræ Religionis Auctorem agnoscant, venerentur, & reverenter adorant; ipsiusque precepta studiosissime complectantur? Faxit ergo, ob aeternam, & summam ipsius benignitatem Deus, ut conservata pura, & puta tam antiqua, & orthodoxa Religionem, retentaque tam Christiana, ac sacri erga Imagines cultus felicitate, diu possit, & semper Hispania in ipso sanctissime gloriari.

Hispanicas Ecclesiæ de Iconomachia erroris nuncquam jure notari potuisse.

COMMENTARII NOVI.

Hujus Canonis variae traduntur interpretationes a Viris doctis ad afferendum sanctarum Imaginum cultum, & debitum honorem. Prima, hoc Concilio rejectas esse Imagines pictas, non sculptas, ob idolatriæ metum, ut de Salvatore in forma Jovis picto tradit Nicephorus Libro 5. Cap. 23. Secunda, ne imminentे persecutio-ne Christiani auferre secum, aut occultare, non possent; & ita pictæ essent ludibrio Judæis, & Paganis. Haec ex Sandero Libro 2. Cap. 4. De cultu Imaginum. Idem Turrianus Libro 1. De hierarch. Ordin. Cap. 12. Tertia, ne pictura facile deformetur, parietum crustis dejectis, & inde amicta venerabilis forma, potius contemptui sint, quam venerationi. Ita interpretatur hunc Canonem D. P. Martinez, insignis Theologus, Canonicus Conchensis, & apud Complutenses Magister meus, in Commentario Epistolæ Paulæ, Loco 18. De Imaginum debito cultu. Quarta, pro temporum varietate statuta variari humana. Unde in Eliberitana Synoda non esse Imaginibus negatum honorem, quin potius in sanctarum Imaginum venerationem cœle interdictum, ne in parietibus depingentur. Verum Concilii Nicenæ II. Act. 7. id modis omnibus permittitur: Definimus, cum omni diligentia, & cura venerandas, & sanctas Imagines, ad modum, & formam venerandas, & vivificantis Crucis, e coloribus, & tessellis, aut alia quavis materia commode paratas, dedicandas, & in Tempis suntis Dei collocandas, babendasque.

Tom. II.

tum in sacris vestibus, & vestibus, tum in parietibus, & tabulis, in adibus privatis, in viis publicis; maxime autem Imaginem Domini, & Dei Salvatoris nostri Iesu Christi, deinde intemeratae Dominae nostre Deiparae, venerandorum Angelorum, & omnium deinde Sanctorum Virorum. LOAISA.

Secundam, ac tertiam interpretationem sequuntur Bellarminus Lib. 2. De Imag. Capite 9. Suarez Tomo 1. Disp. Theolog. Disp. 53. Sect. 1. eamque utiliter latam, ac promulgatam esse illo tempore, quo idolatria maxime vigebat, quoque facile accidere poterat, ut in parietibus depicting, vel ab infidelibus irreverenter tractarentur, vel etiam (quod supra indicat Garsias) parietum crustis dejectis, deformarentur; quia vero hoc incommodum diligentia mutari potest, & antiqua illa necessitas jam cessavit ideo hoc Decretum Synodi Eliberitanae usu abrogatum est, & in Septima Synodo Generali, quæ est Nicæna secunda, hujusmodi Imagines in parietibus depictinge admittuntur, ut supra bene etiam a Garsia notatum est. Vide quæ notavimus supra in Notis ad Synodus Apostolicam Antiochenam. BINIUS.

De picturis, & tabulis, non vero de signis, aut statuis hic agitur; & de picturis quidem, non quibus Sancti, & Martyres, sed quibus Deus ipse, ipsaque Trinitas representaretur; illi siquidem non adorantur. Verant igitur, Deum in parietibus depingi, ne scilicet, quem Gentilibus, & Catechumenis immensum, omnipotentem, invisibilem,

R. & er-

externum, incomprehensibilem, spiritualem, corporis, & materie expertem, & immunem prædicarent, eum ipsi Gentiles, & Catechumeni in ipsorum Ecclesiis, lineis, & coloribus circumscriptum, & comprehensum cernerent. Ne igitur Divini Numinis maiestas minueretur, & aliud deo depingeretur, quam prædicarent, & quem supra homines extollerent, humana specie depictum oculis objicerent; vetant, ne in Ecclesiis Dei Imagines suspendantur. Hæc ad Sanctorum Imagines nullatenus pertinent. Ad hæc ex *Apologet. pro Christianis* ex Tertulliano, & Minucio discimus, varios Deos, Deorumque formas Christianis Gentiles fixisse, ut quisque ex eorum ritibus aliquid auxiliet, aut aliquid in eorum Ecclesiis adnotasset; ita vulgatum, Solem eos adorasse, quod diebus Solis frequenter in Ecclesiis convenirent; res turpes eosdem colere suspicio fuit, quod ad pedes Episcoporum volverentur pœnitentes. Ne igitur in mentem Gentilibus veniret, Christianos hominem, aut Deum humanæ speciei similem adorare, si humanas facies in eorum Ecclesiis intuerentur, Deum vetant in eis depingi. ALBASPINÆUS.

Supposito ex Canonibus Apostolorum sicuto Imaginum usu, videndum est, quare in hoc Concilio prohibetur, ne Imagines in parietibus Ecclesiæ dipingantur. Baronius Tom. 1. Annal. multis argumentis suspicatur, hunc Canonem suppositum esse, nec a Concilio Eliberitano latum. Neque enim potuit, aut debuit decem & novem Episcoporum conventus in Orbis angulo congregatus, aliud statuisse, quam quod ubique locorum profiteretur Ecclesia. Bellarm. Lib. 2. *De Imag.* Cap. 9. dicit, hoc determinatum esse, ne Sanctæ Imagines humore parietum facile corrumpentur, aut alia de cauſa splendorem, & pulchritudinem amitteret. Verior responsio est, quod tempore hujus Concilii adhuc gentilium in Christianorum Ecclesiis persecutio ingrueret: siquidem Elibertinum hoc Concilium in Hispania ante Nicænum 1. celebratum est ab Episcopis illius Regionis, ut multis placet. Quamobrem, ne Sanctorum Imagines, quæ in parietibus depictæ, a porsequeitoribus inventæ essent, & contumelia afficerent; ibi decreta fuit, ne quod adoratur, in parietibus depingeretur, ne Gentilibus ludibrio fierent: sed tantum in tabulis, quæ asportari, & in tuitiorem locum reponi possent, effingerentur. CORIOLANUS.

Omnes DD. qui hujus Canonis explicacionem aggressi sunt, ejus verba nihil a veritate Catholica diffonunt continere demonstrarunt; quod ut & nos ostendamus, supponimus, sacrarum Imaginum usum ab Apostolis duxisse originem, ut probatur in Synodo Nicæna, & a S. Joanne Damasceno in orat. *De imaginibus*. Certum etiam est, usum, & venerationem ipsarum, non minus in Hispania, quam in aliis Provinciis, ab Apostolis introductum fuisse, cum ubique eosdem cultus, & mores per omnia similes prædicaverint. Synodus Nicæna 1. Can. vii. Usque adeo venerandarum Imaginum demonstratio in Ecclesia obtinuit, ut ab eo tempore, quo Euangelium prædicari coepit est, ad hæc usque tempora receptæ fuer-

rint. Unde Dexter anno Christi L. ita refert, *Petrus ut Christi Vicarius Hispanias adit: Imagines Antiochia delatas afferit*. Ubi notarunt bivarcius, & Caro. Ejus rei perseverat Matri teſtimonium non leve in sacra & miraculosa Imagine B. Virginis, vulgo nuncupata *De la Atocha*, de cuius antiquitate multi existimant a tempore Apostolorum ibi constitutam. Quandoquidam ante D. annos, tempore S. Isidori Agricolæ, erat celebris; & cum inde certum sit superasæ vetustate Maurorum dominium in Hispania; & ex characteribus quibusdam ipſi affixis, constat Apostolicam redolere etatem. In tanta autem vetustate nulla nomenclaturæ sua ratio conveniens assignari potest, nisi quod prius dicta sit *De Antiochia*; paulatimque voce illa aliquatenus alterata, *De Atocha*, nuncupata sit; atque ita a D. Petro illam accepimus ab Antiochia delatam, ut referant M. Egidius Gonzalez in sua *Historia Matritensi*. Utilitas enim fuerunt sacrae Imagines a tempore, quo Ecclesiæ construi coepiunt, ad Christianorum solarium; & ut illiterati agnoscant, quod ex lectione Librorum alsequi nequeunt. S. Ioannes Damascenus orat. 2. de Sanctis Imaginibus: *Etenim illiteratis hominibus hoc sunt Imagines, quod literatis Libri: & quod auribus oratio est, idem est oculis Imago; cui tamen Imagini intelligentia conjugitur.*

Segnius irritant animos: demissa per aurem;
Quamque sunt oculis subiecta fidelibus.

Iccirco Imagines inventæ sunt, quæ nobis ad rerum occultarum demonstrationem, atque notitiam tamquam itineris duces aditum patefaciunt. Prorsus autem ad utilitatem, & beneficium, ac salutem nostram pertinet, ut rebus notatis, atque descriptis, ea quæ latent intelligamus. Gregorius Magnus Lib. 7. Epit. xix. *Iccirco Imagines in Ecclesiis adhibentur, ut quæ literas nesciant, saltim in parietibus videndo legant, quæ legere in codicibus non valent.* Paullinus Natal. 9. de S. Felice. Unde PP. Ecclesiæ Gallicanae in Concilio Provinc. Senonensi relato a Rochel. Lib. 4. *Decret. Eccl. Gall.* Tit. 4. C. 17. sacras picturas *idiotarum libros* vocitabant. Plura pro Imaginum usu, utilitate, & antiquitate in omnibus Provinciis contra Iconoclastas, & Icomachos congeserunt Baronius anno Christi xxxi. n. 61. & anno xxxiv. n. 273. anno xlvi. num. 17. anno lvii. num. 111. anno ccxxiv. num. ult. Bolduch. in *Ecclesia post legem*. Cap. 13. Vasq. in 3. Par. D. Th. Disp. 112. Q. 25. Art. 13. Carria To. 2. *Fidei*. fol. 1013. Torreblanca, *De jure spirituali*. Lib. 1. Cap. 11. Agricola Tract. *De imaginis*. Crespetius in Summa, verb. *Imagines*. Ayala *De Ecclesiast. tr ad. 3*. Par. Turrianus Lib. 4. *Dogmat.* fol. 135. & in Not. parv. ad Clement. Lib. 5. Cap. 7. Suar. in *Defensione Fidei*. Lib. 2. Cap. 10. & 11. Faber Lib. 2. *Agonist.* C. 21. Georgius Ambianus ad *Tertullianum*, *De idololatria*, Cap. 3. Coquetus in Notis ad D. Augustinum, *De Civitate Dei*, Cap. 9. Loaisa in Notis ad Concilium Teletanum XII. Canone 9. Bulleng. *adversus Casaub.* Diat. 1. Ferrandus in *Disquisit. Relig.* Lib. 2. Cap. 1. Art. 6.

His suppositis, ingentem præbet dissimilitatem præsens Canon, dum picturas,

I maginesque jamdiu observatas, & veneratas in Ecclesia prohibet in parietibus depingi ex ratione illa generali: Ne quod colitur, & adoratur, in parietibus depingatur. Difficultate oppretus Baronius anno LVII. pagina 763. existimavit, Canonem hunc suppositum esse a quodam Discipulo Claudi Episcopi Hispani heretici Iconoclastæ, qui fuit fautor Felicis Urgelitani, etiam heretici Nestoriani, damnati in Concilio Francfordiensi. Movetus Baronius, quia Ferrandus Diaconus, Dionylius Exiguus, & Cresconius, diligentissimi Canonum Latinorum Collectores, hujus Canonis nullam fecerunt mentionem; & si esset Canon hujus Concilii, non lateret Vigilantium, & Claudium, utrumque Hispanum, & impugnatorem sacrarum Imaginum. Sed nimis levia sunt hæc; nam Ferrandus, Cresconius, & Dionylius, alias plures, tam Ecclesiæ Latinae, quam Graecæ Canones insuis Collectionibus omiserunt. Unde cum præsens Canon reperiatur, non solum in hoc Concilio, verum apud Decretistas, Burchardum videlicet, & Ivonem, non est, cur ut suppositius rejiciatur. Similiter quod Claudius, & Vigilantius Imaginum eversores, nunquam ad probationem sui erroris Canonem illum advocaverint, aperte demonstrat, nihil in eo contineri, quod illorum sententiae faveret; siquidem Patres Hispanie non absolute prohibent, Imagines sacras depingi, sed tantum in parietibus; unde postea recte reperpensa, idem Baronius pro isto Canone decertavit anno cccc. pag. 774. Nec durum Spondani calamum in Epitome ipsius anni. Num. 35. sustinere possum, dum ait, quod si absit a Canone isto fraus, & impostura, nec placeat aliquorum interpretatio; nemo feret, potuisse, vel debuisse decem, & novem Episcoporum conventum in Orbis angulo congregatorum aliud statuere, quam ubiqui locorum Universalis observasset Ecclesia. Rectius quidem Spondanus ageret, si Decretum Concilii ab Ecclesiasticis Sanctionibus nullatenus diffidere, maturius penitaret quecum suo Baronio fecit, Canonem difficilimum Concilii Laodiceni, *De cultu Angelorum*, exponens anno LX. Num. 11. preterim cum fore omnes hujus Synodi Patres sanctitate, & doctrina illo ævo præfulserint, & fere omnes Martyrii palmam assequentur. Alii existimarent, Patres in præfæcie Canone solum prohibuisse in parietibus picturas fieri Imaginum Dei, ut in se est; ne veſano Gentilium, & ethinorum errore ducti, putarent Catholicæ, aut Gentiles, Deum nostrum verum, & invisibilem, ut quid corporeum, Idolorum itulta imitatione, pingi debere, aut posse. Ita docuerunt Alanus Cappus Dial. 5. Cap. 16. Ayla, *De tradit.* Cap. 3. prope finem, Sixtus Senen. Libro 5. Biblioth. Annot. 247. Cerdà in *Advers. Cap. 143*. Num. 9. Placeret hæc interpretatio, nisi signanter Patres prohibuissent, in parietibus depingi id, quod colitur, & adoratur, quasi pictas tantum in parietibus Imagines, non vero, aut sculptas, aut tabulis delineatas interdicerent. Deinde quia Iliberrini Patres de omnibus Imaginibus indistincte in parietibus non pingendis agunt, quare non sunt re Tim. II.

nunc cernimus; nimur sacras ædes hominum picturis ornandi, quod liquet ex Epiphanius Epistola apud Hieronymum 60. Capite 5. *Præterea audivi, quoſdam murmurare contra me; quia quando pergebam ad sanctum locum, qui vocatur Bethel, ut ibi collectam tecum, more Ecclesiastico facherem, & veniſsem ad villam, quæ dicitur Anabala-*ta, *vidiſsemque ibi præteriens lucernam ardentem, & interrogarem, quis locus effet, didicifemque, esse Eccleſiam, & intraſem, ut orarem; inveni ibi velum pendens in furibus ejusdem Ecclesie tintum, atque depigatum, & habens Imaginem quasi Christi, vel Sancti cuiusdam; non enim satis memini, cuius Imago fuerit. Cum ergo vidifsem, in Ecclesia Christi contra autoritatem Scripturarum hominis pendere Imaginem scidi illud &c.* Ubi dum Epiphanius ait, velum hujusmodi, in quo erat hominis Imago depicta,

C A N O N XXXVII.

De Energumenis baptizandis.

Eos, qui ab spiriti tibus immundis vexantur, si in fine mortis fuerint constituti, baptizari placet; si vero Fideles fuerint, dandam eis esse communionem. Prohibendum etiam, ne lucernas hi publice accendant. Si facere contra interdictum voluerint, abstineant a communione.

C A P U T S E X T U M .

Energumenos baptizandos, si extremo urgeantur periculo.

Adulti Catechumeni suscepunt Baptismum, cum omnibus Fidei interrogationibus respondere deberent, ut docet Augustinus a; dubium erat, an si maligni spiritus possessione correpti expertes essent rationis, ad suscipiendum Baptismum forent admittendi? Augebat & illud dubitandi occasionem; nam cum per Baptismum Spiritus Sanctus daretur, indecens, & indecorum videbatur, ut in maligni spiritus habitaculo, Spiritus Sanctus descendere quodammodo cogeretur. Sed obtinuit apud Patres clementia, & benignitatis ratio: neve religiosa illa, & sancta cogitatio, & desiderium, quo primum Catechumeni voluit esse Christianus, premio suo fraudaretur, placuit, ut ad Fidem suscipiendum Catechumeni admitterentur, si extremo vite urgerentur periculo. Quod primum hic Hispani PP. Africani postea Concil. Carthaginensis iiii.^b definierunt: *Ut ægrotantes (ajunt) si pro se respoudere non possunt, cum voluntatis eorum testimonium sui dicorint, baptizentur.* Idem constituit Concilium Arau-^a sicanum c: *Subito obmutescens, prout statutum est, baptizari, aut penitentiam accipere potest, si voluntatis præterita testimonium aliorum verbis habet, aut praesentis in suo nutu.* Et postea d: *Energumenos Catechumenis, in quantum, vel necessitas exegerit, vel opportunitas permiserit, de Baptismate est consulendum.* In hoc autem Canone duplex concidunt Hispani Patres privilegium. Alterum est, quod qui rationis capaces non sunt, sicut Sacramentorum participes. Alterum, ut extra tempora a sacris Canonibus diffinita Baptismum accipiant: quod in sequentium temporum Patres perpetua, observantia coluerunt. Timotheus e sanctissimus Alexadrinus Episcopus his verbis respondit: *Si Catechumenus a dæmonie corripiatur, & voluerit ipse, vel sui, ut sanctum Baptismum accipiat, debet ne accipere, an non? & maxime si morti propinquus fuerit?* Resp. *Si is qui a dæmonie corripitur, non fuerit ab immando spiritu mundatus, non potest sanctum Baptismum accipere; sed in exitu a vita baptizetur.* Tanta enim erat olim in Baptismo suscipiendo religio, ut non dæmoniaci solum, sed nec mulieres menstruas ad Baptismum ob singularem ejus Sacramenti reverentiam admittentur, ut idem Timotheus respondit f: *Si mulier Catechumen (ait) dedit nomen suum, ut illuminaretur, & die Baptismatis illi accidit, quod solet mulieribus, debet ne eo die baptizari, an differre, & quantum deferre?* Resp. *Debet differre, donec purgata fuerit.* Ad quem Theodorus Balamon haec adjecit: *Qui divino Baptismate digni erant habendi, describerebantur ab his, qui munus Ecclesiasticum exercebant: si ergo, inquit, descripta mulier tanquam baptizanda, in fluxum menstruarum inciderit, quando debet baptizari?* Hic autem dominus Pater respondit, quod quando purgata fuerit, donec enim præstiruti dies præterierint, impura esse judicabitur, & nec baptizabitur, nec Divinis Mysteriis digna habebitur.

a De fide, &
oper. C. 4.

b Can. 34.
apud Grat. in
C. Ægrotantes.
De conf. Dift.
4.

c Can. 12.

d Can. 15. e-
jusdem Concil.

e ad interro-
gat, secundum

f Idem ad in-
terrogat. jz-
tum.

contra auctoritatem Scripturarum in Ecclesia pendere, forte respexit ad hunc Illiberitanum Canonem; nulla enim expressior hujus rei prohibito ante Epiphanius tempora fuit, quam quæ ab ipso Concilio lata est. Igitur Patres cum in Ecclesiis introduci Imagines hominum viderent, zelo Divini honoris accensi, perniciosissimum depellere morem ex Ecclesia curarunt, statuendo, picturas hominum in Ecclesia esse non debere, in prima parte hujus Concilii; & ut secunda rectius sequatur, leve mendum irreprobabile, Author animadvertisit in Particula, ne, & legendum putat, nec, ut duo diversa statuantur, ita: *Placuit, picturas in Ecclesia esse non debere;* nec quod colitur, & adoratur, in partibus depingatur. Hoc attulit eruditus quidem Vir. Oro, Lector, ut priusquam novitatem culpes, aut criminis, serio penitus interpretationem hanc. GONZALEZ.

C O M M E N T A R I I N O V I .

Sicut Timotheus Alexand. in suis *Responsion.* Cap. 3. dicit, obsecros a dæmonie communicando esse, non singulis diebus, sed statim dumtaxat temporibus; ita Patres hujus Concilii statuerunt, eisdem, si in fine mortis constituti Fideles fuerint, communionem non esse denegandam, si nimur id sine irreverentia periculo fieri posit. Vide quæ notavimus supra Can. xxix. BINIUS.

Borum qui ab immundis spiritibus infestantur, duo erant genera. Quidam perpetuo agitabantur, alii lucidis intervallis gaudebant. In prima Canonis parte dandum illis Baptismum, aut communionem, si mori eos contingenter: hi a communione, si contra disciplinam quicquam faciunt, aut lucernas accendunt, pelluntur. Sed quorūm hæc verba, aut quamobrem de lucernis potius, quam de quavis alia re meminerint? Scimus, Christianis interdictum, in festis gentilium lucernas accendere; sed nescio cur hoc Canone id energumenis potius, quam aliis prohibetur, neque id conjectura ulla, aut divinatione affequi possumus.

Ad eos etiam, qui perpetuo vexarentur, extrema Canonis verba referri possunt, qui etiæ neque Eucharistiam adirent, neque in communionem precum vocarentur; excommunicari tamen poterant, hoc est, funditus ab Ecclesia adiuto repelliri, neque ad preces, & supplicationes fundendas adhiberi, neque ut expiarentur admoveri; neque enim communione si quis precum, aut Altaris privabatur, propter eum excommunicatione perculsum fuisse existimandum est: ut de energumenis dici potest, in quos anathema non contorqueatur; quid enim tali poena, aut excommunicatione dignum præstiterant, aut quo se peccato polluerant? ii tamen a communionibus fecerubantur. ALBASPINÆUS.

Licet in Ecclesiæ primordiis Baptismus quolibet die celebraretur propter baptizandorum magnum numerum (D. Ambrosius in Epit. ad Ephes. Cap. 4. ita scribit: *Postquam omnibus locis Ecclesia sunt constituta, & officia ordinata, aliter composta res est, quam cooperat.* Primum enim omnes docebant, & omnes baptizabant, quibuscumque diebus, vel temporibus fuisset occasio; nec enim Philippus tempus queſivit, aut diem, quo Euanchum baptizaret, neque jejunium interposuit; neque Paulus, & Silas tempus distulerant, quo Optionem carceris baptizarent cum omnibus ejus; neque Petrus Diaconos habuit, aut diem queſivit, quando Cornelium cum omni domo ejus baptizavit.) tamen ipso Apostolorum tempore jam coepit ministrari tantum hoc Sacramentum Paschale, die Resurrectionis, & Pentecostes. Leo Papa Epit. iv. ad universos Sicilia Episcopos Cap. 3. Tertull. *De Baptismo.* Cap. 19. Diem Baptismo solennem Pascha præstat, quum & Pascha Domini, in qua tingimur, adimpleta est; nec incongruenter ad figuram interpretabitur, quod cum ultimam Pascha Dominus est altarus, missis Discipulis ad preparandum: Invenietis, inquit, hominem aquam bajulantem, Pasche celebrande locum signo propter multi etiam eo Sacramento non initiati.

Istati decesserunt. Fuerunt e contrario primis Prædicationis Evangelicæ temporibus quidam tanti fervoris in Divina credulitate, ut pro charissimis ante susceptionem Baptismi defunctis baptizari studerent, quorum meminiit Divus Paulus i. ad Corinthios, Cap. 15. in illis verbis: *Quid facient ii, qui baptiza ntur pro mortuis?* Et statim: *Qui nisi credarentur resurrecti, stultum eis, pro sis, qui jam non existarent, laborare.* Quæ verba expōens D. Ambrosius, ait: *Exemplum eorum subjicit, qui tam securi erant de futura resurrectione, ut etiam pro mortuis baptizarentur, si quem forte mors prævenisset; timentes, ne aut male, aut non resurgeret, qui baptizatus non fuerat, vivus nomine mortui ingebatur.* Qui pius usus aut ex ignorantia acceptus, postea in errorem quorundam hæreticorum transit. De Cerinthianis loquens Epiphanius Hæres 28. ita ait: *Et traditiones res quædam ad nos devenit, quod quidam apud ipsos decesserunt morte præoccupati circa Baptisma; alii vero pro ipsis in nomine ipsorum baptizentur, ne ubi resurrexerint illi, in resurrectione pœnas dent, eo quod non acceperint Baptisma.* A quibus acceperunt Marcionista, de quibus Christolomus in Epistola 1. ad Corinthios, Cap. 25. Homilia 40. Postquam Cathebumenus quispiam apud eos exceperit,

Si vero Fideles fuerint, dandam esse eis communionem.

D Antiqua Ecclesiæ consuetudine tribuendi communionem energumenis Fidelibus, actum late superius, & de ejus observatione,

Prohibendum etiam, ne lucernas publice accendant.

CAPUT SEPTIMUM.

Luminaria accendi consuevisse in Ecclesia bujus Concilii tempore, eaque probata ab his Patribus, non prohibita; & cur ea accendere Energumeni prohibeantur.

Primo hujus Canonis versiculo actum est de infidelibus, qui extremo vitæ periculo constituti, baptizari cupiunt. II. vero de Fidelibus, quibus energumenis factis communionem concedit; hoc autem postremo de Clericis agitur, quos Acolytes dicimus; ad hos enim pertinebat olim Ecclesiæ luminaria accendere, ut ex Concilio Carthaginensi 1. v. accepimus: *Acolytus, ait, quum ordinatur ab Episcopo, doceatur, qualiter in officio suo agere debeat; sed ab Archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, ut sciat, se ad accendenda Ecclesiæ luminaria mancipari.* Quare illos volunt Patres, si dæmonia ci sint, ab officio illo esse suspensus. Nec id tantum olim in usu erat, sed inter Audientes constituebantur, ut ex Canone vi. Concilii Aurelianensis refert Burchardus^a & Ivo^b: *Si quis Clericus, ait, vexatus fuerit a dæmonio, decem annos peniteat, & inter Audientes sit, & ad sacros Ordines cret. Cap. 93. non adducatur. Si bene egerit, & per Dei gratiam liberatus fuerit, sit in reliquis officiis cret. Cap. 105. De Ecclesiasticis.* Simile ex Decretis Nicolai retulit Ivo. Idem decrevit Concilium Arauficanum^c. ^c Idem P. 11. Energumeni, ait, non solum non assumendi sunt ad ullum Ordinem Clericatus, sed & illi Cap. 104. Can. qui ordinatis jam sunt, ab imposito officio sunt repellendi.

Constat etiam ex hoc Canone, Hispanos Episcopos Ecclesiæ luminaria in hoc Concilio approbasse, non interdixisse.

COMMENTARII NOVI.

Libenter adhæreo interpretationi Mendozæ, cum certum sit energumenis prohiberi, dum obseruantur a dæmonibus, in Ecclesia propria manu ministrare, ut pro-

bavi supra Can. xix. & similiter notum sit, officium accendi publice luminaria in Ecclesia spectasse ad Acolytem, ut constat ex Cap. Cleros, versu, *Acolytus. 21. Dist. Cap. Per leffis,*

leffis. . versu, *Ad Acolytem. 25. Diltinctorio-ne.* Probant fuse Petrus Gregorius, Lib. 15. Syntagm. Cap. 9. Claudius Spencæus ad Divum Paulum, Lib. 1. Digress. Cap. 8. Cerdia in Advers. Cap. 94. Menardus in Notis ad Sacramentar. D. Gregor. fol. 272. Vicecomes Volum. 3. De ritib. Missæ. Cap. 25. Alter Durantius Lib. 1. De Divin Offic. Cap. 8. num. 5. quem sequitur P. Gabriel. Henac 3. Par. Disp. 3. & Disp. 28. Sect. 36. nu. 755. Canonem hunc accipit; docet enim, in eo agi de Energumenis neophytis, quibus prohibetur lucernas accendere, non in Ecclesia, sed in Sacra Gentilium. GONZALEZ.

C A N O N XXXVIII.

Ut in necessitate & Fideles baptizent.

Peregre navigantes, aut si Ecclesia in proximo non fuerit, posse Fidelem, qui lavacrum suum integrum habet, nec sit bigamus, baptizare in necessitate, ita ut si supervixerit, ad Episcopum eum perducat, ut per manus impositionem perfici possit.

C A P U T O C T A V U M.

In necessitate omnes posse baptizare, observata Ecclesiæ forma, & quæ sit hæc manus impositio, qua Fideles perfici dicuntur.

E Piscopos primum olim Baptismi dandi jus habuisse; Presbyteris vero, & Diaconis postea id concessum, Author Clemens^a: *Sed neque laicos, inquit, concedimus ali-* a L. 3. Conf. *quod Sacerdotale munus exercere, veluti Sacrificium, Baptismum, manus imposi-* Apost. C. 10. 5^b *tiōnem, vel benedictionem magnum, sive parvam. Non enim sibi quisquis sumit honorem, Hebr. 5.* *sed qui vocatur a Deo. Nam per Episcopi manus datur hæc dignitas; qui vero a deam pro-* *motus non est, sed eam sibi usurpat, Ozia pœnam sustinebit.* En mox: *Sed neque reliquos 2. Paralip. 26.^c baptizare permittimus, veluti Lectores, Cantores, Ostiarios, Ministros; sed filios Episcopos, & Presbyteros, ministrandibus illis Diaconis; qui hoc ausi fuerint, Coritrum sup- Idem in codem Cap. 11. b De Baptismo Cap. 17.* plitum patientur. Id etiam docuit Tertullianus b: *Supereft, inquit, ad concludendam materialiam, de observatione quoque dandi, & accipiendi Baptismum, commonefacere.* *Dandi quidem habet jus Summus Sacerdos, qui est Episcopus; debinc Presbyteri, & Diaconi; non tamen sine Episcopi autoritate, propter Ecclesiæ honorem, quo salvo, salva pax est.* Divus etiam Hieronymus in Dialogo adversus Luciferianos, in persona Orthodoxi: *Primum quidem, dicit, inde venit, ut sine Episcopi iustione, neque Presbyter, neque Diaconus, jus habeant baptizandi.* Hæc eadem Divus Ambrosius^d, Isidorus^e & Theodore^f retusus, dum mentionem facit cuiusdam Stolæ ex aureis filis contextæ, quam Imperator Constantinus ad Ecclesiam Hierosolymitanam cohonestam, Macario illius Urbis Episcopo donaverat, ut ea amictus, sacrifandi Baptismatis ministerium obiret. Id tamen sic intelligendum est, si necessitas absit; nam si ea adstringamus, non solum Presbyteris, & Diaconis, sed & laicis hominibus competere jus baptizandi, ut in hoc Canone decernitur, Tertullianus antea etiam admonuit f: *Sufficiat felicet (inquit, loquens cum laico) in necessitatibus, ut utaris, scibi aut loci, aut temporis, aut persona conditio compellit.* Tunc enim confititia succurrentis excipitur, quum urget circumstantia periclitantis. Gelafus^g & Papia in Epistola ad universos Episcopos per Lucaniam, & Brutios, & Siciliam constitutos: *Absque Episcopis (ait post alia) vel Presbytero baptizare non præsumat Diaconus, nisi prædictis fortasse officiis longius constitutus, necessitas extrema compellat; quod & laicis Christianis facere plerumque conceditur.* Ex Divo Augustino ad Fortunatianum, retulit sententiam eandem Gratianus h. Post Augustinum Isidorus i: *Unde confat, Baptisma solis Sacerdotibus esse traditum, cuiusque Mysterium, nec ipsi Diaconibus explere est licitum, absque Episcopis, vel Presbyteris, nisi illi procul absentibus, ultima languoris cogat ne- 4.* *cessitas; quid & laicis Fidelibus plerumque permittitur; ne quisquam sine remedio saluari de sacculo evocetur.*

Sed si perfectus est Baptismus a laicis collatus; quid velint hujus Concilii Patres, dum addunt: *Ita ut si supervixerit, ad Episcopum eum perducatur, ut per manus impositionem perfici possit;* in difficultate est, nisi animadvertissemus prius, hic non intelligi de manus impositione, quæ fit a Presbytero, dum exorcizat baptizandum, de qua intellexit K. Vincentius a Thibari in Concilio Carthaginensi sub Cypriano, dicens: *Ergo primo per manus impositionem in exorcismo, secundo per Baptismi regenerationem, tunc possunt ad Christi regenerationem venire.* Imponit enim manus (inquit B. Gregorius^k) *Presbyter in frontibus eorum* l. S. Sententia 37. *l. In Sacramentis 1. In Sacramentis 4.* *l. L. 2. De officiis Ecclesiæ cap. 24.* *l. scilicet.*

a Can. 90. scilicet baptizandorum) dicendo: *Sigaculum Salvatoris Domini nostri Iesu Christi in frontem tuam pono, & similiter in petus.* Quod & faciebant olim Exorcitæ, ut tradunt Concilii Carthaginemis iv. Patres^a: *Omnis die Exorcista energumenis manus imponat.*

b Ibid. Conc. Can. 7. Quare quum Exorcista ordinatur, hanc formam obseruatam idem tenuit: *Exorcista (ajunt) quam ordinatur, accipiat de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi Episcopo: Accipe, & commenda memoria, & babet potestatem impnendi manus super energumenum, sive baptizatum, sive Catechumenum.* De longe diversa manus impositione intelligendus est hic Canon: de illa videlicet, quæ vocatur *Confirmationis statim enim cum ipso Baptismo eam administrari, idonei affirman telle.* Imprimis Hieronymus^c: *Quod si hoc loco queris, quare in Ecclesia baptizatus, nisi per manus Episcopi, non accipiat Spiritum Sanctum; quem nos afferimus in vero Baptismate tribui?* disce banc observationem ex ea autoritate descendere,

d Lib. 3. De Sacramentis. *quod post ascensum Domini Spiritus Sanctus ad Apostulos descendit.* Ambrosius^d: *Sequitur spiritale signaculum, quod auditis hodie legi; quia post fontem supereft, ut perfectio fiat, quando ad invocationem Sacerdotis Spiritus Sanctus infunditur.* Spiritus sapientia & intellectus, Spiritus consilii atque virtutis, Spiritus cognitionis atque pietatis, Spiritus sanitatis timoris. Septem quasi virtutes spiritus. Ante utrumque Tertullianus^e: *De Baptismo.* Fininde (inquit) egressi de lavacro, perungimur benedicta unitio, de pristina disciplina. Ex mox: *Dehinc manus imponitur, per benedictionem advocans, & invitans Spiritum Sanctum.* Sane humano ingenio licebit Spiritum in aquam arcessere, & concorportionem eorum, accommodatis desuper manibus alio spiritu tante claritatis animare; Deo autem in suo organo non licebit per manus sanctas sublimitatem modulari spiritualem? Sed est hoc quoque de veteri Sacramento, quo nepotes suos ex Ioseph, Ephraim, & Manasse, Jacob capitibus impositis, & intermutatis manibus benedixerit; & quidem ita transversim obliquatis in se, ut Christum deformantes, jam tunc portenderent benedictionem in Christum futuram. Tunc ille Sanctissimus Spiritus super exundata, & benedicta corpora libens a Patre descendit, super Baptismi aquas, tanquam pristinam sedem recognoscens, conquiscit, columba figura delapsus in Dominum, ut natura Spiritus Sancti declararetur per animal simplicitatis, & innocentiae: quod etiam corporaliter ipso felle careat columba. Ideoque eltoe, inquit, similes sicut columbae, ne hoc quidem sine arguento praecedentes figurae. Quemadmodum enim post aquas diluvii, quibus iniqüitas antiqua purgata est, post Baptismum, ut ita dixerim, mundi, pacem calificis, terra, id est, carni nostra, emergenti de lavacro post vetera delicia, columba Sancti Spiritus advolat, pacem Dei adferens, emissus de Galis, ubi Ecclesia est f De Ecl. hie- arcu figurata. Ante Tertullianum Beatus Dionysius Areopagita: *Sed & ipsi (ait) qui satrach. P.3.C.4. cratissimo regenerationis mysterio consecratur, adventum Sancti Spiritus consummans inun- dio largitur unguenii: sub significante (quantum arbitror) sacra descriptione signorum ab ipso; qui propter nos in assumpta carne Divino Spiritu sanctificatus est, immutabilis sub-*

g Epist. 73. C. stantialis Deitatis habuit Sanctissimum Spiritum dari. Divus etiam Cyprianus ad gJubajanum: *Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in Ecclesia baptizantur, Præpositis Ecclesiæ offerantur, per nostram orationem, ac manus impositionem, Spiritum Sanctum consequantur; & signaculo Dominicæ consummentur.* Et in Epistola ad Januarium, Saturninum, & Idem Cap. 2. alias h: *Vngi quoque necesse est eum, qui baptizatus sit, ut accepto Chrismate, idest, unitione, esse unitus Dei, & babere in se gratiam Christi possit.* Post hos omnes latius, & clarius D. Ilidorus i. differens de manus impositione, vel Confirmatione: *Sed quoniam post Baptismum (egerat enim antea in eodem Capite de Baptismo) per Episcopos datur Spiritus Sanctus, cum manuum impositione hoc in Actibus Apostolorum fecisse meminimus Apostolos.* Sic enim legitur: *Factum est, dum Apollo esset Corinti, Paullus, per agratis superioribus partibus, veniret Ephesum, ibique, cum invenisset quosdam Discipulos, dixit ad illos: Si Spiritum Sanctum accepisti credentes? At illi dixerunt ad eum: sed neque si Spiritus Sanctus est, audiavimus. Ille vero ait: In quo ergo baptizati estis? qui dixerunt: In Iohannis Baptismate. Ait autem Paullus: *Ioannes baptizavit Baptismo penitentia plebem, dicens in eum, qui postea venturus erat, ut crederent, hoc est, in fessum Christum.* Quod cum audissent, baptizati sunt in nomine Domini Iesu, & cum imp. suisset illi: manus Paullus, venit Spiritus Sanctus super illos, & loquebantur linguis, & prophetabant. Etiam in alio loco: *Cum audissent hi, qui erant Hierosolymis, Apostoli, quia receperunt Samaria Verbum Dei, miserunt ad illos Petrum, & Joannem; qui cum venissent, oraverunt pro eis, ut Spiritum Sanctum acciperent; nondum enim in ullum eorum descendebat, sed tantum baptizati erant in Nomine Domini nostri Iesu Christi. Tunc imponebant illis manus, & accipiebant Spiritum Sanctum; Spiritum autem Sanctum accipere possumus, dare autem non possumus, sed ut detur, Deum invocamus.* Hoc autem, quod post Baptisma fiat, quemadmodum Papa Sanctus Innocentiusⁱ scribit, subficiam; dicit enim, in Epist. 1. ad Decentium C. non ab alio, quam ab Episcopo fieri licere; nam Presbyteri, licet sint Sacerdotes, Pontificatus tamen apicem non habent. Hoc autem solis Pontificibus deberi, ut vel consignent, vel ut Paracletum Spiritum Sanctum tradant, non solum Ecclesiastica consuetudo demonstrat, verum & illa Lectio Apostolorum, quæ afferit, Petrum, & Joannem esse directos, qui iam baptizatis traderent Spiritum Sanctum. Eusebius etiam Emilianus Homilia de Pentecoste: *Quod nunc in Neophytis manus impositione tribuit singularis, hoc tunc Spiritus Sancti descendit in creditum populo donavit universis.* Quo loco de manus impositione, & confirmatione gratia, quam regeneratis per Baptismum inde conferri dicit, copiose tractat Bea-*

tus Pacianus Sermone de Baptismo: *Hoc, inquit, compleri alias nequeunt, nisi Lavacri, & Chrismatis, & Antifistitis Sacramenta; Lavacrum enim peccata purgantur, Chrismate Spiritus Sanctus superfunditur; utraque vero ista manu, & ore Antifistitis impetratur.* Idem Rhabanus Maurus^a: *Ex Pontificibus, Miltiades b Papa ad omnes Hispanias Episcopos scribit: De his vero, super quibus rogasti vos informari, idest, utrum magis est Sacramentum, manus impositione Episcoporum, aut Baptismus? scitote, utrumque magnum esse Sacramentum;* & sicut unum a Majoribus sit, idest, a Summis Pontificibus^b. quod a minoribus perfici non potest, ita & majori veneratione venerandum, & tenendum est; sed ita conjuncta sunt haec duo Sacra menta, ut ab invicem, nisi morte præveniente, nullatenus possint segregari, & unum sine altero rite perfici non potest. Id ipsum docuit Fabianus^c Papa ad omnes Orientales Episcopos: *In illa die, inquit, Dominus Jesus postquam cœnavit cum Discipulis suis, & lavit eorum pedes (sicut a Sanctis Apostolis Praedecessores nostri acceperunt, nobisque reliquerunt) Chrisma conficeret ducis; ipsa enim lavatio pedum nostrorum, significat Baptismum, quando sancti Chrismatis unitio perficitur, atque confirmatur.* Urbanus^d Papa ad omnes Christianos: *Omnes enim Fideles, inquit, per manus impositionem Episcoporum Spiritum Sanctum post Baptismum accipere debent, ut plene Christiani inveniantur;* quia quum Spiritus Sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam, & constantiam dilatatur. Joannes^e etiam Papa III. Epistola unica in principio: *Donum, ait, Sancti Spiritus per impositionem manum Choropiscopi non tradant, nec Presbyteri, sed Episcopi;* quia non LXX. sed Apostoli tantum manus imponebant. His omnibus antiquior Divus Clemens^f: *Tu ergo Episcope, inquit, illa figura unges caput illorum, qui baptizantur, five bi viri sunt, five mulieres, Oleo sancto, in figuram spirituallis Baptismi. Deinde, vel tu Episcopus, vel tibi subiectus Presbyter, sacram super ipsum dicens, ac nominans invocationem Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, baptizabis eos in aqua, ac virum suscipiat Diaconus, mulierem Diaconissa, ut decoro traditio infrangibilis sigilli administretur. Postea Episcopus liniat baptizatos Unguento.*

Ex Conciliis, Parisiense^g: *Emergit quidam reprehensibilis, & valde jam inolitus usus, eo quod quidam Choropiscopi ultra modum suum progredientes, & donum Sancti Spiritus per impositionem manum tradant, & alia queque, qua solis Pontificibus debentur, contra fas peragant;* præfertim cum nullus ex Septuaginta Discipulis, quorum speciem in Ecclesia gerunt, legatur donum Sancti Spiritus per manus impositionem tradidisse. Quod autem solis Apostolis, eorumque Successoribus, proprii sit officii tradere Spiritum Sanctum, Liber Apostolorum docet, in quo legitur: *Cum Apollo esset Corinti &c. Item in eodem: Cum audissent Apostoli, qui erant Hierosolymis &c. Ecce aperte demonstratur, quod non septuaginta Discipuli, quorum formam tenent Choropiscopi; sed Apostoli, quorum Successores sunt Episcopi, tradebant Spiritum Sanctum &c.* Laodicenum^h: *Oportet, inquit, baptizatos, post Baptismum, sacratissimum Chrismum percipere, & Celestis Regni particeps fieri.* Clarius multo id appareat ex Canone LXXXVI i. hujus Concilii: *Si quis Diaconus, ait, regens plebem, sine Episcopo, vel Presbytero aliquos baptizaverit, Episcopus eos per benedictionem perficere debebit; quod si ante de fæculo receperit, sub fide, qua quis credidit, poterit esse justus.* His suffragatur Novati Historia, quam ex Epistola Cornelii Papæ recentet Eusebiusⁱ: *Non est certe, ait, ejus generis ille quidem, qui ex Satana, qui ingressus in illum, dia est in intimo peccoris commoratus. Primum data fuit credendi occasio, qui quidem, ubi Exorcistarum præsidio, spiritu illo malo effet liberatus, & post in tam gravem morbum, ut jam fere mori putaretur, incidit;* in lecto, in quo decumbebat, aqua circumfusus, Baptismum accepit; si modo tales bominem Baptismum accepisse, dicendum sit; verum morbo tandem elapsus, neque cetera, quibus post Baptismum secundum Ecclesiæ Canonem imbui oportuerat, acquisivit; neque Domini sigillo ab Episcopo obsignatus fuit, quo quidem nequam poritus, quomodo, quæso, Spiritum Sanctum adeptus est? Hujus Novati, aut Novatiani Sectatores, ut Theodoreetus k est auctor, sacrosanctum hoc Christum non tradebant; quare qui ex illa heresi ad Ecclesiæ unitatem revertabantur, hoc illos ungiret necesse, ut vel hinc Concilii^j Nicæni Decretum interpretemus.

Cum commune ergo esset olim, ut baptizatis statim a Baptismo, manus impositione Episcoporum, Confirmatio tribueretur; recte addita sunt ab his Partibus ea verba m: *Ita ut supra supervixerit, ad Episcopum eum perducat; ut per manus impositionem perfici possit.* Non quod putarent, solum Baptismum ad salutem eternam non prodele; (nam prodele jam declararunt inferius) sed quod plenum, & perfectum in robre, & virtute, adversus diaboli tentationes, Christianum fieri non putarent; & recte, nisi suscepito eo Sacramento, quod ad eam prælandam Divinitus institutum est, & Confirmatio vocatur, olim vero manus impositione. Concilium Aurelianenseⁿ: *Ut jeani, inquit, ad Confirmationem veniatur perficie atatis, ut moneantur confessio facere prius, ut mundi donum Sancti Spiritus valeant accipere.* Et quia nunquam erit Christianus, nisi Confirmatione Episcopali fuerit christatus. Urbanus Papa o: *Omnes Fideles, inquit, per manus impositionem Episcoporum Spiritum Sanctum post Baptismum accipere debent, ut pleni Christiani inveniantur;* quia quum Spiritus Sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam, & constantiam dilatatur. Hieronymus adversus Luciferianos: *Non quidem ab uno, inquit, hanc esse Ecclesiæ unitatis consuetudinem, ut ad eos, qui longe in minoribus Urbibus per Presbyteros, & Diaconi baptizati sunt, Episcopus ad invocationem Spiritus Sancti, manus impositionis exercitat.* Illud igitur Hispani Episcopi sanxerunt hoc Canone, ut quod Catechumeni simul cum generationis lavacro impetrare debuerant, & ob loci, temporis pte necesse statim, & Episcopi

scopi absentiam, vel mortem omissem est, quasi postuma hac, sed secura, & certa diligentia compensetur. Hac ipsa de causa, gravi aegritudine periclitantibus, & Baptismum flagitantibus concedi jussit Concilium Laodicenum a; ita tamen, addit, ut si supervixerint, Fidei Symbolum addiscant, quod Catechumenis perdiscere, memoria mandare, & Sabbathum ante Baptismum repeteret, erat necesse, ut Augustinus b docet, & ejusdem Concilii Laodicenum c Patres. De Poenitentibus quid simile definierunt Africani Episcopi in Concilio Carthaginensi d: Si Poenitentes, ajunt, in infirmitate Vaticanicum Eucharistia accepert, non se credant absolutos sine manus impositione, si supervixerint. Adeo stricte Baptismi Confirmationis, & Poenitentiae Leges omnes observari, hisque teneri omnes, prisci Patres voluerunt.

COMMENTARII NOVI.

Hujus Canonis sensus est, si cui Catechumeno terra, vel mari certo occumbendum sit; posse eum a laico sacro fonte abiui, si copia Sacerdotis non sit: neque vero Canon iste, nisi sola Catechumeni necessitate commovetur; hoc est, non ait, si in morte Catechumeni unus laicus tantum adefesse videatur; immo contra, subintelligi vult, si plures laici tali tempore non defuerint, tum statui omnino vult, unus ut et laicis, qui nondum poenitentiam exsolverit, neque bigamus fuerit, baptizet: idque ob eam rem, quod neque Sacerdotes poenitentiam perageant, neque ea perfecta absolutaque ad id eligi, neque bigami esse poterant; quas quidem conditiones in uno laico, qui baptizet, requirit ille Canon, quod eo modo sit Sacerdotis partes acturus; si tamen tunc temporis intervenisset bigamus, unus tantum, idemque potens, Canon ille decrevit; vel nulla omnia impedimenta sese obtulissent, ab eo potuisse sacram Baptisma conferri.

Qui lavacrum suum integrum habet. I Putarim ista verba id indicare: qui post laevum non peccaret, neque poenitentiam ullam subierit; quod peccato post Baptismum commisso, omnium, ut ita loquar, gratiarum, ac beneficiorum, que acceperat, jacturam faceret: ideoque Baptismum ejus qui deliquerit, non integrum, aut incorruptum videri amplius, quod ex illo divina gratia, qua instrutus erat, quasi gradu excidisset. Patres autem iisdem propemodum loquendi formulis abundant; assuruntque, qui lavacra initio non peccant, eodem omnino candore vita, & sanctitatis eos conspicuos esse, quem Baptismi beneficio acceperant: peccato autem introgresso, candorem illum penitus inolescere, & abstergi.

Ut per manus impositionem.] Ut confirmetur. Confirmatio enim perfectio vocatur Christianorum. ALBASPINÆUS.

Tripli Ministrum Baptismi omnes de hoc Sacramento agentes agnoverunt, & assegnarunt; primum ordinarium, sive solennitatis; secundum extraordinarium, seu ex delegatione; tertium necessitatis. Ministri ordinarii ad conferendum Baptismum solenniter sunt Episcopi, & Presbyteri, qui ex vi sua consecrationis Sacramentum hoc conferunt. Clemens Romanus Lib. 3. Constit. Cap. 11. & Lib. 8. Cap. 52. Cap. Diaconus. 93. Dist. Cap. Constat, De consecrat. Dist. 4. licet primis Ecclesiæ temporibus Baptismi dispensatio quoad actum, & usum Episcopis competenter. D. Hieronym. in Dial. Contra Luciferian. num. 20. in illis verbis: Unde venit ut sine christmate

cum osculum sexus, & religionis sit; dummodo debitam formam proferre possit, qui cum intentione faciendi quod Ecclesia facit, valide, & licite in necessitatibus tempore confert baptismum. Cap. Firmiter, De summa Trinitate. Cap. In necessitate. 21. Cap. Romanus. 23. Cap. A quadam. 24. Cap. Siquis. 28. Cap. Quamvis. 29. De consecr. Distinct. 4. Cap. Ad limina 30. Quæst. 1. Cap. Super quibus. 30. Quæst. 3. Trident. Sect. 7. Can. 1v. Florentin. in Decreto Fidei. Plura congerunt Anton. August. Lib. 22. Titul. 14. Suarez 3. P. Disput. 31. Sect. 5. Vasquez in ead. 3. P. Disp. 147. Cap. 1. Bellarm. Tom. 2. Controv. Lib. 1. De Baptism. Cap. 7. Nisi paganus, vel Judæus non legitima forma Baptismum contulerit: quo casu procedunt in Cap. Quos a Paganis, De consecr. Dist. 4. Cap. Si quis confugerit. 52. Cap. Paullianista. 1. Quæst. 1. Circa hæreticos tamen baptizantes, schisma olim in Ecclesia Carthaginensi fuit, cuius Episcopus Agrippinus praetextu quodam pictoris, quod quacumque hæreticorum essent, deberet Ecclesia convellere, & respire, collecto Episcoporum Africæ, ac Numidia Concilio, de iterando Baptismate, statuit, Baptismum ab hæreticis collatum, reiterandum esse. Eandem sententiam acerrimo odio hæreticos prosequentes docuerunt D. Cyprian. Epist. LXXII. & LXXXII. & Tertull. De Baptismo. Quæ doctrina oratione Cataphrygum, & Novatianorum exagitata fuit temporibus Stephani Papæ anno CLVII. & tandem statutum fuit, ut ab hæreticis baptizatus reciperetur ad poenitentiam, non tamen rebaptizaretur: fuse narrat Baroniū anno CLVII. Paullianistarum tamen, Cataphrygum, & similium Baptisma reprobatum fuit in Synodo Nicæna 1. Can. xix. II. Can. vii. Laodicena, Can. viii. Sexta Generali, Can. xv. Marcionis autem, & Novatianorum Baptismum recipit Synodus Laodicena, Can. vii. quia iste servata Ecclesiæ forma Baptismum conferebant, non autem illi, ut ex Divo Augustino refert Pamphilus ad Divum Cyprianum, Epistola LXXII. Num. 27.

His suppositis, difficultas hujus Canonis jam facile percipitur. Nam si quilibet, quantumvis infidelis, tempore necessitatis rite, & valide confert Baptismum, quare in praesenti desideratur, ut qui baptizat, integrum lavacrum habeat, ampliusque ut Baptismus ab eo collatus perficiatur ab Episcopo? Utramque difficultatem agnovit Magnus Preceptor, numquam pro meritis satis laudandus D. D. Martinus Lopez de Ontiveros, Valentinus Archipræfus in Tractatu, De Baptismo, Art. 5. Num. 18. qui Num. 19. hoc modo satisfacit: Cui difficultati peritiores Interpretes, tam Theologi, quam Jurisperiti, variis dicendi modis respondent, præcipue Bellarminus, qui dicto Cap. 7. col. 2. dicit, Concilium in dicto Can. XXXVIII. afferuisse quod crat certum, nempe laicum jam baptizatum posse in necessitate licite baptizare: contrarium autem non negasse, sed intactum, & irresolutum reliquisse. Suarez vero dicta Sect. 2. propositum ait, illam qualitatem, ut Minister necessitatis sit baptizatus, & non bigamus, requiri a Concilio, To. II.

non tanquam simpliciter necessariam, sed tanquam magi convenientem. Vasquez autem dicta Disput. 147. Cap. 1. num. 5. evadem fere observatione respondet, ex illa aquæparatione de non baptizato, & de bigamo, que sit in prædicto Can. aperte deduci, quod scit bigamus vere, & valide baptizari, ita & ille, qui integrum Baptismum non suscepit: attamen utrumque ideo exceptisse Concilium, ut denotaret, etiam in casu necessitatis, si inveniatur Fidelis baptizatus, qui bigamus non sit, præferendum esse non baptizato, & non bigamus bigamo; enas rei ratio esse potest; nam cum laicus minister necessitatis in Baptismo asturus sit partei Sacerdotis, convenit, ut inter ceteros concurrentes Baptismum conferat, qui baptizatus fuerit, & non bigamus, qualis requiratur ad Sacerdotium: que interpretatio vera est, eamque sequitur Gabriel Albaspinæus in Notis ad Concilium Illiberitanum in eo Canone, ubi non insubtiliter considerat, verba illa, qui lavacrum suum integrum habet, posse intelligi de Fideli baptizato, qui post sacram lavacrum non peccasset. Nam qui post Baptismum deliquerit, non amplius integrum, aut incorruptum lavacrum habere videtur, eo quod ex gradu Divina gratia, qua instructus erat, excidisset. Utrumque ergo illa verba accipiuntur, constat ex illis, Concilium nequam negare, valide, & legitime conferri Baptismum tempore necessitatis a ministro laico; atque ideo doctrina certa, & Catholicæ supra traditæ non obstat.

Sed adhuc superest in eo Canone removenda difficultas, quam continent hac finalia verba, quibus jubetur, ut sic in necessitate baptizatus, si supervixerit, ad Episcopum perducatur, ut per manus impositionem perfici possit. Si enim ille valide, legitime, & perfecte baptizatus fuit a laico in necessitate, opus non erat eum perducere ad Episcopum, ut per manus impositionem perficeret, quod perfectum erat. Pro expositione ipsius Canonis adhuc dicendum est, Baptismum in illa specie proculdubio valere, & perfectum esse, neque contraria probare prædicta Canonis verba; nam intelligenda sunt, non de manus impositione, que sit a Presbytero, dum exorcizat baptizandum; de qua in Concilio Carthaginensi IV. Can. VII. neque de manus impositione reconciliativa, de qua in Cap. Si qui. 51. Cap. Hanc regulam. 57. I. Quæst. 1. & in Textu ita interpretando in Cap. Si quem, 40. in fine, secundum literam, que habet: illi prodebet Sacramentum; scilicet mediante reconciliatione. 24. Quæst. 1. neque de aliis speciebus impositionis manus, quarum meminere Glosa, Turre-cremata, & DD. per Text. in Cap. Ab antiqua. 44. De consecr. Distinct. 4. sed ea, que vocatur Confirmatio, & de qua Tertullianus, De Baptism. Cap. 7. sic ait: Exinde regressi de laevaco, perungimur benedicta unctione. Divus Ambrosius Lib. 3. De Sacram. Cap. ultim. ibi: Sequitur spirituale signaculum; quia post fontem superevit, ut perfectio fiat; id est, ut baptizati per Episcopalem confirmationem accipiant donum Spiritus Sancti, robur, &

virtutem adversus diaboli temptationem. Ex qua plene Christiani dicuntur effecti Cap. I. Cap. Ut jesuui, De consec. Distin. ita Mendoza, & Albaspinacus ad dictum Canouem

Aut Ecclesia in proximo non fuerit.

CAPUT NONUM.

Extra Ecclesiam posse conferri Baptismum in necessitate.

IN omnibus vicis, aut Oppidis Hispaniae, Ecclesiis tempore hujus Concilii non fuisse, sed in maximis, & nobilioribus Urbibus, non mirandum: quod illas ad promulgationem Euangelii, & propagationem Christianae doctrinæ, non minori pietatis, quam prudentia laude, Episcopi nostri elegissent: nec in aliqua Orbis Provincia tot Gentes conversas, tot exstructas Ecclesiis, tot Episcopatus institutos accepimus, quot eo tempore in Hispania legimus exstitisse: si urgeret tamen periculum, posse extra Ecclesiis Baptismum conferri, hic decernitur.

COMMENTARII NOVI.

Licet ipso nascentis Ecclesiae aeo Baptismus in fluminibus, fontibusque, ac plerumque in carceribus administrare-
unt (S. Iro De reb. Eccles. Cap. 23. Scien-
dam autem primo simpliciter in fluiis, vel
fontibus baptizatos credentes: ipse enim Do-
minus noster Iesus Christus, ut in nobis idem
consecraret lavacrum, in Jordane baptiza-
tus est a Joanne: & sicut alibi legitur: Erat
Ioannes baptizans in Aenon juxta Salim,
quia aquæ multæ erant ibi. Honor. Auguston.
in Gemma animæ. Lib. 3. Capite 106. Scien-
dam est, quod Apostoli, & eorum Discipuli
in fluiis, vel stagnis, vel in fontibus bapti-
zabantur nec Baptisteria in usu erant, tum propter
Ecclesiae nascentis paupertatem, tum propter
tyrannorum in Christianos debac-
chantium furem, & crudelitatem, donec au-
to Ecclesiae cultu splendoreque, Baptisteria
construta fuerunt, in quibus Christiani Anti-
sites tuto fidelem populum aquæ salutaris Sac-
ramento expiarent. Gregor. Turon. Lib. 10.
Historia Franc. Cap. 28. ibi: Rex postquam
convaluit, accessit Parisio, exinde Rotoja-
ensem villam ipsius urbis properans, evocato
puero, iussit Baptisterium properari in vicis
Neoptodoro. Et Cap. 31. Baptisterium ad
ipsam Basilicam adificari præcepit, in quo S.
Iohannis, cum Sergii Martyris, reliquias
posuit; & in illo priori Baptisterio Sancti Be-
nigni Martyris pignora collocavit. Sed ad-
huc infestissimi Imperatores non sinebant pu-
blice Baptisteria construere: quare in privatis
adibus plerumque adificabantur, ut constat
ex Vita S. Marcelli P. quæ in antiquissimis
Martyrol. citatur, & refert Vicecomes Lib.
1. *De ritibus Baptismi*, Cap. 6. ibi: Cum
introisset in eandem domum, quam donaverat
B. Cyriaco Diocletianus Augustus, inventus
locum, ubi S. Cyriacus fontem adificavit,
quam consecravit B. Marcellus Episcopus;
ubi frequenter baptizabat S. Cyriacus venien-
tes ad Fidem. Et cum adhuc Fideles securi non
essent, cœperunt adificare Baptisteria extra
Urbem in locis abditis. Gregorius Turonensis
Lib. 5. *Hist. Franc.* Cap. 11. Gavisus an-
tem nuncio Pontifex, nocte sancta Pentecoste
vulgiliis celebratis, ad Baptisterium foras
muranum egressus est; ibique omnis
multitudine coram eo prostrata, Baptismum
flagitavit. Demum pace Ecclesia data, cœ-
perunt Baptisteria ædificari intra Urbem,
non vero intra Ecclesiam, sed juxta eam in
portico construi. Cyrillus, Catechesi 1. my-
stag. *Primum ingressi estis in porticum domus*
Baptisterii, & stantes versus Occidentem
mandari vobis auditis; ut protensa manu
tanguam praesenti Satana renunciaretis.
Poitea intra Ecclesiam ædificata fuerunt; unde
in Concilio Herdensi relato in Cap. Om-
nes, 106. *De confess.* Dilt. 4. legitur: *Om-*
nis Presbyter, qui fontem lapideum habere
nequiviverit, vas convenientis ad hoc colummo-
do baptizandi officium habeat, quod extra
Ecclesiam non deportetur. A quo tempore
non licuit Baptismum extra Ecclesiam admi-
nistrale in privatis adibus. Sexta Synodus
Canone LIX. In æde oratoria, quæ est intra
domum, Baptismus nequaquam peragatur,
sed qui ab omnibus foribus aliena illumina-
tione digni habendi sunt, ad Catholicas Ec-
clesias accedant, & hoc illic munere per-
fruantur. Concilium Meldense, Canone
XLVIII. ibi: *Nemo Presbyter baptizare præ-*
sumat, nisi in vicis, & Ecclesiis baptisma-
libus, atque temporibus constitutis. Concilium
Altisiderente, Can. xviii. Non licet
absque Pascha solennitate ullo tempore bap-
tizare, nisi illos, quibus mors vicina est,
quos Grabatarios vocant. *Quod si quis in*
*alio pago, contumeliam facies, post inter-
dictum hoc infantes suos ad Baptismum detu-
lerit, in Ecclesiæ nostræ non recipiantur;*
& quicumque Presbyter ipsos extra nostrum
permisum recipere præsumperit, tribus
mensibus a communione Ecclesiæ sequestratus
fit. Clement. unic. *De Baptism.* ad quæ tem-
pora referendi sunt Textus in Can.v. Concilii
Hispalensis 11. *Sed neque coram Episcopo li-*
cet Choropiscopis in Baptisterium introire,
neç præsente Antistite infantem tingere, aut
signare. Et in Canone xiv. Concilii Altisidorensis:
Non licet in Baptisterio corpora
sepeliri. Et in Canone vii. Concilii Rhe-
mensis: *Baptisterii, & Catechumenorum*
ventilata est ratio, ut Sacerdotes plenus in-
telligerent, condignis ordinibus officient
Christianum. Baptisteria autem non in Pagis,
& Op-

& Oppidis primum erant, sed tantum in Civitatibus. Concilium Toletanum XVII. Canone 11. *Licet in initio Quadragesima baptizandi generaliter claudatur Mysterium, tamen sicut Ecclesiastice confuetudinis ordo de pscis, necesse est, ut ostia Baptisterii in eodem die Pontificali manu assignata claudantur.* & usque in Canone Domini solennitate nullatenus referentur. Pollea in omnibus Ecclesiis, & Plebanis construi coeperunt, ita ut in eis tantum Baptismus daretur. Concilium apud Palatum Vernis, Canone vi i. ibi: *Ut publicum Baptiserium in nulla Parochia esse debeat, nisi ubi Episcopus constituerit, ejus Parochia est; nisi tantum si necessitas evenerit pro infirmitate, aut pro aliquo necessitate, illi Presbyteri, quos Episcopus in sua Parochia constituerit, in qualcumque evenerit, licentiam habeant baptizandi, ut omnino sine Baptismo non moriantur.* Synodus Meldensis, Can. XLVIII. *Ut nemo Presbyter baptizare presumat, nisi in vicis, & Ecclesiis, atque temporibus constitutis, nisi causa agitudinis, vel certe necessitatis, sicut sacra Canonum docet auctoritas, & vi ei auctoritatem, & privilegia debita, &* antiqua retineant. Nisi agitudinis, vel longi itineris cautia aliud potularer; tunc enim etiam extra Ecclesiam Baptismus conterri poterat, ut in hoc Canone docetur, & in Concilio Tribur. Can. xii. ibi: *Quos a die Pascha, aut molestia infirmitatis, aut longinquitas itineris, aut navigationis difficultas interclusit.* Gregorius Nazianzenus Oratione 40. ubi cum varia impedimenta retulisset, quibus alii a Baptismo revocabantur, de itineris longinquitate haec habet: *Ne via longinquitatem reformides, nec maris spatia, nec ignem, nec aliud quodcumque impedimentum, quo gratiam consequaris.* Excubabant enim a Baptismo recipiendo aliqui ex eo quod Civitates, in quibus Baptismi Sacramentum ministrabatur, longo terrarum, marisque spatio sejunctae erant. Plura de Baptisteriis, Ecclesiisque baptismalibus congregaverunt Vicecomes, *De ritibus Baptismi*, Lib. I. Cap. 2. cum sequentibus. F. Joseph Sanctæ Mariæ eodem Tractatu, Cap. 5. & 6. Jodocus Coccii Tomo 2. *Thesaure*, Libro 3. Opuscul. Cap. 35. Grangeu. in Notis ad Prudentium, fol. 130. GONZALEZ.

Qui lavaerum suum integrum habet.

C A P U T D E C I M U M

Ab infidelibus posse conferri Baptismum, observata Ecclesiae forma.

QUI docet, posse Fidelem, qui lavacrum suum integrum habeat, baptizare Catechumenos necessitatis tempore, non negat, infidelem id facere posse, sed cupit esse Fidelem. Nam & si de hoc olim controversum fuisse, referat D. Augustinus a: Et ^{a Lib. 2. Cap. 13. contra Ep. Parmenian.} *hac quidem, inquit, alia quaestio est, utrum & ab his, qui nunquam fuerunt Christiani, possit Baptismus dari. Nec aliquid temere inde affirmandum est sine autoritate tanti Concilii, quantum tanta rei sufficit. De his vero, qui ab Ecclesia unitate separati sunt, nulla jam quaestio est. Poitea tamen responsoe Nicolai ad Bulgaros, res adeo perspicua facta est, ut nullus tergiversandilocus relinquatur, quin verus sit Baptismus, si eam per formam, quam Ecclesia tenet, Iudeus, vel Paganus, in ejus administratione observarit;* ^{Nicolaus PP. Cap. 204. ad conjulta Bulgarorum, re} *ad Consulta enim Bulgarorum haec docet: A quodam Iudeo nescitis, utrum Christiano, iustus a Gratiano, multos in patria vestra baptizatos asseritis, & quid de his sit agendum confunditis. Hi profecto, si in nomine Sanctae Trinitatis, vel tantum in Christi Nominis, sicut in Actibus Apostolorum legimus, baptizati sunt (unum quippe, & idem eit, ut S. Ambrosius exponit) constat, eos non esse baptizandos.* ^{iustus a Gratiano. A quo, de confunditis. Dis. 4.}

COMMENTARII NOVI.

HEC verba recte exponit Georgius Ambianus ad Tertullianum, *De exhort. castit.* Cap. 7. Observ. 2. in fine, id est, qui nullum scelus admisit, qui gratiam in Baptismo signatam nullo crimen mortali violavit. Petunt ergo Patres integrum in Laico baptizante lavacrum, id est, nullo crimen fædatur, et si lacrymis abluit; quia & ea innocentia in Sacerdote Baptismi Ministro exigitur: ideo addunt Patres: *nec sit bigamus*; quia bigamia removet Sacerdotem promovendum: & non sunt permittenda (si alii existant purioris vita) laicis proper necessitatem ministeria, & munia obire Ecclesiastica, nisi ipsi disciplinam, & innocentiam Sacerdotum servent. Eleganter ad rem Tertull. dict. Cap. 7. illis verbis: *Inde igitur apud nos plenius, atque instrutissim præscribitar, unius matrimonii esse oportere qui allegantur in Ordinem Sacerdotalem. Usque adeo quosdam memini bigamos loco dejectos. Sed dices: Ergo cateris lices, quam quibus non licent excipit. Vanerimus, si putaverimus, quod Sacerdotibus non licet, laicis licere. Nonne & laici Sacerdotes sumus? scriptum est: Regnum quoque nos, & Sacerdotes Deo, & Patri suo fecit. Differentiam inter ordinem, & plebem constituit Ecclesia antoretas, & honor per ordinis confessum sanctificatus. Adeo ubi Ecclesiastici ordinis non est confessas, & effers, & tinguis, & Sacerdos es tibi solus. Sed ubi tres, Ecclesia est, licet Laici; unusquisque enim sua fide vivit, nec est pers-*

narum acceptio apud Deum, quoniam non auditores Legis justificantur a Deo, sed factores, secundum quod & Apostolus dicit. Igitur si habes jus Sacerdotis in temetipso, ubi necesse est, habeas oportet etiam disciplinam ubi necesse sit habere jus Sacerdotis. Bigamus tinguis? bigamus offers? Quanto magis laico

Nec sit bigamus.

CAPUT UNDECIMUM.

Baptizare posse bigamos. In Ecclesia Romana bigamos non sedisse, nec aliam irregularitatis notam habentes.

Bigamos a multorum Sacramentorum ordine, & administratione repulit semper vetustas: nullus: eti Canonis verba indicent, voluntate Patres, ut bigami ab illius administratione se temperarent. Illud autem hic, Clemens Sanctissime, singularis Dei providentia (ut credi par est) Romana tua Sedi concessum animadverto: bigamos nimurum, in illo tuo augustissimo Throno nunquam sedille, nec ulla alia irregularitatis nota vera impeditos, cum in aliis Ecclesiis plurimis usu venisse videamus, & bigamos, & aliis corporis vitiis deformatos, ad Episcopales Sedes, concessa pro tempore gratia, enectos fuisse.

COMMENTARII NOVI.

Nec sit bigamus. Ecclesia a primis saeculis vetuit bigamos ad sacrum Ordinem recipi, & qualibet sacrarum rerum administratione interdixit. Quod tam de Ecclesia Graeca, quam Latina, dictum accipe, διὰ τὸ ὑπέρβαλλον τῆς τιμῆς τῆς ἱερούργου. *Eo quod supereminens est Sacerdotii honor, & dignitas, ut loquitur S. Epiphanius Hæresi LIX. qui & legem ex Paullo Apostolo mutuatam, ne bigami ad tres majorcs Ordines adrepant, a sacro sancta Dei Ecclesia cum omni provisione, ac diligentia observari, testatur. Quare Theodosius Imperator Ireneum quendam deponendum curavit, quia post secundas nuptias contra Apostolicos Canonones ordinatus est. Ut constat ex Concilio Ephesino P. 3. Cap. 47. & 48. Pluraque alia pro iisdem Canonibus circa bigamos observandis constituit Justinianus Imperator Novella VI. Cap. 2. & 5. ac Novella CXXII. & CXXXVII.*

Patres vero Eliberitani adeo tenaces erant disciplinae Ecclesiasticae, ut nolint, aut saltet agere ferant, bigamos Baptismum administrare, eo quod sit actio quadam sacra, & proprie ad Ecclesie Ministros spectans: quavis non negent, Baptismum administratum a bigamis, ratum esse.

Porro in Oriente non ita delicate res agebatur, nam bigami a solis Episcopatu, Sacerdotio, & Diaconatu arcebantur; in Occidente autem etiam ab omnibus inferioribus Ordinibus. Urgente autem necessitate, non nunquam bigami ordinabantur Lectores; &

in Concilio I. Toletano, quod centum circiter annis post istud est celebratum, Can. III. & IV. conceditur Lectori maritato cum vidua, ut permaneat in officio, immo & Subdiaconus fiat. Quod ipsum poltea bigamis indulxit Synodus Araucana Can. XXV. & Andegavensis Can. II. ac Lupus Tricassinus, & Euphronius Augustodunensis in Epistola existente T. II. Conciliorum Galliae pag. 127, licet ibidem legatur, bigamis olim ne inter Oltiarios quidem locum fuisse. Valentinius I. Can. I. nullum iis de cetero relinquunt locum. Turense autem I. Can. IV. indulget bigamo, ut ultimum in officio Cleri teneat locum.

Quicquid denique sit de minori decentia in eo ut bigamus aliquando baptizet (quam solam indicat Canon presens) in reliquis servatur modo antiqua bigamorum irregularitas ad omnes prorsus Ordines, saltem a tempore Conc. II. Lugdunensis celebrati anno Christi MCCLXIV. Can. XVI. prefertim dum dicitur: *Ipsis sub anathemate prohibemus deferre Tonsuram, vel habitum Clericalem.* Ac tandem Concilium Trid. Sessione 17. Cap. 17. vult in integrum restituiri functiones omnes Ordinum minorum, easque exerceri per Clericos innuptos, & in defectu eorum, per conjugatos, modo bigami non sint. Mirandum itaque non est quod longe meliore aëvo, & sub disciplina severiore, Patres Eliberitani agere ferrent, ut bigami, & irregulares ad omnes prorsus Ordines recipendos, administrandosque, sacratissimum Baptismum conferrent. CARD. DE AGUIRRE.

CANON XXXIX.

Ut Gentilibus desiderantibus manus imponatur.

Gentiles; si in infirmitate desideraverint sibi manus imponi; si fuerit eorum ex aliqua parte honesta vita, placuit, eis manus imponi, & fieri Christianos.

Burchardus Libro 4. Decretorum, Cap. 30. citat hunc Canonom ex Concilio Agathensi, Cap. 3. quæ citatio nostro restituenda est.

CAPUT DUODECIMUM.

Gentilibus in extremo periculo cupientibus baptizari, nec Baptismum, nec Confirmationem negandam.

Cum plenus, perfectus, & omnibus numeris absolutus Christianus quis non efficiatur, nisi accepta manus impositione Episcopali, quæ cum Baptismo conjuncta olim dabantur (*Confirmation* nunc dicitur, ut antea a dicebam) merito tradiderunt Patres, ^{a In Can. pr. ec. Cap. 8.} si Gentiles infirmitate desideraverint sibi manus imponi; hoc est, effici veros, & perfectos Christianos (retulerunt enim posterioris Sacramenti memoriam, quod supponat prioris) si fuerit ex aliqua parte honesta vita, eis manus imponatur, & Christiani efficiantur. Confirmatione enim dici perfectos Christianos, jam supra Pontificum & Conciliorum decretis confirmavimus. In favorem enim Gentilium editus hic Canon est; ut videlicet, non exspectetur tempus Baptismo recipiendo præscriptum; si forte illi morbi necessitate adstringantur: ut si casu ante lucis usura priventur, præteriorum delictorum culpa, & pena remissa, ad æternam possint condescendere tabernacula. D. August. ^{b De fid. &c. operib. Cap. 6.} Sed prius (inquit) baptizetur, deinde doceatur quid ad bonam vitam, moreisque pertinet, *Fit hoc ubi quemquam forte diec urget extremus, ut aduersa paucissima, quibus tamen omnia continentur, credit, Sacramentum que percipiat; ut si ex hac vita migraverit, liberatus exeat a reatu præteriorum omnium peccatorum. Si autem sanus petit spatium dicenda sunt; quod aliud opportunitus tempus reperiiri potest, quo audiat, quemadmodum Fideles fieri, ac vivere debeant, quam illud, cum attentiore animo, atque ipsa religione suspenso saluberrima Fidei Sacramentum petit?*

COMMENTARII NOVI.

Gentilibus, qui mortis discrimine baptizati essent, manus ab Episcopis imponenda, & Confirmationis Sacramento signandi, prout fuerint, moreisque consimiles Fidei Christiana habuerint. Nam si ex more turpissimorum hominum anteactam vitam duxerint, non sunt Confirmatione perficiendi, quantumvis omnibus vtilis, & flagitiis carerent, & omnem exrranoxam censerentur. Hunc ego sensum, & explicationem confido PP. ipsos Eliberitanos agnitos pro legitima, & pro nata; contra vero quam de Baptismo nonnulli afferunt, tamquam supposititiam repudiatiuros, si utramque aspiciunt. Quis enim unquam potuit dubitare, an Gentiles essent in morte baptizandi? Quis unquam docuit Baptismum iis in morte denegandum esse, quorum vita non fuisse honesta? Porro, ubinam reperiret Baptismum manus impositionem nominari, & isto nomine a Patribus appellari? Sed aucti monere titulum, ita hunc Canonem esse accipiendum: *Gentilibus, si in discrimine baptizari expetunt, movere quoque, & suadere hæc verba: & fieri Christianos; gentilisque nomen, quo qui essent confirmandi nunquam appellarentur.* Hæc adversus nostram explicationem non magnopere faciunt.

Nam non constat a quo, aut quando tituli appositi sint: Christianique nomen etsi baptizatis datum, propriam tamen hujusce

mus prava confuetudine, & cupiditate detentus, ad eadem vitia facilis relaberetur, & indumentum Spiritus Sancti, ipsumque Christum exueret.

Gentiles.) Pagani, qui ne morte interciperentur, extra ordinem baptizati essent, & antequam in Catechumenatu erudiri possebant.

Si in infirmitate.) Nam si mortis metus non urgeret, erudiendi erant antequam confirmarentur, aut baptizarentur.

Desideraverint.) Non potentibus manus non erat imponenda, quod Baptismo salutem ad salutem praesidii consequuti essent.

Manum imponi.) Confirmari; nam de ea manus impositione, qua pro ritu, & ceremonia in Baptismo usurparetur, ne illi regie hallucinantur, qui interpretantur; quia ea indignus ille videri potuisse, cui implemet Baptismus collatus esset.

Fieri Christianos.) Unctione scilicet, & Sancti Spiritus infusione, ut loquitur D. Cyrilus Hierosolymitanus.

Ceterum in Concilio Arelat. I. Can. VI. idem omnino statuitur: *De his, qui in infirmitate credere volunt, placuit, debere iis manum imponi.* Hoc est, iis, qui in infirmitate volunt baptizari, Confirmatione quoque tribuenda. ALBASPIANEUS.

Licet Confirmationis Sacramentum perfectio Baptismi dicatur, & qui illud accipiunt, pleni Christiani appellantur (Cyp. Epist. LXX. *Vngi quoque necesse est eum, qui baptizatus est, ut accepto Christmate, debere in se gratiam Christi melius possit.*) Concilium Arausicie. I. Can. I. Laodic. Can. XLVIII. Cap. Omnis, *De confec. Distinct. 5.*) non tamen est ratio, cur presentem Canonem accipiamus de Confirmatione, sed de Baptismo Primo, quia Baptismus dicitur manus impositionis, quia per manus impositionem, confertur. Concilium Hispal. II. Can. VII. ibi: *Nec per impositionem manus Fidelibus baptizandis, vel conversis ex heresi, Spiritum Sanctum tradere, nec Christma conficerere, neque Christmate baptizatorum frontes signare.* Conc. Carthag. IV. Can. LXXXV. ibi: *Hac manus impositione, crebre examinatione Baptismum percipient.* Cap. Baptizandi, *De confec. Dist. 4.* Unde illa verba: hujus Canonis: *manus imponi, & fieri Christianos;* exaudienda credo de Baptismo, non de Confirmatione. Secundo, facit pro hac sententia summarium hujus Canonis, quod in aliquibus Codicibus ita habetur: *De*

C A N O N X L .

Ne de hoc, quod Idolis datum est, Ne id, quod idolothytum est, Fideles accipient.

Placuit prohiberi, ut quum rationes suas accipiunt possessores, quidquid ad Idolum datum fuerit, acceptum non ferant; si vero post interdictum fecerint, per quinquennii spatia temporis a communione esse arcendos.

CA-

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

Oblatum Idolis ab oeconomis, non esse acceptum ferendum a possessoribus; & quae possessores dicantur.

UT hodie primicias, & decimas ad Ecclesiarum institutionem, ad Sacrificiorum sumptus, ad Ministrorum alimenta, præcipi, percipiique videmus: sic & olim in ethnorum Republica ad Sacrorum administrationem, ad Sacerdotum victimum, ad cereorum, & Sacrificiorum sumptus, constituta vestigalia, tradit Tertullianus a: *Credamus* (inquit) a Lib. De idoliisque succedere alicui posse, ut in quoquo bonore, ut in solo honoris nomine incedat, neque idolatria C. 17. sacrificet, neque Sacrificiis auctoritatem suam accommodet, non hostias locet, non curas Templorum deleget, non vestigalia eorum procuret, non spectacula edat. Ad sua usque tempora perduraisse, testantur Arcadius & Honorius b, dum ea hac Legi sustulerunt.

Impp. Arcad. Honor. & The. AA. Curtio PF. P. Postalia.

b Leg. 19. Cod. Theo. 19. De Pa-
gan. Sacrif.

Templorum detrabantur annona, & rem annonariam juvet expensis devotissimorum militum profutura. Simulacra, si qua etiam nunc in Templis, Panisque consistunt, & quae alicubi ritu, vel acceperint, vel accipiunt Paganorum, suis sedibus evellantur; cum hoc repetita sciamus sapius sanctio decretum. Edificia ipsa Templorum, que in Civitatibus, vel oppidis, vel extra oppida sunt, ad usum publicum vindicentur, Ara locis omnibus destruantur, omniaque Templa in possessionibus nostris ad usum accommodos transferantur, domini destruere cogantur. Non licet omnino in honorem sacrifici ritus, funestioribus locis exercere convivia, vel quicquam solemnitatis agitare. Episcopis quoque locorum hæc ipsa probibendi Ecclesiastica manus tribuimus facultatem; Judices autem xx. librarum aurum pœna constringimus, & pari forma officia eorum, si hæc eorum fuerint, dissimulatione negligita. Ab his sumptibus præstandis non solum abstinere debent Fideles, sed & Catechumenos etiam, docet D. Ambrosius c ad Eugenium Augustum. Quod ergo hic prohibent Patres, illud est, c Epist. 88. ne videlicet domini (hos possessores vocari alio Canone a constat) quum accipiunt rationes ab d Can. 49. hu-
oeconomis suis, sive patrimonii administratoribus (ad quos olim hæc Sacrificiorum cura spe-ju Concili. etabat, ut ex Columella e colligatur) illud acceptum habeant, quod illi sine eorum præcepto c Lib. 1. De re ad Idola dederint, sive ad Sacrificia externa, sive domestica, sive ad convivia, & Feiua Gen-
tilium, sive ad aliud, quod idolatriam redoleat; ne si acceptum illud habeant domini, videantur tacite idolatriæ servorum, sive administratorum consensisse. Tantopere enim ab ea Fideles abstinere voluerunt primi Ecclesiæ Patres, ut si agnoscerent carnes, quibus ob necessitatem vita esset vescendum, Idolis oblatas, eis potius moriendum, quam illis vescendum judicaverint, uti D. Augustinus f docet ad Publicolam. Restat, ni fallor (inquit) ut f Epist. 154. ad dicamus aliquid de illo viatore Christiano, quem commemorasti victimum famis necessitate, si finem. nibil uspiam invenerit, nisi cibum in idilio possum, ubi nullus alius est hominum, utrum ei satius sit fame emori, quam illud in alimentum sumere? In qua questione, quoniam non est consequens, ut cibus illa idolothytum sit; potuit enim vel ab ei, qui ibi ab itinere diverentes corpus refecerant, oblivione, seu voluntate dimitti, vel illic ob aliam causam quam libet ponit, breviter respondeo, aut certum est, esse idolothytum, aut certum est, non esse, aut ignoratur. Si ergo certum est esse, melius Christiana virtute respiciunt; si autem vel non efficitur, vel ignoratur, fine alio conscientia seruato in usum necessitatis assumitur.

Vel intelligi potest Canon de his, quæ Idolis ab aliis data, vel oblata sunt. Carnes enim idolothytæ poitea in macello venundabantur, teste Paullo ad Romanos, & Augustino g in expositione ejusdem Epistolæ, a quibus emendis, & vendendis primi Christiani abstinebant, ne viderentur quem honorem Diis illorum habere. Si ergo ad familiaria alimenta oeconomi has carnes immolatias emerint (ut delicatores, & pinguiiores emebant multi, nam tales ad Sacrificia offerebant Gentiles) sumptus in his comparandis factos, non esse acceptos ferendos a dominis, hoc Canone decernunt; ne quæ honorem (ut dixi) Diis falsis, aut eorum Sacrificiis, tribuillæ viderentur.

Acceptum non inferant.

EX mss. rectius: *acceptum non ferant.* Asconius Pædianus h quid sit acceptum ferre, Verrem. his verbis explicat: *Moris autem fuit, unumquemque domesticam rationem sibi cotius vita sua per dies singulos scribere, in quo appareret, quid quisque de redditibus suis, quid de arte, favore, lucrove se posuisset; quo die, & quid item sumptus, dannive i Lib. 1. De re fecisset.* Optimum autem villicum docet Columella i sumptibus Sacrificiorum, & aliis, sine ruffa. Cap. 8. voluntate domini abstinere debuisse: *Sacrificia* (inquit) *nisi ex præcepto domini, ne fecerit: Aruspices, sagasque, quæ utraque genera vana superstitione rudes animos ad impensus, ac deinceps ad flagitia compellunt, ne admiserit &c.*

COMENTARII NOVI.

EX Poetis illud haurias e terre frugibus Diis suis libare, & offerre solitos ethnicos, quod per Canonem Christianis facere non licet. ALBASPIANEUS.

In Sacrificiis Gentilium Idolis faciendis non solum hostiae emebantur, & immolabantur, verum & magno sumptu ornabantur, ut quo clarius, & gratius Sacrificium Diis cre-
To. II. de-

deretur; unde auratis cornibus maiores vi-
etim immolabantur. Plinius Lib. 33. Cap.
3. Gutherus Lib. 4. De jure Pontif. C. 21. &
post Sacrificium ex iplis idolotheis epulum,
quod sacrificale dicebatur, parabant. Juve-
nal. Satyr. v.

Positis ad Tempa, & compita mensis.
De his, qui sacrificaverunt, & poitea ad Idola
pranli sunt, agitur in Can. iv. & vii. Concil.
Ancyra, ubi Zonaras in Can. vii. retinet
lectionem: *recumbentes in idoliis; accipiendo*
idolum pro loco, in quo epulabantur, de quo
Apolitol. 1. ad Corin. 8. *Si quis habet scien-*
tiam in idolio recumbentem.
Prudentius contra Unionitas:

Et quis in idolio recubans inter sacra mille.
Et Lib. 1. aduersus Symmachum.

Turpis ab idolis vasto emerisse profundo.
A diaboli aris revertentes ad Sanctum Do-
mini. Cyprianus Serm. de lapsis: *Sordidis,*
& infectis pene revertentes, exbalantibus
etiam nunc scelus suum faucibus, & contagia
funesta redolentibus, Domini Corpus invad-
dunt. De quibus epulis aliqui accipiunt tex. in
L. 17. ff. *Pro socio.* Unde audenter putabam,
legendum esse in hoc Canone: *ad idolum,*
non *ad idolum:* nam siagerentur de sumptu-
bus Idolis præstitis, dicerent PP. in plurali,
ad Idola, ut in Can. lv. ibi: *aliquid Idolis*
præstant s Sed unde hi sumptus peterentur
videamus: & certum est, in Sacris publicis, &
cerario sumptus impendi. Livius Lib. 31. &
sub Imperatoribus a Præfecto ærarii pecuniam
decerni. Vopiscus in Aureliano: *Et cum*
Numa temporibus inops Respublica magnos
sumptus ferre non posset, Sacrorumque mul-
titudo crevisset, in casu cuiusdam homicidii
patrimonium occisoris sacratum fuit. Festus
Pompejus verb. *Supplicia, & pecunia in lit-*

bus deposita, que dicebantur sacramentum.
L. 1. ff. *De varis, & extraordini.* Varro Lib.
4. *De lingua Lat.* Notavit Pichæus Lib. 1.
Adversi. Cap. 18. propter inopiam ærarii in
Sacrificiis consumebatur, Gutherus ubi supra.
Sequentibus scelus etiam Imperatorum Ca-
tholicorum non solum magistratus tributa ex-
torquebat ad prædicta Sacrificia, & convivia
Idolis facienda, verum & ipso possestores ad
Deorum feita celebranda cogebant, Can. xxvii.
Concil. Afric. qui est lxxiiii. Concil. Carth.
Ab Imperatoribus petendum, ut quæ contra
præcepta Divina, convivia multis in locis ex-
ercentur, quæ ab errore gentili abstracta sunt,
ita ut nunc a paganis Christiani ad bac celeb-
randam cogantur, ex qua re temporibus Chris-
tianorum Imp. perfecatio altera fieri occur-
re videatur, vetari talia jubeant, & de ci-
vitatibus, & de possessionibus, imposta pana,
probiberi; maxime cum etiam in natalibus
beatissimorum Martyrum per nonnullas ci-
vates, & in ipsiis locis sacris, talia commi-
terè non reformident, quibus diebus etiam
(quod pudoris est dicere) saltationes scelerat-
issimas per vios, atque plateas exercant, ut
matronalis honor, & innumerabilium semi-
narum pudor devote venientiam ad sacratissi-
mum diem injuriis lascivientibus appeti-
tur, ut etiam ipsius sanctæ Religionis pene
fugiat acceſſus. Notarunt Filefacus Lib. 1.
Select. Cap. 6. Gutherus Lib. 4. De jvr. Pon-
tif. Cap. 23. Unde PP. Illyberini, ut omnem
suspicionem idolatriæ a Christianis raditus
evelerent, statuerunt, ut quum possestores ra-
tiones accipiunt, ne quod impensum, seu da-
tum est ad Idoli Sacrificium, & convivium,
acceptum ferant, alias per quinquennium a
communione arceantur, tanquam consentien-
tes hujusmodi Sacrificiis. GONZALEZ.

C A N O N X L I .

Ot prohibeant domini Idola colere servis.

Admoneri placuit Fideles, ut quantum possint, prohibeant, ne Idola in do-
mibus suis habeant: si vero vim metuant servorum, vel se ipso puros
conservent: si non fecerint, alieni ab Ecclesia habeantur.

C A P U T D E C I M U M Q U A R T U M .

De privatis Sacris antiquorum fuse tractatum: explicato Modestino,
& Gordiani Imp. Rescripto.

a Lib. De spe-
ctaculis Cap. 8. **V**erum est, quod Tertullianus a scriptis: *Ceterum & plateæ, & forum, balnea, &*
stabula, & ipsa domus nostræ, sine Idolis omnino non sunt: totum scelum Satanæ,
& angelii ejus repleverunt. Nec domus tantum, sed & omnes partes domus Diis, &
eorum simulacris replebantur. De Januis haec idem Tertullianus b: At enim Christianus nec
militis C. 13. januam suam lauræ infamabit, si norit quantos Deos etiam ostiis diabolus affinxerit, Ja-
num a janua, Limenium a limine, Forculum, & Cardream a foribus, & cardinibus, &
apud Gracos Thyreum Apollinem, & Antelios demonas. Et aduersus Gnosticos c: Quas
Idolatria C. dam, & Forculam, & Limenium, quas a concellis ordinis potestates. Et alibi d: Certi
enim esse debemus, si quos latet per ignorantiam literaturæ scolaris, etiam ostiorum Deos
apud Romanos, Cardream a cardinibus appellatam, & Forculum a foribus, & Limenium
a limine, & ipsum Janum a janua; & nitique scimus, licet nomina inania, atque confusa
sunt, quam tamen in superstitionem deducuntur, rapere ad se demonia, & omnem spiritum
immundum per consecrationis obligamentum. Alioquin demona nullum habent nomen sin-
gu-

gulatum, sed ibi nomen inveniunt, ubi & pignus. Etiam apud Gracos Apollinem duplures
& Antelios demonas, ostiorum potestes, legimus. Hac igitur ab initio prævidens Spiritus
Sanctus, etiam ostia in superstitionem ventura præcavuit per antiquissimum Prophetam
Enoch. Nam & alia ostia in balneis adorari videmus. Eadem fere retulit D. Cyprianus a,
Augustinus b quoque, & Arnobius c. Deum Scansum ab ascensibus dictum idem Cyprianus d
testatur. Hos domesticos Deos, & Lares vocatæ antiquos, Tertullianus e adfirmat. Idem
Isidorus f: Penates (inquit) Gentiles dicebant omnes Deos, quos domi colebant, & Penates
dicit, quod essent in penetralibus, id est, in secretis. Sicut Diis omnibus & publica erant
Sacra; sic & his Diis privatis Sacra private erant, ut Sextus Pompejus tradit: *Sacra*, inquit,
omnia, vel publica sunt, vel privata. Publica, quæ publico sumptu pro populo fierent,
quaque pro montibus, pagis, curis, & facellis: Privata, quæ pro singulis hominibus,
& familiis. De his sensit D. Clemens g, dum ait, singulos homines, singulos Deos venerari.

Cum autem hæc Festa, seu Sacra privata celebrarentur, omnes illius familia convenie-
bant. Macrobius h: *Sic*, inquit, *præterea feria propria familiarium, ut Claudiæ fami-*
lia, vel Æmilia, seu Juliæ, sive Cornelia, & si quis ferias proprias quæque familia
ex usu domestica celebratæ obseruant. Quod unius essent Gentis, gentilitia aliquando vo-
cantur. Cicero i: *Multis sunt*, ait, *in hoc ordine, qui sacrificia gentilitia in illo ipso fa-*
cello statuto loco anniversaria factitariunt. Livius: Quam par vestrum factum est, quod in
obsidem nuper in egregio adolescenti C. Fabio non minore boſsum admirantur, quam vestra
conspectum est? cum inter Gallica tela digressus, ex arce solenne Fabie gentis in colle Qui-
rinali obiit. An gentilitia Sacra in bello quidem intermixta, publica Sacra, & Romanos
Deos, etiam in pace deserri placet, & Pontifices, Flaminesque negligenter publicarum Reli-
gionum esse, quam privatus in solenni gentis fuerit. Hos Deos aliquando extra domum
in privato facello, aliquando domi in focis in penu (unde Penates) in Larario reconditos
habebant. Cicero k: *Nihil sanctius, nihil omnis Religione munitus, quam domus uniusfa-*
fusque civium, hic ara sunt, hic foci, hic Dii Penates, hic sacra Religionis carennia
continentur. Unde Columella l optimum patrem-familias domo egressum, cum regredere
lib. 1. Cap. 8. *De Atuspi-*
deos Penates visitare jubet. Hinc veteres cum ad bellum proficiscerentur, hoe sibi
primum proponere solebant, else pro aris, & foci pugnandum, ut eos ad arma impellere
non tam amor patriæ, patrimonii, possessionumque conservatio, quam quedam erga Deos,
& publicos, & privatos, Religio concepta videretur. Sic Alexandrum Severum domi sue,
in Larario, Apollonium, Abraham, & Orpheum habuisse, tellis est Lampridius m. Nec
solum hos, sed & Christum Jesum Deum in Larario suo coluisse, referit his verbis: Primum,
inquit, ut si facultas esset, id est, si non cum uxore cubuisset, matutinis horis in Larario suo,
in quo & Divos principes, sed optimos electos, & animas sanctiores, in quibus & Apollonium,
*& quantum Scriptor suorum temporum dicit, Christum, Abraham, & Orpheum, & bujus-
cœmodi Deos babebat, ac Majorum effigies, rem Divinam faciebat. Plura autem Lararia*
veteres habuisse, inde elici potest, quod idem Lampridius paullo post referat, eudem
Alexandrum Severum inter Divos, & optimos in Larario majori Alexandrum Magnum con-
secrare. Huc pertinent quæ Tertullianus n refert. Cum autem de Diis Gentium tam publi-
In Apologia
ca, quam privatis ageret, ut illorum vanitatem, superstitionemque refelleret, sic inquit: n. In Apologia
Sed nobis Dei sunt, inquit. Et quomodo vos e contrario impii, & sacrilegi, & irreli-
gioſi erga Deos vestros deprehendimini, qui quos presumitis esse, negligitis; quos timetis,
deſtruitis; quos etiam vindicatis, illuditis. Recognoscite si mentior. Primo, quia cum
alii alios colitis, utique quos non colitis, offenditis; prælatio alterius, sine alterius contu-
melia non potest procedere, quia nec electio sine reprobatione. Jam ergo contemnitis quos
reprobatis, quos reprobando offendere non timetis. Nam at supra præstrinximus, status
Dei cuiusque in Senatus estimatione pendebat. Deus non erat, quem homo confutus noluis-
set, & nolendo damnasset. Domesticos Deos, quos Lares dicitis, domestici potestate tra-
ctatis, pignorando, venditando, demutando, aliquando in cacabulum de Saturno, ali-
quando in trullam de Minerva, ut quisque contritus, arque contusus est, dum dia colitur,
ut quisque Deum suum expertus est domesticam necessitatem. Publicos aque publico ju-
re fœdati, quos in baptario veligales habetis; si Capitolium, si Olytorium forum petitur,
sub eadem voce Praconis, sub eadem basta, sub eadem annotatione Quæstoris, Divinitas
addicta conductitur. Irridet hic Gentilium Deos, tam publicos, quam privatos, quod eos
in sapientiis ratione computarent; nam perinde ab iis oppignorabantur, & vendebantur,
ac reliqua instrumenta domestica, instante necessitate. Quod si illa Numina essent Divina,
potius exoranda essent, ut urgente inopiam defenderent, quam commutanda pro re vili;
& pecunia. Nec commutabantur solum, sed frangebantur, & contrebantur, adeo ut
quod prius domi Saturnus erat, verbi gratia, vel Minerva, vas polteca conflatum deservi-
ret culina. Nec de privatis Diis hoc tantum efficiebatur, sed & de publicis. Vestigales enim,
*& tributaræ Gentes, cum præsentem pecuniam non haberent; Publicani, aut Quætori-
bus, argenteos, aureosque Deos addicebant, ut saepe numero hastario, venditionique au-*
ctionarie a Präcone vñirent. Habebant ergo patres-familias domi sue Sacra privata, que
perpetua voluit Cicero o in ea, quam ipse formavit, Republica: Sacra, inquit, privata
perpetua manento. Et adeo perpetua, ut morte patris-familias Sacrorum memoriam perire
gib. o Lib. 2. de le-
noluerit, sed Pontificum auctoritate effici, ut illis ea essent adjuncta, ad quos ejusdem
morte pecunia pervenisset. Quod si mortui essent heredes, Sacra cum conservare voluit,
qui de bonis mortui, legati causa accepiliſſer plurimum; si vero nemo esset, qui ullam rem
testamento cœpisset, de creditoribus ejus, qui plurimum servaverit; ac tandem personam il-
To. II. lam,

sam, quae ei, qui mortuus sit, pecuniam debuerit, neminique eam persolverit, ut extremam ponit, ad hoc ut teneatur Sacra ejus conservare, quasi eam pecuniam coepit; ne videlicet interiret privatorum Sacrorum memoria. Quod pluribus Cicero eleganter prosecutus est.

Hæc autem privata Sacra, et si a privatis, ad quos pertinebant, eodem honore, & reverentia, quo & publica colerentur; a reliquis vero non sic. Qua ratione illorum flultitiam coaguit Tertullianus^a, quod ex cuiusque voluntate penderet, an hic, vel ille, ut Deus consecrari, & coli debuisset. Ex quo petendus est intellectus ad Paullum, dum ait: *Sacrilegi capite puniuntur. Sunt autem sacrilegi, qui publica Sacra compilaverint. At qui privata Sacra, vel ædicas incustoditas tentaverint, amplius quam fures, minus quam sacrilegi merentur.* Hoc autem ideo Paullus scriptis, quia cum sacrilegii crimen publicum edet, & de re sacra latum, non poterat ad privatas res sacras extendi; et si fateatur, magis quam rerum solum privatarum fures esse puniendos, in cuius expositione mirum est, quantopere laborarit Accursius, ut intelligeret, qua Sacra privata Paullus dixerit. Nunc ea esse putat, quæ per Principem consecrata sunt; nunc sepulchra, quæ per illationem mortuorum sunt religiosa; postremo res Sacerdotum, quas pro se, & Ecclesia habent. Quasi Paullus homo ethnicus, de rebus Sacerdotum Christi, & Ecclesia nostra meminisset in Libro, *De publicis Romani imperii iudiciis*.

Nec minus laborat in expositione illius versiculi: *Pel ædicas incustoditas tentaverint.* Putat enim, ædicas illas esse domunculas, non sacras, sed Sacerdotibus relictas, & propter utilitatem incustoditas, ut domunculas, quæ sunt extra Ecclesiam, in quibus Sacerdotes morantur, quas vocamus Canonicas, sic ait Accursius, vel illas, in quibus sacra vasa reponuntur. Semper quum ex antiquitate Accursio, & suis sectatoribus, quid petendum est, illud ex sui temporis moribus, & institutis interpretantur, quasi de illis veteres Juriconfulti cogitaverint, de rebus præcipue Ecclesiæ, quarum illos, ut Gentiles, & idololatras minus cura habuisse, nullus nisi antiquitatis ignarus insciabitur. Sacra ergo privata, ea sunt, quæ diximus, Sacra propria alicujus domus, vel gentis, vel familie. Ædicas incustoditæ, Templa erant privata, seu domus private, in quibus Sacra hæc privata celebrari solebant. Non enim solum in proprio habitationis domicilio Sacra hæc celebrabant, sed extra domum in alio facello ejus familiæ proprio, cui honor Sacrorum publicorum tribueretur, non facellum, vel Templum, sed ædicas vocabant, ut constat ex Tertulliano^b: *Non enim solum, ait, idolatria committitur, quum quis immolat, incendat, aut Sacris aliquibus, vel Sacerdotiis obligatur, nec quum ædicas, aut signa fabricat, sed & quum Templum exornatur.* Et postea^c: *Sunt & alia complurium artij species, quæ etiæ non contingunt Idolorum fabricationem, tamen ea, sine quibus Idola nibil possunt, eadem criminis expediant.* Nec enim interest, an exstrues, vel exornes, si Templum, si aram, si ædicalum ejus instruxeris; si bratæam expresseris, aut insignia, aut etiam domum fabricaveris. Has ergo ædicas, qui tentaverint, magis quam fures, minus vero, quam sacrilegos esse puniendos, Paullus docuit.

Qum ergo pater-familias Sacra haberet privata, qui illius familiæ, & potestati subditi erant, tam filii, quam servi, Sacra illa venerari, & colere tenebantur. Quo: pertineat frequentes illæ Jurisconsultorum, & Imperatorum loquendi formulæ^d: *In Sacris paternis esse, in Sacris paternis consituit;* hoc est, manere in Sacris patris, vel patria potestate. Cum ab hac vero per emancipationem liberabantur, Sacris paternis dicebantur absolviti, quia jam egressi ex familia patris, Sacra privata patris colere non tenebantur: quasi jam alterius familiæ essent, & propria Sacra arbitratu suo constituere, & colere potuerint. Unde qui adoptabantur, cum in adoptantibus patris transirent potestatem, in familiam, & Sacra illius transire dicebantur. Valerius Maximus^e cum de filio Marci Anci Carseolani adoptato a Suffenante avunculo loqueretur, sic ait: *Et si aliquantulum adjuvabat heredes, quod Marci Anci filius in Suffenatis familiam, ac Sacra transferat.* Grave erat hoc Sacrorum venerandorum onus, unde recte a pud. Plautum testatur ille, se hæreditatem adeptum esse sine Sacris operantissimam.

Ex his pendet vera interpretatio Rescripti Imp. Gordiani ad Bassum^f, dum mulierem nuptam refert esse Divinæ, & humanae domus sociam cum marito: & alterius Modestini^g, dum matrimonium definit esse consortium omnis vitæ Divini, & humani juris communicationem, ad cuius expositionem, Accursius, & illius sectatores offendunt. Nam virum, & uxorem, Divini, & humani juris participes, interpretantur esse ejusdem sectæ, sive Religionis, ut Ju-dæa nubat Judæo, Christiana Christiano; juxta L. *Ne quis*, C. *de Judeis*. Quasi Gordianus, & Modestinus de constitutione Valentiniani, Theodosii, & Arcadii, quæ in ea Lege refertur, & quæ maximo tempore intervallo postea lata est, cogitare potuerint, vel cogitantes potuerint divinare. Sed verius est, uxorem fieri sociam Divinæ, & humanae domus: & matrimonium, Divini, & humani juris communicationem vocari: quia uxor per matrimonium in potestatem, & in familiam mariti transibat: sive efficiebatur particeps omnium Sacrorum mariti: & ideo socia Divinæ, & humanae domus nuncupatur. Eadem causa Plutarchus iubet, ut uxor in Religione sit mariti, neve aliam peregrinam admittat: *Nam nulli Deo, inquit, Sacra occulta, & abscondita grata sunt.* Quare uxor nove nupta, polridie nuptiarum, libertatem auspicans uxoram, rem Divinam Sacris mariti faciebat, ut a Manerio^h proditum est. Origo autem, & antiquitas hujus sacre societatis inter virum, & uxorem, & communis utriusque juris, ab ipso Romulo est: ipsum enim constituisse, ut mulieres participes essent jurium maritorum, tradit Hælicarnassusⁱ: *Mulierem nuptam, inquit,*

quit, cum de Legibus Romuli ageret, quæ extra sacras Leges convenisset cum viro, ei participem esse possessionum, & Sacrorum omnium. Et post alia: *Si pater filio concesserit uxorem ducere, futuram Sacrorum, ac bonorum juxta Leges participem, patri possebat nullum jus esto vendendi filium.* Et quia diximus, uxorem esse sociam Divinæ, & humanae domus; exposita communicatione domus Divinæ, quid sit sociam esse domus humanae, apriendum est. Femina per coemptionem, in jus, potestatem, & familiam viri transibat, adeo ut filia loco haberetur, ut ait Boethius^a: *Coemptio autem, inquit, fiebat hoc modo: Rogabat vir, an sibi mulier mater-familias esse vellet? Illa respondebat velle. Itaque mulier conveniebat in manum, & vocabantur bæ nuptia per coemptionem, & erat mater-familias viro, loco filia.* Idem tradit Gellius^b, matrem-familias appellatam eam esse solam, quæ in mariti manu, mancipioque, aut in eius, in cuius maritus manu, mancipioque esset, quoniam non in matrimonium tantum, sed & in familiam quoque mariti, & in sui hæredis locum venisset. Suum hæredem dicit matri-familias esse, quod filii-familias loco sit, qui & suos hæres dicuntur. Unde quemadmodum filii nomina, & quæ nunc cognomina patris, sive gentilia vocamus, afflumebant, sic & uxores; filiabus enim patres cognomina non imponebant antequam nuberent, ut ex Quinto Scævola. Titus Probus^c refert. Nuptæ vero non patris, sed mariti cognomen, & ejus familiæ sumebant, quod hodie in nonnullis Provinciis usitatum est.

Erat ergo uxor olim particeps non solum Divinorum, sed & familiæ cognominis, tum etiam & bonorum. Columella^d: *Nibil enim, inquit, in domo conjugali apud priscos diuiduum conspiciebatur, nihil quod aut maritus, aut femina proprium sui juris esse diceret; sed in commune conspirabatur ab utroque.* Unde haec verba erant nuptæ, quum viri domum primum ingrederetur: *Ubi tu Caius, ego Caja.* Qui quasi pacificebatur commune sibi cum viro rerum omnium dominum, & æquale domi imperium, ut scriptit Plutarchus^e; ac si diceret: *Ubi tu dominus, & familia princeps, ego sum hera, & familia etiam domina, nam in omnibus nuptiis his nominibus utcebantur, ut Jurisconsulti, Sempronii, Gaji, Lucii, Titi; & Philosophi Dionis, & Theonis, ad omnia, quæ docendi causa proponerent.* Qua ratione Cicero^f ridet Jurisconsultos: *Quia in alicuius, inquit, Libris, exempli causa, id nomen invenerunt, putarunt omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Cajas vocari.*

Sed vera nominis ratio est, ut bono auspicio inciperent matrimonium. Cum Tanaquil (hæc enim sic vocabatur antequam Romanum ingrederetur, Romanum vero ingressa, Caja Cæcilia, uxor Tarquinii Prisci Romanorum Regis) tanta fuisse industria, tanta probitatis, & virtutis, ut illi statuam æream in Templo Marci Anci constituerint, auctore Plinio^g, cum Iana, colo, & fuso, pudicitia sua, & industria monumento; inde boni omnis causa, Caja nomen, accepunt feminæ nubentes, ut Titus Probus^h refert; addens, ideo institutum fuisse, ut nova nupta ante januam mariti interrogata, quænam vocaretur, Cajam se esse diceret. Ex quo intelligitur, in his matrimonii, quæ coemptione fiebant, nomina hæc Caji, & Caje usurpari; veramque esse Plutarchi conjecturam, eo verborum usu parem utriusque dominationem significari; quod a Romulo tam in Sacris, quam in bonis, & possessionibus fuisse constitutum, scribit Hælicarnassusⁱ: *Si maritus præterea Vir clarissimus est, femina nomen clarissima, & auctoritate consequitur. Quod si diversa habeant domicilia; propter conditionem matrimonii, domiciliu mariti illa efficitur.* Uxor adeo in potestate erat mariti, & communione bonorum, ut illi tanquam suus hæres succederet, æque intitulanda esset, vel exhaeredanda, ut Ulpianus^j tradit: *Sui heredes, inquit, instituendi sunt, vel exhaeredandi.* *Sui autem heredes sunt liberi, quos in potestate habemus, tam naturales, quam ad ptivi; item uxor, quæ in manu est, & natus, quæ in manu est filii, quem in potestate habemus.* Aulus Gellius^k: *Matrem-familias, ait, appellant eam esse solam, quæ in mariti manu, mancipioque, aut in eius, in cuius maritus manu, mancipioque esset; quoniam non in matrimonium tantum, sed & in familiam quoque mariti, & in sui hæredis locum venisset.* Idem retulit Boethius^m: *Ex quibus sane dilucide conitat, quid indicarit Modestinus, quem dixit, matrimonium esse confortum omnis vitæ, Divini, & humani Juris communicationem; quidve Gordianus Imperator, quem scriptit, uxorem esse rei humanae, & Divinæ sociam; privata enim Sacra fuisse, quorum participes erant uxores.*

Ceterum quando hæc privatorum Sacrorum ratio in desuetudinem abierit, vel contraria Legi fuerit sublata, queri audio, & affirmare nonnullos, eam primum hac Imperatoris Constantini Legiⁿ interdictam.

Imperator Constantinus A. ad Maximum.
Siquid de Palatio nostro, aut ceteris operibus publicis, degustatum fulgore esse confit, terit; retent more veteris observantiae, quid portendat, ab Aruspiciis requiratur, & diligentissime scripta collecta, ad nostram Scientiam referatur; ceteris etiam usus fragmentis bujus consuetudinis licentia tribuenda, dummodo Sacrificiis domesticis abstineant, quæ specialiter prohibita sunt.

Sed magis puto, antea multo Hispanos Patres hoc genus idolatriæ presentis Canonis Decreto fustulis; probableque est, Olio Episcopo Cordubensi suggestente, quem singulari amore, & reverentia Constantinus Magnus semper prosequutus est, Imperatoriam hanc Constitutionem stabiliisse. Cum autem sola excommunicationis pena ab Episcopis lata, nec simplex Constantini Imperatoris Constitutio, errorem hunc in omnium animis radicitus insidentem, evellere potuisse; graviori, acriorique remedio improbis opus fuit, eaque ratione Theodosius, & Arcadius Impp. sub pena domus private confiscationis, hæc privata Sacra interdixerunt in Rescripto ad Russinum Praef. Præt. o

^a In Topic. Ci-
cer.

^b Noctum At-
ticarum. L. 18.
C. 6.

^c L. 10. epist.
Valerii Max. in
princip.

^d In prefat.
Lib. De re rust.

^e In Problem.
Cap. 28.

^f In orat. pro
Muræna.

^g Lib. 8. C. 48.

^h In epist. Lib.
10. Valerii Ma-
ximi.

ⁱ L. 2. Antiquit.
Roman. L. Fe-
minæ de Sena-
torib.

^j L. Exigere, de
judicis L. ult.

^k Scripterint,
ad municip.

^l In fragmentis
Tit. 22. Qui
heredes inti-
tuendi sunt.

^m L. 18. Noct.
Atticarum. C. 6.

ⁿ In Topic.
Cic.

^o Lib. 1. De
pagan. sacrifici.
in C. Theodo-

^p L. 12. De
pagan. sacrifici.
C. Theodo-ian.

Nul-

Nullus omnino ex quolibet genere, ordine hominum, dignitatum, vel in potestate positus, vel honore perfunditus, sive potens forte nascendi, seu humilis genere, conditione, fortuna, in nullo penitus loco, in nulla Urbe, sensu carentibus simulacris, vel insontem vitiimam cedat, vel secreto piaculo, Larem, ignem, erogenium, Penates nidore veneratus, accendat lumina, imponat thura, serta suspendat. Et post alia: Si qui vero mortali opere facta, & avum passera simulacula imposito thure venerabitur, ac ridiculo exemplo metueas, subitoque ipse vel redimita vitis arbore, vel eretta effossis ara cespitosus, vanas imagines, humiliore licet muneri præmio, tamen plena Religionis injuria, honore ientaverit; is, utpote violata Religionis reus, ea domo, seu possestione multabatur; & quæ eum Gentilitia confiterit superstitione famulatum. Namque omnia loca, quæ thuri confiterit vapore fumasse (si tamen ea in jure fuisse tuberificantum probabantur) Fisco nostro ad socianda censemus. Sin vero in Templis, Fanisve publicis, aut in ædibus, agrisve alienis, tale quispiam sacrificandi genus exercere tentaverit; si ignorante domino usurpata confiterit, XXV libras auri multæ nomine cogetur inferre; conniventem vero huic sceleri, par, ac sacrificantem, pena retinebit. Sed nec his poenis Hispanos omnes fuisse coactos, ut antiquæ idolatriæ obliviscerentur (tam pertinaces in deferenda semel suscepta antiquæ superstitionis secta fuere, ut constantes adhuc in vera Religione retinenda) constat ex Concilio Toletano III. a quo hæc Episcopi decre verunt:

Quoniam pene per omnem Hispaniam, sive Galliam, idolatriæ sacrilegium inolevit; hoc cum consensu gloriofissimi Principis, Sancta Synodus ordinavit, ut omnis Sacerdos in loco suo, una cum Judice territorii, sacrilegium memoratum studiose perquirat, & exterminare inventum non differat; omnes vero, qui a d. talen errorem concurrant, salvo discrimine anima, qua potuerint animadversione coerceant. Quod si neglexerint, sciant se utique excommunicationis periculum esse subituros. Si qui vero domini exstirpare hoc malum a possestione sua neglexerint, vel familia sua prohibere noluerint, ab Episcopo & ipsi a communione pellantur. Sed multo post adhuc eundem errorem perdurans, intelligitur ex Concilio Toletano XVI. b in quo gravissimis poenis præceptum est Episcopis, Presbyteris, & omnibus cauſarum Civilium Praefectis, ut idolatriæ, & superstitionis radices evellerent, renovato antiquo hujus Concilii Decreto.

C O M M E N T A R I I N O V I .

PRIVATOS domi Deos, & parva simula-
cra colebant. Suetonius in Domitiano:
*Puer, cui cura Larium cubiculi ex
consuetudine assens.* Hoc igitur Canone ad-
monentur patres-familias, ne domi a servis,
aut liberis hæc haberi, & coli sinant; si vero
id præstare nequeant, ne ab eis deferantur,
& accusentur, nihil illis immolent.

Si vim metuant servorum.] Verba ista
dubitanter astraunt, Concilium illud difficult-
limis persecutionum temporibus, atque adeo
ante Constantimum, convocatum; nam no-
minis delationem per servos suos fieri non
exhorruissent, si impunitate proposita potu-
issent ad arbitrium Religionem quamlibet
amplecti, & tueri. ALBASPINÆUS.

Concilium Iliberritanum, Canone 1. &
xli. Vide Concilium Carthaginense V. Con-
cilium Africanum sub Bonifacio I. Can. xxv.
& li. Toletanum XII. Gregorium II. Epis-
tola iv. & v. missa ad populum Turingie, ubi
eum populum laudat, quod constanter Ido-
la adorare renuerit, petens, ut fideliter per-
severet; idem & Epistola vi. ad Saxones.
Gregorium III. Epistola 2. ad populum Ger-
maniae, Epistola 3. ad populum Bajoariorum
Memianæ. Clemens I. Lib. 2. Constitutionum
Apostolicarum, Capite 27. Nullum, ait,
peccatum idolatriæ reperitur gravius; ea
est enim contra Deum impietas. Justinus Ser-
mone exhortatorio ad Gentes, ad calcem, &
Apologia 2. ad Antoninum Pium. Id enim
quoque Libro unico, De Monarchia, ostendit,
qualiter infecta sit in Mundum idolatria,
veterum Philosophorum, & Poetarum
scriptis; quod & facit Anastasius Alexandri-
nus excellentissima illa Oratione, quam ha-

buit contra Idola, ubi & originem, & pro-
gressum, & abolitionem describit. Tertullianus multis in locis, sed præcipue in Libro,
De idolatria, ubi sic exorditur: *Princi-
pale crimen generis humani, summnus seculi
reatus, tota caussa judicii, idolatria.* Sic
etiam eam vocat Cyprianus Lib. contra Dem-
etr. circa medium, ubi eam dicit eis cau-
sam omnium, quæ in hoc Mundo patimur.
Edidit quoque idem Libellum contra *Idola*.
CORIOLANUS.

Non solum Principes olim Lararia habe-
bant, id est priuata Sacraria, in quibus Ido-
la, cubicularesque Imagines reponebantur;
verum & privati. Principibus tamen duo
erant Lararia, unum, quod majus, alterum,
quod minus dicebatur. De Alexandre Seve-
ro refert Lampridius, quod Virgilii, & Ci-
ceronis imagines in Larario secundo posuit,
cum Alexander Magnum in majori haberet,
& qui Larario præfectus erat, Magister La-
rium vocabatur, ut constat ex illo vetusto la-
pide exarato a Gruthero:

MARTI AVGUSTO
L. IVNIVS. MAVRVS. LARVM. AVG.
MAGISTER. DEDIT.

IULIA. MAVRINA. F. DEDICAVIT.
Licet aliis etiam committeretur cura
Larium, de quibus Suetonius in Domit. Ca-
pitate 17. Privati divites Lararium etiam ha-
bebant, ubi Deos suos privatim colebant.
De his Celsus in L. In fundo, ff. De R. V. Fin-
ge pauperem, qui si reddere id cogatur, La-
ribus, sepulchrisque avitis carendum sit. L.
1. §. 2. ff. De liber. agnosc. Lares enim aviti
a Majoribus tradebantur. Marcus Tullius
Act. ix. in Verrem: *Erat apud Hetium Sa-
cra-*

a Can. 16.

b Can. 2.

erorum magna cum dignitate in ædibus a
Majoribus traditum, parantiquum, in quo
signa pulcherrima erant. Tenuiores vero ci-
ves Lares suos in tocis habebant. Plautus in
Prol. *Aulalar.* de Lare loquens:

in media foco

Defudit, venerans me, ut id servarem sibi.

Unde aliqui accipiunt Canonem xxxv. Con-
cilii Laodic. & legunt: *Non vportet Cbrisi-
anos, derelicta Ecclesia Dei, abiit, & ad
angulos abominandæ idolatriæ &c. sed ve-
ram ipsius Canonis interpretationem jam de-
di in Cap. fin. De Feriis.* Hæc privata Lar-
aria sancta erant, & religiosa, sed non sacra;
quare interdictum, ne quid in loco sacro fieret,
de Sacrariis illis non competit. L. I.
§. 1. ff. *Ne quid in loco publico.* Ab his tam-
en Laribus privatarum ædium sanctitas di-
cebatur, quia in illis Arae, foci, Dii Pe-
nates continebantur, & illis Diis privatis pa-
tres-familias. Sacra faciebant, quæ Sacrificia
dicebantur. Cicero 4. in Verrem. Festus
Pomp. verbo *Penetrali.* Et Laribus sacrificia-
cabatur igne, Virgilius Eclog. V.

*Ante focū si frigus erit, si mēs in umbra,
Vina novum fundane calabis. arvisia nectar.*
Cato, De re rustica, Cap. 143. Festus, inquit,
dies cum erit, coronam in focum indat, per-
que eos dies: Lari familiari pro copia suppli-
cat. Genio vero mero vino libabatur. Perhus.
Satyr.

Funde merum Genio.

Unde restituenda est litera Legis, *Nullus, 12.*
Cod. Theodos. Depagan. ubi dum legitur:
*Larem, ignem erogenium, Penates nidore
veneratus accendat.* Restituit casligatissimus
Vir D. Joseph. de Retes Lib. 8. Opusc. Cap.
18. *Larem igne, mero Genium.*

His animadvertis, apparet verus sensus
hujus Canonis. Licet enim tempore hujus

Si vero vim metuant servorum, vel seipso puros conservent.

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

Quando servorum Idola domini debeant diruere.

Quilegerit a olim Romanorum nonnullos, decem, alios vero viginti millia servorum
posseidisse, non in compedibus (ut solebant Græci) metallis effodiendis damnata-
tos, sed ex illis plurimos secum degentes, & qui, quo proficisciabantur domini,
assidue subsequerentur; non mirabitur, quod in hoc Canone definiunt Patres,
dominos videlicet, qui cogentes servos, ut ab idolatriæ erroribus ad Christianæ Religio-
nis disciplinam revocarentur, si vim eorum extimescant, saltu ipse puros ab idolatria
conseruent. Severius multo, & erga servos, & erga dominos se gesit. Concilium Toleta-
num xii. b Postquam enim idolatriæ crimen gravissimum in verbis exaggerasset, hæc addidit:
Ac proinde omnes sacrilegium idolatria, vel quicquid illud est contra Sanctam Fidem,
*in quo insipientes homines captivati, diabolis cultaris inserviant, Sacerdotis, vel Fadi-
cis instantia inventum, ut sacrilegia eradantur, & exterminata truncentur. Eos vero, qui
ad talen errorem concurrant, & verberibus coerceant, & onustos ferro dominis suis tra-
dant. Si tamen dominii eorum per juris jurandi attestacionem promittant, se eos tam soli-
cite custodiare, ut ultra eis non liceat tale nefas committere. Quod si domini eorum nolint
bujusmodi reos in fide sua suscipere, tuu ab eis, quibus coerciti sunt, Regis aspectibus
prætententur, ut principalis auctoritas, liberam de talibus donandi potestatem obtineat.*
*Domini tamen eorum, qui nunciatos sibi talium errores ulcisci noluerint, excommunicatio-
nis sententiam perferant, & iuraverint illius, quem coercere noluerint, se amissi cognoscant.*
*Quod si ingenuorum personæ bis erroribus fuerint implicatae, & perpetua excommu-
nicationis sententia feriantur, & artiori exilio ulciscantur.* Hæc de dominis secularibus
ut vocant. De Ecclesiasticis aliam Legem, non dispari pietate, tulit Africa c; decretiv
enim, ut Episcopi, Presbyteri, & Diaconi, non ordinarentur, priusquam omnes, qui in
III. Can. 17. domo

a Athenaeus.
Lib. 6. Cap. 7.

b Can. 11.

c Conc. Carth.
III. Can. 17.

Concilium Illiberitanum

domo eorum erant, Christianos Catholicos facerent; in quo assequendo cum omnes nervos contendarent, Ecclesiasticis muneribus adscripti, nec spe fruitarentur, gravi, & iniquo animo tulisse Julianum Imperatorem Apostolam, Sozomenus a refert: *Maxime autem, in Nicetoph. Cap. 38. Eutropius L. 2. Socrates L. 3. Imperio Jovinianus? Cum enim in Perside ad Imperium raperetur, clamabat, nolle se infidelibus imperare, cum ipse esset Christianus. Qui responsum a militibus omnibus est, sese quoque Christi Fidei esse obnoxios.*

Si non fecerint, alieni ab Ecclesia habeantur.

Si tot servos domini non habent, ut vim illorum merito perhorrescant, ab idolatria cultu illos revocare debent; quod si non fecerint, diris vovendos decernitur. Hinc observare licet, quanto studio, & diligentia patres-familias in domesticos, vel servos, vel famulos invigilare debeant; quanta cura enti, ut ab erroribus illi resipiscant Religionis, & morum. Est enim magnificum, quemquam se ab omni contagione vitiorum reprehimi, & revocari; sed magnificentius & suos. Quanto enim magis arduum est, alios præstare, quam se, tanto & laudabilius, cum ipse sit optimus, sui similes, & suos quoque redidisse. Aliter vero, eximia quæque propriæ virtutis laus, nimia familiæ vitorum patientia læditur; & nimia servorum communio Dominicæ communionis interdictione coercetur.

C A N O N X L I I .

* Quomodo.

De his, qui ad Fidem veniunt, * quando baptizentur.

Eos, qui ad primam credulitatis Fidem accedunt, si bonæ fuerint conversationis, intra biennii tempus placuit, ad Baptismi gratiam admitti deberet; nisi infirmitate compellente coegerit ratio, vel socio subvenire perlitanti, vel gratiam postulanti.

C A P U T D E C I M U M S E X T U M .

Quando Catechumeni baptizandi, & quibus informandi.

Varia tempora Catechumenis adultis baptizandis præscripta in hoc Concilio b legimus; Flaminibus triennii tempus, feminis peccantibus quinquenni: omnibus autem communiter biennii hic. Quod & confirmavit postea Justinianus c. Judæis vero octo mensis præscripti Concilium Agathense d, nisi valetudinis necessitas brevius exigerit temporis spatium. Hodie autem iudicium Episcoporum, & eorum Presbyterorum, in cuius Regione, aut Parochia sunt, reservatur, an Doctrinæ Christianæ Mysteriis adeo imbuti sint, & informati, ut merito possint sancto regenerari lavacro: Sed intelligent Dei Sacerdotes e monuit pie satis, & prudenter Concilium Limense e) nisi in Fide, ut oportet, instrutos baptizant, vel a peccatis absolvant; se & grandi sacrilegio commaculare, & animalium reos apud districtum Dei iudicium reddere &c. Maxime enim Christi Ecclesiam dedecet infideles multis idolatria, & morum corruptelis contaminatos, antequam feminatechumenos, plenos fieri Christianos.

Quæ autem vel Mauros, vel Turcas, vel Indos, aut reliquos infideles, Ecclesiarum Confess. C. 39. Præpositi docere nunc debeant, exprefit olim B. Clemens f, & latissime Divus Augustinus g. Sed illa brevi retulit compendio Concilium Limense h his verbis: *Cum Divino præcepto omnes Christiani adulti teneantur pro suo captu scire quæ ad Religionis Christianæ, quam profinentur, substantiam pertinent; qualia sunt Mysteria Fidei præcipua, quæ continentur in Symbolo, mandata Decalogi omnibus servanda, Sacraenta quoque ea, que necessario cuique suscipienda sunt; tum demum, quæ a Deo petere, & expectare debemus, iuxta Dominice Orationis institutionem, sedulo in iis erudiendi sunt a Pastoribus, & Ministris omnibus, maxime rudiores Indi, Africae, pueri, pro cuiusque ingenio, & opportunitate, ne gravissimo morbo ignorantia, ut fit paup., pericliteretur. Omnino autem cunctis, 4. Bapt. randum est, ut quicumque neque astate, neque valetudine impediatur, memoriter discant elementa Christiana, maxime Symbolum Fidei, Orationem Dominicam, præcepta Decalogue. Et Cap. Non Aug. L. gi, Sacraenta Ecclesia. Id ut fiat, antiquorum Canonum Statuta sequens, præcepit 50. Hom. 42. stricte Santa Synodus, ut nullus adulterus ad Sacramentum Baptismi admittatur, qui non Conc. Euro-Ju. prius saltem Symbolum, & Orationem Dominicam memoriter reddiderit. Idemque in Salmo pref. ad crumentis Penitentia, & Confirmationis conferendis omnino servetur; excepto vel necessitate articulo, vel nimia senectutis, aut agritudinis, sive etiam profundæ alicuius hebetudinis impedimento; quod Parochorum, seu Confessorum iudicio, & conscientia relinquatur. Qui vero iis tantis impedimentis gravati fuerint, ut copiosorem Catechesis non admittant, doceantur demum pro suo modo præcipua Fidei capita, scilicet unum esse Deum, 11. Sez. Can. omnium rerum Autorem, qui accedentes ad se vita aeterna remuneret, improbos, & rebus*

belles aeternis suppliciis in alio facculo punias. Deinde hanc ipsum Deum, esse Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, sres quidem personas, sed unum Deum verum, præter quem nullus alius sit verus Deus. Nam quæ adorant alia Gentes, præter Christianam, non esse Deos, sed demones potius, aut figura hominum. Præterea Filium Dei propter reparandam salutem hominum factum hominem ex Virgine Maria, pro nobis passum, & mortuum, ac tandem resurrexisse, & regnare in aeternam. Hunc esse Jesum Christum, Domum, & Salvatorem nostrum. Postremo, neminem posse esse salvum, nisi credit in Jesum Christum, & Panitens de peccatis commissis, Sacramenta ipsius suscipiat, Baptismatis quidem, si infidelis est; Confessio autem, si lapsus post Baptismum. Ac denique statuat ea servare, quæ Deus, & Ecclesia Sancta præcipiant. Quorum summa est, ut Deum diligat super omnia, & proximum, sicut seipsum. Intelligent igitur Dei Sacerdotes, nisi in Fide, ut oportet, instructos baptizant, vel a peccatis absolvant, se & grandi sacrilegio commaculare. Lingua catechizandi propria, & vulgari informandos Catechumenos, ad intelligendam, & retinendam tenacius Doctrinam, satis apposite cavit idem Concilium Limense a.

a 11. S. ff. 3.
Can. 33. S. 34.

C O M M E N T A R I I N O V I .

CAnone isto patet Catechumenatus tempus biennii spatio contractum, & definitum.

Ad Fidem primam credulitatis accedunt.] Ita loquuntur PP. & Canones Arelatenenses; qui credere volunt. In hoc Concilio Canon XLIV. Si postmodum ad credulitatem venerit. Si ad Christi Fidem venerit, si se in Christum credere velle dixerit, si se erudiri rogaverit. Hæc in eandem sententiam accipienda: ad Fidem primam credulitatis: qui de Christi Fide doceri cupiunt: qui primis Fidei rudimentis imbuvi cupiunt.

Si bona fuerint conversationis.] Si faciant in ipso Catechumenatu quod Fidei Christianæ tyrone dignum sit. ALBASPINÆ US.

Circa tempus catechismi, intra quod erudiiri, & doceri baptizandi debeant, generalis regula tradi non potest. Siquidem pro temporum varietate, & regionum usu diversum ius observatum reperio. In primordiis enim Ecclesiæ, & quin necessitas postulabat, nullum tempus inchoanda, aut perficienda catechesi præfinitum erat, sed quocumque de sua salute vere sollicitos esse constabat, & nostræ Religionis cognitione instructos, Apostoli sacra Baptismatis ablutione regenerabant, ut de Cornelio Centurione, & aliis duodecim viris ab Apostolo instructis, & baptizatis, referunt Actuum Apo. Cap. 10. & Cap. 16. Poitea cum aliqui parum intruchi in Fidei mysteriis agnoscerentur; vilum fuit Ecclesiæ Patribus, ut Catechumeni in Religionis nostræ rudimentis capescendis diu persisterent: & ab ipsis Apostolis triennii spatium assignatum fuit. D. Clemens Lib. 8. Conflit. Cap. 32. & cum propter ingruentes persecutions ab aliquibus catechesi tempus contractum fuisset, statutum fuit in Conc. Nicæano 1. Can. 11. ne id deinceps fieret, his verbis: *Quoniam multa, vel necessitate, vel urgentibus aliqui hominibus, præter Canonem Ecclesiasticum facta sunt, ut homines, qui e vita gentili ad Fidem nuper accesserunt, & exiguo tempore Catechumeni, id est, iniciati, fuerit, statim ad lavacrum spirituale deducant; visum est, ut nihil deinceps tale fiat.* Et in Concil. Constantinop. 1. Can. vii. *Quicumque ex his rebus Fidei adscribi volunt, ut Græcos admittimus, & primo quidem die ipsos Christianos facimus, secundo Catechumenos, deinde tertio exorcizamus, sive adjuramus ipsos, ter*

Tem. II.

V u non

*non vacabis pro anima tua? Postea contractum fuit tempus ad viginti dies, Cap. Ante vicefum, De consec. Dicit. 4. Demum ad 18. dies, quum Feria quarta hebdomadae quartae Quadragesimæ catechismus inchoabatur, ut Sabbatho Sancto Catechumeni baptizarentur. Amalarius Fortun. De Ecclesiast. Officiis. Capitulo 8. Modo dicendum est, ut promisimus, quare hoc officium agatur quarta Feria quartæ hebdomadae Quadragesimæ. Non immerito eadem die, & eadem hebdomada Catechumeni ad nomen Christi accedunt, quæ præfigarata est a quarta etate hominis, id est, juvenili, quæ apta est gubernaculo Imperii, & ab eadem etate facili, quæ innovata est ex promissione regni Christi, Carnotensis in Serm. De Sacramentis, ait: *Dabinc quarta etate in illa terrena Hierusalem claruit regnum David, Christi, & Ecclesia regnum præfigurans: de cuius semine idem Christus natus est, in Ecclesia sua spiritualiter regnans, & eam sibi obtemperantem post tempora gloriose coronans. Inde est quod quid Sabbatho Sancto sunt baptizandi, quarta hebdomada quadragesimalis obseruantia, quæ continentia nobis armis ministrat, & quarta ejusdem hebdomadae Feria, catechizandi, & exorcizandi deferuntur ad Ecclesiam, ibi audituri, & instruendi, qualiter contra spirituales nequities sunt pugnaturi, sed tamen usque in Sabbathum Paschale Baptismus eorum differtur, hoc attendente Ecclesia; quia qui ad agonem in praesenti vita vocantur, in spe futura quicunque baptizantur.* Rupert. Abbas Libro 4. De Divin. Offic. Cap. 18. Feria quarta Sacra menta quæ nova Ecclesia propria sunt, inchoantur: bac enim die Catechumeni nostri ex antiqua traditione Sanctæ Romanae Ecclesiæ signantur, ut sacrosancta solemnitate nostræ redempti onis ex aqua & Spiritu Sancto renascatur, Hugo Victorin. De Sacram. Cap. 17. Sed quoniam Apostoli, dum triennium statuerunt, & præfixerunt catechesi, adjecerunt apud Clement. d. Cap. 38. quod si virtute prædictus sit Catechumenus, & erga sacram Scripturam studium ostendat, recipiatur ad Baptismum quia non tempus, sed animus æstimatur (unde Judæi aliquando octo menses ad catechesin assignabantur, Cap. Iudei, De consec. Dicit. 4. D. Thom. 3. Par. Quæst. 68. Art. 3. & apud Surius Tom 3. die 11. Maji legimus S. Antivulum baptizasse Pinianum Proconsulem Asia 7. die catechesis, & apud ipsum die 12. Maji invenimus Pontificem baptizasse Sanctos Pancratium, & Dionysium post 20. dies. Alia congerunt Vicecomes De ritib. Baptismi, Lib. 2. Cap. 8. F. Joseph a S. Maria cod. Tract. Cap. 9.) Inde recte PP. in praesenti sanxerunt, ut si Catechumeni bona fuerint conversationis, intra biennii tempus ad Baptismum admittantur. Secus vero si in idolatriam lapsi fuissent, ut notavi supra in Can. iv. nisi ob infirmitatis periculum aliud necessitas poscat, ut etiam probavi supra in Canone xxxvi. GONZALEZ.*

Ecclesia omni tempore ita desideravit quoslibet infideles ad finum suum allicere, & ad Baptismum invitare, ut tamen adulti quique, & Catechumeni non subito, non facile, nec nisi post certum tempus instructionis, &

probationis baptizarentur. Unde in hoc Canonone iis bienni um vitæ innoxia, ac præparationis indicitur antequam id Sacramentum recipient. Quod ipsum fere statutum legitur ante, & poltea, tum in decretis Pontificum, tum in variis Conciliis citatis hoc loco a Mendozza & Gonzalez: licet non idem temporis spatium ab iis omnibus præscriptum sit, sed varium, ab ineunte sæculo quanto, & sequentibus; ut plane ostendunt testimonia Cyrilli Hieros. Hieronymi, & aliorum superius allegata, in quibus brevius longe tempus indicatur catechesi Baptismo præmittenda.

Porro in magna Synodo Nicæna Canone 11. verbis supra allegatis, prohibetur Ministeris Ecclesiæ: *οὐδέποτε ἀπὸ θύνης βιαστή τροπαιότερος τῷ πίστι, καὶ εἰ δύναχόν κατηχουμένας, εὐθὺς ἐπὶ τῷ πεντηκοστοῦ λατρῷ ἄγειν* &c. Ac deinde subditur: *καὶ γὰρ καὶ χρόνος δὲ τῶν κατηχουμένων καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα δοκιμασία πάντος. Eternum, & Catechumeno opus est tempore, & post Baptismum probatione majore.*

Semper tamen, & tunc, & modo, exigebatur, & requiritur jure naturali, & Divino in propria cujuslibet Sacramenti conditione fundato, ne recipiatur, nec administretur adulto cuiquam, nisi rite instruто, ac disposito. Porro instructio necessaria Catechumeni ad Baptismum cum fructu recipiendum in quibusdam hominibus brevius peragitur, in quibusdam vero tardius, juxta ubiorem Spiritus Sancti illuminationem, & ipsorum indolem, ac mores. Unde tempus id non est idem prorsus omnibus ex jure Divino, sed respecti ve longius, aut brevius, dummodo unicuique sufficiens sit, ut rite instruitus Fidei mysteriis, & doctrina morum ad salutem necessaria, ac dispositus penitentia illa peccatorum, quæ ante Baptismum agere operet (ut ex ipsis facris literis monet Concilium Tridentinum) Sancte recipiat Baptismum. Alioqui ministræ baptizans graviter delinquit, & baptizatus cum obice voluntario gratiam Sacramenti non percipit.

Hæc cum ita sit, mirari subit in quibusdam Libri recentium quorundam Missionibus incumbentium apud infideles, quanta facilitates plurimos illorum ad Baptismum admittant, nulla mentione facta instructionis accurata, aut diuturna, ne quidem paucorum dierum, sicuti nec penitentia prævia de peccatis antea committi. Legere ibidem est centena & centena infidelium, etiam idololatrarum, aut seculorum eosque in toto vita decursu, post brevem instructionem, nulla mentione facta penitentia salutaris. Jure Divino requisita ad Baptismum cura fructu recipiendum, admitti passim ad accipiendum id Sacramentum. Quin & celebriori haberi solet Missionarius ille, qui plures quotidie baptizat.

Sancti melius conversionis veræ infidelium, melius Ecclesiæ, ac sua saluti considereret, qui pauciores bene instruто, & dispositos baptizaret, quam qui plures sine præparatione debita. Id ipsum dixerim de Confessariis quibusdam Jacobitibus, se unico die, aut hebdomada administrasse Sacramentum Penitentiarum ingenti hominum multitudini. Oritur enim id plerumque ex defectu inquirendi, instruendi, & ex-

citandi illos ad seriam conversionem in Deum, verum dolorem de peccatis, & firmum, ac minime fucatum emendationis, ac satisfactionis propositum. Præstare sane pauciores hujus generis Deo acquirere, ac reconciliare: quam plures indispositos absolvere, sive potius apud Deum ligatos relinquere. Unde sicut experimento patet frequentissimo apud Indianum Orientalem Occidentalemque, qua facilitate plurimi administratur Baptismus, eadem ab iis abjurari Fidem, & rediri ad idolatriam: ita etiam apud Catholicos experimur passim, peccatores facile, ac temere Confessariis utcumque absolutos, illico ad pristina peccata redire.

Verum hæc operosiori admonitione digna sunt, & exquisita. Prælatorum cura erga Ministros utriusque ejus Sacramenti. Lege præsertim in hoc nostro Opere Concilium Limatum Provinciale 1. Beati Toribii Act. 11. Can. 1v. ac præterea Instrunctiones Confessorum, ac Pœnitentium a S. Carolo editas, & doctissimum, ac piissimum Cardinalem Bellarmine Concio 32. de Resurrectione Domini, §. At inquis, ut plures alios omittam. CARD. DE AGUIRRE.

CANON XLIII.

De celebratione Pentecostes.

Pravam institutionem emendari placuit, juxta auctoritatem Scripturarum, ut cuncti diem Pentecostes post Pascha celebremus, non Quadragesimam, nisi Quinquagesimam; quod qui non fecerit, quasi novam hæresim induxit, notetur. emendatus.

Pravam institutionem emendari placuit, juxta auctoritatem Scripturarum, ut cuncti diem Pentecostes celebremus, non Quadragesimam, nisi Quinquagesimam; quod qui non fecerit, quasi novam hæresim induxit, notetur. vulgatus.

CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

Festum Pentecostes ab ipsis suis Apostolorum temporibus.

Fæcessant jam, qui Festum hoc celebre inter Christianos, se nescire ajunt, an Apostolorum tempore Gentilium auribus notum, fuisset; cum præter expressum hoc Sanctorum Patrum Hispaniarum testimonium, ex Luca constet, quum refert, maxime contendit Paulum se ab Asia expedire, ut, si fieri posset, diem Pentecostes celebraret Hierosolymis. Quorsum enim tanta in Paullo sollicitudo, si diei celebritate non urgeretur? Eandem ipse insinuat ad Corinthios, dum ait, se Ephesi moraturum usque ad Pentecosten, quam Hieropolis delinarat. Sed confirmat Cessianus a: *Cujus Festivitatis traditio, inquit, per Apostolicos Viros ad nos usque transmissa, eodem tenore servanda est.* Divus Ambrosius b a deo celebrem prædicavit, ut a die Christi Passionis, Jubileum Christianorum esse scripsit: *Et in Lege habes, inquit, quia Jubilæus dicitur numerus quinquaginta annorum.* Levit. 25. recusus, celebrabilis admodum, quo debita vacuantur, confirmantur Hebræorum libertates, possessionum refusiones. *Hunc numerum lati celebramus post Domini Passionem, remissi culpa totius debito, Chirograpbo quoque vacuato, ab omni nexu liberi, & suscipimus advenientem in nos gratiam Spiritus Sancti die Pentecostes, vacante jejunio laus dicitur Deo, Alleluja cantatur.* Id pluribus probavit D. Augustinus c; ea in breve compendium rededit Divus Isidorus d, quæ quia hujus Felti initium, originemque repetunt, contentaneum censu hic adversus contra præve opinantes recitare: *Initium sane, inquit, & causa Festivitatis Pentecostes, paulo latius repetenda est.* Pentecostes enim dies hinc cœpit exordium, quando Dei vox in Sina monte, desuper intonans audita est, & Lex data. Mysi. In Novo autem Testamento Pentecoste cœpit quando adventum Sancti Spiritus, quem Christus promisit, exhibuit, quem ait non esse venturum, nisi ipse ascenderet in Cælum; denique dum portam Cæli Christus intrasset, decam diebus interpositis intremuit subito, orantibus Apostolis, locus, & descendente Spiritu Santo super eos, inflammatus, ita ut linguis omnium Gentium Dei magnalia loquerentur. Adventus itaque Sancti Spiritus de Cælo supra Apostolos, in varietate diffusus linguarum, solennitate transmisit in posteros, eaque de eaussa Pentecoste celebratur, & dies ipse prouide insignis habetur. Concordat autem b ec Festivitas Evangelii cum Festivitate Legis. Illic enim, postquam Agnus immolatus est, interpositis quinquaginta diebus, data est Lex Moysi, scripta dito Dei; hic postquam occisus est Christus, qui sicut oris ad immolandum duxit est, celebratur verum Pascha, & interpositis quinquaginta diebus, datur Spiritus Sanctus, qui est digitus Dei super CXX Discipulos, Mosaice etatis numero constitutos. Siquidem & hæc Festivitas aliud obtinet Sacramentum. Constat enim ex septimanâ septimanarum. Sed dierum quidem septimanæ generare eandem Pentecosten, in qua sit peccati remissio per Spiritum Sanctum. Annorum vero septimanæ quinquagesimum annum faciunt; qui apud Hebrews Jubilæus dicitur, in quo similiter terræ fit remissio, & servorum libertas, & possessionum restitutio, quæ pretio erant comparata. Septies etenim septem multiplicati, quin To. II.

V u 2 qua-

quagenarium em se generant numerum, assumpta monade, quam ex futuri seculi figura praesumptam esse, Majorum auctoritas tradidit. Fit enim ipsa & Octava semper, & prima, immo ipsa est semper una, qua est Dominica dies. Necesse est enim Sabbatum animarum, populi Dei illuc occurere, atque ibi compleri, ubi datur pars his qui octo: sicut quidam differens, Salomonis dicta sapienter exposuit: iccirco autem totius Quinquagesimae dies, post Domini Resurrectionem resoluta abstinentia, in sola latitia celebrantur, propter figuram futurae Resurrectionis; ubi jam non labor, sed requies erit latitia. Ideoque his diebus nec genua in oratione flexuntur; quia, sicut quidam sapiens ait, inflexio genuum, paenitentia, & luctus indicium est: unde etiam per omnia eandem in illis solennitatem, quam die Dominico custodimus, in qua Majores nostri, nec jejuniunum agendum, nec genua esse flexenda, ob reverentiam Dominicae Resurrectionis, tradiderunt. Nec eum diem folium festivum, & celebrem olim fuisse in Ecclesia comitatum; in praecipuis enim Ecclesiis Febrivitatibus venerandam, & toto terrarum Orbe venerabilem dixit Leo Papa. Sed totos illos quadraginta dies fuisse feriatus, testis est Tertullianus b, omnes illos Pentecostes nomine comprehensens: prius enim his verbis celebrem dixit: Omelior fides nationum in suam festam, qua nullam solennitatem Christianorum sibi vindicat, non Dominicum diem, non Pentecosten. Etiam si noscent, nobiscum non communicaissent, timerent enim, ne Christiani viderentur, nos ne ethnici prouinciemur, non veremur. Si quid & carni indulgendum est, babes, non dicam tuos dies tantum, sed & plures. Nam ethnici semel annuus dies quisque festus est: tibi octavo quoque dic. Excerpe singulas solennitates nationum, & in ordinem texe, Pentecosten implere non poterunt. Quare quemadmodum diebus Dominicis stantes orabant Fideles, in signum latitiae Resurrectionis; sic etiam in his diebus, qui a Paschate sunt usque ad Pentecosten. Tertullianus c: Die Dominicō, inquit, jejuniū nefas ducimus, vel de geniculis adorare. Eadem immunitate a die Pascha in Pentecosten usque gaudemus. Id ipsum confirmat Justinus d Martyr, five quicumque ille sit Auctor Responsionum ad Orthodoxos, Q. Lib. de idola C. 14. secundum causam de ea dictam. Idem proflus Concilium Nicenum e, & Augustinus f; sicque die Pentecostes, ut in diebus Paschae, Baptismum olim solitum dari, conitit ex Concilio Gerundensi g. Et in Pentecoste, ut in Paschate, solitum Antonium vestem Pauli primi Eremita ferre, D. Hieronymus h commemorat. Qui autem tantum Festum celebrare omitterent, de adventu Sancti Spiritus dubitare insinuant Episcopi; eaque ratione, tanquam heresis novas auctores, notari. En quam solerti cura Hispani Patres haeresum novitatis inductis obstiterint; quantumque Ecclesia Catholica in conservanda pura, & integra sine Fidei doctrina, Hispanie olim debuerit, debeat & hodie.

In Codicibus manuscriptis, non ut celebretur Festum Pentecostes, sed ut intra quinquefim diem a Paschate ab omnibus celebretur, decernitur, iisdem, que in textu nostro retulimus, verbis: Pravam institutionem emendari placuit, juxta auctoritatem Scripturarum, ut cuncti diem Pentecostes post Pascha celebremus: non Quadragesimam, sed Quinquagesimam; qui non fecerit, quasi novam heresim induxisset, notetur. Grave enim, & merito, exultarunt, cum omnes unum corpus simus in Christo, una omnium Fides, unum Baptisma, unus Deus, & Pater omnium, non uno, eodemque tempore anniversarium adventus Sancti Spiritus Festum celebrari, sed per eosdem dies, alios stantes, alios flexis genibus orare, alios feriari, & conquiscere, & vacare conviviis, alios jejuniis, & corporis alii afflictionibus macerari. Recte enim a Damaso i Papa scriptum primum, & a Leone K Magno repetitum postea est; alter unus grec, unusque Pastor non fumus, nisi quemadmodum Apostolus docet, id ipsum dicamus omnes, & perfecti simus in eodem sensu, & eadem sententia; & nisi tandem uno, eodemque tempore principia Religionis nostrae Mysteria celebremus. Quinquagesimo autem die post Pascha, Pentecostes Festum agendum docet Ambrosius i: In Dominica, inquit, resurgens Salvator, reversus ad homines est; & post resurrectionem tota Quinquagesima cum hominibus commoratus est. Et paulo inferius: Non igitur jejunamus in Quinquagesima, quia in his diebus nobiscum Dominus commoratur. D. Hilarius m loquens de numero quinquagenario, qui ex septem conficitur septimanis: Et hoc quidem, ait, Sabbathum Sabbathorum, ea ab Apostolis Religionis celebrata sunt, ut bis Quinquagesima diebus, nullus, neque in terram strato corpore adoraret, neque jejunio Festivitatem spiritualis hujus beatitudinis impediret; quod id ipsum extrinsecus etiam in diebus Dominicis est constitutum. Cassianus n: Hoc quoque, inquit, nosse debemus, a vespera Sabbathi, quia lucefit in diem Dominicum, usque in vespere sequentem, apud Egyptios genua non curvari, sed nec totis quidem Quinquagesima diebus, nec custodiri in eis jejuniorum regulam.

Sed quae fuerit illa ratio, quare quadragesimo die Festum celebrandum quibusdam visum fuerit (quod improbat Concilium) & quinquagesimo, ut decernit, docte his verbis expressit Joannes Cassianus o: Quare igitur tota Quinquagesima abstinentia rigorem prandii relaxamus, cum utique Christus quadragesita tantum diebus post resurrectionem cum Discipulis fuerit commoratus?

Theonas. Non incongrua interrogatio vestra rationem integerrimam veritatis meretur agnoscere. Post ascensionem Salvatoris nostri, qua quadragesimo resurrectionis ejus acta est die, Apostoli reversi de monte Oliveti, in quo se ad Patrem pergens probavit intuendum, sicut etiam Aetnam Apostolorum lectio contestatur, ingressi Hierosolymam, decem diebus adventum Spiritus Sancti expectasse feruntur; quibus explicatis, quinquagesima eum die cum Exod. 23. § 34. gaudio suscepereunt; & ita est per hanc Festivitatis hujus numeros evidenter impletus. Quem in

o Collat. 21. expressit Joannes Cassianus o: Quare igitur tota Quinquagesima abstinentia rigorem prandii relaxamus, cum utique Christus quadragesita tantum diebus post resurrectionem cum Discipulis fuerit commoratus?

Theonas. Non incongrua interrogatio vestra rationem integerrimam veritatis meretur agnoscere. Post ascensionem Salvatoris nostri, qua quadragesimo resurrectionis ejus acta est die, Apostoli reversi de monte Oliveti, in quo se ad Patrem pergens probavit intuendum, sicut etiam Aetnam Apostolorum lectio contestatur, ingressi Hierosolymam, decem diebus adventum Spiritus Sancti expectasse feruntur; quibus explicatis, quinquagesima eum die cum Exod. 23. § 34. gaudio suscepereunt; & ita est per hanc Festivitatis hujus numeros evidenter impletus. Quem in

in Veteri quoque Testamento legimus figuraliter adumbratum; in quo consummatis hebdomadibus septem, primitiarum panis per Sacerdotes Domino jacebatur offerri; qui verissime per Apostolorum predicationem, qua in illo die concessionis loguntur ad populum, oblatus Domino comprobatur; verus scilicet primitiarum panis, qui nova doctrina institutione prolatus, quinque millibus virorum eis sua munere satiatis, primitivum de Iudeis Christianorum populum Domini consecravit. Et circu bi quoque decem dies cum superioribus ad. 2. quadraginta, pari solennitate sunt, ac latitia celebrandi. Cujus Festivitatis traditio per Apostolicos Viros ad nos usque transmissa, eodem tenore servanda est. Ideo namque in ipsis diebus, nec genua in oratione curvantur, quia inflexio genuum velut paenitentia, ac luctus indicium est: unde etiam per omnia eandem in illis solennitatem, quam a die Dominicā custodimus, in qua Majores nostri nec jejuniunum agendum, nec genua esse flexendum, ob reverentiam resurrectionis Dominicā, tradiderunt.

Quare autem necessario die prescripta est Festum celebrandum, Concilium Toletanum X. a exposuit: Cum nihil, ait, Fidei sinceritas per diversitatem adversum incurrat, & unitatem Catholicę regulare varietas nulla discerpatur; est tamen, quod nisi temporum unitate servetur, & diffidium indiscretam unitati parturias, & Sacramentorum unitate confratre non valeat. Hinc est, quod Paschale Festum, nisi uno die celebremus, & tempore, in Judaicum decidamus errorem. Hinc adventum Sancti Spiritus, post resurrectionem Dei, nisi expectemus; tempore definito dierum, simul & numero, non possumus impleri ejusdem Spiritus dono; quoniam si caret plenitudinis numero, carere potest & Mysteriis sacramenta.

COMMENTARII NOVI.

benedicent. ALBASPINÆUS.

Diem Festum Pentecostes jam a temporibus Apostolorum in Ecclesia celebrari, late probarunt Bellarminus, To. i. De cultu Sanctorum. Lib. 3. Cap. 3. Carrier. Tom. 2. Digesti fidei, Titulo De festis. Cap. 3. Herrer. Lib. 2. Origin. Offic. Div. Cap. 51. & nos in Cap. Cappellanus. Cap. Conquestus, De Ferriis. Sed circa tempus, & diem hujus celebratatis, dubium olim erat: aliis existimantibus quadragesimo, vel quadragesimo nono die a Paschate resurrectionis esse colendum. Hispani tamen PP. iuxta Scripturarum auctoritatem, recte statuerunt die quinquagesimo a resurrectione esse celebrandum, & die 10. ab ascensione Domini, propter adventum Spiritus Sancti, quem contigilse quinquagesima die post resurrectionem, probarunt Divus Clemens, Lib. 5. Constitutionum Apostolicarum, Cap. 21. Augustinus Epistola cix. Leo in Sermone de Pentecoste. Quo etiam die Ju-daei celebrant festum Hebdomadarum in memoriam accepta Legis, ut Sacra Pagina locis, & SS. PP. testimonis probant Bellarminus & Carrier. d. Cap. 3. & sic ut heres circa hujus festivitatis celebritatem in Ecclesia non induceretur, statuerunt PP. ut in quinquagesima die post Dominicam resurrectionem ab omnibus festivitas Pentecostes coleretur. Et hæc est vera hujus Canonis mens, licet aliter non insubtiliter illum accipiat Albaspinæus, quem transcriptit Cerdà in Advers. Cap. 146. num. 21. GONZALEZ.

CANON XLIV.

De meretricibus Paganis, si convertantur.

Meretrix, quæ aliquando fuerit, & postea habuerit maritum; si postmodum ad credulitatem venerit, incunctanter placuit esse recipiendam.

CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

Quæ proprie dicatur meretrici; quæ olim ei pœna proposita; quando baptizari debeat.

a Lib. 10. ety-
molog. b L. Palam 43.
de rit. nuptiar. c Epist. ad Fa-
biolum. d Cap. multorum libidini patet. In cujus expositione, verbo, quæ multorum, mirum est, quam tur-
pia, & a vero eorum jurium quæ citat, sensu abhorrentia retulerit. Glosa: volens, ut me-
retrix, quæ multis admittit, juxta sententiam Hieronymi, plures quam xxxiiii. millia homi-
num expositionem admisit: argumento d, ut ait, Capite, Disciplina. xlvi. Distinctione, vel saltem sexa-
vario; Quæ multorum. aliena ab ea D. Hieronymi, dubitat nemo, qui alicius sit in re literaria judicii. Multo-
rum enim appellatione, pluralis numerus continetur: quod ad animi, & voluntatis rationem
referri debet, ut excludatur singularis: quod est de propria ratione concubinae, seu pellicis,
non autem meretricis: cuius turpitudine vernalis est, ut Divus Augustinus docet. Si ergo fe-
mina unum, vel duos receperit ob quæstum, cum hoc parata ad alios quoscumque recipien-
dos, meretrici dici potest, & debet; ut commodis, vel incommodis meretricibus a Legi-
propositis frui, vel affici possit. Quod si de animo hoc, in futurum recipiendi quemcumque
non constititerit, eam, qua duos, tresve, ob quæstum admisisse fuerit comprobatum, mere-
tricem judicasse par erit, quod eos multorum appellatione in eo actu comprehendere censuerim.

e In Q. Deu-
teron. 73. ad C.
23. can. Mere-
trices. f L. 4.

Cuique suum esti judicium. Meretricum initium, & originem a Venere repetit Lactantius f.

Eam enim, quam ex spuma maris procreatam Postæ testantur, omni lascivia, impudentia,
& turpitudine fuisse insignem, notius est, quam a nobis explicari debeat; nam ex famoso Mar-
tis stupro genuit Harmoniam, de qua Plutarchus g; ex Mercurio Hermaphroditum; ex Jo-
ve Cupidinem; ex Anchise Aeneam; & ex Bute Erycen; eaque de causa amorum, gratia-
rum, pulchritudinis, deliciarum, voluptatum, & omnis libidinis illa Dea habita est. Hæc
autem, ne sola impudica videretur, omnium prima, teste Lactantio h, meretriciam areat
instituit; auctorque mulieribus in Cypro Insula fuit, ut vulgo qualitum corpore facerent. Mi-
serum, turpem, sordidum, & infamem harum meretricium statum, ut illa deferarent; mal-
ta aduersus eas in diversis Provinciis constituta prudenter legimus. Apud Romanos mos fuit,

i Lib. 2. An-
nali. Tacito i, ut quæ corpore vellent quæstum facere, stupri licentiam apud Aediles nun-
ciarent, ut eo pudore suffuse, ab impudico meretricandi officio retraherentur: Eodem an-
no, inquit, gravibus Senatus Decretis libido feminarum coercita; castumque, ne quæstum
corpore faceret, cui avus, aut pater, aut maritus Eques Romanus fuisset. Nam Vesti-
lia, Prætoria familia genita, licentiam stupri apud Aediles vulgaverat; more inter veter-
res recepto, qui satis pœnarum adversus impudicos, in ipsa professione flagitiis credebant.

K. L. Stuprum. Ad quem locum facit Tranquillus in Tiberio: Famosa femina, inquit, ut ad evitandas
de rit. nuptiar. 1. In Vita Do- Legum pœnas, jure, a dignitate matronali exsolverentur, lenocinium profiteri coepant,
mitiani.

¶ ex juventute utrinque ordinis, profligatissimus quisque, quominus in opera scena, are-
natual. liber. n. L. i. C. de naque edenda Senatus consulto ferirentur, famosam judicis notam sponte subibant; eos, eas-
i. L. Si filiam, que omnes, ne refugium in tali fraude cuiquam esset, exsilio affectit. Quod si pudicitiam,
C. de inofsc apud Aediles non vulgarent, stupri poena afficiebantur. Ut hinc intellectam obseruemus antea-
telam.

o In authenti. lieribus esse, quæ turpiter viverent, vulgoque quæstum facerent, etiam si non palam. Ac-
ceptum cognoscit. Ceptandi legata, & hereditates facultatem illis ademit Domitianus Cæsar Lege perpetua, us-
q. Si vero Col. 1. traditur. Donationes in eas collatas irritas fecit Constantinus n Imperator; facta
Lxx. 8. revocationis potestate legitime soboli donantis, aut fratri, sorori, vel aliis ejus proximis.

p Lib. 3. Tit. 4. Ut legitima, jure naturæ debita a patre privari possent, a Diocletiano, & Maximiano n de-
lio, & auctero, cretum est in Rescripto ad Apollinarem, probatum postea a Justiniano o, receptumque tan-
do cultu tem- dem apud Vvsiogothos p. Lege antiqua, vestibus matronarum, seu honestarum feminarum
nam.

r L. Item, illis interdictum indicant Tertullianus q, & Ulpianus r; sed confirmavit graviori pœ-
nap. Labenem na proposta Julius III. Papa, deinde Paulius IV. ac tandem severissima Constitutione Pius
q. Si quis Vir. IV. Trecentis fultum istibus affiebatur Lege Vvsiogothorum primo, & exsulabat ab Urbe;
gines. De in- quod si iterum eam ingredieretur, & in turpi officio perseveraret, in servitatem redigebat
juris.

s Lib. 3. Le- tur alicujus pauperis, cui Rex illam dono dedisset, Lege Reccaredi. Quod & Longobardo-
gum Vvsiogot. cum consuetudine receptum erat, si parens meretricis illam ab officio non retraheret, vel
Tit. 4. L. 17. aliqua pœna puniret; ac tandem, ut alia omittamus, turpitudinis, & infamie nota apud
tit. 17. omnes fere Nationes aspersæ sunt. Qua ratione apud Romanos Lege Constantini u, & antea,
u L. i. C. de naturalibus li- Senatori non licuit, non solum cum his, quæ sunt in lupanari, sed nec cum eis, quæ quo-
cum-

cumque modo corpore quæstum facerent, fecissentve, in matrimonii foedus transire. Apud Germanos non solum Senatoribus, sed & plebejis hominibus, meretrices uxores ducendi jus denegabatur; cum Virgines solum duci posse, sit auctor Tacitus a. Hæc eadem honestatis De moribus Germanorum.

Lex imposita est Utopiensibus Insulanis; mulieribus enim perpetuo nuptia interdicuntur, quæ ante connubium convictæ fuissent furtivæ libidinis, teste Thoma Moro b. Quod & a Constantino

b Lib. 2. Uto-
pia. Palam c. ait) quæstum facere dicemus, non tantum eam, quæ in lupanario se prostituit: verum etiam si qua (ut assulet) in taberna, vel cauponâ, vel alias pudori suo non parcit. Palam autem, sic accipimus passim, hoc est, sine deletu, non si qua adulteris, vel stupratoribus se commit-
tit, sed qua vicem prostitutæ fuisse.

Ne autem quis intelligeret, eam, quæ cum uno, aut altero, pecunia accepta, se commiscuit, esse meretricem, addidit: Item quæ cum uno, aut altero se, pecunia accepta, commiscuit, non videtur palam corpore quæstum facere. Requiritur ergo ad hoc, ut quæ femina meretrici dicatur, vel quæstum corpore faciat, ut multorum pa-
teat libidini; sic enim definit D. Hieronymus c, apud Gratianum: Meretrici, inquit, est, quæ

biuia 34. Dif. multorum libidini patet. In cujus expositione, verbo, quæ multorum, mirum est, quam tur-
pia, & a vero eorum jurium quæ citat, sensu abhorrentia retulerit. Glosa: volens, ut me-
retrix, quæ multis admittit, juxta sententiam Hieronymi, plures quam xxxiiii. millia homi-
num expositionem admisit: argumento d, ut ait, Capite, Disciplina. xlvi. Distinctione, vel saltem sexa-
vario; Quæ multorum. aliena ab ea D. Hieronymi, dubitat nemo, qui alicius sit in re literaria judicii. Multo-
rum enim appellatione, pluralis numerus continetur: quod ad animi, & voluntatis rationem

referri debet, ut excludatur singularis: quod est de propria ratione concubinae, seu pellicis, non autem meretricis: cuius turpitudine vernalis est, ut Divus Augustinus docet. Si ergo fe-
mina unum, vel duos receperit ob quæstum, cum hoc parata ad alios quoscumque recipien-
dos, meretrici dici potest, & debet; ut commodis, vel incommodis meretricibus a Legi-
propositis frui, vel affici possit. Quod si de animo hoc, in futurum recipiendi quemcumque

non constititerit, eam, qua duos, tresve, ob quæstum admisisse fuerit comprobatum, mere-
tricem judicasse par erit, quod eos multorum appellatione in eo actu comprehendere censuerim.

f Lib. 1. Divi-
nari. institution. g In Vita Pe-
lopidae. h Lib. 1. Divi-
nari. instit. Cap. 17.

Cuique suum esti judicium. Meretricum initium, & originem a Venere repetit Lactantius f.

¶ Lib. Novi
orbi, de popu-
lis nuper reper-
tis.

decimum quartum annum egressi, permittunt usum scortorum, & seminarum corpore quæ-
sum facientium: apud nostrates nulla est meretrici; capitali supplicio proposito talum quæ-
sum exercentibus; ante legitimam copulam, alios congressus cum muliere nescimus; casti
castis Virginibus conjugimur. Nisi quis dicat, attenta recentiori Philonis consuetudine,,

illum finxit orationem, ut efficta sunt a Livio multæ, & finguntur quotidie ab Historicis.

Hoc etiam hodie Judæorum praxi receptum audio, apud quos meretrices non permittuntur.

Quod in novo Orbe in Regione Palmaria usitatum est, quid sit coire nemo intelligit, donec
nubat, nefasque, & morte piandum est aliter accedere; ut Petrus f Martyr refert. Apud Per-
fas non solum meretrices uxores ducere turpe, sed illas humeris publice deferre per Urbem,,

summa ignominia fuit. Scribit enim Plutarchus, Artaxerxes jussit, Arbaceum desertorem,,

& apud se transfugam delatum, pro pœna capitali, qua erat puniendus, humeris meriti-
culam in via publice tota die deferre; quam fuisse apud illos gravissimam ignominiam testa-
tur. Pœna etiam loco adultera feminæ, in angustas quædam meretricum ædicas, & pro-
stibula (qua sifra vocabit) detrucebant olim, & explenda omnium libidini expone-
bantur; tintinnabulo etiam sub obsceni operis adhibito, ut illo commoto, quando

flagitium committeretur, prætereunte non lateret, sed potius illius sonitu pœna illa cum
ignominia conjuncta indicaretur, ut refert Nicephorus g, Socrates h, & Diaconus i. Tan-
ta igitur ignominia notabantur olim feminæ, quæ extra matrimonii jura turpiter vivebant, ut

ante Constantini tempora, cum illis matrimonii foedus inire, viris non permitteretur; ut re-
fert Zeno k Imperator. Nec post ipsius Zenonis tempora, si quis illam turpiter agnoverat,,

poterat deinde cum ea matrimonium contrahere. Quod constitutum est ob luxuriosæ vita-
fuditatem. Si hæc Gentes, quædam natione, quædam lingua, quædam Religione, quæ-
dam natura, & moribus barbaras, aduersus turpem, & miserabilem meretricum statum san-
cti legimus; quid mirum, si Hispanica Ecclesia Patres singulari morum probitatem prestantes,

k L. D. Con-
tab ipſarum forditibus maxime abhorrentes, decreverint, ne illæ ad primum, Divinum, ac
venerabile Fidei Sacramentum, ad remissionem delictorum, ad absolutionem mortis, ad
consecutionem Spiritus Sancti accederent, ni prius eam vita turpitudinem abjurarent; hoc
enim in primitivæ Ecclesiæ cunabulis usitatum testatur D. Augustinus l: Hoc si ita est, in-
quit, fateamur, iſtos laudabilis charitate conari, ut omnes indiscrēte admittantur ad Bap-
tismum, non solum adulteri, & adulteria, contra sententiam Domini, falsas nuptias præ-
tententes; verum etiam publica meretrices, in turpissima professione perseverantes; quos

certe nulla etiam negligenter Ecclesia confuevit admittere, nisi ab illa primitus profi-
tatione liberatas. Sed ista ratione, cur non omni modo admittantur, omnino non video. Et
in Libro, De Fide, & operibus m: Quis enim dubitet, ad bujus ſaculi pravitatem adul-
teria pertinere, & illos, qui elegerant, in eadem iniuitate perfidere? Similiter autem dici
potest, publicas meretrices, quas utique ad Baptismum, nisi ab illa turpitudine liberatas,
nulla admittit Ecclesia, potuisse invenire.

Notam ergo turpitudinis, & laborem, quam feminæ meretrices ante Baptismum contra-
ixerant, pœnitentia postea, & ſœdae voluptatis renunciatione eluere debebant; nec antea
poterant ad Baptismum admitti. Quod si postea anteacta vita turpitudinem cum honestate,
& pudicitia conjugali commutassent, putarunt Patres, ſordes ante matrimonium contractas
ſanctio matrimonii Sacramento elui potuisse; sive aliam ab eis non debere præterita vita se-
veriore exigit rationem.

Non diffimili cauſa decreverunt superius n, ut si adolescentes, qui post Fidem lavaci-
ſi Concliti. f. moechati fuerint, postea uxorem duxerint, acta legitima pœnitentia, ad communio-
ne m

nem admitterentur. Cum enim peccatum mechis longiori excommunicatione puniretur, voluerunt hanc severitatem singulari clementia temperare, ut ex turpi vita ad pudicam, & honestam matrimonii allicerentur.

Nec in meretricibus tantum ab antiquo haec ducta consuetudo observabatur; sed in omnibus publice peccantibus; nunquam enim eis ad Baptismum patebat aditus, ni vita, quam agebant, turpitudini renunciasset, præteritaque peccata lacrymis, & pœnitentia delebant, ut inferius a dicimus.

a Cap. 60.

COMMENTARII NOVI.

Nonnullis venerat in mentem subdubitate, num feminæ illi, quæ se flagitiis, criminibusque implicasset, Catechumenatus tempus prorogandum esset, quod in expiatione flagitorum poneretur. Canon autem præscribit, eodem temporis intervallo, quo ali Catechumeni, retineri posse: & illud *incunctanter* non indicat eodem puncto, momentoque temporis recipiendam. Nam alia, quæ non ita scelerate, flagitiose peccassent ante Catechumenatum, non eodem tempore, quo ad Ecclesiam se conferrent, recipiebantur. ALBASPINÆUS.

A conjunctione, & committone carnali illicita appellationes peccantium varie emanarunt, inter quas refertur meretrix, quæ ita dicta est teste L. Valla, Lib. 4. *Elegant.* Cap. 110. a *merendo*, quod est stipendia facere. Officiale ad Donell. Lib. 2. *Comment.* Cap. 9. *Lit.* O. nec solum illa dicitur meretrix, que palam, publiceque quæstum facit, L. *Palam.* 43. ff. *De ritu nupt.* verum & quæ in capona, taberna, seu alio loco multorum libidini patet, L. *Probrum.* 41. ff. cod. Tit. Seneca, Lib. 1. *Controv.* Cap. 11. Meretrix vocata es, in communi loco stetiisti. Plautus in *Mofellaria*.

Matronæ non meretricum unam inservire amantem.

Notavit Herald, Lib. 1. *Emend.* Cap. 33. Hujusmodi prostitutiones omni jure damnantur. Jus civile neque ei ignoscendum censet, quæ obtentu paupertatis turpissimam hanc vitam elegit. d. L. *Palam.* & Ulpianus in d. L. *Verum.* 40. ff. *Defuritis*, ait: *Quis suppressit scurum libidinis causa, vel foras meretricis eadem ratione effigit*, L. *Fabia*, vel de vi non tenetur; hic enim turpis facit, quam qui subripit: sed quia suam facti ignominiam compensat, certe fur non est. Ex quibus constat, hoc crimen turpis censi furto, & vi, & in L. *Si vero* 12. §. *Adolescens*, ff. *Mandati*. Improbatur obligatio ejus, qui ex mandato adolescentis pro meretrico fidejussit. Tantaque est meretricum flagitiosa turpitudine, ut ob eam filia a patre exhortari possit, L. *Si* GONZALEZ.

CANON XLV.

De Catechumenis, qui Ecclesiam non frequentant.

Qui aliquando fuerit Catechumenus per infinita tempora, & nunquam ad Ecclesiam accesserit; si eum de Clero quisquam agnoverit voluisse esse Christianum, aut testes aliqui extiterint Fideles; placuit, ei Baptismum non negari, eo quod in veteri homine deliquerit videatur.

CA-

CAPUT DECIMUM NONUM.

Catechumenos gravi aliquo morbo obmutescentes baptizari posse;
¶ quid de pœnitentibus.

Quos Tertullianus, Cyprianus, Augustinus, & alii ejus ætatis Latini Scriptores, Audientes, ab audiendo verbo Christiano: illos Catechumenos Græci appellantur.

A Græcis enim in exprimendis etiam Fidei nostræ mysteriis, ob verborum inopiam

nomina multa Græca mutuamur. Catechumeni autem dicebantur adulti, qui dum

Baptismum expectabant, Christianæ Fidei mysteriis eruditabantur. Non enim mox, ac quis

se Christianæ Religionis studio teneri ostentarat, Baptismi gratiam recipisse docet Augustinus^a, & antea saepius Patres nostri Illyberitani in Decretis præcedentibus b.

Cum autem Paschatis tempus instaret (eo enim solebant ablui sancto hoc regenerationis lavacro) Com-

petentes vocabantur, quasi simul petentes. Hi ergo Catechumeni ad Ecclesiam tenebantur

accedere, quemadmodum & Fideles: sed non omnibus Sacrifici mysteriis intereile, multo-

que minus participare, ut testatur D. Augustinus^c: *Ad Sacramentum*, ait, *sicut Meno-*

rite nemo, nisi baptizatus, accedit^d. *Ipsa denique Ecclesia sic traditum tenet, ut hominem*

sine Baptismo ad Altare prorsus non possit admittere. Arnobius^e: *Quid enim tam Sanctum*

quam communionem Christi percipere? ¶ *quid tam iniquam, quam si non baptizatus eandem*

sumat? Id ipsum docent Justinus Martyr^f, Cyrillus^g, Beda^h, & alii. Nec a sumptione tan-

tum Eucharistie, sed & a confpectu prohibiti sunt, auctore Basilioⁱ, & Augustino^k. Quin ea

erat in celando hoc Sacramento veterum Patrum Religio, ut in publicis concionibus (a quibus

nec Pagani arcebantur, nec Catechumeni) non nisi parcissime, testissimeque de eo loqueren-

tur. Hinc frequenter occurrit apud Augustinum 1 & alios, *Sacramentum quod norunt Fide-*

les. Accedebant ergo Catechumeni ad Ecclesiam, ut audirent Euangeliū, & ejus interpre-

rationem, ut conitatur ex Concilio Valentino^m: postea vero Diaconus exclamabat: *Ite Cate-*

chumeni. Egrediebantur tunc Catechumeni Ecclesia, & ea pars Sacrificii ante oblationem,

vocabatur Missa Catechumenorum, de qua Concil. Carthaginenseⁿ v. & pleraque alia. Cum-

que ob delicta aliqui Fideles pœnitentia assicerentur, illis injungebatur, ut Sacrificiis Eccle-

siæ non interessent, nisi usque ad Missam Catechumenorum, vel ut orarent cum ipsis. Quam

incestuosis, lapsis, & rebaptizatis impositum Concilium Hierdensis^o & Agathense^p. In Eccle-

siæ enim prius orationes Catechumenorum dicebantur: pollea, his egressis, Pœnitentium;

his autem finitis, & illis abeuntibus, Fidelium, & Integra Sacrificia peragebantur. Concilium

Laodicenum^q: *Quoniam Catechumeni (inquit) orationem separatis, & prius prostratis eis,*

Episcopum oportet celebrare; quibus egressi, orient etiam hi, qui in pœnitentia sunt constituti;

& post manus impositionem, bis quoque abscedentibus, tunc Fideles orare debebunt. Quorum

tres orationes sunt: una quidem, id est, prima per silentium: secunda, & tertia per vocis pro-

nunciationem; & tunc demum sculum pacis dari debere: & postea quam Presbyteri. Epi-

scopo pacem dederint, tunc etiam laicos dare, & tunc oblatio offeratur. Si Catechumeni,

qui ad eruditorem, & doctrinam Christi suscipiendam ad Ecclesiam tenebantur accedere, &

ad legendum in Ecclesia (ministerio Lectorum fuisse præpositos in Ecclesia Alexandrina, cum

in reliquis omnibus contra observaretur, auctor est Socrates^r) per infinita tempora, hoc est,

per longi temporis spatium, ad illam non accederint, & morbo graviori correpti, vel phrenesi obmutescentes, loqui non possint; nec sacrosancti Baptismatis remedium ab Ecclesia ex-

prese, vel tacite depositore: si Clericus unus, vel Fideles aliqui testes extiterint, afferentes

illum, antequam ad Ecclesiam accessum omittent, & in morbum incidenter, Christianum esse

voluisse, non denegandom fore illi Baptismum, quod in veteri homine deliquerit videatur.

De phreni enim, vel alio gravi morbo impeditis, & obmutescibus tractasse hos Patres.

mihi probabile est: nam quid opus erat tellimoniis Clerici, vel aliorum Fidelium, quod ille

aliquando voluerit esse Christianus, si ipse voce clara, pium religionis Christianæ deliderium

posset exprimere? aut quæ esse posset ambigendi ratio, an conferendus esset Baptismus sanò

Catechemono pœnitenti, & Baptismum petenti? Cum autem Catechumenus ad Ecclesiam ac-

cedere sepe omisisset, morbi necessitate impeditus, animi sui sensa non posset jam exprimere;

dubium probabile oriebatur, an Baptismo esset tingendus? nam Ecclesia frequentatio omessa,

& perendi tunc Baptismatis prætermisum officium silentio, Episcoporum animos in contra-

riam posset inclinare sententiam. Sed obtinuit, apud illos pietatis magis, quam stricti, &

summi juris consideratio, placuisse, ut ad conferendum Baptismum non tam præsentis,

quam præteriti temporis ratio haberetur: quod in hoc nulla, in illo autem aliqua Fidei, &

Religionis suscipienda, non adumbrata, sed expressa documenta dedissent. Quod & Afros

docuit Augustinus^t Hispanorum consilium sequutus: *Catechumenis ergo (ait) in hujus vita*

ultimo constitutis, si morbo, seu casu aliquo sic oppressi sint, ut quamvis adhuc vivant,

petere tamen sibi Baptismum, vel ad interrogata respondere non possint: profisit eis, quod

eorum in fide Christiana jam nota voluntas est, ut eo modo baptizantur, quo modo baptizan-

tur infantes, quorum voluntas nulla adhuc patuit. Non tamen propterea damnum debemus

esset, qui timidius agunt, quam nobis videtur agi operere, de pecunia conservo credita, im-

probius quam cautius judicare voluisse judicemur: satis quippe in talibus respiciendum est

illud Apostoli, ubi dicit: Unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo am-

plius invicem judicemus; sunt enim qui vel in his, vel etiam in aliis observandum putant,

quod dixisse Dominum legimus: Nolite Sanctum dare canibus, neque projectis margari-

tas Tom. II.

^f L. 2. de
adult. conjug.

^g Lib. 12. in
Jean.

^h Lib. 1. Cap. 5.
Hist. Eccl.

ⁱ De Spiritu
Sancto. Cap.
27.

^j K. Tr. 11. &

^k 96. in Joannem

^l Lib. 10. De

^m Civit. Dei. Cap.

ⁿ 6. & in Psalm.

^o Can. 1. & 209.

^p Can. 4. & 9.

^q Can. 51. &

^r Lib. 5. Cap.
xi.

^s Rom. 14.

^t Matth. 7.
tas

a Cap. 60.

b Can. 12.

c Can. 75.

d Lib. 1. de
adultr. conjug.
C. fin.

e Vbi supra.

tas vestras ante porcos. Et ista Salvatoris verba referentes, baptizare non audent eos, qui pro se respondere nequierint, ne forte gerant contrarium voluntatis arbitrium. Quid de parvulis dici non potest, in quibus rationis adhuc nullus est usus. Sed non solum incredibile est, nec in fine vita huius, baptizari Catechumenum velle, verum etiam voluntas ejus incerta est, multo satius est nolenti dare, quam volenti negare, ubi velit, an nolit, sic non appetet; Et tamen creditibius sit, eum, si posset, velle se potius fuisse dicturum esse Sacra menta percipere, sine quibus jam credidit, non se oportere de corpore exire. Quod non solum ad impetrandum aqua Baptismum sufficere, sed & ad consequendam internam felicitatem prodesse (quia flaminis Baptismus erat) dicemus postea. Quod autem Patres hic in Baptismo, hoc idem in Baptismo, & Poenitentia, seu absolutione poenitentis, edixerunt Concilii Arausicanis Episcopi: Subito obmutescens, prout statutum est (forsan hujus Concilii Decretum intellexerunt; nam aliud tunc fuisse mihi non occurrit) baptizari, aut poenitentiam accipere, si voluntatis praeterita testimonium aliorum verbis habet, aut praesentis in suo nutu. In Poenitentia, seu absolutione, & Eucharistia obmutescienti danda, Concilii Carthaginensis IV: c est Constitutio: Is, qui paenitentiam, ait, in infirmitate petit, si casu, dum ad eum Sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in praesentis versus fuerit, dent testimonium, qui cum audierunt, & accipiat paenitentiam; & si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori ejus Eucharistia. Si supervixerit, admoneatur a supradictis testibus, petitionis sua satisfactum, & subdatur statutis paenitentiae Legibus, quamdui Sacerdos, qui paenitentiam dedit, probaverit. Hoc ipsum docuit Pollentium D. Augustinus d. Postquam enim Catechumenos obmutescentes morbi gravitate, baptizari posse, & debere scripferat, addit: Quae autem Baptismatis, eadem reconciliationis est causa, si forte paenitentiam finienda vita periculum preoccupaverit. Nec ipsis tamen ex hac vita sine arrha sua pacis exire debet velle Mater Ecclesia. Quod si lenitus, & pietatis Christiana officia haec Concilia, & Patres poenitentibus publicis, ob graviora delicta a Christi, & Ecclesia communione repulsis, & gravi exigitudine obmutescientibus, imperiunt, utramque illis in extremo vita spiritu restituente s; cur reliquis peccatoribus privatis eadem morbi, & lingue gravitate loqui impeditis, si aliqua vel signis, vel nutu, vel verbis paullo ante paenitentia signa expresserunt, illa denegabitur? Retinendam enim firmiter censio, quam paullo superius ex Augustino sententiam citavimus: Etiam cum agrotantis voluntas incerta sit, multo satius esse nolenti dare, quam volenti negare, ubi velit, an nolit, sic non appetet; Et tamen creditibius sit, eum, si posset, velle se potius fuisse dicturum esse Sacra menta percipere, sine quibus jam credidit non se oportere de corpore exire.

COMMENTARII NOVI.

QUE tandem res illa, seu questio, quae hoc Canone disceptatur? utrumne id in eo constituitur, Baptismus ut Catechumenorum apostata, ut ita dicam, non denegetur simul, atque sepe obtulerit, tametsi non se Legibus Catechumenatus alligandum tradiderit, si testificationibus verissimis comprobarit, alias se Catechumenatus tempus prae finitum traduxisse? Id sane credibile non est, quo fidem faciat Canon ille, cum in eo de uno quadam, qui Paganismum olebat (vetus inquam homo habebatur) differatur, qui quod longo intervallo a Christiana Fide defecerat, penitus Paganus, & ethnicus existimatatur, eratque. Neminem autem fugit, non ante quemquam Paganorum sacro fonte ablui solitus, quam inititutus, instructusque esset, & salutaribus Catechumenatus Legibus eruditus purgatur. Accedit eodem, quod si Catechumeno ob flagitia, & criminis in ipso Catechumenatu perpetrata, Catechumenatus tempus pro traheretur, probatus multo futurum, ut Catechumenus apostata, qui idololatria sepe fecerit obstrinxisset, & Catechumenatum suum, ipsamque Ecclesiam per infinita tempora deseruisset, iterum Catechumenatus curriculum, quod alias percurrit, conficeret.

An vero praescriptum, ut ad Baptismum suscipiendum Catechumenus apostata, ipso prius Catechumenatus curriculo decurso, re-

cipiatur, ac si alias nunquam in ipsum ingressus esset? sed testimonium, seu argumentum, quod Canone ipso desideratur, ei adversatur penitus. Quorsum, queso, ut inter Catechumenos reponeretur, necesse esset prius recognoscere, fueritne aliquando e Catechumenorum numero? Deinde nulla conditio requirebatur in eo casu; sive enim id aliquo testimonio confirmari posset, sive nulla testificatio proferretur, nevitius, atque flagitiis cooperitus quisquam repelliri poterat, aut excludi a Catechumenatu, aut a Baptismo. Neque enim Ecclesia nunquam eo de facto dubitavit. Quid, quod facile est videre, non aliam ob causam illam testimonii auctoritatem comparari, quam ut apostola ille sublevetur, & patrocinio quodam fulsiatur. Quod tandem beneficium, aut gratia, illa dici potest, eiusmodi hominem inter Catechumenos reponi, eumque interim Baptismo privari, donec plenum, ac integrum Catechumenatus temporis spatium, ac si in eo nunquam fuisse, decurrerit?

Quicquid tandem afferatur, non satis ad testes accommodari poterit; neque si dicas, quorum dam fuisse sententiam, ejusmodi apostatas diutius, quam ceteros Catechumenos in ipso Catechumenatu detinendos, quod a Fide defecerant; Patresque hanc nimiam in eos acerbitatem sustulisse, Catechumenatumque eis duorum annorum, & non amplius praescriptum; si modo testes inveniri possent, qui

qui eos olim Catechumenos fuisse affirmarent. Sed quid opus erat testibus ad confirmandum eos olim fuisse Catechumenos, cum id ipsum in hoc Canone supponatur, & detur, & de his agatur, qui fuisse Catechumeni? Nihil opus est probatione ad evincendum, quod ita esse ponitur: immo ut levius castigarentur, contrarium potius erat probandum, eos scilicet nunquam fuisse Catechumenos, qui ob hanc maxime causam erant invisi, & punienti, quod ab Ecclesia desicerant.

Quae me res eo prorsus pellicet, impellitque, ut nihil eorum, quae dixi, in Canonis illius sensum, intelligentiamque quadrare putem; sed existimari, agi de Catechumeno apostata, qui mortis insperatae discrimine interceptus, Baptismum peteret, & cui ante vox intercluderetur, quam ad eum accessisset Presbyter: id si ita sit, omnia Canoni consonant, consentientque: omnibus quippe Canonicibus passim legas desiderari testimonium aliquod, quo ii baptizentur, quibus erecta vox est & non secus atque requiritur paenitentium maxime causam, aut excommunicatorum, quibus hoc ipsum incommodum obtigisset, CANONE LXXVI. Concilii Carthaginensis IV: Qui paenitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad eum Sacerdos invitatus venit, opprimitus in infirmitate obmutuerit, vel in frenes in versus fuerit; dent testimonium qui eum audierunt, & accipiat paenitentiam. & si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori ejus Eucharistia. Si supervixerit, admoneatur a supradictis testibus, petitioni sua satisfactum, & subdatur statutis paenitentiae Legibus, quamdui Sacerdos, qui paenitentiam dedit, probaverit. CAN. XI. CONC. ARAUSIC. I. Subito obmutescens, prout statutum est, baptizari, aut paenitentiam accipere potest, si voluntatis praeterita testimonium aliorum verbis habet, aut praesentis in suo nutu. S. Leo in Epistola LXXXIX. ad Theod. Foro-jul. Episcop. Quod si aliqua exigitudine ita fuerint aggravati, ut quod paullo ante poscebant, sub presentia Sacerdotis significare non valeant; testimonia eis fideliis circumstantium prodebet, ut simul, & paenitentia, & reconciliationis beneficium consequantur, servata tamen regula Canonicum paternorum circa eorum personas, quae in Deum a Fide discedendo peccarunt. Quibus locis Patres eos esse baptizandos quemadmodum statuant, qui morbo obmutuerant, si reperiantur, qui testimonium dicant; iisque verbis utuntur: Si testimonium aliorum verbis habet. Item: Dent testimonium qui eum audierint. Item: Testimonia eis fideliis circumstantium prodebet. Non aliter hoc Canone moribundi, & muti baptizari volunt, si eum de Clero quisquam agnoverit, voluisse esse Christianum, ac testes aliqui excepterint fideles; quorum scilicet fide, & testimonio opus erat, ne invito, & non petenti Chilli Sacra menta praberentur.

Huic explicationi non minimum repugnare videntur haec verba: Eo quod in veteri homine deliquisse videatur. Quid enim attinet eis culpam minorem, cuius nullum tam grave facinus rare poterat, quod Baptismi

To. II.

gratiam impedit? sed quicquid tandem in hunc Canone dixeris, ea ipsa verba non minus oblatre reperientur. Præterea magnum erat inter Catechumenos, & Gentiles discrimen: horum levia ducebantur flagitia; illorum, tametsi non omnino censerentur Christiani, gravius puniebantur, quam Gentilium; nec aliunde id potuit accidere, quod quidam dubitarent, an essent baptizandi, qui ejurata fide ad idololatriam rufus & Deorum cultum animum applicarent: neque ita ratio dubitandi aliena erat ab altera, severaque disciplina temporis illius quo Concilium indictum est: nam cum iisdem temporibus, & ob easdem causas absolutio apostatis, qui immolarant, in morte denegaretur, iisdem judiciis hos apostatas Catechumenos feriendos esse, erant qui suspicarentur: quod dubium tollitur hoc Canone, atque eodem docent PP. in Catechumenis apostasiam minus flagitiosam videri, quod non essent Christiani, & errore, & ignorantia ducerentur, & peccarent.

Nunquam ad Ecclesiam acceperit.] Deserit esse Catechumenos.

Cognoverit esse Christianum.] Voluisse esse Christianum. Ita legendum ex vulgarie lectio; hoc est, si quicquam audierit, Baptismum eum, antequam obmutesceret, petisse.

Eo quod in veterem hominem.] Vulgaris: in veterem hominem; & melius. Nam quicquid peccarant, antequam ad Fidem accederent, Christianumque agnoscerent Gentiles, id in veterem hominem Adamo, & in statu ignorantia factum, & admittum accipiat, atque adeo eorum peccata involuntaria vocabantur. His igitur vetus homo Paganum designari putes. Ita loquuntur Scriptura, Patres, Concilia, Tertullianus de pudicit. Utroque homine purgatus. Pagano & heretico. S. Leo Epist. xc. A conditione veteris hominis liberari. Ajunt igitur, Catechumenum, qui per infinita tempora militiam Christianam, tirociniumque deferuerit, baptizandum esse, ejusque apostasia peccatum, a Gentili, non a Fideli commissum censeri debere. ALBASPINÆUS.

Olim adulti qui Baptismum efflagitabant, diversis nominibus appellabantur. Christiani, statim ac petebant Baptismum. Concilium Constantinopol. I. CAN. VII. Quicunque ex his recta Fidei adscripsi volunt, ut Graecos admittimus: & primo quidem die ipsius Christianos facimus, secundo Catechumenos, deinde tertio exorcizamus, sive adjuramus ipsos, ter simul in faciem eorum, & aures insufflamo, & sic eos catechizamus, & curamus, ut longo tempore versentur in Ecclesiis, & audiunt Scripturas, & tunc eos baptizamus. Et Constantinopol. vi. CAN. XCIV. Omnes ex iis, qui ad rectam de Fide sententiam volunt accedere, ut Graecos recipimus: & primo quidem die eos Christianos facimus, secundo in aures inspiramus, & sic initiamus, & diu in Ecclesia versari, & Scripturas audire facimus, & tunc ipsos baptizamus. Postea Auditores, seu Auditores, eo quod Christianæ Religionis elementa, seu Dogmata audirent. Tertul. De pecc. d. Cap. 6. D. Cyprian. Epist. xxi, & xxiv. Beda Lib. v. comment. in Ebdram, ibi: Nova vita au-

X. x. 2 di-

ditoribus *Symbolum Fidei tradimus*, quod per XII. Apostolorum ordinatum est. Etiam dicebantur Novitioli, Catulli, Tertull. De pœnit. Cap. 6. *Tirones*. D. Hicronym. Epist. 1. Recordare tirocinii tui diem. D. Augustin. Lib. 2. *De Fide ad Catecumenum*. Cap. 1. *Nomina profidentium in Libro excipiantur vita, non a quolibet homine, sed a superiori calitus potestate optimi jam tirones Dei*. Appellabantur *Initiati*. Concil. Constant. d. Can. vi. & *Competentes*, postquam jam probati erant in Fide, & moribus. D. Aug. Tom. 10. Serm. 116. *ad competentes*. Sanct. Pacian. Serm. *De Baptis.* D. Isidor. *De Eccl. Offic.* Cap. 22. *Elegi*, idest qui post scrutinia, de quibus egli in Cap. *Unico*, *De scrutinio in ordine*; destinatierant ad Baptismum. S. Leo Epistol. 11. Cap. 5. & 6. licet eam nominis rationem improbat Vasquez in 3. Parte, Disput. 166. Cap. 3. §. 22.

Catechumeni tempore catechesis ad Ecclesiam accedebant, & ibi omnes Christianorum ritus diligenter observabant, ibique erudiebantur; & cum Eucharistia Sacramentum recipere non possent; pane benedicto, vel sale, initiar celestis pabuli, reficiebantur. Concil. Carth. 1. Can. v. Item placuit, ut etiam post solennissimos Paschales dies Sacramentum Catechumenis non detur, nisi solitus sit: quia si Fideles per illos dies Sacramentum non mutant, neque Catechumenis oportet mutari. De August. *De peccatis meritis.* & remissione Cap. 26. in illis verbis: *Non hujusmodi est sanctificatio. Nam & Catechumenos, secundum quendam modum suum, per signum Christi, & orationem, & manus impositionem, potius sanctificari: & quod accipiunt, quamvis non sit Corpus Christi, Santum est tamen, & Sanctius, quam cibi, quibus alimur; quam sacramentum est.* Etiam Misericordie intererant, usque dum Evangelium legeretur. Tunc Diaconus proclamat: *Ite Catechumeni in pace.* D. Clemens Lib. 2. *Constit.* Cap. 57. in illis verbis. *Post hac omnes simul convergentes, & ad Orientem conversi, post Catechumenorum, & Penitentium existimatum, supplicant Deo, idque ad Orientem.* Isidorus, Lib. 6. *Etymol. C. 16.* quia ad communionem non admittebantur, nec ad orandum cum ceteris Fidelibus. Concilium Arausic. Can. xix. ibi: *Catechumeni nunquam admittendi sunt etiam inter domesticas orationes.*

His & aliis peractis, Catechumenus hominem probatae virtute, & virtutis quærebat, cuius ductu atque auspiciis ad Episcopum ierit, ut exprescit Dionylius, *De Eccl. Hierarchia*, Cap. *De Baptismo*, in hunc modum: *Qui autem horum, quæ vere celestia sunt, particeps fieri cupit, quum ad aliquem eorum, qui initiati sunt, adiit; suaderet ille quidem ut se ad Sacerdotem ducat; illum autem horum* quidem videtur. GONZALEZ.

Si eum de Clero quisquam agnoverit voluisse esse Christianum, aut testes aliqui extiterint Fideles.

Tanta fuit jam inde & priscis temporibus Sacerdotum apud graves viros auctoritas, tanta testimonii ipsorum fides, tantum asserta ab his, & confirmata veritatis pondus, ut unius sententia (quod ex hoc Canone apparet) multorum Fidelium interpositam fidem adæquaerit.

COMMENTARII NOVI.

Onus sanctimoniam, & præclaram vitam Ministrorum Ecclesiæ plerumque legimus, unius testimonio fidem adhiberi, ut Episcopo in Lege 1. Codicis Theodosiani, *De Episcopali audientia*, Cap.

Quod in veteri homine deliquisse videatur.

CAPUT VICESIMUM.

Peccata ante Baptismum cur lenius castiganda, quam quæ posse Baptismum commissa.

Pecata ante Baptismum faciliter remitti debere, consent Episcopi, quod ipsa humana natura imbecillitas gratia Sacramentorum destituta, & primi parentis peccato debilitata, ut labendi habet facilitatem, sic & venia promerenda, & impetranda difficultate affici, premique non debeat. *Veterem hominem* vocant Patres primum parentem; & delinquerre in veteri homine, idem est prorsus, quod peccato originis imbecillem labi, quod referunt ad crimen extenuandum. Ideo Augustinus a recenter natos ante Baptismum membrum primi hominis vocat, post Baptismum vero membra Christi.

In Codicibus mss. legitur: *Quod veterem hominem dereliquisse videatur.* Quæ lectio minus placet; quia quod Patres contendunt, illud est, ut ad susceptionem Baptismi, Catechumeni non obstat negligientia illa, & delictum, quod ad Ecclesiam per infinita tempore non accesserint, quod elevant, ad primi parentis peccatum, & naturæ debilitatem, culps rationem referentes. Cui non consonat ratio verborum redditæ in mss. *quod veterem hominem dereliquisse videatur.*

COMMENTARII NOVI.

Graviores lapsus Ecclesiam censuerunt, qui jam eruditæ in præceptis Divinis, & intra gremium Ecclesiæ conuentiles, a veritatis semita deflectebant, quam eorum, qui nondum imbui Divinis Mysteriis, sceleris patabant, constat ex Canone 11. & v. hujus Concilii, Cap. *Eam vero*, 50. Dist. Can. xv. Concilii Nicæni. Ubino-tavit Albaspinus. Neque contrarium statuit infra in Canone lxxvi 1. cuius veram interpretationem in ejus Notis dabimus. GONZALEZ.

CANON XLVI.

De Fidelibus, si apostata verint, quamdiu paeniteant.

Si quis Fidelis apostata per infinita tempora ad Ecclesiam non accesserit; si tamen aliquando fuerit reversus, nec fuerit idololatra, post decem annos placuit eum communionem accipere.

CAPUT VICESIMUM PRIMUM.

Quæ apostatarum nomine hic contineantur.

Qui deserta, aut violata Christianæ Religionis professione, quam semel emiserant, ad errores Gentium, vel profana Sacrificio revertentur, *apostatas* olim nuncupatos, Theodosius, & Valentinianus b AA. testes. Cum enim eorum criminis punitio ageretur, qui apostatarum nomine comprehendendi deberent, sic explicabatur: *Sed ne bujus interpretationis crimini latius in certo vegetut errore, eos prefatibus AA. PP. in L. Rescripto ad Insellam oraculis, qui nomine Christianitatis imbuti, Sacrificia sacrilega, vel fecerint, vel facienda mandaverint.* Id antea probatæ, & docuisse videtur Syricus c Papa: *Additum est etiam, inquit, quoddam Christianos ad apostasiam (quod dici nefas est) transcurrentes, Idolorum cultu, ac Sacrificiorum contaminatione esse profanatos; quos a Christi Corpore, & Sanguine, quo dudum redempti fuerant, renascendo, jubemus abscondi.* De his tamen hujus Concilii Patres non meminisse, illa verba indicant: *Nec fuerit idololatra; quod jam prioribus Canonibus de eisdem sub idololatrarum, & sacrificatorum nomine latius egissent.* Volunt tamen, eos, qui velut athei, Christianam Religionem deseruerint, quam semel suscepint, & ad Ecclesiam accedere recusaverint, nec Idolorum vanitatis sacrificiis se contaminaverint; post decennii tempora communionem suscipere, præna, ut ita dixerim, omissioni potius, quam commissioni imposita, hoc est, desertioni Fidei potius, quam gentilis erro-

a C. Contra Christianos, de hereti, in 6.
b De praefcriptione aduersus Haereticos.
c Epist. 1. ad omnes Episcopos Cap. 1.
d I. Can. ulti.

erroris admisit ioni addita. Nisi apostatas hic pro haereticis usurpari quis dicat; quod facile non improbarim, quod sciām, apostatas haereticos esse, & haereticorum pœnis coercendos Bonifacii VIII. a Constitutione. Quare Tertullianus b: *Persecutio*, ait, *Martyres facit; haereticis apostatas tantum*. Unde Anacletus c, sive quicunque illius Epitola sit auctor: *Accusandi, inquit, vel testificandi licentia denegetur his, qui Christiana Religionis, & nominis dignitatem, & suæ Legis, vel propoſiti normam, aut regulariter prohibita neglexerunt. Transgressores enim sponte Legis suæ, ejusque violatores, apostatae nominantur. Omnis enim apostata refutandus est ante reverſionem suam; non in accusatione recte agentium, aut testimonio suscipiendus, sive adversus hos, sive adversus illos.* Gravius se gesit Concilium Arelatense d: *De his, qui apostatant, ait, & antequam ad Ecclesiam se representent, nec quidem poenitentiam agere querunt, & postea in infirmitate arrepti, pertin communionem i placuit, eis non dandam esse communionem, nisi revulerint, & egerint dominos fructus poenitentia.*

Hodie autem apostatas omnes, sive unius Fidei Dogmatis, sive totius Christianæ Religionis defētores, Inquisitoribus haereticæ pravitatis subjici, & pœnis haereticorum coerceri, scitum est; resipescentes tamen admitti posse, & debere ad Ecclesiam unitatem, omitta damnationis sententia (quam traditionem ad curiam vocant) Hymericus e docet; cuius sententiam pleniori, quod ajunt, Scriptorum ore laudatam, assidueque, & frequenti Inquisitorum ufo receperam, Franciscus Penna f eruditus refert, docte probat, pie confirmat. Si enim clementia, & benignitati aditus ab Ecclesia erga apostatas resipescentes præcluderetur, aut raro, aut nunquam ad sc̄e, Christianosque mores redirent; cum tamen inter sit Ecclesiae maxime, illos ad pacem mansuetudine, & lenitate invitari, non rigore, & severitate terri.

Possemus etiam apostatas hic eos interpretari, qui longissimi solum temporis spatio ab Ecclesia absuissent, & a frequenti Sacramentorum susceptione.

C O M M E N T A R I I N O V I .

Præcedenti, seu superiori Canone quid fieri, agique oporteat contra apostatas Catechumenos, ut ita dicam, actum, & disputatum. Hoc autem quid contra apostatas Fideles, atque hoc præcipue ut decem annorum poenitentiam facere cogantur, si non Diis immolarint; alioquin Concilium illis, vel in ipso exitu, seu morte, absolutionis spem eripit.

Si tamen aliquando fuerit reversus. Ante mortem scilicet; nam si in infirmitate, & solo mortis metu veniam flagitarent, repellendi erant omnino, Canone ultimo Arelat. Concilii primi.

Nec fuerit idololatra. Nam si scelus geminaliter (ut loquuntur) ne in morte quidem erat in gratiam restituendus. ALBASPINÆUS.

Apostasiam Glosa in Cap. 1. *De apostatis*, triplicem constituit. Primam scilicet perfidie, quem quis recedit a Fide, Cap. Non potest, 2. Quæst. 7. Secundam inobedientię, quando quis transgreditur præceptum, Cap. Si quis venerit. Cap. Illud, *De majorit.* C. obed. Tertiā irregularitatis, quem quis recedit ab ordine suo, sive a Religione suscepta, Cap. ultimo, 50. Dist. Cap. 1. *De apostatis*. Theologi Scholastici rem aliter exponunt. Divus Thomas eorum apex, 1. 2. Quæst. 84. Art. 2. ponit dumtaxat duplīcēm apostasiam, ut prior sit aversio a Deo, posterior nolle subdi Deo; sed 2. 2. Quæst. 12. Art. 1. diferte ait, apostasiam, quæ est discessio a Deo, esse triplicem, videlicet defectum a Religione, a bona vita, a Fide Dei. Du-Vallius in Tract. *De Fide*, Quæst. 8. ait, apostasiam Latine significare defectionem, seu recessum a re aliqua, sive bona, sive mala; ita ut nomen hoc ex se, & ex prima sui institutione sit quid indifferens; communiter tamen in Scriptura, & Patribus, atque secundum or-

dinarium loquendi modum significat recessum a Deo, cui antea apostata ipse conjungebat. Unde quia privatio, qualis videtur esse apostasia, per habitum cognoscitur, & mensuratur; quot modis contingit aliquem Deo conjungi, tot modis etiam ab eo disficiere, seu recedere certum est. Deo autem conjungimur. Primo per Fidem, quatenus veritatis, quas nobis per Ecclesiam revelavit, assentimur. Secundo per obedientiam, seu observationem præceptorum ejus. Tertio per statum Clericalem; hic enim statutus Divino obsequio Clericos magis, quam laicos addicit, & mancipat. Quarto per statum Religionis; cum enim Religio a religando deducatur, non est dubium, quin status religiosus arcuū Deo nos conjungat, quam laicus. Tot ergo modis contingit aliquem a Deo recedere; quamvis tamen recessus a Fide magis proprie appelletur apostasia, quam tres alii, qui in voluntate consistunt, ubi recessus a Fide pertinet ad intellectum, & est propteræ species infidelitatis. Sed de quibus apostatis in præsenti Canone agatur, videamus. Et non agi de haereticis, patet; tum quia superfluitatis argueretur hic Canon; si quidem fere eidem verbis decennii poenitentia illis injuncta fuit supra in Canone XXII. Unde ad quid eadem sanctio repetenda erat? tum quia haereticī, qui in aliquem Fidei errorem incidenter, nunquam haeresi adjungunt idololatriam, cum illi verum Deum in suo sensu, & sententia agnoscant; idololatriæ vero cultum Deo exhibendum Idolis impendunt. Unde dum Patres in præsenti Canone agunt de apostatis, qui non fuerint idololatriæ, manifeste excludunt haereticos, circa quos necessarium non erat illam exceptionem adiicare, nec fuerit idololatra. Hac igitur omnia sententia, existimo in hoc Canone agi de Fidelibus apostatis, quia recte proposito

to recedentes, eo, unde digressi fuerant, pedem referabant, ad Ecclesiam cum orthodoxis Fidelibus non accedendo, immo potius cum Judæis, Gentilibus, seu Paganis communicando, qui si ex Judæis baptizati erant, ad ritus Judaicos redibant; si vero ex Gentilitate conversi, ad incredulitatem veniebant, & deferentes Fidem amplexum, ad Idolorum Sacrificia revertebantur. De his statuunt PP. ut, si tantum apostatae sint, idest, recesserint ab Ecclesia per infinita tempora, non tamen ad idolatriam, & Sacrificia Gentilium redierint, sed tantum inter Gentiles versentur, non accedentes ad Ecclesiam, per decennium agant poenitentiam, si revertantur. GONZALEZ.

Apostata simpliciter, & sine ullo additione dici solet qui ex toto Religionem Christianam deserit; ac proinde non solum Fidem, & cultum veri Dei exuit, sed etiam præstat cultum Idolis, aut inanibus Diis. Hoc sensu loquuntur Imperatores Theodosius, & Valentianus locis a Mendoza citatis; & eodem sane impiissimus Julianus Augustus dictus fuit apostata, quod ex toto abjecisset Religionem Christianam, & Idolis cultum dedidit, ac dæmonum oracula consulnissit ferali quodam, & horrendo superstitionis genere, ut fuse narrat Nazianzenus Oratione 3. qua est prior Invectiva contra eundem Julianum, paullo ante medium, pag. 71. editionis Biliarii, & post ipsum Theodoretus, Lib. 3. Historia, Cap. 3.

In præsenti autem non ita accipitur apostata, sed cum exclusione idolatriæ; nimis de illo, qui deserit Religionem Christianam, nulla ejus ratione habita, nec Ecclesie, per longum tempus, ac si nullam Christiani notitiam habuisset, licet nunquam Idolis immolaverit, vel cultum exhibuerit. Et hoc

Si tamen aliquando fuerit reversus, nec fuerit idololatra; post decem annos placuit eum communionem suscipere.

C A P U T V I C E S I M U M S E C U N D U M .

Expresso Hispania Decreto errorem Novatiani improbari.

Smel lapsos non esse ad communionem, & poenitentiam admittendos, antiqua fuit Novatiani haeresis, quam nonnullos Episcopos Africos probasse, tellis et D. Cyprianus a. a Lib. D. 1. 1. 1. Hanc tacite, quinimmo expresse reprobant Episcopi Hispani in hoc Canone, dum illi plisi. lapsi reversi, post decennem annorum poenitentiam communionem indulgent, si idolatriæ crimen non se polluissent; nam his communionem Dominicam, etiam in ultimo vite spiritu, non poenitentiam negaverunt, in Canone primo, & aliis hujus Concilii.

Hinc etiam apparet, falso huic Concilio errorem objici Novatiani veniam lapsis denegantis, cum apostatis hic resipescitibus non solum veniam post decennii cursum, sed & Eucharistias communionem concederent, quam solum aliis criminibus denegatam, non absolutionem, observavi superius b.

C O M M E N T A R I I N O V I .

Ex hoc Canone facile deprehenditur, duo apostatarum genera esse, quorum unum a Religione Christiana defecrat, ad Ecclesiam per infinita tempora non accedendo, non tamen se fallorum Deorum cultui mancipando, aut ulla se idololatriæ polluentibus; alterum eorum, qui a Deo re-

b. Lib. 1. Cap. 9.

9.

lapsi

lapsis, ubi et si nervos Novatiani obliteratur, ascerendo, poenitentia tabulam non esse lapsis eripiendam; tamen in extrema parte sua disputationis apostolus aspergit, ipsamque, ut ea gratia indignam, eximit hisce verbis: *Apostata vero, & desertores, vel adversarii, & hostes, & Christi Ecclesiam diffundentes; nec si occisi pro nomine foris fuerint, admitti secundum Apostolum possunt ad Ecclesiam pacem, quando nec spiritus, nec Ecclesia tenuerunt unitatem.* Secundo Imperatorum Theodosii, Valentiniiani, & Arcadii in Lege 3. §. 1. C. De apostat. Sed nec unquam in statu pristinum revertantur; nec flagitium horum obliterabitur poenitentia, neque umbra aliqua exquisita defensionis, aut munimis obducetur, quoniam quidem eos, qui Fidem, quam Deo dedicaverant, polluerunt; & prodentes Divinum Mysterium, in profanum migraverunt; tueri ea, qua sunt commentitia, & consignata, non possunt. *Lapsi enim, & errantibus subveniuntur; perditis vero, hoc est, sanctum Baptisma profanantibus, nullo remedio poenitentia (qua solet aliis criminibus adesse, succurrunt.* D. V. Id. Maij Concord. Tatiano, & Sym-

CANON XLVII.

De eo, qui uxorem habet, si sapius mactatur.

Si quis Fidelis habens uxorem, non semel, sed saepe fuerit mactatus, in fine mortis est conveniens. Quod si se promiserit cessaturum, detur ei communio, si resuscitans, rursus fuerit mactatus; placuit, ulterius eum non ludere * de communione * pacis.

Sic exstat apud Rhabanum Maurum in *Poenitentium Libro* Cap. 4. et si ex Canone XII. hujus Concilii citetur, cum sit XLVI. saepe etiam variat in assignando Canonum numero, quod indicat diverso olim, ac hodie ordine Canones fuisse exscriptos. Ivo P. 8. Cap. 203. perperam ex Canone hujus Concilii VI. omisso verbis postremis: *Si quis fidelis habens uxorem, non semel, sed sapius fuerit mactatus, in fine mortis est conveniens. Quod si se promiserit cessaturum, detur ei communio.* Burchardus Lib. 9. Decret. Cap. 67. ex Canone etiam XII. & verbis paulo diversis: *Si quis fidelis habens uxorem, non semel, sed sapius fuerit mactatus, in fine mortis est conveniens. Quod si se promiserit cessaturum, detur ei communio. Si resuscitatus, rursus fuerit mactatus, placuit ulterius non illudere alios de Communione pacis.*

CAPUT VICESIMUM TERTIUM.

De varia pena adulterii.

Simplex adulterium quinquennii poena castigandum, Patres hujus Concilii constituerunt Canone LXIX. Quod si illud semel purgatum, acta legitima poenitentia, denuo repetit, nec in fine communionem accipere eos debere, in Canone LXXV. Illud autem hic ab eisdem decernitur, quod si non semel, aut bis, sed saepe fuerit fidelis uxorem habens mactatus, in fine mortis conveniatur, & si se promiserit cessaturum, communionem, indulgentia facta, posse suscipere: quod si potea fidem hanc datam temere violasset, in perpetuum communionem privandum. Verba autem illa: *Placuit ulterius non edere eum de communione pacis, aliter in Codice ms. S. Emiliani: Ulterius eum non ludere de communione pacis.* Quam formulam idem Patres usurparunt superius Canone XII. Item (ajunt) ipsi, si post poenitentiam fuerint mactati; placuit, ulterius eis non esse dandam communionem, nisi usque de Dominica communione videantur. In Codicibus aliis non communione pacis, sed panis legitur. Quae lectio non est improbabilis; nam Sacramentum Eucharistiae communionem panis veteres nuncupasse, testis est Ignatius^a; ad Romanos enim scribens ait: *Non gaudeo corruptibili nutrimento, nec voluptatibus hujus vita, panem Dei volo, panem calefieri,* Joann. Cap. 6. *qua est caro Christi filii Dei.* Quod ortum habuisse videri potest ex eo, quod Joannes referit, Dominum dixisse: *Pater meus das vobis panem de Calo verum, panis enim Dei est, qui de*

^a Epist. II.

Joann. Cap. 6.

Cap. 6.

Cui descendit, dat vitam mando. Cujus religione, & olim, & hodie communem panem deuti in terram, aut pedibus calcari, moleste ferimus; quod Tertullianus a testatur: *Calicis, a Lit. De can. milit. Cap. 3.* *aut panis (ait) etiam nostri aliquid decuti in terram, anxiæ patimur.* Pariteram ratione. Sacramentum hoc, quod Christi Corpus contineat, Corpus Christi, & Corpus Domini anti-qui Patres nuncuparunt, eodem Tertulliano b teste.

^b Lib. De pudicitia, & alio, De oratione Cap. ult.

COMMENTARIE NOVI.

Detur ei communio.] Absolvatur. *Ulterius non ludere.*] Absolutio ei in morte deneganda. Ex iis liquet, unicam olim post Baptismum fuisse poenitentiam, & eum perpetua poenitentia punendum, qui, impetrata venia, rursus ad eadem relaberetur: idem Can. XII. communio pacis, communio fraternitatis, absolutio, simplex reconciliatio, & similia, ejusdem sunt significationis. ALBASPINÆUS.

Nullum detectabilius probrum (si idolatriam, & quædam alia excipias) adulterio patratur, aut aliquod foedius contra jus Gentium facinus committitur, si attendamus adulterio inviolabilia jura matrimonii confundi, ac deturbato parentis sanguine, ordine que naturæ, incertos auctores vitae fortiri: quod ea ex causa adeo abhoruerunt bruta natura communi nexus alligata, ut adulterii sanguine sparso proprii tori vindicarent injuriam, referentibus Aristot. Lib. 9. Hist. anim. Cap. 7. & Lib. 7. Polit. Cap. 16. Aliano Lib. 1. & 15. Hist. anim. Plin. Lib. 8. natur. hist. Cap. 5. & Lib. 10. Cap. 54. Pejus perjurio existimabat Thales, teste Laertio in ejus Vita; & Sibylla Erithraea Deum maxime adulterio irritari vaticinabatur, ut refert Laertius, *De ira Dei*, Cap. 22. Euphron vetus Poeta apud Stobæum Serm. 6. ajebat:

Non est adulterio magis ullum malum. D. Clemens in Cap. Quid in omnibus, 32. Q. 7. ibi: *Quid in omnibus delictis adulterio gravius est? in panis namque secundum obtinet locum; nam primum illi habent, qui aberrant a Deo.* Plura de hujus peccati gravitate congenerunt Balboa, & Vega in Cap. 4. & De adulteriis. Basilius Legionensis Lib. 9. De matrim. Cap. 14. Robertus, Lib. 1. Rer. judic. C. 13. Cironius ad Tit. De adult. Unde apud omnes Gentes severa vindicatum mactis delictum legimus; apud Hebreos in Capite 20. Levit. Cap. 22. Deuteronom. relatis in Cap. Inde apparet, 23. Quæst. 5. Cap. Hæc imago, 35. Quæst. 5. Apud Græcos, referente Tacito Lib. 2. Hist. Apud Longobardos in L. Si quis, 7. Tit. De panis, in corum Legibus. Apud Gotthos in L. 1. Tit. 2. Legg. Vvisigoth. Apud Romanos primum ex Lega Romuli ita concepta: *Adulterii convictam, vir, & cognati, uti volunt, necanto.* Plutarchus in Vita Romuli. Halicarnassæus Libro 1. Gellius Lib. 10. Cap. 23. Denum temporibus Augusti, Lege Julia, cuius sanctiōnem, & alias penas apud diversas nationes mactis inflictas referunt, & exponunt, ultra proxime laudatos, Lindembrogius in Gloriario Leg. antiqu. verbo, *Adulter.* Pantologia, De aleator. In principio. Feloaga in Cap. 1. De his, qua vi, Num. 9. Malverda, De Antichristo, Lib. 8. Cap. 10. Schombor. Lib. 1. Polit. Cap. 6. Bocerus Tract. De adult. Gentil. Lib. 1. De donat. Cap. 1. Brisson. II.

Y

Ee

Et Ovidius :
*Di faciles peccasse semel conce dite tuto,
 Et satis est paenam culpa secunda ferat.*
 Tamen geminatio criminis severissimam expectit poenam, quæ iteratione delicti augetur. Unde Quintilianus ajebat : *Semel errare, tolerabile est, in eadem vero incidere, neque damnatione compesci.* Eoque spectat Callistratis responsum in L. Capitali, §. Solent, ff. De poenis, ibi : *Quod si ita correxi, in eisdem reprehendantur, exilio puniendi sunt.* L. 3. Cod. De Episcopat. and. Eandem distinctionem, primi videlicet, & secundi delicti, sequentes Gotthorum Reges circa Judeos, qui damnatos ab Ecclesia Catholica Libros domi celarent, aut legere ausi fuissent, ita sanxerunt : *Si post emissum placitum, quodcumque tale repetere tentaverit, & decalvatus centenis flagellis subjaceat, & amissibus rebus, sub perpetui exsilii conteretur arumna; ut quia jam secundo viiss est erroris sui iterasse vestigium, perenniter illis res eorum deseruant, quibus principali fuerint collatione concessa.* L. 11. Tit. 3. Lib. 12. Legg. Vvisigoth. Quod similiter constitutum vide re licet in furti delicto geminato apud Carolum Magnum, Lib. 5. Capitalar. Cap. 135. *De latronibus ita præcipimus observandum, ut pro prima culpa non moriarat, sed unum oculum perdat; de alia vero culpa natus ipsius latroinis truncetur, de tertia culpa, si non emendaverit, moriatur.* Si tamen in hac parte antiquorum perquiras monumenta,

C A N O N X L V I I I .

De baptizandis ut nihil accipient Clerici.

Emendari placuit, ut qui baptizantur, ut fieri solebat, nummos in concham non mittant; ne Sacerdos quod gratis accepit, pretio distrahere videatur. Neque pedes eorum lavandi sunt a Sacerdotibus, vel Clericis.

Referunt hunc Canonem Gratianus in Cap. Emendari, 1. Quæst. 1.

CAPUT VICESIMUM QUARTUM.

Pro Baptismo nihil a Sacerdotibus exigendum.

Quoniam non solum malum cavere, verum etiam omnem mali suspicionem fugere oportet, eos præsertim, qui Divino cultui dicati sunt, & ministrandi Sacramentis præfeci; ideo Hispani Patres decreverunt, ut qui baptizantur (ut ante fieri solebat) non mitterent nummos in concham (concham vocant vas aquæ baptismalis, sic nunquam, quod concha speciem præferret) ne ex hac Fidelium pietate Sacerdotes Spiritum Sanctum, quem gratis acceperant, pretio distrahere viderentur. Cum hujus Canonis Decretum ad Fideles tantum ratulerit Concilium, non ad Episcopos, & Presbyteros; evenerat forsitan, Fideles pietate magis, quam necessitate adactos, solitos aliquid in Baptismo semper offerre; audi erant enim, ad conspectum Domini vacuos accedere non oportere. Cum vero postea propagata Religione, non integræ ætatis tantum viri, sed infantes etiam recenter nati ex Christianis parentibus ad Baptismum adducerentur, solebant patres eorum aliquid, Religionis, & pietatis Christianæ causa, Sacerdotibus largiri. Quod principium natum ex Religione primum, in præceptum, & necessitatem cum nonnulli Sacerdotes Ecclesiæ avare nimis convertissent, adeo ut si pecunias carerent miseri, & pauperes parentes, pignus ab illis exigerent; ex quo eveniebat, ut multi eorum a petendo Baptismo retraherentur, commodius tempus exspectantes; ideo Sacerdotibus eum aditum Bracarense a Concilium secundum interdixit, quem solis Fidelibus nostrum Illiberritanum antea præcluferat: *Placuit, ait, ut unusquisque Episcopus per Ecclesias suas hoc præcipiat, ut hi qui infantes suos ad Baptismum offerant, si quid voluntarie pro suo offerunt woso, suscipiantur ab eis: si vero per necessitatem paupertatis aliquid non habent, quod offerant, nullum eis pignus violenter tollatur.*

a. Cap. 7.

tur a Clericis. Nam multi pauperes hoc timentes, filios a Baptismo retrahunt: quæ si forte dum differuntur, sine gratia Baptismi de hac vita recesserint, necesse est, ut ab illis eorum perditio requiratur, quorum spolia pertimescentes, a Baptismi gratia se retraxerunt. Eandom Legem constituerat antea Gelasius a Papa I. Baptizandis (inquit) c. signandisque Fidelibus pretia nulla præfigant: nec illationibus quibuslibet impositis, exigitare cupiant reuascentes: quoniam quod gratis accepimus, gratis dare mandamus; a. Epist. ad universos Episcopos, per Lucanum, & Brutus, & Sicutiam confutat. Cap. 7. *& ideo nihil a præposi, redemptoris sua caffam adire despicant: cerium babentes, quod quis prohibita deprebenti fuerint admisisti, vel commissa non potius sua sponte correxerint, periculum futuri proprii sint honoris. Illud præterea cum prava, & detestabili consuetudine receptum est, baptizatos infants in Altari collocare, ut muneribus compatrium inde redimerentur, ab Illustrissimo Cardinali Barromæo, antiqua probitatis, & Ecclesiastice disciplina acce trimo assertore, in Concilio b Mediolanensi sublatum est.*

C O M M E N T A R I I N O V I .

DE hujus lotionis ritu vide Ambrosium Libro 3. *De Sacram.* C. 2. Quam consuetudinem ibi ait Ambrosius Ecclesiæ Romanam non habere; & ubique abrogat ait D. Augustinus Epist. ccxx. Cap. 18. Eius etiam meminit Tertullianus, Lib. *De Baptismo.* Neque censeo, in hoc Concilio interdictam, nisi tantum ne fiat a Sacerdotibus. LOAISA.

Primitus Ecclesia scilicet consuetudo invaserat, ut in qui ad Baptismum accedebant, pecuniam, vel aliud munus Sacerdotibus illum ministrantibus darent, sive divites, sive pauperes Baptismum acciperent; unde Gregorius Nazianzenus orat. 40. in Sanctum Baptisma, eos qui inopia causa Baptismum differebant, monet non valde laborandum esse quid Sacerdoti offeratur, cum quodlibet munus, quamvis leve, sufficiat: *Turpe est, inquit, dicere: ubi est munus quod propter Baptismum offeram? ubi splendida vestis, in qua splendescam? ubi ea qua ad initiantes meos excipiendos requiruntur? ut in his quoque rebus nominis celebritatem consequar?* Valde enim, uti vides, bac necessaria sunt, ac properea gratia immunitur: *ne in magnis rebus minuta, & levicula in rationem mittas, ne turpi aliquo, & abjecto affectu te duci patiaris.* Quæ consuetudo inleverat, aut ad sublevandam Ministrorum Ecclesiæ alimoniam; aut quia sicut apud Gentiles, qui se aliqui Numini devovebant, munus aliquod ei offere obdrugebant (ut de Veneri initiatis S. Clemens Alexand. in Protrept. ait: *Marina, bujas voluptatis iudicium, salis granum, & phallus traditur iis, qui in hac marchandi arte sunt initiati: nummum autem ei offerunt ii, qui initiantur.* Et Arnobius Lib. 5. contra Gentes: *Nec non & Cypria Veneris abstrusa illa initia prætereamus, quorum conditor indicatur Syrius Rex fuisse, in quibus sumentes ea certas stipes inferunt.* Ita similiter indecorum videbatur, ab illis qui vero Deo volebant, aliquod munus non offerri. Sed cum ambitio ministrorum introduxit exactionem pecuniae, quasi pro pretio aquæ baptismalis, hujusmodi pecunia oblationem, seu exactiōnem Patres Hispani prohibuerunt, inhibendo ne nummi a baptizandis (ut fieri solebat) in concham mittantur, quasi pretium aquæ pensantes, & ne Sacrum Baptisma a ministris nondinari videretur, similis nummorum collatio prohibita fuit: quam legem negligi, ut pro-

*Cum bibitur concha
Natali 9. Paullinas ad cisternas, & puteos conchas, & labra fuisse, ostendit:*

*Vnde fluent plenis cava marmorata labris.
Concharumque modis, & pictis florida metis.
Natal. 10.*

*Parias post vilia conchas
Brassica fert, & splendet aquis, quæ sorde nitebot.*

Loquitur de horto, in quo atrium Templi factum. Plin. Lib. 32. Cap. 8. ferram concham pro vase cavo posuit. Xystus Papa: *Fecit concham auricalcham pensantem libras vicinas; fuit ornatum, quod suspenderbatur ante Confessiones Martyrum, aut Altaria. Latini putarunt auricalchum ex auro, & ære componi, addita Cadmea terra, sicut electrum ex auro, & argento. As Corinthium fuit verum aurichalcum, quia ex auro, & ære conflatum. Aurichalcum illud montanum Aristoteles in rerum natura else negat optime. Anastasius de Hilario: *Fecit locum porphyriticum, cum concha affixa in**

Yxæ medio

medio aquam fundente. Item, concham, ac spongiam pro nocturnis diligentius ex argento confituit. Item in concha argentea beatum Cæcilia Caput condidit. Paullinus Epist. xii. Totum vero extra concham Basilicæ spatium alto, & lacunato culmine dilatatur. Nec solum prioribus illis saeculis baptizati munera offerrebat, verum, & convivis velutque nitidiori, & anniversario festo Baptismi memoriam celebrabant. Micrologus, *De Ecclesiasticis Observat.* Cap. 56. *Romanæ*, inquit, annotinum Pascha, quæ anniversarium.

Neque pedes eorum lavandi sunt a Sacerdotibus, vel Clericis.

IN aliis Codicibus ms. aliter: *Neque pedes eorum lavandi sunt a Sacerdotibus, sed Clericis.* Sed editorum lectio non temere immutanda, cui consentiunt Codices nostri, & S. Amiliani.

C A P U T V I C E S I M U M Q U I N T U M.

De antiqua pedum lotione.

Mirum est, quantopere Ecclesiæ Romanae ritus Hispanicae semper placuerint. Lavandi pedes baptizandorum, sive Catechumenorum, Mediolanensis Ecclesiæ mos erat, non vero Romanae, teste B. Ambroso ^a: *Succinctus*, inquit, *Summus Sacerdos pedes tibi lavit. Non ignoramus, quod Ecclesia Romana hanc consuetudinem non habeat, cujus typum in omnibus sequimur, & formam: vide ergo, ne forte propter multitudinem declinaverit.* Ejusdem consuetudinis iterum ^b meminit. Cum antea hæc Mediolanensis Ecclesiæ observatio Hispanicarum usu esset recepta; tandem re perfecta melius, illam aboleri hoc Decreto imperarunt, Romanae consuetudinem amplectentes. Quod si Romanae contileratione, quod caput ca sit, & matrix totius Ecclesiæ Catholicae, tanquam certissimo quadam recte Fidei, & sincera Religionis signo, reliqua Ecclesiæ Catholicae ab hereticis discerni solent, ut Irenæus ^c, & Tertullianus docent ^d, & Hieronymus ^e; indignum sane Imperii tui majestate, te ælmitaturum spero, gravissima hæc Hispanorum Episcoporum comitia tam prosperis, augustis, & sanctis auspiciis coepit (conferationem intelligo Catholicae tua Ecclesiæ) adeo facile contemni, & felicissimum Christianæ Fidei progressum quorundam solum hereticorum impietate, & Catholicorum negligentiæ, vel licentiae culpa retardari. Lotio autem illa, quo tempore, quo die, quo ritu esset peragenda, quæ ejus origo, quæ vis, quæ auctoritas, nemo Augustino ^f melius: *Si autem quæris, inquit, cur etiam lavandi mos ortus fit in nobis probabilitius occurrit, nisi quia baptizandorum corpora per observationem Quadragesima folidata, cum offensione sensus ad fontem tractarentur, nisi aliqua die lavarentur. Iustum autem diem potius ad hoc electum, quo Cœna Dominica anniversarie celebratur:* (erat ergo quinta Feria ultimæ hebdomadis, quam Sanctam dicimus) & quia concessum est hoc Baptismum accepturis; multi cum his latere voluerunt, jejuniumque relaxare. Hoc autem cum fieret post Euangelium lectum, quo Apostolis pedes lavisse Christus narratur, & per Pontificem succinctum, ut a D. Ambroso traditur; in mentum venit, inde eam consuetudinem manasse, qui in omnibus Ecclesiæ Catholicae provinciis receptum videmus, ut die Cœna Domini ad Christi imitationem Romanus Pontifex, & cæteri utrūque ordinis principes ad duodecim pauperum pedes lavando se dimittant, lotosque linteо extergant.

Pro antiqua pedum Catechumenorum lotione, successisse aliam capitum baptizandorum in Hispania, conjecturam facio ex D. Isidoro ^g, qui hanc fieri Dominica Palmarum, & ob id eam diem vulgo *Capitilavium* vocatam, ne observatione Quadragesima capita folidata adunctionem accederent, aut his verbis: *Dies Palmarum ideo dicitur, quia in eo Dominus & Salvator noster, sicut Propheta cecinit, Hierusalem tendens, asello sedisse perhibetur. Tunc gradieus cum ramis palmarum, multitudo plebium obviam ei clamaverunt: Osanna, benedictus qui venit in nomine Domini Rex Israel. Vulgaris autem ideo diem hunc Capitilavium vocat, quia moris est lavandi capita infantium, qui ungendi sunt, ne observatione Quadragesima folidata, ad unctionem accederent.* In Galliis quoque usitatam refert Alcuinus ^h, qui id etiam fieri solitus scribit in Dominica Palmarum.

C O M M E N T A R I I N O V I .

Moris fuisse, etsi non in Ecclesia Romana, in Ecclesia Italica, & Hispania, pedes baptizandorum ablucere, vel per Episcopum, vel Presbyterum, Ministros Baptismi, constat ex D. Ambroso, & Augustino hic a Mendoza relatis, ex Palladio

Histor. Lausiaca, Sect. 73. de Serapione, in illo verbis: *Narrabant itaque Patres, quod cum quemdam accepisset exercitator em, qui cum eo luderet, se in quendam Urbe Gentilibus vendidit his trionibus viginti nummos; & cum signasset nummos, eos apud se servabat.* Tam-

Tamdiu autem permanxit, & servivit nimis quis eum emerant, donec eos fecit Christianos, & eos avulsi a theatro, præter aquam, & panem nihil sumens: longo autem tempore primus compunctus est nimis, deinde mima, deinde universa eorum familia. Diutum est autem, quod lavit pedes eorum, & ambo baptizati recesserunt. Illustrans Vicecomes Lib. 3. Cap. 18. per totum. Hunc tamen momen jam pluribus in Ecclesiis receptum, deinceps observari vetterunt Patres in praesenti, cuius prohibitionem rationem, retenta vulgaris lectione, quæ habet, *Sacerdotibus, vel Clericis;* reddit Vicecomes dicto Libro 3. *De ritib. bapt.* Cap. 16. Lantmet. 2. *De veteri mon.* Cap. 7. Cujus cærementa rationes plures adduci possunt. Prima quia Catechumenorum corpora multis Quadragesimæ folidibus inquinata, sine offensione alicujus sensus ad Baptismum accedere non poterant; præcipue cum nudis pedibus Catechumeni tempore catechesis incederent. D. Augustinus Lib. 2. *De Symbolo ad Catech.* Cap. 1. *Quid est, dilectissimi, quod a vobis celebratum est?* quid est, quod bac nocte actum est, quod præteritis noctibus actum non est? ut ex locis secretis singuli produceremini in conspectum totius Ecclesiæ? ubi service humiliata, quæ male fuerat antea exaltata, in humiliata pedum cilicio substrato, in vobis celebraretur examen, dum super vos invocatus est humiliatus altissimus Christus. Et Libro 4. Cap. 1. Secunda est, ut eam ablutionem, quain-

C A N O N X L I X.

De frugibus Fidelium, ne a Judais benedieantur.

Admoneri placuit possessores, ut non patientur fructus suos, quos a Deo percipiunt cum gratiarum actione, a Judais benedici; ne nostram irritam, & infirmam faciant benedictionem. Si quis post interdictum facere usurparit, penitus ab Ecclesia abiciatur.

C A P U T V I C E S I M U M S E X T U M.

Fruges Fidelium a Judais, vel Gentilibus benedici non debere.

Vanas, & impias Gentilium, & Judæorum superstitiones tollendi, & Christianæ Religionis doctrinam in dies propagandi, Episcoporum nolitorum summa cura fuit. Qua ratione decreverunt, ut cum fundorum domini (hos vocant possessores, ut superiori a etiam indicarunt) fructus suos vellent benedictione perfundi, non paterentur eam ^a Can. 40. hu- prælati a Judais; ne sancta nostrarum benedictionum virtus inanis, & vacua redderetur. Jam enim diu non consuetudine tantum, sed Constitutione Eutychiani ^b Papæ ad Joannem, ^b Epist. 1. ad & ad omnes Bæticae Provinciæ Episcopos, receptum fuerat, ut omnes res, quæ ad usum hu- fin. manum pertinerent, Sacerdotum nostrorum orationibus benedicerentur, nec antea sumi a populo licet: *Iccirco Fratres*, inquit Eutychianus, *ista præstulimus, ut ha species, quas non licet offerri super Altare, extra Constitutionem Apostolorum, eorumque Successorum, ad dominum Sacerdotum deferantur, & a Sacerdotibus benedicantur, & per simplicem benedictionem benedita, demum a populis sumuntur; faba tamen, & uva, & cætera, quæ Apostoli constituerunt, super Altare offerantur.* Nec collectos fructus benedici soluni commune fuit, delatos ad Sacerdotum dominus ^c sed si cives agros, vel domos, vel familiam ad fugandos dæmones, vel ob aliam causam vellent Sacerdotum benedictionibus expiari, utique eas præstare Sacerdotes debebant præcepto Concilii, apud Regiam relato a Burchardo: *Ut Presbyteri, inquit, privatim Fidelibus desiderantibus benedicant, & inter minutas has discussiones, visum est omni Presbytero per familias, per agros, per privatas domos pro desiderio Fidelium habere facultatem benedictiones aperiire.* Non solum autem Judentorum benedictiones, sed Christianorum hereticorum sustulit Concilium Laodicenum ^d: *Non oportet, inquit, bæreticorum benedictiones accipere, quoniam maledictiones magis sunt, quam benedictiones.* Ethnicon etiam benedictiones tamquam genus idolatriæ Christianos effugere docuit Tertullianus ^e: *Hæque, ait, benedici per Deos nationum Christi initiatus non sustinebit, ut semper rejiciat immundam benedictionem, & eam sibi in Deum convertens emundet. Benedici per Deos nationum, maledici est per Deum. Si dedero elemosynam, vel aliquid præstero beneficii, & ille mihi Deos suos, vel coloniæ Gentium propius* ^e Lib. 2. Decret. Cap. 89. ^d Csn. 32. ^e Lib. De ido. Cap. 22. ^f Colati. Cap. 22.

pitios imprecetur, jam oblatio mea, vel operatio, Idolorum honor erit, per quem benedictio nisi gratiam compensat. Cur autem non sciat me Dei causa fecisse, ut Deus potius glorificetur, & demona non honorentur in eo, quod propter Deum feci. Deus videret, quoniam propter ipsum feci; pariter videt, quoniam propter ipsum fecisse me nolui ostendere, & praecipuum ejus idolothytum quodammodo feci.

COMENTARII NOVI.

Veterem in Ecclesia morem sequimur, ait i. Concilium Moguntinum Cap. 39. dum salem, aquam, & cetera quasdam res in usum Fidelium per orationes in verbo Dei præparamus. Quem morem nemno reprobet, qui secum reputaverit, Ecclesiam inter cetera salutis, & utilitatis sue, tum augenda, tum conservanda præsidia, etiam exorcizandi potestatem contra infidias demonum, aliasque noxias pestes avertendas accepisse: quam potestatem quum per res externas ad utilitatem Fidelium exercet Ecclesia, nimis in eo Sanctorum imitatur exempla, quia ad eliciendos quasdam effectus, Divino iusu res corporales addibuisse leguntur: quemmorem in Ecclesiis præcipitus conservandum, dummodo populum Pastores scđulo doceant, effectus, qui indepetuntur, non ipsarum rerum efficacia, sed Divina servitutis operationi, per fortissimi Dei Nomini invocationem, tribuendos esse & caverint in rebus talibus ad impias superstitiones abuti quisquam præsumat. Jam enim a temporibus Apostolorum novæ fruges, uvae, fabæ, & similes benedicebantur a Sacerdotibus, Can. III. & IV. Apost. Prohibuerunt tamen ibi Apostoli legmina, & ceteras fruges, præter spicas, & uvas (quæ panis, & vini, ex quibus Sacrificio conficitur, alimenta sunt) super Altari in Sacrificio offerri; non tamen vetuerunt, ad Altare extra Sacrificio pro alimento hominum benedici. Ita accipendum est, quod de S. Eutychiano Papa & Martyre apud Anastasium Bibliothec. legitur: *Hic instituit, fruges, fabæ, & uvas in Altario benedici.* Sanctus enim studiosa pietate, sancto affectu referendi Deo pro beneficio susceptionis novarum frugum debitas gratiarum actiones, Divinamque Benedictionem, tam super ipsos fructus, quam super iis utentes Christifideles imperandi, id statuit, cuius Benedictionis usus probatur ex Lib. *Sacrament.* S. Gregorii, VIII. Idus Augusti in Natali S. Xysti Martyris, ubi hac cum deprecatione Benedictio uvae signatur: *Benedic, Domine & bos fructus novos uvae, quos tu Domine rore cali, & inundantia pluviarum, & temporum serenitate,*

CANON.

De Christianis, qui cum Iudeis vescuntur.

Si vero quis Clericus fuerit, sive Fidelis, qui cum Iudeis cibum sumperferit; placuit, eum a communione abstineri*, ut debeat emendari.

Si Burchardus. Lib. 19. *Decreti.* Cap. 132. Ivo. P. 13. Cap. 119. & P. 15. Cap. 142. Rhabanus autem in *Penitentium* Libro, Cap. 26. sic: *Si vero qui Clericus, vel Fidelis, cum Iudeis cibum sumperferit; placuit, eum a communione abstineret, ut debeat emendari.* Ex Canone LV. hujus Concilii citat, cum sit nunc L.

CAPUT VICESIMUM SEPTIMUM.

A mensa Iudeorum, & alio commercio civili, Fideles debere abstinere.

Prohibuerunt Episcopi Christianis in Canone præcedenti, ne fructus suos paterentur a Iudeis benedici: in hoc vero decernunt, ne illis una vescantur, neve mensa eorum convivæ discumbant. Horum autem hic præcipuus scopus fuit, ne ex diurna Judaica mensa communione graves, & turpes ipsorum errores, & superstitiones Fideles imbiberent. Eo etiam respexerunt Concilii Niceni a Patres, dum Osi forsan Praesidis consilium sequuti, decreverunt: *Nullus Sacerdos de famori, neque questum iniquum faciat, neque societatem cum Iudeis habeat, neque fraternitatem, neque cum eis cibum, aut potum sumat.* Siquidem Sancti Apostoli hoc statuerunt, & hoc Fideles facere oportet; & quicumque non paruerit, *Synodus eum excommunicat.* Post Nicenum, Concilium Hispanense^a: *A Iudeorum, inquit, convivis etiam laicos Constitutio nostra prohibuit, & ne cum illo Clericus panem comedat, quisquis in Iudeorum fuerit convivio inquinatus.* Concilium Aurelianense III. c: *Christianis, inquit, convivia interdecimus Iudeorum, in quibus si forte suis probantur, annuali excommunicatione pro bujusmodi contumacia subjacebunt.* Concilium Agathense^b: *Omnis Clerici, sive Laici, inquit, Iudeorum convivia vident; nec eos ad convivium quisquam accipiatur: quia cum apud Christianos cibis communibus non utantur, indignum est, atque sacrilegum, eorum cibos a Christianis sumi; cum ea, quæ Apolo permittente nos sumimus, ab illis judicentur immunda; ac inferiores incipient esse Cibristiani, quam Iudei, si nos quæ ab illis ponuntur, utamur: illi vero a nobis obliterantur.* Idem decretivit Concilium Veneticum, Metense^c, Meldense^d, Matisonense^e. Divus Ambrosius^f: *Observant diem, & mensem, inquit, qui Kalendis Januarii, aut non jejunant, aut non procedunt ad Ecclesiam, procedunt ad compum. Ergo Fratres omni studio Gentilium Festivitates, & Ferias declinemus, ut quando illi epulantur, & leti sunt, tunc nos simus sobrii, atque jejunii, quo intelligent, latitudinem suam nostra abstinentia condemnari. Non solum autem Gentilium, sed & Iudeorum consortia videntur debemus; quorum etiam confabulatio est magna pollutio.* Hoc ipsum decrevit in Hispania Gotthos, maiores nostros, ex Lege Reccaredi: Regis constat: *Cum B. ait, Paullus Apostolus dicat: Omnia munda mundis, coquinas autem, & infidelibus nihil sit mundum; merito Iudeorum detestabilis vita, & discussionis horrendæ immunditia, omnium sordium borrore immundior, & refelli oportet, & abjici debet. Ne quis ergo ex his prima ritu traditionis, & usuati confuetudine moris, mundas ab immundis dijudicet eas: nemo surmaena in honeste rejiciat, quæ valde bona esse sui conditio probat. Nemo ex his aliquid priaret, aliud usurpet, nisi tantum illa discretione servata, quæ ab omnibus Christianis teneatur salutaris, & congrua; aliquo in transgressione quicunque deteitus, constitutus erit suppliciis addicendus.* Quod postea renovavit Flavius Evgius K. majori sententiarum, & verborum ambiu. Inter eos Canones, qui vi. Synodi i nomine feruntur, xi. non solum id prohibuit, sed ne Iudeorum azyma comedant, vel familiaritatem cum eis ineant, vel in morbis acercent, vel medicinas suscipiant, vel una cum eis laventur. In cuius interpretatione adjectit Theodorus Balsamon, & eum secutus Carranza, Patres in eo Canone non prohibuisse azymum panem comedere, sed per azyma more Iudaico festa celebrare. Quod parum recte a Theodoro Balsamon in notatum est: nam primum etiam interdicitur, ut adiutor secundo intercludatur: quod Concilii Laodiceni duobus Canonibus illustrabo: *Nisi oportet, inquit, a Iudeis azyma accipere, aut communicare impietatis eorum, nec Festa celebrare, vel munera quæcumque accipere.* Et alibi: *Quoniam non oportet a Iudeis, vel hereticis feriatica qua mittuntur accipere, nec cum eis dies feriatis.* Cuius Decreti, de munib[us] non accipiendis, singularem reddidit rationem Flavius Evgius o Gotthorum Rex propria Lege lata, quam quia Concilii Laodiceni Canonem scite interpretatur, redditia eius Decreti ratione, recitabo: *Quoniam sit extraneum a Christiana Fidei regula, qui defensorem severitatis insimulat, & veritatem ipsam munera accepione consumaculat; aut dicit contra se Prophetam dicentem: Pro eo quod vendidisti argento julum, & pauperem pro calcamento; ecce ego stridebo super vos, sicut stridebit plaustrum onustum foeno, & peribit fuga a veloce, & fortis non obtinebit virtutem suam, & robustus non salvabit animam suam, & tenens arcum non stabit, & velox pedibus suis non salvabitur, & ascensor equi non salvabit animam suam, & robustus corde inter fortis nudus effigiet. Quis enim hic venditus argento justus accipitur, vel pauper pro calcamento, nisi Unigenitus Filius Dei Patris, cuius innatus Sanguis XXX olim a Iudeis taxatus argenteis, quotidie venundatur ab illos libris veritatis?* Et ideo sunt quidam ex Fidelium numero, qui quasi zelo Fidei Iudeorum culpas se detegere, vel pletere valida intentione promittant, quos tamen depravat solita cupiditatis illecebria. Nam si talibus quocumque forsan fuerit a perfidis in munera collatione oblatum, illlico reticescunt, & errores talium, quod vindicare, & detegere ante promissum sibi beneficium nitebantur, percepto miserabili quæstu, impunitos transire permittrunt. Undenulli Christiano licet, cuiuscumque sit generis, aut dignitatis, ordinis, sive personæ, sive ex Religiosis, sive etiam ex Laicis, quodcumque beneficium contra Fidem Christi a qualibet Iudeo, vel Iudea, sive etiam per eorum internuncios, quodcumque sibi illatum acciperet, neque se ob talium vindicationem contra regulas Fidei Christianæ obla-

^aCan. 52. apud Alfonsum Pi-
jan. Lib. 3.

^b Sub Gelas. editum Can. 15

^c Can. 13.
^d Apud Ivo P. 13.
Cap. 99.

^e Can. 40.
^f Apud Grat. in Cap. Omnes de-
inceps, 28. Q.

^g Can. 15.
^h Ser. 17. de Kalendis Ja-
nuari.

ⁱ Lib. 12. Tit.
^j L. 8.

^k L. 12. Tit.

^l Exstat apud Grat. in Cap.

^m Nullus, 28. Q.

ⁿ K. L. 12. Tit.
13. L. 7.

^o L. 10. que exstat Lib. 12.

^p Legum Vtilit.
got. Tit. 3. L.

^q 10.

^r m Can. 11. Conc.
Trullani.

^s n Can. 37. Q. 38.

^t o L. 10. que
exstat Lib. 12.

^u Legum Vtilit.
got. Tit. 3. L.

^v 10.

lotis sibi præmiis implicare. Si quis autem qualibet beneficiorum exhibitione corruptus, aut agnitos errores Judæorum celaverit, autne prævitas talium feriatur, quolibet modo obstiterit; & antiquis Patrum regulis erit obnoxius, & tantum in duplo Fisci erit partibus illiciatur, quantum a Judæo quicunque ille accepisse fuerit comprobatus.

Nec munerum solum, vel mensæ tantum, & ciborum una cum Judæis Christianos fieri participes. Majores nostri noluerunt, sed nec gustare de cibo, quem sibi illi præpararent, ut constat ex Burchardo a: *Comedisti*, ait, *de cibo Judæorum, vel aliorum Paganorum, quem ipsi sibi præparaverunt?* Si fecisti, decem dies in pane, & aqua paeniteas. Alexander etiam in Concilio Lateranensi Generali præcipit, ne Christiani pro quacumque mercede Judæorum servitio infisterint; & obstatricibus, atque nutritibus Christianis, ne infantes Judæorum in domibus eorum nutrire præsumerent: *Quia Judæorum mores (ait) & nostri in nullo concordant. Et ipsi de facilis ob frequentem conversationem, & affidua familiaritatem, instigante humani gemitis inimico, ad suam superstitionem, & perfidiam simplicium animos inclinarent.*

Non dissimili proposito cum idolothyris Gentium vesti Christianis fuerit interdictum; ut omnis occasio tolleretur eorum erroris, prohibitus, ne animalia, quæ Gentiles, vel precusserint, vel occiderint, a Christianis edantur; ut ex Nicolao ad Consulta Bulgarorum retulit Ivo b: *Neque (inquit) quod Christianus persequitur, & a pagano percutitur, & occiditur animal; neque quod Paganus persequitur, & Christianus occidit, comedendam est.* Omens enim D. Clementis c exemplum consecutati sunt, quem hæc docuile legimus d: *Præterea oportet Fidelem fugere impiorum cœtus, Græcorum, & Judæorum, reliquorumque hæreticorum; ne ubi una eum eis degimus, animis nostris laqueos paremus.* Nec mirari potutis et Carranza, Christianis azyma edere cum Judæis prohiberi, si animadvertisset, non solum cum Judæis, & Gentilibus, sed cum Catechumenis etiam antiquos Christianos cibum capere impediri, ut ex Concilio Moguntino retulit Ivo e: *Catechumeni (inquit) manducare non debent cum baptizatis, neque eis oculum dare; quanto magis Gentiles.*

Strictius multo Concilium Basileense f; antiquorum enim Conciliorum Decretis renovatis, multa ad detestandam, & avertendum Judæorum familiaritatem Christianos edocuit: *Sacerdos insuper, ait, Canones renovantes, præcipimus tam diaconis, quam pontificibus, ut modis omnibus prohibeant, ne Judæi, aut alii infideles, aut Christianos, aut Christianas in familiares, seu servientes, aut filiorum suorum nutrices habeant; ac ne Christiani cum ipsis in eorum festivitatibus, nuptiis, & conviviis, aut balneis, seu nimia conversatione communicent, aut medicos, vel matrimoniorum proxenetas, seu aliorum contractuum mediatores de publico constitutos assument; nec alii publicis præponant officios, aut ad gradus quoquecumque scholasticos admittant; nec eis locentur prædia, vel alii redditus Ecclesiastici; prohibeant etiam Libros Ecclesiasticos, Calices, Crucis, & alia Ecclesiastarum ornamenta sub pena perditionis rei, emere, aut pignori, sub pena amissionis pecunie & mutuæ accipere; sub gravibus quoque penitentiis cogatur aliquem deferre habitum, per quem a Christianis evidenter discerni possint: quorum ut evitetur nimia conversatio, in aliquibus Civitatibus, & Oppidorum locis a Christianorum cohabitatione separatis habitare compellaniur; & ab Ecclesiis longius, quantum fieri potest; nec diebus Dominicis, & aliis solennibus Festivitatibus apotropaicas apertas tenere, vel in publico laborare præsumant.*

COMMENTARII NOVI.

Rationem hujus prohibitionis exprefserunt Patres Concilii Toletani IV. in Canone LXI. relato in Cap. *Sæpe*, 32. 8. Quæst. 1. his verbis: *Sepe malorum confortia etiam bonos corrumpunt; quanto magis eos, qui ad vitia proni sunt? Nulla ergo communio ultra sit Hebrais ad Fidem Christianam translati, cuiuslibet, qui adhuc in veteri ritu consistunt, ne forte eorum participatione subvertantur. Quicumque ex his infidelium confortia non vitaverint, & hi Christianis donentur, & illi publicis usibus deputentur. Et Concilii Meldensis Canonem xxxii. ibi: *Nullus Christianus Judæorum conviviis participare præsumat. Quod si facere quicunque (quod nefas est dicis) Clericus, aut secularis præsumperit, ab omnium Chri-**

sianorum confortio se noverit compescendum &c. Licet enim cum Paganis aliquando licet cibum sumere, Capite, *Ad mensam*, 11. Quæst. 3. Capite, *Infidelis*, 32. Quæst. 4. non tamen cum Judæis, quia in Paganis dabatur spes lucrificandi eos; nec in cibis delectum habebant, ux exposuerunt P. Gregor. Lib. 2. *Partit. Tit. 5. Cap. 2. Azor. Tom. 1. Lib. 2. Cap. 22. Riciulus, De jure personar. Lib. 2. Cap. 41. Num. 30. & postquam cessavit spes lucrificandi ethnicos, neque cum eis licet cibum sumere. Accedit, quia in conviviis magna familiaritas datur, & facilius quis inter epulas decipitur. Capite, *Unusquisque*, 22. Quæst. 4. Riciulus dicto Libro secundo, Capite quadragesimo primo, Numero vicefimo sexto. GONZALEZ.*

C A N O N L I .

De hereticis, ut ad Clerum non promoveantur.

Ex omni hæresi qui ad nos Fidelis venerit, minime est ad Clerum promovendus; vel si qui sunt in præteritum ordinati, sine dubio deponantur.

CA-

C A P U T V I C E S I M U M O C T A V U M ,

Hæreticos non esse ordinandos, & ordinatos deponendos.

Præcipua fuit semper Hispanorum Episcoporum cura, ut de his, qui Clero essent adscribendi, nulla, vel hæreticos, vel turpitudinis infamia, aut suspicio haberi posset, & merito; cum sacra Clericatus dignitas sanctos, & beatos expofcat mores, non viam Fidei, aut Religioni suspectam. Iccirco decreverunt, ut hæreticorum Provinciis adventantes (non erant igitur tunc in Hispania hæretici) ad Clerum minime promoverentur: *Quod si cum grandi, ait Leo a Papa, examinatione promovit inculpati, multo magis non debet licere suspectis; non enim levem apud Deum nosam incurrit, qui de talibus ad sacros promovendos Ordines judicaverit.*

Forsitan alius ex hæresi venientes, lapsos resipescentes interpretabitur, quos ad sacros

Ordines promoveri, vetus Ecclesia Lex impediens. Nec promoveri solum, sed susceptis jam gradibus fungi. Quod olim a Cornelio Papa, toto Orbe Christiano consentiente, decretum fuisse, refert D. Cyprianus b, dum respondit, Martiale, & Basiliem Hispania Episcopos in persecutione lapsos, ad pristinum honorem admittendos non esse. Quemadmodum

& antea idem Cornelius Papa Episcopum Novatianum a schismate revertentem, ut laicum in Ecclesia receperat, ut ex ejus ad Fabium Antiochenum Epistola e Eusebius tradit. Cujus tamen Decreti non fuit Auctor Cornelius, sed quod primum Ecclesia specialiter observabant,

generali Constitutione renovavit. Nam Tertullianus d refert, Marcionem nec ad Ecclesia pacem admissum, ni prius prius quos suo errore deceperat, & ab Ecclesia unitate alienaverat, reduxisset; quod Innocentius e Papa ut veteri jure receptum docet: *Natura vero Lex est, ait, Ecclesia, venientibus ab hæreticis, qui tamen illuc baptizati sint, laicam tantum tribuere communionem; nec ex his aliquem in Clericatus bonorem, vel exiguum, subrogare.*

Eandem Ecclesia consuetudinem refert Divus Augustinus f. Quod cum non obseruat aliquando Acacius Constantinopolitanus Episcopus, gravibus verbis notatus, reprehensusque est a Felice s Papa III. Quod si aliquando hujus disciplinae severitas minus effet parco modis, nonnulli detrahent de illa veteris Episcopi, indulgentiam quandam, temporis deservientes, impertinentes; ut idem Augustinus h scribit; idque observarunt olim cum Novatianis Nicæni Patres: *Si qui voluerint, ajunt, venire ad Ecclesiam Catholicam ex Novatianis; placuit sancto Concilio, ut ordinentur, & sic maneat in Clero.* Eodem exemplo Macedoniani quidam resipescentes, a Liberio Pontifice, & ex ejus sententia a Catholicis in Oriente in Synodo Thianensi, Ecclesia reconciliati, & in Cathedras suas restituti sunt, Augustoribus Basilio k, Socrate l, & Sozomeno m. Quare cum dolis, & fraudibus Arianorum ingens Episcoporum numerus Ariminensi Concilio, vel Conciabulo subscripsisset; mortuo Constantio Imperatore, & revocatis ab exilio Athanasio, Hilario, Eusebio Vercellensi, certisque Confessoribus, visum est Ecclesia, ad sarcinam concordiam, & pacem Catholicam Fidei, ut Episcopi resipescentes ex Arianis, servato Episcopi gradu, ad pristinos honores, & dignitatem restituerentur; quod consensu Romani Pontificis in Alexandrina Synodo constitutum fuit. Cui gratias, & ordinationi, cum Lucifer Caralitanus in Sardinia Episcopus, vel stulta, vel insana superbia, assentiri recusasset, & factum Ecclesia pertinaciter damnare auderet; ipse ut schismatiscus damnari meruit, teste Ruffino n, & Athanasio o, & ex Liborio p, Hieronymo q, & Augustino r. Messalianorum etiam, seu Euchitarum hæresis perniciosa, cum per Orientis partes defaverit, Clericos tamen ab illis redeuntes incolumi gradu recipiendo, jussit Synodus III. Ephesina. Coacta ea erat adversus Nestorianos, quos in errore pertinaces gravi anathemate affecerat, & Sacerdotii dignitate privaverat; illos tamen, si resipescerent, in honoribus suis receperit Cyrus s, Alexandrinus, ut fatetur ipse. Idem t felicissime affirmat Proclum Constantinopolitanum. Eadem indulgentia recepit quosdam Iconomachos eadem Septima Synodus, quod inibi, & multis Doctorum testimonis, & Ecclesiasticis exemplis defendit. Cum Theodoreto in Concilio Chalcedonensi u Nestorii, quem prius defenderat, errorem abjuraret, omnes Episcopi clamaverunt: *Theodoreto dignus est Sede Ecclesia; Theodoreto Catholico Doctri reddatur Ecclesia.* Ante hos omnes Miltiades Papa in Concilio Romano, quod ad causam Cæciliani, & Donati, ante Nicænum, & Arelatense convocatum est, Donatistas, salvo Episcopatus honore, in gratiam se recepturum professus est, si deposito schismate, ad Ecclesia unitatem redire vellent, ut Augustinus s testatur. Quod exemplum Africani postea Patres sequuti semper sunt, in Concilio præsertim Cartagenensi y, in quo legatio decernitur ad Papam Anastasium, ut id ratum habere vellet, non obstante transmarino Decreto, quo de gradu suo rejici præceptum est. Hanc grariam Hæsiarchis non solet Ecclesia concedere, quos ut tanti mali anciores majori offici præna consenserunt censet. Tertullianus z (ut antea dixi) refert, Marcionem, ne ad Ecclesia quidem pacem admittum, nisi reducetis his, quos deceptos ab ea segregasset. Sed illud est præsumendum observandum, quod etiæ mansuetudinis, & pietatis Ecclesiasticæ ratione hæretici, vel schismati resipescentes, ad pristinos honoris gradus soleantur; ad majores tamen admittendos, promovendosque non esse, Epistola D. Leonis a Papæ edicti sumus,

a Epist. 3. ad Epiph. Aquib.

b Ep. 63.

c lib. 6. Hitt. Eccl. Cap. 35.

d Lib. De preceptis. hæret.

e Epist. 22. ad Epiph. Macca Cap. 4.

f Epist. 50. ad Bonif. & Lib. De unic. Bapt. Cap. 12.

g Ep. ad acacium Episcop. Constantinop.

h Epist. 50. ad Bonif. & 162. i Can. 3.

k Epist. 74. ad Occid. & ad Teren. Comit. que citatur a. i. VII. Synod.

l L. 4. C. 11. m L. 6. C. 10.

n 11. & 12.

o L. 10. Cap. 28. 29. & 30.

p Ep. ad Ruffi. relata in VII. Synod. Act. 1.

q Ep. ad Orientales, relata a Socr. L. 4. C. 11. & Cotta Lucit.

r De agone Christi, in fine.

s Ep. 50. ad Bonif.

t In eadem Ep. u. Act. 3.

v Ep. 50. 162. y Can. 35.

z De præscriptis hæreticorum.

x Ep. 3. ad Epiph. Aquib.

COMMENTARII NOVI.

Licit juxta S. Cypriani sententiam relata in Cap. i. Quæst. 7. ab hæreticis reversi non debeant honoris arma retinere, quibus contra nos rebellaverunt; tamen benigne Ecclesia jam a temporibus Concilii Nicæni, lapsos in hæresim, & reversos consuevit primitis gradibus restituere, Cap. Si qui voluerint, Cap. Convenientibus, Cap. Ponderet, Cap. Quia sanctitas, 50. Dist. Leo Epistola xlii, ad Pulcheriam, ubi de his revertis agens, ait: Qui et si post illud judicium suum, tam impium, quam injustum, non sunt Catholicæ fraternitati ita horribiles, ut fuerint; suas tamen adbuc obtinent Sedes, & Episcopatus sui honore potiuntur, aut per veram, & necessariam satisfactionem, pacem Ecclesiæ recepturi; aut si hæresim tuebuntur, professionis sue merito judicandi. Cap. i. De Paroch. Sept. Synod. Act. i. post medium ubi Trarasius dixit: Plurimi jam canonici, sanctarumque Synodorum, & Patrum Libri leti sunt, qui docent nos reversos ab hæresi recipere debere, modo non subiit improba aliqua causa. Alia congerit Ant. Augusti in Epit. jur. Lib. ii. Tit. 6. Quam restitutio, ut PP. Hispani lucifaccerent Episcopos hæresi Ariana infectos, non solum illis conceperunt in Concil. Tolentano 111. verum & statuerunt, ut si in eorum Sedibus alii Catholicæ fuissent ordinati; ambo manerent in eadem Ecclesia, ita ut uno defuncto, superstes solus eam regeret, ut tradit Mendoza supra Lib. i. Cap. i. & nos in Cap. Quoniam. De officio Ordin. Sed licet ita ab hæreticis reversis propriis Sedibus, & dignitatibus restituenteur, non tamen ad Primatus culmen pervenire poterant, ex ratione adducta a Gregorio in Cap. Nos consuetudinem. 12. Dist. Immo & aliquando ita restituebantur, ut in suscepis gradibus possent ministrare, non autem ad superiores ascendere. Cap. Siquis hæreticæ. Cap. Omnis. i. Quæst. i. Cap. Sacubbernum i. Quæst. 7.

Quæ restitutio cum tam in Ecclesia Africana quam Hispanica, observata reperiatur jam a primis saeculis; presens Canon tam in prima, quam secunda parte non potest accipi de Episcopis, vel Presbyteris in hæresim lapsis resipescientibus, & reversis ad Fidem Catholicam; præcipue cum PP. hujus Concilii erga hæreticos pœnitentes non ita severi essent, ut ad communionem pristinam non admiserint, ut probavi supra Cap. 22. Unde & in suis gradibus recipiendi erant juxta Romanæ Ecclesiæ indulgentiam. Quare existimo, in presenti Canone tantum agi de Fidelibus laicis publice in hæresim lapsis, & poitea reversis, qui in Clerum cooptari non posunt: & si ipsi ita reversi ordinati fuerint, deponuntur a gradu suscepso, non ante lapsum, sed post pœnitentiam, ut diversis Canonibus probat Saulay in Panopl. Cleric. Lib. 6. Part. i. Cap. 3. Quæ Ecclesiæ sanctio valde consona est Juris dispositioni, cum notum sit, propter hæresim irregularitatem contrahi, ita ut hæreticus resipescens, licet communioni Ecclesiæ restituantur, tamen nec ad primam tonsuram valeat promoveri, ut probant D. Antonin. De Censur.

Cap. 100. Sylvester verbo, Irregularitas, Quæst. 5. Majolus Lib. 5. De irregul. Cap. 46. num. 3. Pena ad Eymericum in Direct. Part. 3. Comment. 163. Riciulus Lib. 3. De jure person. Cap. 18. num. 3. Saulay ubi proxime. Licer circa causam hujus irregularitatis non consentiant Doctores: aliis afferentibus, annexam esse hæresi, ita ut si hæreticus sit occultus modo exteriorius, irregularitatem contrahat. Ita Sylvestr. supr. Quæst. 24. Majolus dicit. Cap. 46. num. 1. Lambert. De jure patron. i. Part. Lib. 1. Qu. 7. Toletus Lib. 1. Summa, Cap. 62. Suarez, De Censur. Disp. 43. Sect. 1. num. 4. Pena dicit. Part. 3. Quæst. 126. Riciulus Lib. 5. De jure person. Cap. 17. Sed rectius Avila, Sayrus, Layman, & Castropalaus, quos refert, & sequitur Gibal. De irregul. Cap. 5. Quæst. 3. existimarent hanc irregularitatem contrahi ex illa infamia, qua incurrit ex hæresi, & pœnitentia solenni, quam subibat qui lapsus revertetur ad Fidem. Unde juxta ea principia recte docent PP. in hoc Canone, ut si aliquis Fidelis laicus a quacumque hæresi revertatur, in Clerum non promoveatur; & si per surreptionem ordinatis fuerit, deponatur, Lex enim licet præterita regulariter non respiciat; tamen si expresse ea comprehendat, ad preterita extenditur, ut late probavi in Cap. 2. De confessionibus. GONZALEZ.

Ex omni hæreticæ &c. Quamvis ex conversione hæretorum ad veram Fidem crescat numerus Catholicorum, & subinde augeatur Ecclesia; non propterea PP. Eliberitani venientibus ex hæresi aditum præstant, ut in Clerum recipiantur; nec tam in eo quærunt multitudinem, quam delectant: ut, nimirum, si solum ordinantur, qui innoxio vitaे totius cursu, incorrupta fide, pietate, ac doctrina, digni sunt Sacris Altaribus admoveri.

Longe aliter se habere soliti sunt a primis Ecclesiæ saeculis hæretici, facile admittentes quoslibet apostatas nostros ad Clerum suum, ut testator de suo aeo Tertullianus Lib. De præscriptionibus, Cap. 4. ubi de iis ait: Ordinationes eorum temerariae, leves, incunstantes: nunc neophytes conlocant, nunc seculo obstricatos, nunc apostatas nostros, ut gloria eos obligent, quia veritate non possunt. Nascuntur facilius præficitur, quam in casulis rebellium, ubi ipsum effilic, promerentur. Itaque alius videlicet Episcopus, cras alias: bode Diaconus, qui cras Lector: bode Presbyter, qui cras laicus; nam & laicis Sacerdotalia munera in jungunt.

Quæ verba, præsertim adjuncta aliis ejusdem Tertulliani Lib. De Baptismo, Cap. 17. non modo ostendunt distinctionem, & ordinem Hierarchia Ecclesiastica contra hæreticos, sed etiam justitiam, ac sanctitatem doctrine in hoc Canone contentæ, ne venientes ex omni hæreticæ ordinantur. Neque enim tam facile præficitur in casulis Ecclesiæ Catholicæ, ut solus ingreitus in illam, aut permanens intra ipsius finum, constitutus homines dignos adscribi Clero; cum præterea exigatur, juxta sacros Canones, præsertim Eliberitanos, innocentia vita, constantia in Fide a tempore Baptis-

tismi suscepta, & plura alia. In quem scopum aurea sunt, & observatu dignissima verba S. Leonis Epist. 111. (alias xiv. juxta editionem Quesnelii) initio hujus Capitis allegata in Mendozæ Commentario. Et certe si in tot Conciliis, & Canonibus antiquis cautum fuit, ne quis post Baptismum in quodlibet crimen lapsus, recipiat ad sacram Ordinem; quanto magis id caveri debuit ob gravissimum crimen hæresi? Lege præsertim Canonem 11. Concilii Nicæni.

Verum Canon præsens non ita severe, observatus fuit, ut Patres ejusdem Concilii Nicæni (inter quos præmirebat Osius, qui huic Eliberitano interfuit) non admitterent quosdam ex hæresi venientes, ut intra finum

Vel si qui sunt in præteritum ordinati, sine dubio deponantur.

CAPUT VICESIMUM NONUM.

Hæresi notatos deponendo.

Crimen hæreticos, ut omnium gravissimum, Hispani Patres merito semper judicarunt; eaque de causa eo ante ordinationem contaminatos, vel vehementer suspectos, a Sacerdotum conventu removentur. Præclara enim D. Bernardi sententia est: Aufertur malus, ne malos generet. Melius est, ut pereat unus, quam unitas. Concilium Nicænum: Quicumque ex lapsis per ignorantiam sunt ordinati, vel contemptu eorum, qui eos ordinaverunt; hoc non præjudicat regulæ Ecclesiastice; cum enim compertum fuerit, deponantur. Idem in moechis Hispani Patres superius edixerunt: Subdiaconum, ajunt, eum ordinari non debere, qui in adolescentia sua fuerit moechatus, eo quod postmodum per subreptionem ad altiore gradum non sit promovendus; si autem aliqui sunt in præteritum ordinati, amoveantur. De Arianis conversis eandem promulgavit sententiam Innocentius Papa d. I. Alia etiam hujus Decreti ratio fuit, quia ex hæresi revertentes pœnitentiam publicam agere debebant; qui autem semel fuerant in ea pœnitentia, a Clero removebantur. Utrumque Innocentius et I. docet restringens ad Episcopos Macedoniae.

^{a Epist. 120.}
^{b Can. 10.}
^{c Can. 30. bu-}
^{jus Concilii.}

^{d Epist. 18. ed}
^{Alexand. Epis-}
^{cop. Cap. 3.}
^{e Epist. 22.}

COMMENTARII NOVI.

Quemadmodum superiore Capite vidi-
mus, hæreticos in finum Ecclesiæ
Catholicæ reversos, nullatenus esse
ordinandos; sic & modo in po-
steriore hujus Canonis parte legimus statu-
tum, ut si qui sunt in præteritum ordinati,
sine dubio deponantur. Sic & supra Can. xxx.
non modo cautum fuit, ne quisquam moechatus
in adolescentia, ordinaretur Subdiaconus, sed etiam, ut si forte per subreptionem
ordinatus fuerit, deponatur.

Verum id discrimini est inter hæreticos
ex una parte, & moechos, seu fornicarios
ex alia; quod aliqui ex prioribus in ipso Con-
cilio Niceno, Can. 11. & 12. admissi fuerint
ad Clerum post hæresin abjurata; aut in
Sacro Ordine, etiam Episcopali, permanere
permitti fuerint. Eorum vero, qui post Bap-
tismum moechati, aut fornicati sunt, ita pro-
hibetur ordinatio, ac permanentia in Ordine
suscepso, ut nemo eorum prorsus in Canonibus
antiquis Conciliorum legatur admissus,
vel ad Subdiaconatum; nemo item fornicatus
post Sacrum Ordinem receptum, permit-
sus de cetero illum exercere. Vide que supra
obseruavimus in citatum Canonem xxx.
& antea in Can. xviii. Lib. 2. Cap. 37. ac
præterea Canones Apostolorum xvi. xxv. &
xxvii. ubi lapsis in fornicationem post Bap-

tismum prohibetur aditus in Clerum, lapsis
vero post Ordinem Sacrum indicitur deposi-
cio; si quis autem renuerit abstinere ab exer-
citio Sacri Ordinis: παντοῖς εὐκοπῆς Εὐκλησίαις. Omnino absindatur ab Ecclesiæ.

Itaque Patres antiqui Ecclesiæ in hoc, &
aliis Conciliis inexorabiliores fuerunt cum
lapsis post Baptismum in peccata carnis, sal-
tem, aut præsertim notoria, quam in crimen
hæresi, quoad recipiendum, vel admini-
strandum Sacramentum Ordinis. Rationem
vero discrimini non ita facile est reddere:
cum gravius sit crimen hæresis, quam incon-
tinencia. Verum fortasse disparitas in eo sita
est, quod illa proprie loquendo, atque im-
mediate solam mentem, sive animam inficit;
huc vero totum hominem maculat, ac turpis-
simam inquinatum forde, indignum reddit ad
tractandum, & offerendum Deo, tam pura,
& sacrosancta Myteria.

Quam in rem notanda sunt verba illa-
Apoloti 1. Cor. 6. Nescitis quia corpora ve-
stra membra sunt Christi? Tollen ergo mem-
bra Christi, faciam membra meretricis? Ita
ille de quolibet Christiano in fornicationem
lapsi loquitur. Et S. Thomas ibidem inquit:
Hoc enim est borrendum sacrilegium. Quid
diceret de Sacerdotibus in carnis peccatum
lapsi? Prosequitur Apostolus: Omne pec-
ca-
Tom. II.

Z 2. 2.

catum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.

In quæ verba Augustinus Serm. 162. juxta novissimam editionem Monachorum Sancti Mauri, alias Fragmento 3. *De verbis Apostoli* in 1. Cor. 6. ait: *Videtur B. Apostolus exaggerare voluisse fornicationis malum super cetera omnia peccata, quæ et si per corpus committantur; non tamen animum humananum concupiscentia carnali ita efficiunt obstitutum, & obnoxium, quemadmodum in solo opere fornicationis corporalis commisceri facit animalium vis ingens libidinis cum ipso corpore, & unum cum ipso quodammodo agglutinari, & devinctum esse . . . ut hoc esse videatur, quod dictum est: Qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat sic enim totus homo absorbetur ab ipso, corpore, ut jam dici non possit ipse animus suus esse, sed similis totus homo dici possit, quod caro sit, & spiritus vadens, & non revertens. Sic ergo possumus intelligere: Quia omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat: ut videatur Apostolus in tantum exaggerare voluisse fornicationis malum, ut in comparatione bujus fornicationis, cetera extra corpus habenda esse duixerit, quacumque peccata: solo hoc tantummodo fornicationis malo in corpus proprium peccari dixerit, quia majore libidinis ardore, quo superior nullus est, voluptas ipsius corporis tenet servum, efficitque captivum Quia nusquam sic totus homo corporis ipsius voluptati addicitur, & ineffabiliter, vel inevitabiliter affigitur.*

CANON LII.

De his, qui in Ecclesia libellos famosos ponunt.

Si qui inventi fuerint libellos famosos in Ecclesia ponere, anathematizentur.

Adrianus Papa I. in Collectione Decretorum, quam ex diversis Conciliis Graecis, & Latinis compilavit, ad judicium litis, quam ei Tharasius Archiepiscopus Constantinopolitanus intenderat, hunc Canonem retulit; sed diversis paullo verbis, & sententia conceptum. Sic enim ait: *Si qui inventi fuerint libros famosos legere, vel cantare, excommunicentur. In hoc Concilio, qui posuerunt, ab Adriano, qui cantarunt, aut legerunt, communione privantur. Burchardus Lib. 3. Decret. Cap. 199. & Ivo Part. 3. Cap. 125. a liter: Si qui, ajunt, inventi fuerint libros famosos, & ignotis in Ecclesia legere, vel cantare, excommunicentur. Gratianus in Cap. Si qui, 5. Quæst. 1. communem hujus Concillii lectionem retinet, & Codex noster ms. Conciliorum, quam probo: Si qui inventi fuerint libellos famosos in Ecclesia ponere, anathematizentur.*

CAPUT TRICESIMUM.

Qua poena libelli famosi autores coercendi.

Qui ingenio, & virtute carent, quum illatam injuriam propulsare non possunt, putant, sed falso, quod ingenii, vel virium imbecillitate perdiderunt, sparsa libellorum infamia postea resarcire: quod levissimi, & pusilli animi indicium est, gravique poena dignum; si enim injuria voce privatim illa (*convitum vocamus*) quod honori detrahatur, poena vindicanda est, tametsi vocis facile obliviouscamur; quanto magis, quæ literis publicis, & scriptura consulo facta, quæ cum per plurimorum manus longe, lateque vagetur, tamdiu subsistit dedecus, & infamia, quamdiu illius memoria infixa hominum animis duraverit. Ideoque in omni bene instituta Republica acerbius, & atrocius hanc, quam verborum injuriam prudentes vindicarunt. Graecos, & a Gracis Romanos mutuantes, eti-

Ie-

Ienes, & molles potius, atque indulgentes in coercendis aliis injuriis, & delictis fuerint; acerbos, vehementes, & acres in puniendis famosorum libellorum Auctoribus fuisse, Lex ipsa duodecim Tabularum indicat, cuius haec verba sunt: *Si quis ablitaverit, sive Carmen considerit, quod infamiam, flagitiumve alteri precatur, capite panitor. Legis testes sunt Cicero a, Arnobius b, Augustinus c, & alii. Ejus severitatem placuisse Augullo Cæsari, inde conjectari licet, quod judicium de libellis famosis, non minus vehemens, quam maiestatis esse voluerit; sic enim scribit Tacitus d: Eum Legem majestatis reduxisse, ut non sibi lib. 4. ad illum facta arguerentur, sed & dicta; primumque cognitionem de famosis libellis specie Legis ejus traxisse: communum Caffi Severi libidine, qua viros, feminasque illustres procacibus scriptis diffamaverat. Intetabilem factum, sive Lege, sive Senatusconsulto, refert Ulpianus e: Si quis, inquit, librum ad infamiam alicujus pertinentem scriptis, compositum, natum edidit, dolore malo fecit, quo quid eorum fieret, etiam si alterius nomine ediderit, intestabilis ex Lege esse jubetur. Idem etiam Ulpianus f: Si quis, inquit, ob Carmen famosum damnetur, Senatusconsulto expressum est, ut intestabilis sit. Quis autem esset intestabilis, Caius g docuit: Cum Lege quis, ait, intestabilis jubetur esse, eo pertinet, ut nec ejus testimonium recipiatur; & eo amplius, ut putant quidam, ne ipsi dicatur testimonium. Ergo nec testis esse poterat, nec testamento facere, nec quicquam capere ex aliorum testamentis. Sic que intelligendus est Arcadius h Imperator, dum ob Carmen famosum damnatum, intestabilis fieri respondit. Dignissimus certe est, qui aliorum famam laedere curat, ut tanta infamia ipse afficiatur, ut nec ei testimonium vel dicere, vel dici licet. Quod moribus recipi oportet, ne qua solet sceleris impunitate, repetendi criminis crescat audacia; impunitatem intelligenti leviorum coercionem. At Ulpianus i eadem poena ex Senatusconsulto teneri etiam eum docet, qui επιγράμματα, aliudve quid, sine scriptura in notam aliquorum produxerit. Quo autem tempore, aut quo Auctore factum sit illud Senatusconsultum, non constat; & ambigunt recentiores, an Augusto, anve Tiberio tribui debeat; sed ego Augusto magis, quam Tiberio tribui polle, ex Suétonio k elicio: Sed adversus convitia, ait, malisque rūores, & famosa de se, ac suis carmina; firmus, ac patiens subiuste justabat, in Civitate libera lingua, mentesque liberas esse debere. Et quandam Senatu cognitionem de ejusmodi crimib; ac reis flagitante, Non tantum, inquit, otii habemus, ut implicare nos pluribus negotiis debeamus. Si hanc fenestrā aperueritis, nihil aliud agi finies; omnium inimicitia hoc prætextu ad vos deferentur. Exstat & sermo ejus in Senatu percivilis: Si quidem loquutus aliter fuerit, dabo operam, ut rationem factorum meorum, dictorumque redam; si perseveraverit, invicem cum odero. Cujus sententiam Theodosius, Arcadius, & Honorius l probarunt in Edicto ad Ruffinum P. P. probe intelligentes non omnia ad eam severitatis normam semper esse revocanda; quinimmo oportere nonnumquam Regum prudentiam, quod in subditis ex levitate processit, contemnere; quod ex infania, misereri; quod ab injuria, remittere, ut dignum Imperio, quod suscepérunt probitatis exemplum, modestia, & patientia reliquis imitandum proponant. Quod si temporum, locorum, & rerum statutis, naturaque, vel coercionem leviorum, vel impunitatem, & indulgentiam non permiserint; cum vindicandum fuerit, severe vindicandum, ut Decem-virorum olim sanxit prudenter. Nec olim solum libellis famosis, vel quacumque alia publica injuria, turpitudinis notam Principibus inurere impune licebat, sed nec illorum seculum quoquomodo criminari. Putabant enim Principes, nec immerito, ad maximas iporum pertinere laudes, seculi justitiam, morum probitatem, Legum vim, auctoritatem judiciorum, integratatem Magistratum, & omnis tandem, & publicæ, & privatæ felicitatis prædicationem, ut testes sunt Justinianus m, & Theodosius n, de his crebro in suis Constitutionibus gloriantes. Qua ratio-*

m L. Fin. de nobr. tem- p. (Scilicet nobr. tem- porum non pa- ratur.) Et in L. Unica. Si quis Imperatori maledixerit. (Obtestatori nobr. tem- porum.) Apud Caffi- dorum Lib. 2. Epist. 13. Nostr. temporis justi- tia, & alioje- pe. o L. 60. p. In L. Unic. C. De famos. libell. q. In L. t. 2. z. 3. 4. 5. Cod. Theodos. De fa- mōsi. libell. r. In L. 6. Co. 2. Tridentini Concilii Decreto. T. Cod. De fa- mōsi. libell. f. S. 5.

Quod si eorum audacia acri pœnitentia reprimenda est, qui libellos probrosis verbis, & sententiis conceptos, ad aliorum infamiam ediderint, & publicaverint; multo sane magis eorum nefaria temeritas refranenda, accusanda, & punienda, qui sacra Scripturæ verbis, vel sententiis ad eandem contumeliam, & infamiam abutuntur, ut Tridentini Concilii Decreto

COMMENTARII NOVI.

Gravioris injuria species est, quæ scri-
pto fit, quam qua voce irrogatur,
quia diutius in conspectu hominum
perleverat. Voci enim facile obliviscimur,
at litera scripta manet, & per manus multo
rum longe lateque vagatur & tamdiu subsi-
dit infamia, quamdiu memoria remanet.
Quamobrem Lege xii. Tabul. qui malo car-
mine bonam alicujus famam suggillaset, fusi-
bus seriebatur, ita concepta.

SI QVI PIPVL OCENTASIT, CARMENVE
CONDISSET, QVOD INFAMIAM
FAXIT FLAGITIVMVE ALTERI,
FVSTE FERITO.

Ad quam respexerunt Paullus Lib. 5. Sen-
tent. Tit. 4. §. 6. Injuriarum actio, aut Lege,
aut more, aut mixto jure introducta est. L.
Duodicim Tabul. De famos. carmin. membris
ruptis, & offibus fractis. Scipio apud Cicer
Lib. 4. De Repub. referente D. August. Lib. 2.
De civitate Dei. Cap. 9. Nostræ XII. Ta-
bula cum perpaucis res capite sanxissent; in
his banc quoque sancientiam putaverunt: si
quis occentassit, sive carmen condidiisset, quod
infamiam faceret, flagitiumve alteri. Præcla-
re. Judicis enim, ac Magistratum dispe-
ctationibus legitimis propositam vitam, non
Poetarum ingenitis habere debemus, nec pro-
brum audire, nisi ea lege, ut respondere li-
ceat, & judicio defendere. Arnobius Lib. 4.
advers. Gentes: Carmen malum conscribere,
quo fuma alterius inquinetur, & vita, De-
cenviribus scitis evadere nolueris impune:
ac ne vestras aures convicio aliquis petulan-
tiore pulsaret, de atrocibus formulis consti-
tuisti injuriis. Cic. Lib. 4. De Repub. refe-
rente D. August. Lib. 2. De civitate Dei. Cap.
14. Probris, & injuriis Poetarum subjectam
vitam, famamque habere noluerunt; capite
etiam puniri sancientes, tale carmen condere
si quis auderet. Horatius, Lib. 2. Epist. 1.
ad August.

Lusit amabiliter, donec jam sevus apertam
In rabiem verti cœpsit jocus, & per honestas
Ire domos impune minax: doluere cruento
Dente lacefisti; fuit intactis quoque cura
Conditione super communi; quin etiam LEX
Pœnaque lata, malo quæ nollet carmine
quemquam
Describi; vertere modum formidine fastis,
Ad bene dicendum, delestantumque redacti.

Et licet fultuarium supplicium tantum Lege
xii. Tabular. imponeretur; Cicero rem hanc
capite sancitam dicit id loco supra citato, &
aliis relatia a J. Gothofr. in Quatuor fontibus.
in Notis ad Tab. vii. Savar. in Not. ad Sidon.
Lib. 1. Epist. xi. Salvagn. ad Ovid. In Ibiu.
fol. 30 quia inter capitales poenas enumeratur
fulle teriri, ad necem cœdi. L. Qua actione 7.
§. 1. ff. ad L. Aquilam L. i. §. Occisorum. ff.
ad Syllan, Lege. Aut damnum. 8. §. 1. ff. De
pœnis. Postea S. C. cautum fuit, ut qui ad
infamiam alicujus libellum, carmen, aut his-
toriam scripsit, compositum, publice legit,
vel dolo malo facit, ut quid eorum fieret; eti-
am nomine alterius, vel sine nomine edide-
rit, extraordinarie puniatur; & ita condem-
natus intctabilis reddebat, ita ut nec telta-

mentum facere, nec testis in eo adhiberi pos-
set. Lege 5. §. Si quis librum. ff. De injuriis.
L. Ob carmen. ff. De testibus. L. 18. §. 1. ff.
Quo testamenta facere. Postea Constitutione
Valentiniani & Valentini in L. Unic. Cod. De
famosis libellis cautum fuit, ut non tantum
accusator, qui libellum scripsit, verum qui
scribi curavit, evulgavit, inventum non sup-
pressit, vel igne consumpsit; sed illum ma-
nifestavit, Capitali sententia subjiciatur; quia
dum auctorem non prodit, ipse auctor ejus
creditur. Sed hanc capitum poenam recte re-
strinxisse videntur Farinaci in Praxi. Quest.
105. num. 424. Gomez Lib. 3. Var. Cap. 6.
num. 1. Anton. Mach. De crimin. Tit. De in-
juriis, Cap. 2. num. 5. ad libellum illum,
quo gravia, & capitalia crimina alicui objici-
untur ab eo, qui sevita Judicium, aut Principis
adreperi fatigat; valde enim absurdum foret
ob quamcumque contumeliam scripto factam
re capitis poenam imminentem. Quæ sententia
confirmatur ex verbis prædictæ Constitutionis,
qua cum concipientur de salute, ac devo-
tione publica; facili innuunt, ejusmodi libel-
lum esse intelligendum casu, quo crimina capi-
talia, atque ad salutem Reipublicæ pertinentia
objiciantur; & ex aliis Constitutionibus compila-
tis in C. Theodo. sub Tit. De famos. libel-
lis, præcipue ex L. 4. in illis verbis: Famosa
scriptio libellorum, quæ nomine accusatoris
caret, minime examinanda est, sed penitus
abolenda; nam qui accusationis promotione
confidat, libera potius intentione, quam cap-
tiosa, atque occulta conscriptione alterius
debet vitam in judicium devocare. Et ex Lib.
8. Jam pridem adversus calumnias firmissima-
sunt comparata præsidia. Nullas igitur cal-
umnias metuat. Contestatio vero, quæ cap-
put alterius contra juris ordinem pulsat, de-
pressa u. stris Legibus jaceat; intercidat furor
famorum libellorum. Porro puniunt Impera-
tores Valentinianus & Valens eos quoque,
qui libellum inventum non illico consumpserint,
sed alii sensum ejus manifestaverint:
quod durum videri poterat; sed haud dubie
verba ad eum sunt restringenda, qui contenta
libello crimina dolo malo differt, ut periculum
ex ea re capitis creet infamator. Quod
qui fecit, cum eo non valde duriter agetur,
si ea poena afficiatur ipse, cuius specie lo in
alterius cervice crudeleni animum satiare
voluit.

Sacris etiam Canonibus, qui huiusmodi
libellos apponunt, excommunicantur, Cap.
Quidam, 5. Quest. 1. Et in Cap. 1. eadem
Quotidie legitur ex Adriano Papa: Qui in
alterius famam publice scripturam, aut verba
contumeliosa confinxerit, & repertus scri-
pta non probaverit, flagelletur; & qui ea
prius invenerit, rumpat, si non vult audioris
facti causam incurriere. Refert Anton.
August. in Epit. Lib. 35. Tit. 6. In præsenti
Canone non solum iubentur excommunicari,
verum & anathematizari, id est, solenniter
excommunicari, iuxta formam, & solenni-
tatem, quam retuli in Cap. Cum non ab ho-
mine, De judiciis. GONZALEZ.

CANON LIII.

De Episcopis excommunicato alieno communicant.

Placuit cunctis, ut ab eo Episcopo quis recipiat communionem, a quo ab-
stentus in crimen aliquo fuerit. Quod si aliquis Episcopus presumperit
eum admittere, illo adhuc minime sciente, vel consentiente, a quo fue-
rat communione privatus; sciat, se hujusmodi caussas inter Fratres cum sta-
tus sui periculo praetitum.

CAPUT TRICESIMUM PRIMUM.

Ab uno Episcopo excommunicatos, ab aliis non esse reconciliandos.

CUM in Canonum præcedentium, & subsequentium Decretis edendis, verbo solo Pla-
cet, Episcopos usos legamus; in hoc autem nomen, cunctis adjecit; indicium
sane est communis omnium Patrum consensus, nec in eo condendo discordes animos
habuisse, quos longa debuisset placare disputatio. Recte enim docuit Ariosteles a, ægre ferre
quemquam suo honore privari. Iccirco Patres hujus Concili communis consenserunt, a Lib. 2. acco-
ad conservandam singulorum, & omnium auctoritatem, ut ab eo percipiat is communio-
nem, a quo ante abstinens fuerat. Transtulit hunc Canonem Osius Sardicensis b. Concilii præ-
fes, in illud, ubi sic præferatur: Ofus Episcopus dixit: Hoc quoque omnibus placet, ut
five Diaconus, five Presbyter, five quis Clericorum ab Episcopo suo communione facerit pri-
vatus, & ad alterum perrexit Episcopum, & scierit ille, ad quem confugit, eum ab Epi-
scopo suo fuisse abjectum, non oportere, ut ei communionem indulget; quod si fecerit, sciat
se convocatis Episcopis caussa esse dictum. Universi dixerunt: Hoc statutum, & pacem
servabit, & concordiam custodiet. Nec in Sardicense tantum transtulit Osius, sed paulo
ante transtulera in Nicenum c: Servetur & ista sententia, ait, ut hi, qui ab aliis excom-
municantur, ab aliis ad communionem non recipiantur. Requiratur sane, si forte aliqua c. Can. 5.
indignatione, aut contentione, aut qualibet commotione Episcopi sui excommunicati sint.
Ut ergo digna hec possint examinatione perquiri, recte videtur est, & per singulos annos in
singulis quibusque Provinciis, bis in anno Episcoporum Concilium fieri, ut simul in unum
convenientes ex communi Provincia, hujusmodi examinent quæstiones; ut ita demum bi,
qui ob culpas suas Episcoporum suorum offensus merito contraxerunt, digni etiam a ceteris,
excommunicati similiter habeantur, quo usque in communis, vel ipsi Episcopo suo oīsum fue-
rit humaniore circa eos ferre sententiam. Placuit mire hoc ipsum Decretum Concilii Antio-
cheni Patribus, Carthaginensis d, Taurinensis e, Epauensis f; Syriaco d II. Can. 6.
etiam h Papæ, & Innocentio i. Omnes autem mutuo accepisse potuerunt a Canone Aposto-
lorum k: Si quis Presbyter, ait, aut Diaconus ab Episcopo suo segregetur, hunc non lice-
re ab alio recipi, sed ab ipso, qui eum sequestraverat; nisi forsitan obierit Episcopus g Can. 18.
ipse, qui cum segregasse cognoscitur. Quos omnes Canones in viridi hodie esse observantia,
jeop̄ per Africam confituros

Ideo autem Concilium dicit, non esse admittendum ad communionem ab alio Episcopo Cap. 7.
excommunicatum, & admittenti gravem severitatem sententiam comminatur, nullo discrimi-
ne constituto, an scienter, an ignoranter ille admittens sit: quia olim excommunicatorum no-
mina, non ad Presbyteros solum eisdem Diocesis, sed ad Episcopos aliarum provinciarum
remitti solebant, ut notum esset omnibus, qui ad Ecclesiæ communionem essent admittendi.
Divus Augustinus l: De Splendonio vero, inquit, quem Diaconum in Catholica damnatum, 1 Lib. 3. Con-
& a se rebaptizatum Presbyterum fecit, cuius in Gallia damnationem ad nos a Fratribus tra literas pe-
missam, Collega noster Fortunatus ibidem, apud Constantinam publice legendam proposuit. illiani. Cap. 38.
Si ex Gallia ad Africam, nec Africam solum, sed Africæ interiora, excommunicatorum no-
mina remittebant olim Episcopi, ne peccato excommunicatorum, quoquo modo perverti,
aut contaminari possent Fideles, maximam fuisse appetat, & charitatis, & Christianæ Re-
ligionis antiquis Episcopis curam.

COMMENTARII NOVI.

Considerant huic Canonii Concilium Ni-
ctennum Can. v. De iis, qui a commu-
nione segregati sunt, five Clerico-
rum, five laicorum sunt Ordinis, ab Episco-
pis, qui sunt in unaquaque provinca, valeat
sententia, secundum Canonom, qui pronun-
ciat, eos qui ab aliis ejus sunt, non esse ab
aliis admittendos. Examinetur autem, num
quid, vel simultate, vel contentione, vel
aliqua ejusmodi Episcopi acerbitate, congre-

Idem autem Decretum aduersus laicos, & Presbyteros, & Diaconos, & eos, qui sunt in Cleri catalogo, obseruetur. Arautic. Can. xi. Lugdun. i. Can. 111. Paris. 111. Can. vii. Antisiodor. Can. xxxix. Aquisgran. i. Can. xl. li. & lxxii. Valent. sub Lothario Regie Can. xv. Lateran. sub Alex. 111. Can. xxv. Regiatic. Can. xi. Roman. i. sub Nicolao i. Lemovic. Act. 2. col. 5. Melphitan. sub Urban. 11. Can. xv. Cap. Ad reprimendam. juxta veram ejus interpretationem, quam in ipsius Commentario a signavi, *De officio Ordinarii*. Alia PP. & Conciliorum Decreta congeserunt Filescus in d. G. *Ad reprimendam*. Cæsar *De Ecclesiast. hierarch* Disp. 5. §. 2. Gibalin. *De Censur. Disquisit.* 9. Quæst. 3. Proposit. 1. Confundetur enim jurisdictione Ecclesiastica, si ab uno Episcopo excommunicatus, ab alio, inscio eo, ad communionem admitteretur; & contemneretur proprii Episcopi auctoritas, si ab eo excommunicatus, apud omnes pro ejecto a communione non haberetur, ut latius prosequimur in dicto Cap. *Ad reprimendam*; ubi illustravimus celebre Concilium Toletanum XII. Canone 111. ubi de Regibus Gotthorum ita cavetur: *Vidimus quosdam, & levimus, ex numero culptorum receptus in gratiam Principum, extores extitisse a collegio Sacerdotum. Quod denotabile malum illa res agit, quia licentia principalis, in quo se solvi licentius curat, ibi alios alligat; & quos in suum communionem videtur*

C A N O N L I V.

De parentibus, qui fidem sponsaliorum fregerint.

Si qui parentes fidem fregerint sponsaliorum, triennii tempore abstineant se a communione. Si tamen idem sponsus, vel sponsa in illo gravi criminis fuerint deprehensi; excusati erunt parentes. Si vero in eodem fuerint vitio, & polluerint se consentiendo, superior sententia servatur.

IVO, P. 8. Cap. 46. *Si qui parentes fidem fregerint sponsaliorum, triennii tempore a communione se abstineant. Si tamen idem sponsus, vel sponsa in gravi criminis fuerint deprehensi, excusati erunt parentes.* Gratianus autem in Cap. Is qui, 31. Quæst 3. negationem adiecit, non recte, & quedam alia: *Si qui parentes, ait, fidem fregerint sponsaliorum, triennii tempore abstineant se a communione. Si tamen idem sponsus, vel sponsa in illo gravi criminis non fuerint deprehensi; excusati erunt parentes. Si vero in eodem fuerint vitio, & polluerint se consentiendo, superior sententia servatur.*

CAPUT TRICESIMUM SECUNDUM.

Voluntate parentum contrahi olim, & dissolvi sponsalia.

Sponsalia ab spondendo dici, Florentinus a scriptis; nam more, institutoque Majorum sponalium fuit, stipulari sibi, spondere uxores futuras, Ulpiano b auctore; & inde sponsi, & sponsæ inditum nomen, natumque appellationem, prodit idem Florentinus. Sic Servius Sulpicius d: *Qui uxorem, inquit, duxurus erat in Latio, stipulabatur eam in matrimonium ductum iri; qui daturus erat, itidem spondebat daturum.* Is contraf. a. Gellius, Lib. 4. Noct. Attic. C. 4. *In stipulationum, sponsionumque dicebatur sponsalia, tum que promissa erat, sponsa appellabatur; qui spondederat duxurum sponsus. Formulam stipulationis, sive sponsionis e. L. 5. De lin- gua Latina. refert: Spondeo tuam natam uxorem iri? Spondeo. De futuro ergo matrimonio contrahendo facta promissio, vel sponsio, sponsalia vocantur; haec enim præcedebant s. L. 8. Confess. matrimonium: Ne (ut Augustinus docet) viles habeant statim uxores mariti datas, quas c. 3. sponsi aspirabant dilatas. Mirum enim auger charitatis, & amoris desiderium, ejus rei, quam ames, dilatio; idque receptum est etiam apud nos, ut interim ante nuptias proponit in Ecclesia a Parochis matrimonium futurum, cum interposita temporis intercapedines*

ut si quod sit impedimentum, vel consanguinitatis, vel affinitatis, aut alia his similia; opponatur interim, & probentur ad impediendum futurum matrimonium. Hæc autem sponsalia olim sine parentum consensu non celebrabantur, ut Paullus a docet: *In sponsalibus, ait, etiam consensus eorum exigendus est, quorum in nuptiis desideratur.* At in nuptiis parentum consensum desiderari, idem Paullus b affirmat: *Nuptia, ait, consenserit non possunt, nisi consentiant omnes, qui coeunt, quorumque in potestate sunt.* Neque ejus solum, qui in potestate habet, sed eorum etiam, in quorum sunt postea recasuri, consensus requiritur, ut nepos, qui in potestate avi est, etiam de patris voluntate uxorem debet ducere; quamvis non sit in ejus potestate; sat enim est quod spes sit, fore illum aliquando cum omnibus suis liberis, quod ea ratione est constitutum, quia maxime nostra intereat, ex qua uxore nobis generentur, qui nominis nostri, sanguinis, & familiæ hæredes futuri sunt, & successores. Quare Paulus c: *Nepoti uxorem ducenti, & filius consentire debet; nuptis vero si nubat, voluntas, & auctoritas avi sufficit.* Quod Accursius, & reliqui sui sectatores, omnis Romanæ antiquitatis periti, ideo institutum putant, quia oportet mulierem accelerari nuptias, ne quicquid interim turpidius admittantur. Quæ ratio non satis idonea est; congruentior multo quæ ex antiquis Romanorum moribus erui potest; liberi enim, qui ex nepote descendunt, non avitum, sed & patris nomen, familiam, & agnationem, & sequi, & conservare debebant; quod latius diximus ad Canonem XLI. præcedentem. Non ergo immitto, & avi, & patris consensum, auctoritatemque Leges desiderarunt; quod maxime utriusque intereat, qui eorum familiæ inferi debuissent. At filii, descendentesque ex nepote, non patris, aut avi non retinebant, sed in mariti nomen, familiam, & gentilitatem abibant. Prænomen enim virginis non imponebatur, antequam nuberet; nubens vero quod mariti erat in duebat. Quare patris materni nihil intererat ad agnationem, & familiæ auctoritatem, ex quo patre filia liberos esset suscepitur; ad conservandam autem patriam potestatam sat erat, si avi consilio, consensu maritum elegisset. Quod si absque parentum voluntate filius, filiale matrimonium iniret (de filiis in potestate intelligo, nam emancipati tanquam extranei hac Lege sollebantur) irritum erat, & nullum, natique ex illo liberi, prorsus illegitimi habebantur d. Apulejus e: *Impares, inquit, nuptia, & præterea in villa, & patre non consentiente facta, legitima non possunt videri, ac per hoc sparius iste nasceretur.* Paullus f: etiam: *Eam, inquit, qui vivente patre, & ignorantre, de conjugatione filii conceptus est, licet post mortem avi natus sit, justum filium ejus, ex quo conceptus est, non videri; illis enim nuptiis non consensit pater.* Quod si contractum matrimonium tacite saltum ratum habuisset, nasceretur iste patri suo legitimus, ut Alexander g Imperator rescripsit. ad Maximam: *Si, ut propositis, pater quondam mariti sui, in cuius fuit potestate, cognitis nuptiis vestris non contradixit, vereri non debet, ne nuptem suum non agnoscat.* Sed quia dubium videri posset, cur cum matrimonium ab initio nullum, defuncto jam avo, Legibus confirmetur, filius ex eo susceptus illegitimus habeatur? ea ratio est, quia matrimonii confirmatio id solum tempus respicit, quo & avus defunctus est, & jam filius conceptus; at filium injuste conceptum, pro iusto haberet, aequum Romanis non fuit, quod tamen in filiis concubinae a Justiniano h emendatum est; decretivit enim, filios injuste susceptos, matrimonio sequenti reddi legitimos, & hæreditatis, rerumque omnium, cum his, qui in ipso matrimonio nascuntur, fore participes: *Cum gratias agere, ait, fratribus suis posteriores debeant, quorum beneficio ipsi sunt justi filii, & nomen, & ordinem subsequuntur.* Amor enim susceptorum antea filiorum jungendi poltea matrimonii desiderium, voluntatemque videtur conciliaffe. Sed cur non idem decretum fuerit in eo, quod Paullus respondit, in promptu ratio est; nam si filii ex eo matrimonio suscepti, quod sine patris consensu celebratum est, ejus morte confirmato matrimonio efficerentur legitimis; nulus esset, qui, spropto patris consensu, uxorem ducere, & filios procreare non mallet; quod certam haberet spem, defuncto patre, justum matrimonium futurum, liberosque anteinjuste conceptos, justos habendos, & legitimos. Quod ut patris potestatis, & pudicitiae etiam Legibus contrarium, repudiavit Romanorum prudentia; at hoc in filiis concubinae contraria habuit æquitatis rationem, ut videlicet quam turpi concubitu quisque tenebat, eam ut justam, & legitimam uxorem sibi velle postea faciere. Sine parente ergo consensu filius, filiale neque nuptias, neque sponsalia contrahere poterant. Sed an contracta jam dissolvere possent, audiamus Ulpianum i: *In potestate, inquit, manente filia, pater sponso nuncium remittere potest, & sponsalia dissolvere.* Id tamen Jure veteri Latinorum, nec patres, nec sponsi facere poterant sine causa; quod si ficerent, ex sponsu actio dabatur. Quod postea Lege Civili Romanorum sublatum est, ut major esset matrimoniorum libertas. Quod Aulus Gellius k retulit ex Sulpicio, & Neratio: *Sponsalia, inquit, in ea parte Italia, quæ Latium appellatur, hoc more, atque iure solita fieri scriptis Servius Sulpicius in Libro, quem scripsit, De dotibus. Qui uxorem, inquit, duxurus erat, ab eo, unde duxenda erat, stipulabatur eam in matrimonium ductum iri, qui daturus erat, idem spondebat.* Is contractus stipulationum, sponsionumque dicebatur sponsalia; tum que promissa erat, sponsa appellabatur; qui spondederat duxurum, sponsus. Sed si post eas stipulationes uxor non dabatur, aut non duxebatur; qui stipulabatur, ex sponsu agebat; judices cognoscabant; quamobrem data, acceptave non esset uxor, index quærebat, si nihil justæ causæ videbatur, item pecunia estimabat, quantique interfuerat eam uxorem accipi, aut dari eum, qui spondederat, aut qui stipulatus erat, condemnabat. Hocque sponsaliorum jus observatum dicit Servius ad id tempus, quo Civitas universa Latium Lege Julia data est. Haec eadem Neratius scripsit in Libro, quem, De nuptiis, compositum. Hæc Gellius. Eo autem tempore ut majus sponsalia habitura forent ma-

a L. 35. Ad editum in L. 7.
De sponsal.

b. Ad editum.
L. 2. De rit. nu-
pt.

c. L. Oratione
de rit. nupt.

d. L. Filius e-
mancipatus 15.
de rit. nupt.

e. Lib. 6.

f. L. 11. De sta-
tu hominum.

g. L. 5. De nu-
pt.

h. L. Cum quis,
C. de naturali
liberte.

i. L. In potesta-
te. 10. De spon-
salia.

K. L. 4. Noct.
Attic. C. 4.

mentum, pœnam illi certam solebant addere, quam postea, quod matrimonii libertatem, a L. Titian. 34. impediret, irritam declararunt Jurisconsulti, Paullo^a referente. Honeitius enim putarunt, De verb. obl.

b L. 19. De ver. cum conjugium non sit aliud, quam duorum voluntates undequaque consentientes, illud amore potius, quam pœna metu, aut conciliari, aut retineri. Eaque de caudâ minus firmum pactum esse voluerunt, quod liberam impedit vel divorcii licentiam, ut Pomponius^b oblit. c In Tiber. C. 34. scriptis. Si autem illud juramento firmaretur, relaxatione, & indulgentia Principis opus fuisse, indicat Suetonius^c, dum refert, Tiberium equiti cuidam Romano jurisjurandi gratiam fecisse, ut uxorem in stupro generi compertam dimitteret, quam se nunquam repudiaturum juraverat.

Cum ergo tempore hujus Concilii de sponsaliorum vi, & auctoritate levius judicaretur, adeoque simplices haberentur futurorum nuptiarum reprobationes, ut libere infringi possent, & dissolvi indignum visum est Patribus ætate sua, & Religione, fidem ad tantum sacramentum datum, tanta facilitate violari: cum nihil sit æquitati naturali magis consentaneum, quam illam in rebus omnibus, sed in sponsalibus præcipue, observari; ideoque decreverunt, ut si patres, ad quos pertinebat sponsalia sui, & filiorum nomine contrahere, & contracta dissolvere, ea irrita facerent, triennii tempore a communione abstinerent.

Constat hinc etiam, antiquum a Romanis jus parentibus ad sponsalia filiorum delatum, ab Ecclesia non improbari: quinimmo sic probatum legimus, ut minus legitimum haberetur matrimonium, quod si ne eorum consensu celebraretur. Euaristus^d Papa hanc non novam institutionem a se, sed antiquam a Sancti Patribus, & Apostolis traditam, scribit ad Episcopos propria suffraganaria Africae: *Aliter (inquit) legitimum (sciat a Patribus accepimus, & a Sanctis Apostolis, gaveris). Legit eorumque successoribus traditum incenimus non sit conjugium, nisi ab his, qui super ipsam ex veluto Co. dice Antonius^e feminam dominationem habere videntur, & a quibus custoditur, uxor petatur, & a parentibus ad matribus. & propinquoribus sponsatur, & legibus dotetur, & suo tempore Sacerdotaluer (ut ginem, Quæ lemos est) cum precibus, & oblationibus a Sacerdote benedicatur. Aliter (additio post alia) cito verius est: præsumpta, non conjugia, sed adulteria, vel contubernia, vel supra, aut fornicationes nunc si ut in cœniis legit. potius, quam legitima conjugia esse non dubitatur, etiam si voluntate propria suffragaverit. tur; Nisi vero Hadem, que Euaristus Pontifex, dixerat ante Tertullianus^f, Afer & ipse: quod ad Epitomam propria: Iota auctoritatem contra Magdeburgenses additum velim: Unde (inquit) sufficiam ad enarrandum felicitatem ejus matrimonii, quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & ob rot verbis extaggerat volun signatum Angelii renunciant, pater ratum habet? nam nec in terris filii sine consensu parentum rentum rite, & jure nubent. Sic etiam Pontificis Evaristi Decretum, citato proprio Evaristi in nuptiis filia nomine (ne quis temere illius Epitome elevet auctoritatem) renavandum placuit recentioris rum desiderari, Concilii Coloniensis Patribus^g. Idem fere Hormisda^h & Papa ad Eusebium Episcopum: Tua dem sufficeret: sicutitas, inquit, requirivit a nobis, fratre venerante, filio adulto, quem pater (in alias ut refertur a legitur mater, parum recte) matrimoniam contrahere vult, si sine voluntate filii aduliti Gratiano.*

Grat. in Can. facere potest: ad quod dicimus, si aliquo modo non consentit filius, fieri non posse: potest

Aliter, 30. Q. 5. tamen de filio nondum adulto (voluntas cuius nondum discerni potest) pater eum, cui vult

c Lib. 2. ad u. in matrimonium tradere, & postquam filius pervenerit ad perfectam etatem, omnino obser-

xorem, Cap. 9. vare, & adimplere debet. Huc omnibus orthodoxæ Fidei sancimus, & vobis tenenda man-

f P. 7. Can. 4. damus. In ejus interpretatione, Glosa verbo, consentit, & verbo, debet, antiquum

g Refertur in: damus. In ejus interpretatione, Glosa verbo, consentit, & verbo, debet, antiquum

Cap. 1. De spon. jus (ut solet) miscens cum recentiori, ad debitum illud refert honestatis, non autem necessi-

imp. statis: quod postremae Decreti verba, quæ in originali extant, non admittunt: Hac, ait,

omnibus orthodoxæ Fidei sancimus, & vobis tenenda mandamus. Et illa etiam, quæ in ipso

contextu sunt: Omnia debet hæc adimplere; quæ neutiquam dicturus esset Pontifex, si con-

silium solum, non autem præceptum ea Constitutione vellet contineri. Confirmant hæc, quæ

h Ep. 1. C. 38. D. Basiliusⁱ scribit ad Amphiliocium Iconii Episcopum: Puellis, inquit, quæ præter pa-

tris sententiam fornicatores secuta sunt, reconciliatis parentibus, videtur res remedium ac-

cipere; sed non protinus ad communionem restituuntur, sed triennio puniuntur. In ejus

i In explicatio- interpretatione, quia Evaristi Decretum confirmat, quæ Theodorus Balsamon^j docuit, Pau-

ne ejusdem Ep. cis recitavero: Puellas, inquit, hic Sanctus eas, quæ sunt in potestate parentum, appellat.

Basilius. Dicit ergo, quod si alicuius puellæ tradent seipsum suis amatoribus præter fornum parentum sententiam, & ab illis vitium illis allatum sit; etiam si matrimonio sibi esse conjunctæ videantur; matrimonium ejus, quæ est in parentis potestate, non possit consistere sine paterna voluntate. Sin autem parentes ipsorum ei reconciliati fuerint, & eas cum amatoribus cohabitare voluerint, ei rei illa ratione videtur remedium afferri. Quod enim ab initio ma-

les factum est, parentum postea consensu robarare videtur, ut fornicatio in matrimonium deducatur. Sed ea non est statim ad communionem recipienda, sed post tres annos. Ne fa-

sti autem speciem hoc in loco sic posueris, raptam snissimam pueram. Ex trigesimo enim Canone,

& ex aliis didicisti, quod si raptus factus fuerit, sive cum puellæ voluntate, sive ea nolen-

te, non consistit matrimonium, etiam si qui babent in potestate, consentiant. Sed pene, eam,

quæ est in potestate, non raptam, cum qui illi stuprum intulit, sequi; propterea enim se-

quens consensus facit, ut a culpa remotum sit conjugium. Hac autem, ut mibi videtur,

locum habebant, quando solo consensu consiliebat matrimonium. Hodie autem quoniam sit cum

sacra benedictione, etiam si parentes consentiant, non sit matrimonium cum sacra benedictione,

ni si tres penitentia anni expletæ fuerint, vel ab Episcopo pro suo arbitrio ad tempus

brevis redacti sint. Quæ autem Basilius^k adjecit pollea, priorem hanc suam sententiam aper-

tius explicabunt: Quæ sine iis, ait, qui habent potestatem, sunt matrimonia, sunt fornicatio-

nnes. Nec ergo vivente patre, nec domino, si, qui convenient, sunt ab accusatione liberi, do-

nece conjugio domini annuerint; tunc enim accipit firmitatem conjugium. Quo parentum igi-

torum

tur potestatem, & Religionem, ob filiorum pudorem, & observantiam, ob matrimoniorum fidem, & honestatem, ob communemque bene instituta Republicæ rationem, talēm consensum non solum desiderans, sed exigile prima Ecclesia Patres non immerito videntur ad tam diuturnam, & inseparabilem vitæ conjunctionem; tametsi sacræ posterioris Ecclesiæ Constitutionibus cautum sit, ob Religionem Sacramenti solum conjugum, sive jungendorum consensum sufficere, ut Nicolaus Papa a ad Consulta Bulgarorum respondit: Sufficiat, inquit, secundum Leges solus eorum consensus, de quorum conjunctionibus agitur. Qui consensus si Grat. in C. Sul- a C. 5. in C. Sul- b Cap. Tu. tra. 37. Q. 2. Sic etiam Innocentius III. b matrimonium contrahi per legitimū viri, & mulieris conse- tura, Brixensi Episcopo rescriptit.

Sed quia hæc recentiorum multi sinistre interpretantur, afferentes, matrimonium etiam Jure ipso Canonico, sine parentum consensu contrahi valide non posse; testimonis alii rem ipsam confirmabo. Lucius^c III. in Epistola ad Burgessem Episcopum, matrimonium inter raptorem, & raptam, non solum non consentientibus, sed invitatis, & contradicentibus parentibus, ratum, & firmum esse ait: Respondemus, inquit, quod cum ibi raptus dicatur admitti, ubi nihil ante de nuptiis agitur, iste raptor dici non debet; cum habuerit mulieris assensum, & prius eam despontaverit, quam cogitaverit; licet parentes reclamaverint, a quibus eam dicitur raptisse. Clarius multo Concilium Tridentinum a: Tametsi, inquit, dubitandum non est, clandestina matrimonia libero contrahentium consensu facta, rata, & vera esse matrimonia, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit; & proinde jure damnandi sint illi (ut eos Sancta Synodus anathemate damnat) qui ea vera, & rata esse negant, quique fulso affirmant, matrimonia a filiis familiæ sine consensu parentum contrahæ, irrita esse, vel irrita facere posse &c. Et hoc jure utimur; tametsi concedere necesse sit, ad debitam officiæ, & matrimonii honestatem, congruentius, decentiusque filios facturos, si parentum consensum expofcant, ut illis commode quadret quod Christi ore prolatum Matthæus^d e Matt. C. 18. retulit: Quos Deus conjinxit. Aliter enim quomodo conjuxile illos Deum credendum est, quos non honestas conjugii, non obsequium, & reverentia parentum, sed intemperans libido, effrenataque animi cupiditas conciliavit? Hac enim de causa Divus Ignatius^e non cum consensu modo parentum, sed & Episcopi consilio, & arbitrio ineunda conjugia, ad Polycarpum scriptit: Decet, inquit, ut, & ducentes uxores, & nubentes, cum Episcopi arbitrio conjugantur; ut nuptia juxta præceptum Domini, non autem ob concupiscentiam, coiffe videantur.

COMENTARII NOVI.

I Nillogravi crimen.] Hæc lectio mihi magis accidet, quia magis consentanea rationi, rationem quippe continent, quamobrem parentes omni culpa, & crimine liberantur; qui cum qui matrimonium contraherant, sponsi, & sponsæ, fidem datam perficerint, parentes, & agnati omni culpa vacant. AL-BASPINÆUS.

Jure Civili filii, filiæque familiæ neque sine suo, neque sine parentum consensu sponsalibus obligari poterant. Lege, Sponsalia. 7. De sponsal. Unde quidam filius apud Terentium ajebat: Nonne oportuit, præfuisse me ante? nonne prius communicatum oportuit? Elegantur Ovidius sub Acontii nomine: Nam quod habes & tu humani verba altera publi.

Nou erit iccirco par tua causa mea.

Hæc mibi te pepigit; pater bane tibi: primus ab illa:

Sed propriæ certe quam pater ipsa sibi est.

Promisit pater bane: hæc & juravit amantis;

Ille homines, hæc est testificata deam.

Hic metuit mendax, hæc & perjura vocari.

Nam dubitas, hic sit major, an ille metus?

Ratio in promptu est, quoniam etsi antiquo

Jure vendi emanciparique filii possint arbitra-

tu parentum; tamen quoniam jus matrimonii

non mere Civile, sed magna ex parte Pontifi-

ciūm erat, & Sanctum habebatur. Unde pro-

ppter sanctitatem matrimonii, etiam filiorum,

filiarumque consensus requirebatur, adeo ut

sponsones parentum sine liberorum adstipula-

tione, quamvis adjecta pena fuisset, nullius

TOM. II.

momenti haberentur; quia sponsiones illæ eos tantum tenebant, non filios aut filias, Lege Filio. 13. ff. De sponsal. L. 2. ff. De jure dot. L. Titia. ff. De V. O. Quoniam non tam requireretur, ut consentirent, quam ne justæ ex causa contradicerent, veluti si turpem, aut alioqui indignam sponsam elegisset.

Lege, Sed & quæ. 12. ff. De sponsal. Qua de

causa liberorum taciturnitas hoc casu pro

consensu habebatur. d. Lege, Sed & quæ. Et

ita parentes pro eis sponsalia contrahebant.

Lege, Si pater. C. De sponsal. stipulatione in-

terposita, juxta formam quam refert Plautus in Trinummo.

LY. Sponden ergo tuam gnatae uxorem

mibi?

CH. Spondeo, & mille auri Philippum dotis.

LY. Dotem nibil moror.

CA. Si illa tibi placet, placenda dos quoque

est, quam dat tibi.

CH. Postremo quadvis non duces, nisi illud

quid non vis, feras.

CA. Fuis hic orat. LY. Impetrabit te advo-

cato, atque arbistro.

Istac lege filium tuam sponden mihi uxorem

dari?

CH. Spondeo. CA. Et ego spondeo idem hoc.

Nec sine parentum consensu ipsi filii sponsalia

contrahebant ob civilem rationem, ne sequito

matrimonio, avo invito, nepos suus hæres

agnosceretur. Leg. Si ut proponis. C. De nupt.

Jure etiam Pontificio parentes pro filiis

sponsalia contrahere posse, constat ex Cap.

Vbi. 30. Quæst. 1. Cap. 1. Cap. Litteras, De

A. a. 2. de-

desponsatione impuber. Cap. i. eod. Tit. in 6. immo filii, si Jus antiquum attendamus, nec valide, nec licite, absque consensu parentum matrimonium contrahebant. *Euaristus* in Cap. Aliter. 30. Quæst. 5. cuius sententiam ita percepereunt PP. Concilii Colonien. sub Paullo 111. P. 7. Cap. 43. dum ajunt: *Optandum, ut Canon Euaristi Pontificis Generali Concilio renovetur; tollanturque illa clandestina matrimonia, quæ invitis parentibus, & propinquis, timoris potius, quam Dei causa contrahuntur.* Inter ea vero dum Ecclesia de hoc proficit, si non irrita, prohibita saltam sunt. Basil. ad Amphil. Cap. 22. 38. & 42. ibi: *Quæ sine his, qui habent potestatem, sunt matrimonia, sunt fornicationes.* Neque ergo vivente patre, nec domino, ii qui convenient, sunt ab accusatione liberi, donec conjugio domini annuerint; tunc enim accipit firmatatem conjugium. Cap. Non omnis. Cap. Honorantur 32. Quæst. 2. Tertul. Lib. 2. *Ad uxorem*, Cap. 5. Unde sufficiam ad enarrandam felicitatem ejus matrimoni, quod Ecclesia conciliat, confirmat oblatio, & obfigratum Angelis renunciant, pater ratum habet? Nam neque in terris sine consensu parentum filii recte, & jure nubent. Illud tamen late Basil. *De matrim.* Lib. 2. Cap. 1. Germon. Lib. 2. *Animadvers.* Cap. 11. Spencæus *De clandest. matrim.* Cap. 1. cum seqq. Azor. Tom. 1. Inff. Lib. 5. Cap. 20. Georg. Ambian. ad Tertull. *De veland.* Cap. 11. Observ. 3. Hothoman. *Illustr. Quæst.* 9. Grotius, *De jure belli.* Lib. 2. Cap. 5.

Triennii tempore abstineant se a communione.

CAPUT TRICESIMUM TERTIUM.

Sponsalia infringentes mortali culpa obnoxios.

^a Cap. 53.

Dacent præclare Concilii Meldensis^a Patres, excommunicationem pro peccato mortali solum imponi. Quare fateri necessario tenemur, sponsaliorum fidem frangentes, vel impedientes (cum non solum simplici excommunicatione, sed excommunicatione triennii puniantur) crimen admittere capitale: hoc enim significasse Patres, quinimmo disertis verbis docuisse videntur; dnm itatim subjungunt, loquentes de ipsis sponsis: *Si tamen idem sponsus, vel sponsa in illo gravi criminis fuerint deprehensi.* Grave crimen vocant, tanquam capitale: alioquin si leve esset, aut veniale, a gravi quidem nomine omnino abstinuerint. Quod si grave est illorum parentum crimen, & excommunicationis pena merentur qui fidem filiorum humanam in sponsalibus datum impediti; qua pena illos censibus dignos, qui fidem natorum Deo aeterno, optimo, & præpotenti datum, etiam non solenni, sed simplici voto confirmatam, labefactare, aut quoquo modo impidire conantur? Si prius crimen est excommunicationis censura puniendum; posterius profecto velut sacrilegium Christiano viro indignissimum, acriori esset pena vindicandum.

Nec Ecclesiæ minus Decreta, & juris naturalis, Divinique rationem offendunt illi, qui ad sponsalia, vel matrimonium contrahendum adiungunt invitatos. Sponsis enim quum adempta propria contractus libertate, durissimum servitutis jugum imponunt, gravioribus se aeterna Legis vinculis devincunt. Quod Concilii Parisensis^b Patres apertius declararunt, dum & illos damnaverunt anathemate, qui Principis alicuius gratia, & favore fulti, sine propria, vel parentum voluntate aliquam duxissent in matrimonium, vel rapuissernt potius, uxorem. Quorum judicium ratum habentes Sanctissimi Tridentini^c Patres, ipsos etiam Principes, vel Magistratus diris devovent, qui terreno (ut ajunt) affectu, & cupiditate obsecrati, vel viros, vel mulieres sub eorum jurisdictione degentes, maxime divites, vel ipsem magnæ hereditatis habentes, minis, vel poenam adiungunt cum his matrimonium invitatos contrahere, quos ipsi Principes, vel domini temporales, vel Magistratus præscriperint.

^b I. Can. 6.

^c Sess. 24. de reformatione.

Cap. p.

COMMENTARII NOVI.

Eodem etiam Jure Civili inspecto ex sponsalibus civilis nascebatur obligatio, ex eaque dabatur actio, quæ ex sponsa dicebatur, adversus eum, eamve, per quem factum esset, quominus nuptia sequentur; fiebatque condemnatio in id, quod alterius intererat, licet aliquando moris fuisset, ut certa summa poena nomine in stipulationem dederetur. Aulus Gellius Lib. 4. Noct. Cap. 4. Cum enim ejus quod interest estimatio in cauissimis omnibus difficilis esset, atque in conjugali affectione difficillima; ideo ponam adjici, & stipulationem poenalem interponi solare, constat ex Lege ult. ff. *De Praetor. Sipul.* Post vero corruptis, ac perditis Civitatis Romanæ moribus, cum flagitiosa, & detestanda repudiorum libertas increbuisse; institutum fuit, ne ulla ex sponsalibus civilis obligatio nasceretur; sed libera renunciatio esset, neque ulla eo nomine actio, petitio daretur. Lege 1. Cod. *De spons.* Lege 2. Cod. *De repud.* adeo ut, si poena deducatur in stipulationem fuisset, nec ipsius quidem nomine actio daretur. Leg. Titio. 71. §. 1. ff. *De condic.* & demonstr. Leg. Titio. 134. ff. *De V.O. L. 2. C. inutil. Sipul.* Novel. 74. Leonis. Unde sensim contra juris directi regulas inductum

Si tamen iidem sponsus, vel sponsa in illo gravi crimine fuerint deprehensi,

CAPUT TRICESIMUM QUARTUM.

Contractum sponsaliorum ab Ecclesia irritandum, nisi certa solennitate celebretur, consentaneum videri.

Cum datam igitur in sponsaliorum contractu fidem fallere, grave crimen esse Hispani. Patres hoc Canone admoneant; idque consentaneum fit antiquis, & recentioribus Sanctorum Patrum institutis; rem sane feceris B. Pater, prudenter, & auctoritate tua dignissimam, si ad effugiam, & fugandam turpem illorum impudentiam, qui futuri matrimonii praetextu, puellas incutas in fraudem illiciunt, sponsalia sine certa solennitate, Notarii saltam, & testium, aut alia simili forma contracta, irrita fore, & nulla decreveris, ut publica justitia auctoritas privatis dolis, & fraudibus aditum intercludat, exemplo sanctissimi illius Decreti, quod uberrimo, & Ecclesiæ, & Fidelium fructu, in matrimonii clandestinis Concilium Tridentinum^a constituit.

^a Sess. 24. De reformatione.
Cap. 1.

Excusati erunt parentes.

CAPUT TRICESIMUM QUINTUM.

Parentes, si filiis sponsalia infringentibus consentiant, peccare;
secus si non consentiant.

Si dissolvendi sponsalia filii, non parentes, causam præstiterint (poterant id facere, non emancipiati, sed & filiifamilias, quos ad nuptias cogendos non esse, Terentius Clemens^b scripsit) excusandos parentes a poena decernit Concilium, illo addito: *Quod consensum talis diffidio non præstiterint:* præstito enim, ut consentientes, & participes criminalis, puniendo poenitentia superiori triennii declarat. Sed mirum est de filiorum poenitentie Episcoporum silentium: eos tamen eadem poena puniendo, sensu magis, quam verbis Decretri alius crediderit; quos ideo Patres hujus Concilii omiserunt, quod frequentius a parentibus, quam a filiis sponsalia, & contraherentur, & dissolverentur. At in Lege ferenda, frequentiora referri debere, & omitti infrequentia, Philosophorum Placitis, & Jurisconsultorum, Imperatorumque Constitutionibus cavetur.

^b Lib. 3. ad Legem Julianam, & Papiam, in L. Non cogitur: De ritu nupt.

CANON L V.

De Sacerdotibus Gentilium, qui * non sacrificant.

^{* Jam non.}^{ad idola .}

Sacerdotes, qui tantum sacrificantium coronam portant, nec sacrificant, nec de suis sumptibus aliquid * Idolis præstant, placuit post biennium accipere communionem,

CAPUT TRICESIMUM SEXTUM.

Cur coronis uti Sacerdotibus interdictum sit, & qua fuerint istae coronae.

^{a De corona militis. C. 10.}^{b Lib. De la- phis.}^{c Lib. 16. Hi- stor. naturalis. C. 4.}^{d De corona mi- lit. Cap. 7.}^{e Lib. 5. Ge- nialium dictum Cap. 27.}^{f De idolatria & De corona militis.}^{g In Domitiano C. 4.}^{h De corona militis. & Apo- logerico adver- sus gentes.}^{i Lib. 2. Peda- gog.}^{k In Ostavio.}^{l Lib. De coro- na militis. Cap. 2. & Lib. De pre- script. ad- versus hereti- cos.}^{m In Ostavio.}^{n L. 14. De pa- gan. sacrificiis. Lib. 16. Tit. 1. in C. Theodos.}

Coronis ornari Sacerdotes ethni corum, cum Diis Sacra facerent, Tertullianus ^a est auctor: *Ipsa denique fore, inquit, ipsa hostia, & Ara, ipsi Ministri, & Sacerdotes eorum coronantur. Habet omnium Collegiorum Sacerdotatum coronas apud Claudium. Cyprianus ^b: Ab impio, ait, sceleratoque velamine, quo illuc velabantur, sacrificantium capita captiva, caput vestrum liberum mansit. Frons quum signo Dei pura, diaboli coronam ferre non potuit, corona se Domini reservavit. Quam vos latro finu excipit Mater Ecclesia de prælio revertentes?* Ante hos Plinius ^c: *Antiquitus quidem, ait, nulla corona, nisi Deo, dabatur; ob id Homerus Calo tantum eas, & prælio universo tribuit, viritim vero, nec in certamine quidem ulli. Feruntque, primum omnium Liberum patrem imposuisse capiti suo ex bedera. Postea Deorum bonorum sacrificantes sumptere, vicitim simul coronatis.* Nec Sacerdotes tantum coronabantur, sed & omnes, qui ea Deorum ethnikorum Festi celebrabant, vel solemni prectione supplications faciebant. Positis enim per omnia Fana, & Delubra pulvinaribus, Senatores, Patricii, non unquam omnes Tribus, & Ordines cum conjugibus, & liberis, præeunte Pontifice Maximo, aliquando Duum-viri, pueris, ingenuis, libertinis, virginibusque, patrimis, ac matrimis, coronati incedebant, lauream manu tenentes, ut docet Tertullianus ^d, & aliis congestis Auctoriibus probant recentiores ^e. Coronas autem Sacerdotum Provincialium fuisse aureas, scribit idem Tertullianus ^f, & Suetonius ^g. Aliquando contextas ex floribus, idem Tertullianus ^h, Clemens Alexandrinus ⁱ, & Minucius Felix ^k. Tametsi enim Sacerdotes, nec sacrificarent, nec præstarent aliquid ad Sacra Diis facienda de suis sumptibus, voluit Concilium, nec coronas terre posse; quod in ipsius Christianæ Religionis initis congruum videretur, ut qui Christo nomen darent, non solum a profanis Gentilium ceremoniis caverent, & ab his, quæ manifestam præferebant impietatem sed se ab his etiam temperarent, quæ indifferentia, ut vocant, videri possent. Coronam enim, vel auream, vel frondeam, in capite ferre, vel non ferre, parum sane retulerat; verum quia Gentiles in Deorum Sacrificiis, vel Sacris illam usurabant; merito Christianis illis uti, interdictum fuit, ne profanis illorum idolatriæ ritibus subficerere viderentur; nec aliqua intercederet Fidelibus conventio cum Belial. Quare non a Sacerdotibus tantum ethnikorum ad Fidem conversis, sed & ab omni Christiano Catholico, & a Catechumeno, id summe cavendum, monet Tertullianus ^l: *Neminem dico, ait, Fidelium coronam capite nosse, alias extra tempus tentationis hujusmodi. Omnes ita observant a Ca- techumenis usque ad Confessores, & Martyres, vel negatores. Minucius Felix ^m: Quis au- tem ille, qui dubitat, vernis indulgere nos floribus, cum capiamus, & rosam veris, liliam, & quicquid alind in floribus blandi coloris, & odoris est? bis enim & sparsis utimur mul- libus, ac flutis, & fertis colla complectimur. Sane quod caput non coronamus, ignoscite. Auram boni floris naribus ducere, non occipitio, capillisve foliemus haurire. Coronas autem has Sacerdotes ideo circumstulisse, ut honorem Diis, vel eorum Sacrificiis adhiberent, ver- rosumile erat, & ut honoribus præterea Sacerdotum ethnikorum, & privilegiis truerentur. Constat enim, illi multa fuisse conceilla, quæ, propagata Religione Christiana, sublata fuisse Constitutione Arcadii, & Honori compertum est, in Rescripto ad Cæsarium Praef. Præ-*

Nec sacrificant.

NON solum in Sacrificiis idolatriæ crimen contrahitur, sed in omnibus his, quæ ad cultum Deorum quoquomodo spectant; quare in Concilio additum est: *Nec &c.*

Nec de suis sumptibus aliquid ad Idola præstant.

CAPUT TRICESIMUM SEPTIMUM.

Idolatriæ crimen in quibus contrahatur.

^{o Lib. De ido- latria. C. 16. p Tertull. Cap. 17.}

IIdolatriæ crimen incurtere, qui sumptum aliquem præstiterit ad Sacrificia, Tertullianus ^o docet: *Plane ad Sacerdotium, inquit, & Sacrificium vocatus non ibo, pro- prium enim Idoli officium est; sed neque consilio, neque sumptu, aliave opera in ejusmodi fungar.* Et post alia ^p: *Sed si merum quis sacrificanti tradiderit, immo si verbo quo-*

que, alsoque Sacrificio necessario adjuverit, minister habebitur idolatriæ. Ante Tertullianum Apołtoli ^a: *Si quis, inquit, Christianus oleum ad Sacra Gentilium, aut ad Synago- gam Iudeorum in Festis eorum detulerit, aut lucernas incenderit, a communione excludetur.* postol.

COMENTARII NOVI.

Sacerdotes.] Sole meridiano clarus est, de Christianis, qui Paganorum Sacerdotes essent, verba fieri; non autem, ut quidam existimat, de iis, qui antequam Christianam Fidem complexi essent, eo Sacerdotum officio fungerentur. Unde conjicias, non obscure confirmari ea, quæ prioribus Canonibus attulimus, in iis de Flaminibus disputari, qui Christiani essent, non autem qui fuissent.

Neque enim unquam per Canones videoas ea castigari peccata, quæ ante Baptismum committerentur: quin neque Canon, neque locus ulla, neque auctoritas PP. afferti potest, quæ id probet. Plurima autem, variaque erant idolatriæ genera apud ethnikos: ideoque præter Canones citatos, Patres illi genus aliud animadversionis, aut poena decreverunt in Sacerdotes Paganorum, tametsi aliud nihil, quam coronam gestarent, neque ullos, quo Diis honos perfolleretur, sumptus facerent.

Aram binc de cumulo acervarunt lapillo- rum; circum autem foliis Coronantes queris, jam Sacrum curabant.

Virgil. Lib. 1. Georgic. ibi:

Nec ante Falcam maturis quisquam supponat aristis,

Quæ Cereri tota redimitus tempora queru,

Det motus incompositos, & carmina dicat.

Unde in facris Cereris hierophantes, & hie-

roloantides, & daduchus, hoc est, lampadem gelans, aliisque, myrtle co rona cinge-

bantur, ut ex Istio refert Scholia Sophoclis ad Oedipum. Plura de his coronis Pas-

chalius Lib. 4. De coronis, Cap. 13. Timarchidus eodem tract. Et licet ita coronas por-

tantes non sacrificarent, quia tamen auctoritate suam accommodabant, & hujusmodi nefandis gentilitiæ superstitutionis ritibus inter-

erant, qua abhorrente debebant, ut Tertull.

ait De idolatria. Cap. 16. ibi:

Neque consilio, neque sumptu, aliave opera in hujusmodi jange. Et Cap. 17. *Neque sacrificet,*

neque sacrificiis auctoritatem suam accum-

det, non bullas libet, non curas templorum deget, non vestigalia eorum procuret,

non spectacula edat, aut de suo, aut de publi-

co, aut de edendis præsit. Unde hujusmodi cor-

onas portabunt; biennii pœnitentiam injunxerunt.

Non solum enim Sacerdotes ipsi qui sacrificabant, coronas deferebant ex arbore Diis, quibus sacrificabatur, dicata, confessata; ut de

myrto Veneri dicato Aristophanes in Ranis

ait: *Fructiferam quidem quotiens, circa ca-*

put tuum virentem coronam myrtorum. Ter-

tull. De spectaculis: An Deo placebit auriga.

CANON L VI.

De Magistribus, & * Duum-viris.

Dominantibus

Magistratum vero, anno uno, quo agit Duum-viratum, prohiberi placet, ut se ab Ecclesia cohbeat.

CAPUT TRICESIMUM OCTAVUM.

Magistratus gerere, cur Christiani sub excommunicationis poena prohibeantur.

Varias ethnikorum Principum Constitutiones, quæ a Nerone primum, deinde a Domitiano, a Trajano postea, ab Antonino, a Severo, Maximino, Decio, & Valeriano, adversus Catholicæ Fidei Auctorem, & Christiani nominis professores editæ sunt, recentissime latissime Ecclesiastici Scriptores, Tertullianus, Cyprianus, Justinus Martyr, Arnobius, Orosius, Hegesippus, Eusebius, Nicephorus, & alii. Eos enim non patrimonii privare solum, non honoribus, & dignitatibus interdicere, & spoliare, sed in arctissimum carcere includere, exilio multare, & ad necem usque variis tormentorum genibus afficere, & conficere constituerunt; ut vel his penit illos a gloriofa Fidei, & Christiani nominis professio-

ne

ne deterrent: *Quisquis Christianum* (ait Imperator Nero in suo Edicto) *se esse confiteat, is tanquam generis humani convictus hostis sine ulteriori sui defensione capite plectitur.* Non tamen hi, & reliqui eos persecuti sunt tempore, & eorum auctorem, sed velut furiosi dilucidis intervallis acquiescentes, Christianis, & Christo honorem adhibuerunt. Consulenti Augusto oraculum, Pythius Apollo respondit fertur, puerum Hebreum sibi silentium imperare, & in Tartara regreſsum: quo responſo motus Augustus Aram Christo posuit, ut tradidit Nicēphorus^a. Tiberius recipi Christianum inter suos Deos voluit, ut refert Tertullianus^b: potentiam ejus, auditis miraculis, ille, & Vespasianus reveriti sunt. Eum in Larario culuit Alexander^c, ricio, Cap. 5. toties ablinens ab uxore, eique Templum dicare voluit: tritum illud Christianorum ore pro c Lamprid. in verbum temper in in ore habens: *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris.* Quin Robertus Vita Alexand. Cœnatis d Episcopus Abruciensis, ejus matris Mamme favore, & opibus adjutum Origenem, Sever. d In Panegy quōquot existant Opera, scriptis memorat. Nec id mirum, nam feminam religiosam vo rico ad Fran cat Hieronymus, & Origenis discipulam Eusebius^e. Post Alexandrum, Antoninus Helio dicum Gallia gabalus Imaginem Christi in proprium Templum induxit, ut testatur Lampridius^f. Et statue rum Regem. e Lib. 6. Cap. rat Templa absque simulacris Adrianus, ut prodit Julius Capitolinus^g; sed non successit. Intercesserunt enim aliqui, cauſantes, hoc pacto brevi futuros omnes Christianos. Marcus f In Vita He Aurelius Antoninus, cum in expeditione Germanica ipse, & ejus exercitus gravissime siti la ligabali. borarent, & Christianorum militum precationibus imber de caelo descenderet, ut eos recrearet; & grando vero maxima mista fulminibus in hostes, ut tradunt Iulianus^h, Tertullianusⁱ, Apologeticus Gen. K. & Orosius^j; Christianos benevolentia, & amore singulari prosecutus est. Dion aduersus Gen tes. K. Lib. 4. Cap. Episcopus, legionem ipsam Christianorum, in rei memoriam nomine mutato ab Imperatore, appellatam fuisse κεραυνοθόλαν, hoc est, fulminatricem. Nec eo contentus, Christianos 12. 1. Lib. 7. Cap. honorum, & dignitatum omnium, quibus antecellorum Imperatorum tyrannde exclusi fuerant, participes esse voluit, constitutione in rei memoriam gratitudinis cauſa promulgata: quam 15. m. Generali referit Ulpianus^k: *Eis (inquit) qui Iudaicam superstitionem sequuntur, Divi Verus, & decurionib. Antonini honores adipisci permiserunt: sed & necessitatem eis imposuerunt, qui superstitionem eorum non laderent.* Non loquuntur autem Ulpianus de Iudeis, & eorum superstitione (ut cum Accursio putant nonnulli) sed de Christianis, ut jam Viri eruditus notarunt; et si ante victoriam hanc privilegium illud Christianis concessum alii contendant. Superstitione in Iudaicam ideo Christiani sequi dicebantur, quia a Iudeis doctrinæ sue primordia hauiſent. n In Claudio. Suetonius^l in Claudio: *Judeos (inquit) impulso Cribri affidue tumultuantes Roma expulit.* Tacitus^m de Nerone loquens: *Ergo abolendo (inquit) rumor Nero subdidit res, & exquisitissimis paenit affectis, quos per flagitia invisos vulgus Christianos appellabat.* Autor nominis ejus Christus, qui Tiberio imperante per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat; repressaque in praesens existialis superstitione, rursus erum pebar, non modo per Judeam, originem ejus mali, sed per Urbem etiam aliquando vocabant, teste Theodoreto^p, & Christianum Galileum continuo Julianus Apostata, ut de illo recenset Eusebius q. Asinarios etiam, ut Judeos, redditus ejus rei ratione, Tertullianus^r. Etonum curatio. Post Verum, & Antoninum Valerianus Imperator magna Christianos benevolentia initio Imperii sui complexus est; eos quam familiarissime, & amicissime (sic testatus loquitur Eusebius^s) idque in oculis omnium, exceptis: adeoque suam domum his piis hominibus complevit, ut eam Dei Ecclesiam plane judicaret, auctore eodem Eusebio. Verum paulo post, doctor Tapiro^t. quidam & princeps magorum Agypti, illum tandem perditio consilio depravavit, & non impulit solum, ut omnes culpa vacuos, & Sanctos Dei, utpote scelerorum, ac exsecrabilium incantatorum adversarios, & oppugnatores acerbe perseguerebant, necque tradiderent; verum etiam ut impuras ceremonias obiret, profanas exerceret præstigia, & exsecranda mysteria exsequeretur, & reliqua faceret, qua commemorat idem Eusebius. Anno ergo iv. Imperii sui, octavam in Christianos persecutionem ille aggressus est. Inter alias autem poenas, quibus Christianos exercuit, una fuit dignitatum omnium abdicatio, ut ex Epistola Dionysi^u Episcopi Alexandrinus refert Eusebius^v: *P. si ista (inquit) de aliis rebus adversis, quæ sibi acciderant, ita scribit: At multis fidei confessionibus gloriatur Germanus, ac multa mala contra se patrata habet dicere ille quidem; sed quot, quæso, judicium sententias contra nos pronunciatus potest enumerare? quot publicationes, proscriptionesque bonorum? quot fortunarum direptiones? quot abdicationes dignitatum?* Quare mortuo Valeriano, cum Gallienus illius filius succelliter, hæc de Marino, & genere illiustri, & deditiis locuplete, & uno ex his, qui in exercitu Romano magnum decus, & honorem fuerant consecuti, Eusebius recognoscet^w: *Eft quidam bonos (inquit) apud Romanos, qui x̄n̄mu appellatur, quem qui adipiscuntur, eos centuriones fieri ajunt.* Spartanus^x in Adriano x̄n̄mu vitem interpretatur, & x In Adriano. vitem pro centurionatu accepit, quod centurionibus creandis vitiis deferri solita esset, qua Miles. in L illi milites coercebant. Cum locus vacaret, ordo postulabat, ut Marinus eo dignitatis gradu potiretur. Marinum igitur ad hunc honorem elatum alius pro tribunali comparens, sic, si vitem. in crimen vocat, sum quodderat Christianus, tum quod Imperatoribus non immolasset. Ac propterea (inquit) est veterum Legum institutis illi non licet eum dignitatis gradum apud Romanos adipisci; sed illud quicquid est muneris, mibi jure impartiri debet, Quod varie observatum est usque ad tempora Constantini Imperatoris. Nam ut varia Imperatorum conditio ferebat, sic varie Christiani ad dignitates civiles admitti, vel repulsi sunt. y Lib. 2. De De Constantino autem hæc prodidit Eusebius^y: *Ex his vero rebus Imperator abiens alias res Vite Constantini illustres, & magni momenti caput aggredit; ac primum gentibus per varias provincias dispergit, Praefatos qui maximam partem salutari Christi Fidei se addixissent, misit. Qui vero Gen-*

Gentilium confuetudinem, ac ritus imitari visi sunt, bis ne sacrificia idolis immolarent, inserdixit. Eadem Lex ab eo lata fuit de illis dignitatis gradibus, qui Praefectorum honoribus suo splendore superabant; aut enim si Christiani erant, ita se gerere præcepit, uti appellationis ipsorum dignitas postulabat; aut si aliter animo affecti, mandavunt, ne idolis hostias offerrent. Post Constantinum autem, Julianus Imperator Apollata Christianis aditus ad Praefecturas, sub specie Religionis interdixit; de illo enim hæc memora Socrates a: *Porro ab a Lib. 3. hist. Imperatore Juliano mandatum est, ut qui vollen Christianam Religionem deferere, in P. latia militum Praetorianorum munere minime fungerentur.* Itemque ut omnes simulacris sacrificare properarent. Christiani in provinciis nullos Magistratus gererent. Nam Lex illorum (inquit) vœtat gladio utendum contra eos, qui sclera digna morte admiserint: & propterea non sunt ad regendum idonei. Sozomenus^b: *Hoc animo fuit, etiam aduersus omnes Christianos Imperator: si quidem cum nibil baberet criminis, quod illis posset objicere, arrepta tamen ex eo occasione, quod idolis immolare recusarent, jus Republicæ eis denegavit,* & neque in communes hominum congressus, neque in Forum venire, neque judicium exercere, neque gerere Magistratum, neque ullum dignitatis gradum obtinere permisit. Cum ergo ad dignitates civiles admitterentur interdum, interdum repellerentur, visum est Hispanis Patribus cavere, non ut Christiani illis non uterentur: hoc enim eo tempore, quo durissimo servitutis jugo premebantur ethnici Principibus subditi, coimmode nostri decernere non poterant, ne illorum imperium viderentur contempnere; sed id tantum, ut eo anno, quo Dumviratum gererent, ab Ecclesiæ ingredi, & communione Christiana arcerentur: ut quod pro poena a Gentilibus Imp. datum est, id Christiani pro gratia, consilioque recipieren: fecitque sic præmium Religio, quod perfidia putabat esse supplicium; ut non dissimili proposito dixit Ambrosius ad Valentianum Imperatorem.

Sed quæ alia præterea cauſas fuerint, quibus Christiani adeo gravi poena ab administratione civilium dignitatum retraherentur, diligentius inquiramus. Plures enim fuisse antiquorum me Scriptorum monumenta docent, quæ partim dignitatem concedentis, partim quæ subditorum, & partim tandem quæ ipsius dignitatis conceleste incommoda, periculaque spectabant. Ante hujus Concilii inductionem, & eo tempore, quo indictum, & habitum est, jam ostendi superius^c, ethnici Imperatores fuisse; incommodum sane, & merito, visum est, et, servos Dei a servis diabolorum dignitatem accipere, & illis ea ratione fore devinctos. Si enim ethnico, & publicano nec ave dicere licebat Fideli, & servo Dei, secundum præceptum Apolitoli; multo minus licere credebatur ab eo dignitatem expetere, expetitam deprecari, deprecatam adipisci, adeptaque tandem frui. Quam rationem observantes Apolitoli sanxerunt, ut publicis administrationibus Episcopi, & Presbyteri minime uterentur d: *Dicimus, ajunt, quod non oporteat, Episcopum, aut Presbyterum publicis se administratio nibus immittere; sed vacare, & commodum se exhibere uibus Ecclesiasticis. Animam igitur inducito hoc non facere, aut deponitor; nemo enim potest duobus dominis servire, junta præceptum Dominicum.*

Ad subditos quod attinet, quia cum omnes illi essent Gentiles, periculum erat, ne caput ob assiduum, & frequentem communicationem simile fieret reliquis membris minoribus; nam ex sententia Menandri Paullus refert: *Corrumpant bonos mores colloquia prava.* Hac etiam ratione præceptum est Concilio Toletano III. e & alii f, ne Judæi Christianis populis judices præponerentur. Zacharias^g etiam Papa I. Venetus præcepit dicitur, ne capti vos Christianos Sarracenis, aut Gentilibus venderent, ut mercatores anteā consueverant. Eadem etiam de cauſa excommunicationis poenam adiicit Concilium Carthaginense IV. his, qui cauſas ad Judices Gentilium deferent: *Catbolicus, inquit, quis cauſam suam, sive iuste, sive iniustum, ad judicium alterius Fidei Judicis provocat, excommunicetur.* Quod antiquum fuit Ecclesiæ Institutum, ipsorum Sanctorum Apolitolorum usu, & auctoritate comprobatum. Divus enim Paullus Apolitoli^h Corinthios monet, ut si cauſa sit inter Christianos, eligatur sapiens aliquis ex iis, spretis Gentilium Judicibus: *Si qui, inquit, ex fratribus negotia habent inter se, ne apud cognitores faciliū judicentur.* Verbo enim illo, faciliū, diuinis Gentiles a Christianis; nam *seculari olim pro Gentilitate, & Judices facul tares pro Gentilibus usurpari*, ostendit Caiusⁱ Papa ad Felicem Episcopum; dum docet, Episcopos, & Clericos apud Judices secularares non esse accusandos, tempore quo Praefecture civiles non deferebantur Christianis; quo circé qui ad Gentium errorem revertabantur, ad seculum dicebantur redire, Concilio Arelateni II. k & dominum Gentilem, *seculari* dominum nuncupat Divus Cyprianus^l. Quare Divus Paullus^m eosdem Corinthios, qui fratres coram Gentibus conveniebant, reprehendit: *Non est inter vos, inquit, sapiens qui quisquam, qui posset judicare inter fratrem? sed frater cum fratre contendit, & hoc apud infideles?* Sic enim interpretatur Divum Paullum Ambrosius contra Auxentium, illum increpans, quod in causa Fidei Gentiles Judices poposcerint: *Hac ergo, Fratres, ait, coram ipso apud vos plenius disputarem; sed certus Auxentius, non ignarus vos esse recte Fidei, vestrum refutit examen, & Gentiles quosdam quatuor, aut quinque ferme homines elegit cognitores sibi; si tamen aliquos elegit, quos vellem adesse in cœtu omnium, non ut de Christi judicent, sed ut maiestatem audiant Christi; tamen illi jam & Auxentius pronunciaverunt, cui tractanti quotidie non crediderant. Quæ major ejus condemnatio, quam quod fine adversari apud Judices suos vitus est? ergo & ipsorum sententiam contra Auxentium jam tenemus, & quod Gentes elegit, jure damnandus est, quia Apolitoli præcepta dimisit, eum Apolitoli dicat: "Audet aliquis vestrum adversus alterum habens negotium, judicari apud iniquos, & non apud sanctos?* Eodem sensu Paullisentiam intellexisse Augustiniⁿ Cor. 6. To. II. B. b. num;

^{a Cap. 19.} num, Posidius ^a in illius Vita refert: *Secundum Apostoli quoque sententiam*, inquit, *dicitis: Audet quisquam vestrum adversus alterum negotium habens, judicari ab inquis, & non apud sanctos? An nescitis, quia sancti mundum judicabunt?* Et si in vobis judicabitur mundus, indigni estis judiciorum minimorum. Nescitis, quia Angelos judicabimus? nedum secularia? Secularia igitur iudicia si habueritis inter vos, eos, qui contemptibiles sunt in Ecclesia, hos collocate ad judicandum. Ad reverentiam vobis loquor. Sic non est inter vos quisquam sapiens, qui possit inter fratrem suum judicare? Sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles? *Interpellatus ergo Beatus Augustinus a Christianis, vel a cuiuscumque secta hominibus, caussas audiebat diligenter, ac pie; cujusdam sententiam ante oculos habens dicens, se malle inter incognitos, quam inter amicos caussas audire, eo quod de incognitis, pro quo arbitrata aquiratur, amicum posset adquirere;* de amicis vero unum effet, contra quem sententia proferretur, perditurus. Et eas aliquando usque ad horam refectionis, aliquando autem tota die jejunans, semper tamen noscebat, & dirimebat, intendens in eis Christianorum momenta animorum, quantum quisque, vel in Fide, vel bonis operibus proficeret, vel ab his deficeret. Atque compertis rerum opportunitatibus, Divina Legis veritatem partes docebat, eamque illis inculcabat, & eos, quo b Lib. 2. Con adipiscerentur vitam eternam, edocebat, & admonebat. Id clarius Divus Clemens ^b: *Praesit ut Apostolus clara, inquit, Christiani laus est, cum nullo habere negotium. Quod si ex aliqua vexatione, vel tentatione lis alicui oriatur, curer, at ea transfigatur etiam detimentum pati 49. & 50.*

^c 1. Corinth. 6. *debeat; nec ad ethnicum judicium accedat. Sed neque patiar, mundanos Magistratus de nostris ius dicere; nam per illos diabolus servos Dei veniat, & nobis notam inuirit; quasi non habeamus nos unum sapientem, qui possit inter partes ius administrare, & controversias c Clem. C. 50. componere. Et mox ^c: Non cognoscant ergo, inquit, Gentes controversias, qua inter vos oriuntur, neque contra vos infidelium testimonia recipiantis, neque ab his vos judicari velitis, neque his aliquid tribuatis commodi, metusve caussa. Anacletus ad omnes Episcopos d:*

^d Epist. 1. *Si vero fuerit sacrilegum apud ejusdem ordinis viros, iudicio tamen Episcoporum; 1. Cor. 6. cum Apostolus privatorum Christianorum caussas magis Ecclesiis deferri, & ibidem Sacerdoti ad omni Orthodoxos dotali iudicio terminari voluerit. Idem constituit Alexander e I. Relatum, inquit, est ad Cap. 1. Referens hujus Sanctae, & Apostolica Sedis apicem (cui summarum dispositiones caussarum, & omnium negotiorum Ecclesiastarum ab ipso Domino tradita sunt, quasi ad caput, ipsis dicente Principalatum, 11. Q:*

^e 1. Marsh. 16. *Cippi Apostolorum Petro: Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam.)*

^f 1. Corinth. 6. *blicos accusare presumant; cum magis Apostolus Christianorum caussas ad Ecclesiis deferri, & ibidem terminari praecipiat, taliter pravaricantes sunt in Deum suum, & non obediunt preceptis ejus. Exitat haec apud Gratianum. Sed in ejus interpretatione (ut hoc obiter admoneam) Glossa, cum iudices sacrulares non animadverteret Gentiles intelligendos; dixit, secundum primitivum statum Ecclesie intelligentium, nimurum, ut cauſæ sacrulares ad iudices Ecclesiasticos referuntur: cum hoc nec Alexander, nec Clemens, nec Paullus præcepserint: sed id tantum, ut civiles cauſæ a civilibus Prefectis in Ecclesia, præsente Episcopo, vel eo qui ejus vicem gereret, iudicarentur, non a Gentilibus, ob ea quæ superius diximus, pericula: & ne, ut Clemens retulit, putarent Gentes, in Ecclesia iudices deesse sapientes, qui eo munere fungi possent. Et si fortasse Praefectorum civilium sententiis acquiescere recufarent, excommunicationis mucrone assentiri cogerentur: tunc enim nulla alia pena frequentior inter Christianos erat, nec alio gladio commode uti poterant: cum omnes fere iudices facili, seu sacrulares, ethnici essent usque ad tempus Catholicorum Imperatorum Arcadii & Honorii: hos enim in Fidei gratiam neglectam Constantini Legem recentiori constitutione scimus renovasse, decernentes f, ut ethnici iudices esse non possent, quorum consortium, & communionem vitare Christianos, Apostolorum, & reliquorum Pontificum sanctiones prohibebant. Quam anathematis sententiam, ut juste Episcopi proferre possent, iudiciis ipsis interesse debebant, ut statim ad exitum iudicium ipsum perduceretur: & ea ratione dixisse potuit Anacletus, iudicium sacrilegum, iudicio Sacerdotali terminari; eo præcipue tempore, quo lites, & controversiae inter Christianos, tam brevibus erant terminis circumscripsi, ut a secunda Feria ad Sabbathum usque definiri deberent; ut die Dominico omnes in pace interest Sacificio, & oblationem facere possent, auctore eodem Clementeg. Quinimum g Lib. 2. Apol. foli car. cont. Divus Paullus adeo Gentilium iudicia fugienda censuit, ut docuerit per itioribus eorum iudicibus (si docti Christianis deessent) adeudos fore ex ipsis Christianis literis, & auctoritate in h Paullus in feriores h: *An nescitis, inquit, quoniam Sancti de mundo judicabant? Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis? Nescitis quoniam Angelos judicabimus? quanto magis secularia? Secularia igitur iudicia si habueritis: contemptibiles qui sint in Ecclesia, illus constituite ad judicandum. Sic enim interpretatur Paullum Chrysostomus: Cum hyperbole (ait) & exuperatione nos volens docere, quod qui quid sit, non oporteat externis dare, mota quæ videbatur esse obiectione ante eam solvit. Num quod dicit, est hujusmodi: Fortasse dicet quispiam, nullum esse inter vos sapientem, neque qui ad discernendum, & iudicandum sit idoneus. Et quid tum? nam et si nullus, inquit, sic sapiens, vos minimis permittite.**

ⁱ Hymn. 16. *Ex parte dignitatis multa erant incommoda. Nam cum Christiani illius temporis, pallio, & K Lib. De pal. moribus different ab ethnicis, teste Tertulliano ^k, res minus apta videbatur, fidelem Christianum purpura, vel praetexta, vel trabea insigniri ut ethnicum; fasces, & virgas ante se, praefere, juramentis Gentilium irretiri, curam habere spectaculorum, Sacrificiis idolorum autoritatem prætare, de sumptibus ad idololatriam spectantibus, de colligendis eo nomine vecti-*

vecligibus sollicitum esse; ac tandem de re, de honore, de vita Christianorum agere; quod tunc necesse erat, ut Imperatoribus, a quibus dignitatem acceperant, obsequium praetaretur: haec autem cum ad dignitatem secularis spectarent, eam tamquam veram idolatriam fugiendam homini Christiano, etiam si se vel gratia, vel astutia putaret liberum fore ab omni idolatriæ specie, scite docuit Tertullianus ^a: *Hujus regula memores*, inquit, *etiam Magistratibus, & potestatibus officium possumus reddere, secundum Patriarchas, & ceteros Majores, qui Regibus idolatriæ usque ad finem idolatria apparuerunt. Hinc proxime disputatio oborta est: An servus Dei alicujus dignitatis, aut potestatis administrationem capiat, si ab omni specie idolatriæ intatum se, aut gratia aliqua, aut astutia etiam præstare Gen. 41. possit, secundum quod, & Joseph, & Daniel mundi ab idolatria, & dignitatem, & potestatem administraverunt, in ornamento, & purpura existere totius Aegypti, seu Babylonie.* ^a Lib. De idolatria, C. 17. ^b cum seq.

Credamus itaque, succedere alicui posse, ut in quoquo honore, ut in solo honoris nomine incedat, neque sacrificet, neque Sacrificiis autoritatem suam accommodet, nec hostias locet, non curas Templorum deleget, non vestigalia eorum procuret, non spectacula edat de suo, aut de publico, aut edendis præstet; uibis solenne pranunciet, vel edicat, ne juret quidem. Jam vero qua sunt potestatis, neque judicet de capite alicujus, vel pudore (feras enim de pecunia) neque damnet, neque prædamnet, neminem vinciat, neminem recludat, aut torqueat; si hac credibile est fieri posse. Jam vero de solo suggestu, & apparatu honoris retractandum; proprius habitus uniuscujusque est, tam ad usum quotidianum, quam ad honorem, & dignitatem. Igitur purpura illa, & aurum, cervicis ornamentum, eodem more apud Aegyptios, & Babylonios insignia erant dignitatis; quo more nunc prætexta, vel trabea, vel palmatæ, & corona aurea Sacerdotum Provincialium; sed non eadem conditio. Tantum enim honoris nomine conferebatur bis, qui familiaritatem Regum merabantur. Unde & purpura Regum vocabantur a purpura, sicut apud nos a toga candida candidati; sed non ut suggestus ille Sacerdotis quoque, aut aliquibus Idolorum officiis adstringeretur. Nam si ita esset, utique tanta sanctitatis, & constantia Viri statim habitus inquinatos recusasset, statimque apparueret, Daniele Idolis non deservisse, nec Bolem, Daniel. 12. nec draconem colere, quod multo postea apparuit. Simplex igitur purpura illa, nec jam dignitatis erat, sed ingenuitatis apud barbaros insigne. Quemadmodum enim & Joseph, Gen. 41. qui servus fuerat, & Daniel, qui per captivitatem statim veterat, Civitatem Babyloniam, & Aegyptum sunt consecuti per habitum barbarica ingenuitatis; sic penes nos quoque Fideli, si necesse fuerit, poterit, & pueris prætexta concedi, & pueris stola, nativitatis insignia, non potestatis; generis, non honoris; ordinis, non superstitionis. Ceterum purpura, vel cetera insignia dignitatum, & potestatum, inserta dignitati, & potestatibus, idolatria ab initio dicata, habent profanationis sua maculam; cum præterea ipsi etiam Idolis, induantur prætexta, & trabea, & laticlavi; fasces quoque, & virgæ præferantur, & merito. Nam demona Magistratus sunt faculi hujus? unius collegii insignia, fasces, & purpuras gestant. Quid ergo proficies, si suggestus quidem utaris, opera vero ejus non administris? Nemo immundus mundus videri potest. Tunicam si inducas inquinatum per te, poteris forsan illam non inquinare per te, sed tu per illam mundus esse non poteris. Jam nunc qui de Joseph, & Daniele argumentari; scito, non semper compara. Gen. 41. Daniel. 7. randa esse vetera, & nova, rudia, & polita, cœpta, & explicita, servilia, & libera. Nam illi etiam servi conditione erant; tu vero nullius servus, in quantum solius Christi, qui te etiam captivitate facili liberavit, & forma Dominica agere debebis. Ille Dominus in humilitate, & ignobilitate incaecit, domicilio incerus: Nam Filius, inquit, hominis non habet ubi caput conlocet; vestiti inculitus; neque enim dixisset: Ecce qui teneris vestiuntur, in domibus Regum sunt. Vultu denique, & aspectu inglorius, sicut & Esuitas pronunciaverat. Si potestatem quoque nullam, ne in suis quidem exercuit, quibus sordido ministerio funitus est; si Regem se denique fieri, conscienti sui Regni, refugit; plenissime dedit formam suis dirigendo omni fastigio, & suggestu tam dignitatis, quam potestatis. Quis enim his magis usus fuisset, quam Dei filius? quales, & quanti eum fasces producerent? qualis purpura de humeris ejus floraret? quale aurum de capite radiaret? nisi gloriam faculi alienam, & sibi, & suis judicasset? Igitur qua noluit, rejecit, que rejecit, dannahit, qua dannavit, in pompam diaboli deputavit. Non enim dannasset, nisi non sua; alterius autem esse non possunt, nisi diaboli, qua Dei non sunt. Tu si diaboli pompam ejeras, quidquid ex ea attigeris, id scias esse idolatriam; vel hoc te commonefaciat, omnes hujus facili potestates, & dignitates, non solum alienas, verum & inimicicas Dei esse, quod per illas adversus Dei servos supplicia consulto sunt, per illas & paenæ ad impios paratae irrogantur. Sed & nativitas, & substantia tua moleste tibi sunt adversus idolatriam. Adevitandum, remedia deesse non possunt; cum & si defuerint, supersit unicum illud, quo felicior factus non in terris Magistratus, sed in Celis. His igitur decausis Concilium decrevit, Magistratum, dum gerit Duumviratum, ab Ecclesia cohibendum, quod gravissimum periculis se exponeret agendi, vel adversus Dei veri cultum, vel Ecclesiæ libertatem, vel probitatem morum, vel sanctiorem Religionis nascientis disciplinam. Quare veteres Christiani non solum eas dignitates non expotivile, sed oblatis recusale le- b In Odivis. guntur. Minucius Felix ^b: Nec ultima, inquit, statim plebe consistimus, si honores vestros, & purpuras recusamus; nec fastidiosi sumus, si omnes unum bonum sapimus, eadem c Lib. De Pal. congregati quiete, qua singuli. Tertullianus ^c in defensione Pallii (vestis erat Christianorum, aut noviter converforum) haec inducit verba, quasi Pallii interloquentis: Ego, inquit Pallium, nihil Foro, nihil Curia debeo, nihil officio advigilo, nulla rostra præoccupo. Tom. II. po,

a Can. 7.

Matth. 22.
Exod. 3.
Exod. 28.
Matth. 3.
Exod. 17.

b Can. 8.

po, nulla Prætoria observo, cancellos non adoro, subsellia non contundo, jura non conturbo, caffas non elato, non judico, non milito, non regno, secessi de populo, immo unicum negotium mibi est, nec aliud caro quam me. Lenius paullo erga Prætores se gessit Concilium Arelatense a primum, dum decrevit, illis, cum promoti essent, dandas esse Literas communicatorias; sic tamen, ut curam eorum non spernerent Episcopi, nec omitterent severitate Ecclesiastica punire, quoties a præclaris discederent Ecclesia Institutionibus: De Præsidibus, inquit, qui Fideles ad Præsidatum impetu profisiunt, ita placuit, ut cum promoti fuerint, Literas accipiant Ecclesiasticas communicatorias, ita tamen, ut in quibuscumque locis gesserint, ab Episcopis ejusdem loci cura de illis agatur, ut cum coperient contra disciplinam publicam agere, tunc demum a communione excludantur. Similiter & de his fiat, qui Rempublicam agere volunt. Nec sacerdotes dignitates tantum ab ethniciis Imperatoribus recipere initio primitive Ecclesia non licebat, sed nec exercere militiam sub eisdem: tanquam genus quoddam idolatriæ rejecit idem Tertullianus: Posset in isto capite, inquit, etiam de militia definitum videri, qua inter dignitatem, & potestatem est. At nunc de isto queritur, an Fidelis ad militiam converti posse, & an militia ad Fidem admitti etiam caligata, vel inferior quæque cum non sit necessitas immolationum, vel capitalium judiciorum. Non convenit Sacramento Divino, & humano, signo Christi, & signo diaboli, castris lucis, & castris tenebrarum, non poteat una anima duobus deberi, Deo, & Cæsari. Envirgam portavit Moses, fibulam & Aaron, cingitur loro & Joannes, agmen agit & Jesus Nave, bellavit & populus, si placet ludere. Quomodo autem bellabit, immo quomodo etiam in pace militabit sine gladio, quem dominus abstulit? nam & si adierant milites ad Joannem, & formam observationis acceperant, si etiam Centurio crediderat; omnem postea militem dominus in Petro exarmando discinxit, nullus habitus licitus est, apud nos illico actus adscriptus. Quod pluribus ille differuit, Post Tertullianum, quod turpe, & illicitum haberetur, se quemquam militare dare, tanquam actui profanissimo, & a modestia, & Religione, quam tunc Christiani primitive Ecclesia obseruare debebant, alieno; si bellum gerendum esset adversus Fideles, prohibitum est in Concilio Toletano I. b nec etiam ad Diaconatum admitteretur qui se militia dedisset: Si quis, inquit, post Baptismum militaverit, & clamydem sumperit, aut cingulum ad necandos Fideles, etiam si gravis non adferit, si ad Clerum admissus fuerit, Diaconi non accipiat dignitatem.

Videamus, num hujus Canonis Decretum hodie observandum sit. Cum Respublica non ethnicis Tyrannis, sed Regibus Catholicis, & Christianis regatur, nec subditæ infideles sint; ceulant pericula, quæ ex eo munere suscepimus redundabant; quare ab Ecclesiæ communione non est cohibendus, qui Duum-viratum, vel aliam sacerdotalem administrationem a Regibus, vel Dominis secularibus receperint; cum exercentes iuste, prudenter, & pie, præmio multo magis, quam pœna sint digni. Simil tamen fateri oportet, quod si Reges, Principes, vel Respublicæ infideles essent (ut hodie sunt multæ in Orientalibus, Occidentalibus, & Septentrionalibus Provinciis) non licet Christiano Magistratus sacerdotales ab ipsis demandatos gerere, ne idolatriæ eorum incurrat periculum; quod ad haereticos non pari modo, sed prævantiori ratione referendum censeo. Si enim Princeps haereticus est, & Respublica, vel Communitas haeresum erroribus infecta; tametsi hujus Decreti Constitutione non prohibeat, consultius tamen Catholicum virum facturum putarem, si, spretis muniis illorum, integrum, & sincerum Fidem privatim coleret, ne frequenti illorum contagione, vel horum illecebris errorum suorum tenebris obsecaretur, ut obsecatos hodie in illorum Provinciis plures, non sine magno Christianæ Reipublicæ malo cernimus. Olim autem ab haereticis adeo abstinendum docuit D. Antonius, Auctore Magno Athanasio, ut nec juxta eos quidem accedendum consuleret; cuius præclarum consilium, prudentia, & Religionis plenum Catholicos viros vellem capescere.

COMMENTARII NOVI.

UNO anno.] Quod Duum-viri non ultra annum unum Magistratum protraherent. ALBASPINÆUS.

Optabant magnopere primitive Ecclesiæ Patres, Catholicos Fideles non solum a Sacrificiis, idolatria, & Paganismis arceri, verum a convivis, spectaculis Gentilitiis, & aliis, quæ ad Templorum, & Idolorum cultum, superstitionemque spectabant, quæ Solemnia Templorum dicuntur in Lege 19. Codicis Theodosiani, De Pagan. & Sacrific. & Temp. Consuetudinis Gentilitiæ Solemnia in Lege 2. Codicis Theodosiani, De malefic. & Matrem Latitiae publicæ, & Religiosa celebritates dicuntur in Lege 8. Codicis Theodosiani, De Paganis. Sunt enim ea omnia, etiæ non Sacrificia, certe ad Sacrificiæ saltem genera. Tertullianus, De idolatria, Cap.

16. Sed Provinciarum Præfides, ceterique Magistratus plerumque adigebant Fideles, ut vel sacrificarent, aut saltum hujusmodi Gentilitios ritus curarent, ut ita eos cœrantes sibi redderent; donec Imperatores Christiani statuerunt, vim Fidelibus non esse inferendam, neque jubendum, eos superstitionis Gentilitiæ communione fadari; quod sancivit primus Imperator Constantinus in Lege 5. Codicis Theodosiani, De Episcop. & Cler. his verbis: Quoniam comperimus, quod Islam Ecclesiasticos, & ceteros Catholicos servientes, a diversarum Religionum hominibus ad lustrorum Sacrificia celebranda compelli; hac sanctione sancimus, si quis ad ritum alienæ superstitionis cogendos esse crediderit eos, qui sanctissime Legi serviant, si conditio patiatur, publice sustinuer-

verberetur; si vero honoris ratio talem ab eo repellas injuriam, condemnationem sustineat damni gravissimi, quod rebus publicis vindicabitur. Dat. VIII. Kal. Jun. Sirm. Severo, & Ruffino Cos. (A. D. CCCXXIII.) Quam Constitutionem ad magni Osii Cordubensis Episcopi suggestionem factam fuile pro ejus illustratione jam notavit Gothofred. in Opusculo, De interdict. Christianor. cum Gentil. commun. Valentianus, ac Valens in Lege 1. Codicis Theodosiani ita statuerunt: Quisquis judex, seu apparitor ad custodiæ Templorum homines Christianæ Religionis apposuerit; sciat, non saluti sue, non forunis esse parcendum. Dat. XV. Kal. Dec. Med. Valentianu, & Valente Cos. (I. A. D. CCCLXV.) Quodnam tamen esset munus custodis Templorum, exponit Gothofred.

Anno, quo agit Duum-viratum.

CAPUT TRICESIMUM NONUM.

De munere antiquo Duum-viratus.

Erat olim in Hispania Duum-viratus municipalis, annale munus. His Duum-viris similes hodie mihi identur hi judices, quos Arabum voce Alcales, sive Alcaldes nostri dicunt: eorundem enim lingua judices significantur: apud quos cuiuscumque privati Oppidi summa est. In principiis, & magnis Urbibus Respublica Correctorem vocant: Ut hujus autem annui Magistratus honorem adipiscerent ut antiqui, quibus fatigarentur, & cruciarentur laboribus, belle Tertullianus a descripsit: Sed enim, ait, illos qui ambitu obeunt capessendi Magistratus, neque pudet, neque piget incommodes animæ, & corporis, nec incommodes cap. II. tantum, verum & contumelias omnibus eviti in causa votorum suorum. Quis non ignorabiles vestium affectant? Quis non atria nocturnis, & crudis salutationibus occupant? ad omnem occursum majoris cuiusque personæ decrescentes, nullis conviviis celebres, nullis confectionibus congreges, sed exsules a libertatis, & latitia felicitate; idque totum propter unius anxiæ volatricum gaudium. Divus Cyprianus b: Quippe illum (de Magistratibus loquitur) qui amittit clariore conspicuus, fulgeri sibi videtur in purpura; quibus hoc sordibus emit, ut fulgeat? quos arrogantium fastus prius pertulit? quas superbas fures matutinus salutator obfedit? quot tumentium contumeliosa vestigia in clientium cuneis ante præcessit? ut ipsum etiam solutatum comes postmodum pompa præcederet, obnoxia non homini, sed potestati? neque enim colli moribus meruit ille, sed fascibus. Mamertinus c etiam: Quis ignorat, inquit, tum quoque, quum honores populi Romani suffragiis mandabant, multos fuisse candidatorum labores? edifenda omnium nomina triuum; homines, atque etiam singuli salutandi, prebenenda obviorum manus, omnibus arridentium, non solum cum infimis, sed etiam cum ignotis familiaritatis imago simulanda, multaque alia propter honorem agenda; quæ alias virum honore dignum facere non deceret. Unde illud Crassi celebre dictum, cum peteret Consulatum, & forte cum Scavola scero per vias Urbis incedere, nec præsente gravissimo, & severissimo Viro blandiri populo, palpare obvios, & artes petitorias auderet exercere. Quaso, inquit, Muti paullisper abscedas, nec comicatu tuo hoestari putes: impedis honorem meum, te spectante, ineptus esse non possum. At vero ego nullius amore turpi assertatione promerui: nihil feci ineptum, nihil egredi, quod spectare Mutium, nolle, non modo nullum popularium deprecatus sum, sed ne te quidem Imperatorem, quem orare præclarum, cui preces adhibere plenissimum dignitatis est, verbo saltim adi; sponte in familiam divinum istud manus infusum est.

COMMENTARII NOVI.

Intralios Magistratus municipales ad Recipubl. regimen, & justitiae administrationem constitutos, præcipue recensentur Duum-viri, qui in municipiis præerant, & sub nomine municipalium Magistratum veniunt in L. Quemadmodum, 29. §. Magistratus, ff. ad L. Aquil. L. Item, 15. §. Unde que ff. De injuriis. L. ult. Cod. De judiciis. L. 1. G. De emendat. liber. L. Si ita, 3. C. Quocumque ordine. Lib. 11. qui creabantur ex or-

dine Decurionum. L. Lices 3. §. ult. ff. De peculio. Leg. Item, 6. §. 1. H. Quod cujusque universi. L. Honores, 7. §. 1. qui. ff. De Decur. & a Præside confirmabantur, qui atensem, simulque consilium prætabat, afferendo, quis sibi aptior ad Duum-viratum videretur. L. 1. §. Solent, ff. Quando appellandum sit. L. Si quos. 59. C. De Decur. Lib. 10. L. Si constat, 12. ff. De appellat. Licit in Africa confusione introductum esset, ut populi suffragiis

c. In Panegyrico ad Julianum Imperatorem.

b. Ep. 1. ad Do-

natum Cap. 8.

giis crearentur, Leg. i. Cod. Theodosiani, *Quem ad munera Civilia.* Eorum dignitas præclara erat in municipiis, & maximo honore habebantur, L. i. ff. *De albo scrib.* Civitatis Principes appellantur in L. *Spadonem*, 15. §. *Si Civitatis*, ff. *De excusat. tutor.* De eorum jurisdictione egi pro expositione textus in Lege unica, ff. *Si quis in jus dicendi*, in Cap. i. *De offic. Delagati.* Non recte ab aliquibus confunduntur cum Defensoribus Civitatum, ut notavit Cujacius Lib. i. Paull. ad Edict. in L. *Ea qua*, 26. ff. *Ad municipal.* Duum-viri enim licet propter auctoritatem populi Romani diverso nomine vocarentur; tamen instar Consulum habebantur; Defensores vero instar Tribunorum plebis, & apud nos dicuntur *Alcaldes ordinarios.* Defensores vero appellantur *Sefmeros de la tierra.* Et quia ad instar Consulum eligebantur, non nunquam Consules dicebantur. Ausonius: *Diligo Burdigalā, Romā colo: cōvis in illa, Consul in ābabus; cūna hic, ibi sella curulis.*

Et ita accipi in L. *Cum quidam*, 30. ff. *De adquirenda bāreditate* conjecturat Scipio Gentilis, Lib. 2. *De jurisdicti.* Cap. 25. Plerumque prius ædilitatem obibant, & ea expedita Duum-viri cooptabantur. Unde in vetustis Inscriptionibus saepius legitur, *ÆDIL. DVVM-VIR.* ut notavit Caro Lib. i. *De antiquit.* Hispal. Cap. 10. Et quatuor viros ob amplitudinem municipii aliquando eligi constat ex Inscriptione textus in L. unica, C. *De decurionibus*, 8. *De Decur.* Lib. 10. quam de his Duum-viris accipit D. Joannes Suarez ubi supra, Num. 34.

L. HORATIO. L. F. GAL. VICTORI.
II. VIRO. BIS. OB. PLENISSIMAM.
MVNIFICENTIAM. ERG. PATRIAM.
ET. POPVLVM. MERITISSIMO.
CIVI.
POPVLVS.

Quomodo accipiens est Appulejus statim referendus.

Sed jam ad insignia, & munia ipsorum perveniamus, ut rationem præsentis Canonis percipiamus; & certe illos præcedebant Lictores cum virginis, sive bacillis. Cicero in Aulum: *Nam primum cum ceteris in Coloniis Duum viri appellentur, hinc Pratores appellari volebant.* Deinde anteibant Lictores non cum bacillis, sed ut hic Pratoribus anteerant, cum fascibus duobus. Temporibus tamen Theodosii fascibus usos fuisse Duum-viros, expressum est in Leg. *Duum-virum*, 53. C. *De Decur.* Lib. 10. prosequitur Suarez contra Bulenger. Lib. i. ad L. *Aquil.* Cap. 2. Sect. 5. Num. 21. Quoad munia ipsorum, omissis actibus jurisdictionis, de quibus egi in Cap. i. *De offic. Delegat* apparatus ludorum, seu eorum præbitio, Duum-viri competebat, quos præbere, & edere

cogebantur. L. *Si ad Magistratum*, 28. C. *De Decur.* Lib. 10. ubi statuitur, ut si Duum-viri latitaverint, ne ludos præbeant, ea poena coerceantur, ut alias sufficiens ex eorum bonis sumptus faciat; & si postea reperti fuerint, integro biennio ludos exhibere cogantur; & in L. *Circenium*, C. eod. Tit. Imperatores sanxerunt, ut Magistratus, qui ludos Circenses præbere detrectaverint, refundere cogantur sumptus, quos Civitas erogavit in ludorum exhibitione. Et Imperatores agere de his Duum-viris, liquet ex epigraphie, ubi *Ordini Civitatis*, & *scena rescriptum* illud mitti refertur; per ordinem autem quis dubitat, Decurionum ordinem accipi, ut in L. *Ordine*, 15. L. ult. ff. *Ad municipal.* Leg. *Generaliter*, 3. §. i. L. *Penult.* ff. *De Decur.* L. i. C. *De omni agro*, Lib. 10. Immo in his ludis patrimonium impendebant cum omni munificentia. Appulejus Lib. 10. Milesiar. Thyas, inquit, oriundus patria Corinto, gradatim per mensis honoribus, quinquennali *Magistratu* fuerat destinatus; & ut splendori capeffendorum responderet fascium, munus gladiatorum triduavis spectaculis polititus, latius munificentiam suam protendebat. Plinius Lib. 33. His. Cap. 3. *Mox quod etiam in municipiis anzulantur.* C. Antonius ludos scena argentea fecit. Adeoque impene opes profundebant, ut ad inopiam redacti aliquando alimenta peterent, L. *Decurionibus*, 8. *De Decur.* Lib. 10. quam de his Duum-viris accipit D. Joannes Suarez ubi supra, Num. 34.

Rursus sciendum est, non solum inducere fuisse hujus Concilii anno Christianis Magistribus majores, simileisque honores gerere, verum ab Imperatoribus aliquando id indicatum, ipsique invitis hujusmodi Duum-viratus decretos fuisse, L. 3. ff. *Decur.* ibi: *Eis, qui Iudaicam superstitionem sequuntur, Divi Severus, & Antoninus honores adipisci permiserunt; sed necessitates eis imposuerunt, quæ superstitiones eorum non leaderent.* Ubi Alciatus mendum esse putat, & pro illis verbis, *Divi Severus, & Antoninus*, Lib. 3. Disp. Cap. 8. reponit, *Divi Verus, & Antoninus.* Hos enim exiliat Christianos suo Rescripto aequalis aliis in honoribus adipiscendis effecit propter beneficium receptum a Christianis militibus in bello Marcomannico; sed fallitur Alciatus, cum ex Julio Capitolino in Marci Antonini Vita constet, Verum obiisse, antequam M. Antoninus Marcomannos debellasset, quod & firmat Epistola i. quæ extat apud Justinum in fine secunda Apologia, quæ a M. Aurelio Antonino solo ad Senatum scripta est, de beneficio a Christianis recepto in hoc bello. Sic Tertullianus in *Apologet.* Cap. 5. *Si literæ*, inquit, *Marci Aurelii gravissimi Imperatoris requirantur, quibus illam Germanicam fitim Christianorum forte militum imbre discussam testatur &c.* Retinenda ergo lectio est, *Divi Severus, & Antoninus*, idest Septimus Severus, & Antoninus Bassianus filius, qui simul imperarunt, Auctore Alio Spartiano in *Severo*. De his etiam loquitur Tertullianus Lib. ad Scapulam: *Nam & Proculum Christianum, qui Torpacion cognoscuntur.*

gnominabatur, Euodeæ procuratorem, qui cum per oleum aliquando curaverat, requisivit, & in palatio suo habuit usque ad mortem ejus, quem & Antoninus optime novenerat late Christiano educatus. Sed & clarissimas feminas, & clarissimos viros Severus sciens hujus secta esse, non modo non habet, verum & te stimonio, & populo surenti in eos palam restitit. Dixit, Imperatores Christianos non solum adispicendi honores libertatem dedit, sed etiam illis necessitatem imposuisse; siquidem illis temporibus Christiani, quamvis genere insignes, & optimis essent familiis nati, respuebant Magistratus, & honores; siquidem officiis satisfacere vix poterant, quin fese Idolorum ritibus, Pagano rumque ceremoniis inquinassent, aut in aliquod idolatriæ negotium impeginerent. Tertullianus in *Apolog.* Cap. 45. Ecce Pythagoras apud Thurius, Zenon apud Prenenses tyrannidem affectant; Christiani vero nec ædilitatem. Et apertius in Libro de idolatria: *Hinc proxime disputatio oborta est, an servus Dei alicuius dignitatis, aut potestatis administracionem capiat.* Quamobrem Paullus Jurisconsultus Christianus, quibus maxime infensus fuit, desidia deditos appellat in L. *Cum de indebito*, 25. §. i. ff. *De probat.* Sicut Imperator Valens, qui Monachos ut Arianos oderat, *ignavia sectatores* appellat in L. *Quidam*, Cod. *De Decurion.* Lib. 10. quæ extat in L. *Quidam*, 63. Cod. Theodos. eodem Tit. nec recte verba illa dicta L. *Cum de indebito*, & forensium rerum expers, vel alias simplicitate gaudens, & desidia deditus. Triboniano tribuit Merillus Lib. 2 *Observ.* Cap. 20. & accipit de Clericis Monachis, ita ut verba illa, forensium rerum expers, referantur ad Clericos, qui a forensibus rebus alieni esse debent, ita ut ab Ordinibus Ecclesiasticis rejicerentur qui in forensibus judicis postularent, Leg. *Repetita*, 40. C. *De Episcop. & Cleric.* L. *Consulta*, 18. C. *De testam.* Unde B. Basilius Epistola 84. aiebat: *Propter nostram in rebus hujusmodi ineptiam. Verba autem illa, simplicitate gaudens, & desidia deditus, de*

Monachis esse intelligenda, & Triboniani esse de Religione Christiana non bene lentientis; sed non recte, ut jam notavit J. Bertrandus in Vita Juli Paulli, cum nihil prohiberi possit, quin Paulli sint, & accipiantur de Christianis, qui etiam sub Imperio Septimi Severi, sub quo Libros illos Paullus scriptis, omnia Reipublica munera tanquam officia Christiano homini indigna respuebant.

His præfactis, facile percipitur verus sensus hujus Canonis, qui ita elici ex supra dictis valet. Christianus qui Duum-viratum gerit, eo anno quo durat officium, ab Ecclesia segregandus est: quia cum ipse ratione proprii officii teneretur edere ludos, & spectacula (ut in personam Italici cuiusdam ait D. Hieronym. in Vita Hilarionis: *Cur non magis equorum pretium pro salute anima tua non erogas? ille respondit, functionem esse publicam, & non tam se malle, quam cogi.* In quibus quedam apostasia Fidei datur, juxta Salvian. L. 6. *De provid.*) rectius centuerunt Illiberitani PP. Duum-virum per annum Duum-viratus ad Ecclesiam non accedere, quam ita accedere; cum Christianus, qui ad Ecclesiam non accedit, negligenter reus sit, ut superiori Canone probavi: quia autem sic venit, quodammodo idolatriæ reus est; cum licet coactus auctoritate præster idolatriæ, que in his ludis, & spectaculis dabatur, ut jam observavi supra in Can. i. v. Sed quia coactus, & per illum annum tantum ludos edebat, postea a communione non arceret, ut separatur Flamen, qui etsi non sacrificavit, munus tamen dedit, in Can. i. v. supra. Circa eosdem seculares Preludes ita sanxerunt PP. Concil. Arelat. i. v. Can. vii. *De Praesidibus qui fidèles ad Praesidatum impetu profiliunt, ita placuit, ut cum promoti fuerint, literas ac cipliant Ecclesiasticas communicatorias: ita tamen, ut in quibuscumque locis gessiverint, ab Episcopo ejusdem loci cura de illis agatur.* At cum cœperint contra disciplinam publicam agere, runc demum a communione excludantur. Similiter & de his fiat, qui Republicam agere volunt. GONZALEZ.

C A N O N L V I I .

De bis, qui vestimenta ad ornandam pompam dederint.

Matronæ, vel earum mariti, vestimenta sua ad ornandam seculariter pompam non dent; & si fecerint, triennii tempore abstineantur*. *Abstineantur.

CAPUT QUADRAGESIMUM.

Quæ pompa olim diceretur; & cur ad pompam offerre vestimenta, sub excommunicatione prohibeantur Christiani.

Ludos Circenses præcipuo nomine pompam fuisse nuncupatos, indicat Suetonius a: sed apertissime tellatur Tertullianus b: *Communis igitur, inquit, origo ludorum utriusque generis, communis & tituli, ut de communibus caussis, proinde apparatus communis habeant, neceps est, de recta generali idolatriæ conditricis sua.* Sed Circensem paulo pompatior suggestus, quibus propriæ nomen pompa præcedit. Circenses autem ludos pompam nuncupatos crediderim, quia die ipso muneris edendi, vel gladiatores ordine deduci in arenam, vel reliquos, circi, spectaculorumque ministros, mos fuit; & inibi solenni qua-

a In Claudio, Cap. ii.

b Lib. de spe-

ctaculis, C. 7.

Litorum co-

mitem, pom

oam litorum

vocat Cicerio

in Epistola ad

Celium L. 2.

Ep. 16.

quadam pompa circumduci. Quintilianus: *Jam dies aderat, jam ad spectaculum suppli-
cii nostri populus conveverat, jam ostentata per arenam peritorum corpora mortis sue pom-
pam duxerant.* Inde Varro^a unam rationem reddidit, cur Circus dicatur, quod ibi circum-
metas pompa feratur. Quo pertinet illud quod Cicero^b scripsit: *Cavendum, ne tarditatisbus
utamur ingressu mollioribus, ut pomparam ferculis similes esse videamur.* Et illud Ovidii^c:
Circus erit pompa celebris.

Divus Augustinus^d: *Amator est quispiam Circi? quid delectat in Circu? aurigas videre cer-
tantes? populos insana furia anhelantes? quemlibet celerem praecedentem, adversarii sui
equum frangentem?* ista est omnis delectatio: clamare quia vicit, quem diabolus vicit: ex-
ultare & insultare, quod adversa pars perdidit equum, cum is qui tali spectaculo dele-
ctatur jam perdiderit animum. Et mox i^e Sed si te pompa illa, & figura, equestrum compo-
sitio, curruam ornatus, & auriga superstantis, equestris regentis, vincere cupientis, sic
hac, ut dixi, pompa delectat, &c. Quare quum in Baptismo renunciamus diabolo, pompa,
& angelis ejus; idolatria etiam, que in spectaculis, & ludis admittitur, nos renunciare,
idem Tertullianus^f probat. Circenses autem ludos a loco, in quo celebrabantur, Circu, di-
cto, nuncupari quis ambigat? In hoc autem circo, quæ ludorum pompa, quæ solennia, quæ
turpia adhiberentur, Tertullianus vivis depinxit coloribus, a quo ista repetenda sunt: *Sed Cir-
censum, inquit, paullo pompatior suggestus, quibus propriæ hoc nomen pompa præcedit, quo-
ram sit in semetipsa probans de simulacrorum serie, de imaginum agmine, de curribus, de the-
sis, de barmamaxis, de sedibus, de coronis, de exuvias. Quanta præterea Sacra, quanta Sacrifi-
cia præcedant, intercedant, succedant, quot Collegia, quot Sacerdotia, quot officia moveantur,
sciunt homines illius Urbis, in qua dæmoniarum conventus consedit. Ea si minori cura per
provincias pro minoribus viribus administrantur; tamen omnes ubique Circenses illuc depu-
tandi, unde & petuntur; inde inquinantur, unde sumuntur. Num & rivulus tenuis ex suo
fonte, & surculus modicus ex sua fronde, qualitatem originis continet. Viderit ambitio, sive
frugalitas ejus, quo Deum offendit qualiscumque pompa Circi. Et si pauca simulacra circum-
ferat, in uno idolatria est; & si unam thenam trahat, fœvis tamen plaustrum est: quavis ido-
latria fôrdide instruita, vel modice, locuples, & splendida est censu criminis sui. Et paullo
post hæc ad Circi, & Circensem ludorum turpitudinem exprimendam addidit: Ut & de locis
secundum præpositum exequar, Circus Soli principaliter consecratur, cujus ades medio
spatio, & effigies de fastidio adis emicat; quod non putaverint sub tecto consecrandum, quem
in aperto habent. Quod spectaculum primum a Circé habent. Soli patri suo editum adfir-
mant: ab ea & Circi appellationem argumentantur. Plane venefica eis utique negotium gesit
hoc nomine, quorum Sacerdos erat, dæmonis, & angelis scilicet. Quot igitur in habitu lo-
ci ipsius idolatrias recognoscis; singula ornamenta Circi, singula Tempora sunt. Ova bo-
norii Castorum adscribunt, qui illos ovo editos credendo de cygno, fœve non erubescunt.
Delphinos Neptuno potest columba; Sessas a fementationibus, Messias a messibus, Inter-
linas a tutelis fructuum sustinent. Ante has tres Aræ triinis Diis parent, magnis, potentibus,
valentibus. Eodem Samothracas existimant. Obelisci enormitas, ut Hermateles adfirmat,
Soli profutura; scriptura ejus, unde ejus & census, de Ægypto superstitio est. Frigebat dæ-
monum concilium sine sua Matre magna; ea itaque illic præfides Euripo. Census, ut di-
ximus, apud metas sub terra delitescit Murcias; has quoque Idolum fecit. Mercuriam enim
Deum mercuris volunt, cui in illa parte adem vorare. Animadverte, Christiane, que
nomina immunda possident Circum. Aliena est tibi Religio, quam tot diaboli spiritus occu-
paverunt. De locis quidem locus est retrahendi ad præveniendum quorundam interrogati-
onem. Quid enim, inquis, si alio in tempore Circum adiero, periclitabor de inquina-
mento? Nulla est præscriptio de locis; nam non solum ista conciliabula spectaculorum, sed
etiam Tempa ipsa sine periculo disciplina adire servus Dei potest, urgente causa, simplici
dumtaxat, que non pertineat ad proprium ejus loci negotium, vel officium. Ceterum &
plateæ, & forum, & balnea, & stabula, & ipsæ domus nostræ sine Idolis omnino non sunt.
Totum faculum Satanas, & angeli ejus repleverunt. Non tamen quod in seculo sumus, &
Deo excidimus, sed si quid de facili criminibus attigerimus. Proinde si Capitolium, si Se-
rapium sacrificator, vel adorator intravero, a Deo excidam; quemadmodum Circum, vel
Theatrum spectator. Loco nos non contaminant per se, sed quæ in his locis sunt, a quibus
& ipsa loca contaminari altercati sumus, de contaminatis contaminamur. Propterea autem
commemoramus, quibus ejusmodi loca dicentur; ut eorum demonstremus esse, quæ in his lo-
cis sunt, quibus ipsa loca dicantur. Quæ omnia ex Tertulliano accepit D. Isidorus e. Ut
nihil autem quod ad pompam, & hos ludos pertinebat, omittit Tertullianus, hæc inferius
adiecit: *Nunc de artificio, quo Circenses exhibeantur. Res equestris retro simplex de dorso
agebatur, & utique communis usus res non erat. Sed cum ad ludos coactus est, transit a
Dei munere ad dæmoniorum officia. Itaque Castori, & Polluci deputatur hæc species, qui-
bus equos a Mercurio distributos, Stesichorus docet. Sed & Neptunus equestris est, quem
Graci lxx appellant. De jugo vero quadrigas Soli, bigas Lanæ sunxerunt. Sane &*
*Primus Erichthonius equus, & quatuor auras
fangere equos, rapidisque rotis infistere viator.**

Erichthonius Minerva, & Vulcani filius, & quidem de caduca in terram libidine,
ordinem aportentum est dæmonicum, immo diabolus ipse, non coluber. Si vero Trochilus Argivus
tempesque cuiuslibet & primus ostendit; puto & ipse inter Idola conscriptus est, si idem est Quirinus. Talibus au-
toribus quadrigæ productæ, merito & aurigas coloribus idolatriæ vestierunt. Nam equi
aut

av initio duos foli fuerunt, albus, & rufus. Albus hyemi, ob nives candidas; rufus
estati, ob Solis ruborem, voti erant. Sed pœna tam voluptate, quam superstitione prove-
cta, rufum alii Marti, alii album Zephyris consecraverunt. Prasnum vero Terra ma-
tri, vel verno: Venetum Calo, & Muri, vel autumno. Cum autem omnis species ido-
lolatria damnata sit a Deo, utique etiam illa damnatur, quæ clementis mundilibus pro-
fanatur. Hæc Tertullianus, ut ostenderet, qua vanitate, qua turpitudine, quo pericu-
lum erat idolatria inter se pompa illi, seu Circu; quanto magis damnandum in his, qui
non solum aspectu cernere, sed vestibus ornare eorum pompa curarent? Volunt ergo Pa-
tres præsentis hujus Concilii Illiberitani, atque earum mariti veles suas non
accommodent ad pompa ludorum Circensem, ne participes hanc erroris idolatriæ,
quam in illis spectaculis contrahi erat necesse. Non enim solum (ut docet recte idem Tertul-
lianus) idolatria committitur, quum quis immolat, incendit, aut Sacris aliquibus, vel Sa-
cerdotiis obligatur; nec quum ædificat, aut signa fabricat, sed etiam quum Templum exor-
nat, vel quo alio pacto ad celebritatem Sacrorum, vel ludorum, vel spectaculorum, adju-
vamento est: *Sunt &, inquit, complurium artium species, que etiam non contingunt Idolatri-
um fabricationem; tamen ea, sine quibus Idola non possunt, eodem criminis expediti.* Nec
enim differt, an extreras, vel exornatas, si Templum, si Aram, si ædificium ejus instrue-
rit, si brachium expresserit, aut insignia, aut etiam domum fabricaverit. Major est ejus-
modi opera, que non effigiem confert, sed auctoritatem. Et paullo post: *Hoc quoque ca-
vere debemus, ne quid scientibus nobis ab aliquibus de manibus nostris in rem Idolorum postu-
letur. Quod si concederimus, & non remediis tam usitatis egerimus, non puto, nos a contagio
idolatria vacare, quorum manus non ignorantium in officio, vel in honore, & usu demonio-
rum deprebenduntur. Si vestibus enim ethnicorum Christianos uti, genus esse idolatriæ, idem
Tertullianus b affimat, quod Christiani, non vita tantum, sed moribus, vele, & verbis
ab ethniciis differre debeant; merito idolatria loco habendum censent Hispani Patres, quod
matronæ, & earum mariti ad ornandam seculariter pompa Idolorum velles suas accommo-
dant. Quod si femina, vel viro Christiano veles ludis Circensis, & eorum apparatu da-
re non licet; non licet sane ad Festu Gentilium, vel hereticorum propria, quicquam Chri-
stiano, aut dono, aut comodato dare, ne eorum vanitati, & erroribus af-
fensus præstis videatur.*

Veterem autem hanc consuetudinem commodandi vestes ad scenam, vel ludos, & cæ-
teras publicas apparitiones, Ulpianus c refert: *Interdum, inquit, dolum solum in re commo-
data, qui rogovit, præfabit; ut puta, si quis ita convenit, vel si sua duntaxi causa
commodavit sponsa forte sua, vel uxori, quo boneficiis culta ad se deduceretur, vel si quis
ludos edens Prætor scenicas commodavit, vel ipsi Prætori quis ultro commodavit. Meminit
autem Prætoris Ulpianus (quia sunt d, qui pro Prætore, Principem, parum recte, in-
terpretentur) quod ad Prætores Romanos spectaculorum pertinerent editiones, ut Tertullia-
nus docet, utrumque Alconius Pædianus f: *Nam Edili, inquit, atque Prætori Horten-
sio, & item Metellis rapta ex provinciis signa ad ornandum forum, & comitium commoda-
verat Verres. Olim enim cum in foro ludi populo darentur, signis, ac tabulis pictis, partim
ab amicis, partim a Græcia commodatis utebantur ad scenas speciem, quia adhuc theatra non
fuerant. Alfenus Varus g non vestes solum, sed & argentinum, & lupulætælum: commendari
consueville scribit: Cum in testamento, ait, alicui argentinum, quid usus sui causa para-
tum esset, legaretur, itemque vestis, aut supplex; quæsum est, quid cuiusque usus cau-
sa videretur paratum esse? Vrumne id argentinum, quod vistus sui causa paratum pater-
familias ad quotidianum usum parasset? an & si quas mensas argenteas, & ejus generis ar-
gentum haberet, quo ipse non temere uteretur, sed commendare ad ludos, & ad cæteras ap-
paritiones seleret? Et magis placet, quod vistus sui causa paratum esset, tantum contine-
ri. Nec commodari solum, sed & locarietiam accepta mercede veles, & reliqua a eu-
sum parata, solebant, ut Cajus, & Ulpianus h referunt. Sed an id turpe sit, ut hujus Ca-
nonis sanctione prohibitum dicamus? quod verius puto. Est enim indignum Christiano viro,
lucrum velle facere Religionis jactura.**

COMENTARII NOVI.

Pompam ludorum Circensem late de-
scribunt Onuphrius, Lib. 2, De ludis
Circensibus. Bulengerus, De Circu, Cap. 38. D. Joannes Suarez ad Legem Aquil.
Lib. 1. Cap. 2. Sect. 5. ubi num. 37. cum
Mendoza refert hunc Canonem ad pompam
in ludis Circensis adhibitam. Sed libenter
quererem a doctissimis Viris, quare hujus
Canonis prohibitionem tantum de pompa
Circensem ludorum acceperint? cum PP. gen-
eraliter prohibeant, vestimenta ad pompa
seculariter ornandam commodari? immo si
verba Canonis perpendamus, constat, non in
omnibus pompis, & ab omnibus prohiberi
Tom. II. Conject. Cap. 11. Rosin. Lib. 5. De
ccc

aut Pwolfan-
gum Lib. 10.
Hilt. Rom. C.
s. Joan. Bobe.
De moribus.
Gent. Lib. 3.
De Europa, C.
19. fin.

a Cap. 8. De
idolatria.

c L. 5. §. In-
terdum.

d Budcar in
annat. ad Pz-
de J.

e L. De spe-
ctaculis.

f. 3. in Ver-
rem, vers. Di-
ces tua quoque
figua.

g L. Cum in
testam. 30. de
auro & argen-
teato.

h L. 10. §. 1.
De usus. & in-
terdum.

L. Sed & fi-

quid. 18. De

usufr.

an-

antiquit. Cap. 37. folio 435. Expendo pro hac sententia textum vere disertum in Cap. *Ad nuptiar. 43. De confecrat.* Distinct. i. ubi ex Concilio Aurelianensi hac referuntur verba: *Ad nuptiarum ornatum Divina ministeria non praestentur: ne dum improborum contactu, pompaque secularis luxuriam polluantur, ad officia sacri mysterii videantur indigna.* Premo verba illa, *ad nuptiarum ornatum;* & ibi, *pompa secularis,* ex quibus expresse, constat nuptiarum apparatus pompa seculari dicitur. Unde illud tantum interest inter Canonem illum Concilii Aurelianensis, & praesentem, quod in eo agitur

CANON LVIII.

De his, qui Communicatorias Literas portant. *vulgatus.*

Placuit, ubicumque, & maxime in eoco loco, in quo prima Cathedra constituta est Episcopus, ut interrogentur hi, qui Communicatorias Literas tradunt, an omnia recte habeant? & suo testimonio comprobent.

CANON LVIII.

De his, qui Communicatorias Literas portant, ut de Fide interrogentur. *emendatus,*

Placuit, ut ubique, & maxime in eo loco, in quo prima Cathedra constituta est Episcopatus, ut interrogentur hi, qui Communicatorias Literas tradunt, an omnia recte habeant? & suo testimonio comprobent.

CAPUT QUADRAGESIMUM PRIMUM.

De Literis Communicatoriis, & vario illarum usu.

Qui scripserunt, in Concilio Niceno primum, ob Arianorum heresim, Literarum Canonistarum usum inventum, vel hoc Canone refelli posunt; quo satis appareat ante Arij ortum, & Concilii Niceni inductionem, fuisse in Hispania communem. Osum enim Concilii Nicenae Præsidem, ex hoc Concilio in illud usum Literarum, ut ple-

*a Ep. 2. ad Ca
rinth. C. 3.*

raque alia, translatisse, si dicamus, quid vetat? Nec in Hispania tunc primum excogitari, sed jam diu excogitatam earum formulam conservari, adjecta nova Lege, insinuat. A principio enim Ecclesia usum earum cœpit, significat Paulus ad Corinthios a: *Incipimus, ait, iterum nos metipos commendare, aut numquid egemus (sicut quidam) Commendatitiis Epistolis ad vos, aut ex vobis? Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris; quæ scitur, & legitur ab omnibus hominibus.* Quas Communicatorias hic, & alibi, aliquando, Formatas dici, D. Augustinus b docet ad Eleusum, quod una in omnibus forma observaretur.

*Ecclesiasticas, & Canonicas etiam vocabant, quod Conciliorum, & Pontificum Canonibus approbarentur. Sine illis autem in principiis Ecclesiae noluerunt Episcopi Hispani ullos Clericos, vel laicos fideles profisci, ad occurrentem multorum fraudibus: ne videlicet haeretici, aut apostatae se veros Catholicos fingentes, ab Episcopis, & Christianis, ut digni sua communione reciperentur; postea vero illa pollui contingeret; neve profani homines se ministerio sacro initiatos apud exteriores mentirentur. Erantque haec Literæ velut argumenta, & testera sinceræ Fidei, quibus Catholicæ apud Catholicos commendari solebant a Catholicis, ut Optatus c docuit. Illis autem peregrini carentes, tanquam gravi suspicione haereses notati a communione repellebantur. Quas laici impetrabant, & Clerici, ad signum orthodoxæ Fidei, *Pacificas, & Communicatorias,* in genere: quas Clerici, ut ministerio Ecclesiastico fungerentur in aliis Provinciis, *Dimissorias,* peculiari nomine vocatas obseruo. Quod si suspicione Fidei aliquando notati, vel anathematis censura devincti, de absolutione, & poenitentia publicum peterent testimonium, Literas Commendatitias etiam impetrabant, ut*

b Epist. 163.

ex Concilio Chalcedonensi Theodorus Balsamon d, & alii antiqui, recentioresque multi adnotarunt, ex translatione Herveti apud Surium, Sed magis probò antiquam translationem ab Ivone e retentam, docentem, Commendatitias majori in Ecclesia honore prædictis dari solitas. Si enim verbi proprietatem spectemus, quam Patres antiquos observasse, æquum est judicare; suspectos purgare magis, quam commendare solemus; quos enim commendamus, ut dignitate, virtute, vel Religione magis præstantes commendamus; quod constat etiam ex Paullo in eadem Epistola ad Corinthios.

De harum Literarum Formatarum, seu Canonistarum formula Hispanis olim communi, quod dicam certo, nihil habeo; quod in re tam antiqua sine testimoniis non liceat divinare: probabili tamen conjectura duci possumus, eandem fuisse, vel simile illi, quam ex Conci-

*c L. 2. De
schism. Dona-
tisti.*

d Can. 11.

*e De caus. Cle-
ri, C. 2. 16. in
6. part. Decret.*

lio Niceno referunt Ivo a, Burchardus b, & Gratianus c. Texendæ autem ejus rationem ex a Par. 6. De poltremis verbis Concilii Chalcedonensis repetemus: *Græca, inquit Atticus Episcopus, elem-
enta Literarum, numeros etiam exprimere, nullus qui vel teniuster Graci sermonis noti-
tiam babet, ignorat. Ne igitur in faciendis Epistolis Canonicas, quas mos Latinus; Forma-
tas vocat, aliqua fraus falsitatis temere præsumeretur; hoc a Patribus trecentis decem &
octo Nicæa congregatis saluberrime inventum est, & constitutum; ut Formata Epistola 73. Dis-
hanc calculationis, seu suppeditationis rationem habeant; id est, ut affumatur in suppeditationem prima Græca elementa, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, hoc est, π, υ, α, ex Conc. Chal-
cedonensis apud Grat. illa, in prin-
cipiis 73. Dis-
temporis, numerus affumatur. Atque ita bis omnibus Græcis literis, que (ut diximus)
numerous exprimit, in unum ductis, unam, quæcumque fuerit collecta, summa Epistola teneat: hanc qui suscipit, omni cum cautela requirat expresse; addat præterea separatim in Epistola nonagenarium, & nonum numerum, qui secundum Græca elementa significat.
Amen. Exemplum autem Epistole Formata hoc Ivo a refert.*

*In nomine π, Patris; & υ, Filii, & α, Spiritus Sancti. Rathbodus Sanctæ Tre-
verensis Ecclesie, ac plebis ipsius humilis famulus Roberto, reverende sanctæ Meteensis Ecclesie Antifliti in Christo Princeps Pastorum, mansuram cum gaudio prosperitatis, ac perpetuitatis gloriam: Decreta Sanctorum trecentorum decem & octo Patrum Nicæa con-
stitutorum saluberrima servantes, Deo dignam, piamque Fraternitatem vestram Canonice aggredimur; & sub nomine Formata Epistola reverenter vestram Sanctitatem adimus, vobis videlicet intimando, quia præsentis Presbytero nostro, nomine Gislmearo, has Dimissorias dedimus Literas, quem in nostra Diœcese Ecclesiastice educatum de Ordine Clericatus ad Pre-
shyteratus proximius gradum, ut bis canonicis munitus apicibus, cum nostra licentia ei in vestra Parochia sub defensione, ac regimine vestra chara dilectionis degere liceat; illum-
que in finu sanctæ Matris Ecclesie Canonice foventum, ac regendum vobis committimus.*

*Hanc ergo Epistolam Græcis literis hinc inde munire decrevimus, & annulo Eccle-
sia nostra bullare censuimus. Christus Pastorum Princeps, intervenient Beati Petri, cu*is* specialiter ovile Dominicum commissum est, Fraternitatem vestram ad custodiam sui gregis dia nobis conservet incolumen. ep̄m. Summa horum, M. D. XXXIX. π, υ, α.*

*Quod autem primum in Concilio Niceno constitutum fuille censeo, illud est, ut Persona scilicet Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, in Epistolarum exordio exprimeretur, ad docendam Di-
vinarum Personarum æqualitatem, damnandamque Arii haeresim, inter Patrem & Filium inæ-
qualitatem constituentis: a quo ut discernerentur Catholicæ, ea exordii formula inventa est.*

*Has autem Epistolas nonnisi Episcopi tantum dare poterant, vel Chorospicopi. Cum enim Episcopi docere publice, & curare omnia, quæ erant sibi instituti, non possent, ethnicorum potentia, & itinerum difficultatibus impeditis; necesse fuit, deligi ab illis viros ætate graves, doctrina nobiles, probitate, Religioneque spectatos, qui eorum loco in Civitatibus minoribus, seu vicis publice, & privatim populum docerent, & ut commodissimum erat, Episcopos in toto hoc regente Christianæ Reipublicæ munere juarent, quos Graeca voce Chorospicopos nuncuparunt, quasi Episcoporum Vicarios; sed titulo, & functione vicaria tantum, ut hodie Titulares Episcopi. Ad vicinos autem Episcopos Presbyteris parochianis has Literas dare licebat, ut comit ex Concilio Antiocheno e. Sed si longius esset progrediendum, Chorospicopi, vel Episcopi Formatis erat utendum; ut in eodem Concilio decernitur. Quod autem hic Episcopi nostri constituant, illud est, ut omni loco, in eo præsertim, in quo primam suam Cithedram constitutam habet Episcopus, interrogentur omnes, qui Communicatorias Literas portant (ab actu traditionis quo illas Episcoporum manibus offerunt, tradere dicuntur) an omnia in illis contenta recte intelligent. Cum enim compendiariis quibusdam notis contexerentur ordine, quem superius retulimus, oportebat sane, illorum omnium eum reddere rationem, qui Communicatorias Literas deferret, ut earum fructu liceret frui. Hoc autem ubique, & in omni loco fieri oportebat, ne subdoli, & fraudulentem homines illas possent ex capite confingere. Sed quamvis in omni loco eas examinari oporteret; in eo præsertim, in quo prima Ca-
thædra constituta esset Episcopatus: quia cum in majoribus Civitatibus Cathædra Episcopalis constitueretur, acriorem diligentiam in his adhiberi erat necesse, ne turpi forsitan portantium falsas Literas communione Civitas tota sensim, ac latenter eodem errore notaretur, vel caperetur. Nec ab his examinari tantum Concilio placuit, sed & testimonio Episcoporum comprobari, ut certior de his populus redderetur, qui ad Ecclesiasticam communionem, qui ad humanum convicuum secure possent admitti.*

COMMENTARII NOVI.

Sicci, aut confici peregrinationes, & itineraria non poterant sine Literis Communi-
catorias; alter jure hospitalitatis caruissent, atque illa ratio suscipiendo viatores, agendique cum illis, eo pertinebat, ne cum peccatoribus commercio aliquo communicarent. Quis enim non intelligit, eos toto illo itinere perficiendo peccare, suoque con-

Cccc 2

gressu, ac societate in eandem turpitudinem eos, qui nec opinantes, aut cogitantes, cum iis veriati fuissent, potuisse pertrahere? Hoc autem ex hoc Canone collige, viatores Literas Communicatorias non solum Episcopis, sed & Ecclesiarum Rectoribus, aut quacunque transirent, obtulisse; verum simile tamen est ab aliis preterquam ab Episcopis, nil quicquam in ipsis Literis adnotatum. ALBASPIN AUS.

Inter alias Epistolarum formas primis Ecclesie faculis inter Fideles usitatas, quas consenserunt Cironius ad Tit. De Eccl. peregrin. Baron. Ferrarius, & alii laudati supra in Can. xx v. praecepue erant, & necessariae Communicatoria, ita dictae, quia per eas licebat Christifidelibus sine erroris periculo in plebe aliena communicare, hoc est, fratribus communione, ac confuetudine uti, ad communes in Ecclesia preces convenire, & Eucharistiae participatione gaudere. Pro quarum cognitione sciendum est, illis prioribus Ecclesie faculis, cum adhuc major pars mortalium esset Judaeorum, Gentilium, & haereticorum, necessarium fuisse, ut Fideles peregre proficiscentes ab Episcopo proprio Literas acciperent, ut tanquam Catholici ab omnibus Fidelibus recipierenetur ad communionem, tam in convictu, quam in precibus, & Sacramento: quam triplicem communionis formam expressit Nicophorus Lib. 13. Cap. 11. de Chrysostomo loquens: *Ille viros (nempe Isidorum, Dioscorum, & alios a Theophilo ex Aegypto pulsos) benigne acceptos in honore habuit (ecce communionem in precibus) ad divinorum autem mysteriorum communionem non admisit.* Ecce tandem communionem in Sacramento indicatam. Meminerunt etiam Socrates Lib. 6. Cap. 9. Sozomen. Lib. 8. Cap. 10. & Metaphrastes in Vita Chrysostomi. Forte etiam Tertullianus; non enim satis liquet, an triplicem hanc communionis formam voluit indicare, quem dixit Libro, *De praescript. adversus haereticos*, Capite 20. *Communicationis pacis, appellatio fraternitatis, & confessio hospitalitatis.* Per appellationem fraternitatis, ut antiquitatis Ecclesiasticae studiosus indagator Rhenanus adnotavit, salutationem & convictum: per communicationem pacis, dandum & accipiendum: per confessio hospitalitatis, Eucharistiae participationem. Pereginatur igitur, sive Clerici, sive laici, ab Episcopo proprio Literas Communicatorias accipiebant, ut ita tanquam Catholici ab omnibus ad communionem admitterentur. Concilium Carthagin. 1. Can. vii. ibi: *Cassianus Uzulenensis Episcopus dixit: statuat gravitas vestra, ut uniusquisque Clericus, vel*

Maxime in eo loco, in quo prima Cathedra constituta est Episcopus.

CAPUT QUADRAGESIMUM SECUNDUM.

An Archiepiscopi, & Primates, ut hodie, fuerint olim in Hispania tempore hujus Concilii.

EX his verbis sunt, qui intelligent, olim in Hispania tempore hujus Concilii, & Archiepiscopos, & Primates extitisse; quos prima Cathedra Episcopos nuncupabant. Quod certe verum esse volunt, & firmioribus, vel argumentis, vel conjecturis inixum, ut laude in hanc Hierarchici Ordinis jam in Hispania constituti, fundatique (ut opto) de-

*laicus non communicet in aliena plebe sine Literis Episcopi sui. Gratus Episcopus dixit: Nisi hoc observatum fuerit, communio fieri possit (hoc est, communis, & promiscua.) Nam si cum literis receptus fuerit; & concordia inter ipsos Episcopos servatur, & nemo subtilis alterius fugiens communionem, ad alterum latenter accedit. Universi dixerunt: Omnibus provides, & Clero, & laicis consulitis. Concilium Agathense, Canone lii. Cap. Extraneos. 71. Dist. Cap. Non oportet. De consecratione. Dist. 5. Et quia circa eas certa forma praescripta erat (quam retulimus in Cap. 1. De Clericis peregrinis) Literæ ipsæ dicebantur Formatae. Concilium Laodicense Can. xl. ibi: *Non oportet, Ministrum Altaris, vel etiam laicos, sive Canonis Literis, id est, Formatais, alicubi proficiere.* Atticus Constantiopolitanus Episcopus ad finem Concil. Chalcedonensis, ibi: *Ne igitur in faciendis Epistolis Canonis, quas mox Latinus Formatas appellat.* Notarunt plura de his Literis Zonaras, Balsamon, & Pustel. in dict. Can. xl. Concilii Laodiceni, Sirmundus, & Savarus in Not ad Sidon. Lib. 2. Epist. 3. Loaisa in Can. vii. Concilii Hispanensis ii. Cujacius in Cap. Fraternit. De Clericis non resident. Bosquetus ad Innocent. Lib. 1. Epistola L. Coriolanus in Breviario anno cxxxi. Cironius Lib. 2. Obser. Cap. 6.*

Supra relatas Literas Communicatorias deferebant Fideles tam Clerici, quam Laici, ut per eas, Christianos, & communione Ecclesie participes ostenderent, & licet cum aliis Fidelibus in Ecclesia, & officiis Ecclesiasticis communicare, a qua communionis participatione Communicatoria Literæ dicebantur; unde veteres Christiani in recipiendis Commendatitiis Literis, ne fraus irreperet, & haeretici, ut a communione seclusi, per falsas literas cum Catholicis communicarent; accuratum examen adhibebant Fidei eorum, qui eas affectabant. Can. xxxii. alias xxiv. Apost. Lucianus in Peregrino, de Christiano loquens: *Aपय illos, inquit, omnia ex aquo babentur contemptui, existimanturque esse communia, qua circa Fidem exacte exploratam in communem usum a quocumque deferentes suscipiunt.* Unde jubent PP. in praesenti, ut ubicumque (maxime in eo loco, in quo prima Cathedra constituta est Episcopus, interrogentur peregrini, qui Literas deferunt, an omnia recte habeant? id est, Fideles sint, & communionem cum Fidelibus obtineant, & sua depositione in Literis contenta confirmant, ne per subreptionem in Ecclesia aliquid irrepant. GONZALEZ.

deferre possem; sed cum videam in subscriptionibus Episcoporum, sive testimonio Notarii, ordinem hunc Primatus observatum non fuisse (quod inter reliqua privilegia Primatus referunt D. Gregorius a, & Augustinus b, Concilium Bracarense, & Milevitanum d) non possum sane in eam sententiam induci. Subscripti enim primo loco, sedis, & confirmasse Concilium Felicem Episcopum Accitanum, confirmant Codices omnes, & editi, & mss. quem primum locum, & Sedem inter Episcopos Hispanos obtinuisse, nullis vetustæ antiquitatibus constar monumentis. At si postremo loco sedis, & subscripti, honorificentius olim qui postremo loco subscripti Eutychianus Episcopus Battitanus. Quos autem olim primam Sedem habuisse dici possit probabilius, Toletanos nimurum, vel Hispanenses, secundo, & septimo loco sedis, vel confirmasse Concilium, sive Notarii publica consignatum reperimus. Quare hujus Canonis aliam esse sententiam placet. Cum enim verba Patres Canonis Aucliores non ad Episcopos, sed ad loca, & Sedes Episcoporum retulerint (voluerunt enim in omni loco, sed in eo maxime, in quo prima Cathedra constituta est Episcopus, qui deferent Literas Communicatorias, examinari, probarique) perinde est, ac si dixissent, in omni loco oportere Literas Communicatorias deferentes examinari, & comprobari; sed in eo primam Cathedram suam Episcopi constituerint, hoc est, in Cathedralis, sive Matricis Ecclesie Urbe: aliter enim, qui fieri potest, ut credamus, Concilium Primatum Sedes solas exprimere, & Episcoporum Sedes reticere voluisse? cum multo magis Sedes Episcoporum, quam Primatum debuisset recensere, quod ex majori illarum numero plura, & graviora redundare possent pericula. Quam sane sententiam confirmant vetusti, & emendationes Codices mss., in quibus exstat e: *In qua prima Cathedra constituta est Episcopatus.* Hoc autem ideo dixerunt hujus Concilii Patres, quia poterant in omni loco Literas Communicatorias dare, comprobareque Presbyteri, in villis videlicet, si ad Episcopos vicinos iter esset agendum; vel si esset pro-grediendum longius, Chorepiscopi (qui Vicarii erant Episcoporum in villulis, & oppidis) sive decreverunt Patres, ut in loco, in quo essent Presbyteri, & Chorepiscopi, Literæ, & earum delatores examinarentur, & testimonio suo ille Canonica probarentur; sed in eo praesertim, quem ad primam Cathedram suam constituendam elegerant Episcopi: ne Catholicae Fidei radices, quas gravi illi studio, & pia solicitudine in præcipuis Urbibus affixerant, haereticorum versutia, & calliditate evellerentur. De Cathedra mention fit; nam receptum fuisse olim a primis fere Apostolorum temporibus, Cathedras constitui Episcopis in Ecclesia, in loco excelsiori, ad demonstrandum jurisdictionis, & Throni potestatem, Urbanus I. Epist. ad omnes Christianos docet: *Quod autem (inquit) Sedes in Episcoporum Ecclesiæ excelsæ constituta, & preparata inveniuntur, ut Thronus, Speculationem, & potestatem judicandi, & solvendi, atque ligandi, a Domino sibi datum materiam docent.* Unde ipse Salvator in Evangelio ait: *Quæcumque ligaveritis super terram, erunt ligata & in Cœlo;* &c. Et alibi: *Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.* Romano Pontifici subscibunt Africani in Concilio Carthaginensi: *Ut Episcopus (inquit) in Ecclesia in confessu Presbyterorum sublimior sedeat: intradomum vero collegam se Presbyterorum esse cognoscat.* Divus etiam Hieronymus h. adiupatur eiusdem, dum ait: *Nam & Alexandria a Marco Evangelista usque ad Heracliam, & h. Epist. 85. ad Diorysum Episcopos, Presbyteri semper unum ex se electum in excelsiori gradu collocatum Euagrium. Episcopum nominant, quomodo si exercitus Imperatorum faciat.* Divus Augustinus i: *In futuro (ait) iudicio nec apsidæ gradata, nec Cathedra velata adhuc habebuntur ad defensionem.* Maximi. Episcop. Apud enim gradatas, Sedes Episcoporum intelligit, altiore sublatas faltigio, Cathedras autem velatas, quod velis olim sacra dignitatis causa illæ tegi confuevissent. Quod ergo in ea Urbe prima, hoc est, præcipua Cathedra Episcopi constituta sit, quam sequebatur Presbyterorum Conventus, ideo de prima Cathedra, hoc est, de Urbe, in qua ea Cathedra ab Episcopo sita, & traslata sit, hujus Concilii Patres meminerunt; cogebantur enim interdum Episcopi, levante persecutorum tyrannide, propria loca deferere, & in alia pacis Christiana, & salutis, ac vitæ custodienda causa commigrare, translato inibi dignitatis, & potestatis Throno, quam Cathedram vocabant. Voluerunt igitur, in omni loco, sed in his præsertim, quæ ad propriam habitationem elegerant Episcopi, Religionis, & Disciplinæ Ecclesiasticæ maximam huberi curam, & rationem ab adventuris omnibus stridissime exigi, & de Fide illorum sepius interrogari; ne Urbes, quas Episcopi elegerant ad constitendum habitationis, & Religionis domicilium, vafra haereticorum versutia aliquam Fidei jacturam facerent. Quod & antea Apostolorum constitutione cautum reperitur: Nullus (ait) Episcoporum peregrinorum, aut Presbyterorum, aut Diaconorum, sine Commendatitiis suscipiantur Episcopis; & cum scripta detulerint, discutiantur attentius, & ita suscipiantur; & quidem si predictores pietatis fuerint, suscipiantur; si minus, ubi necessaria ipsis suppeditaveritis, ad communionem, & alteriorem ipsos consuetudinem non admittitote: multa enim per subreptionem provenient.

Non ergo conitat ex hoc Canone, Archiepiscopos, & Primates fuisse tunc in Hispania, assignatis Metropolitanorum Suffraganeis, & constituta ea Urbium differentia, & privilegiis, quæ illi retinent hodie. Nam si Ordo Hierarchicus erat in Hispania; quare oborea cauila criminum Basilidis, & Martialis Episcoporum, non ad Metropolitanum ejusdem Provincie sed ad Africam recurrerunt, ad Carthaginensem videlicet Episcopum Cyprianum i? cum Epist. 68. Episcoporum cauillas ad Primate esse deferendas sciamus: *Quisquis Episcoporum accusatur in Concilio Carthaginensi, ad Primates Provinciae ipsius cauillam deferat accusatorem;* illa III. Can. & evocatus ad cauillam dicendam non reverit; communio ad tempus ei interdicta. Per singulas Regiones Episcopos convenit nosse Metropolitanum Episcopum, solicitudinem

dinem totius Provincia gerere; propter quod ad Metropolim omnes undique, qui negotia videntur babere, concurrant: unde placuit, eum, & honore praecellere, & nihil amplius, prater eum, ceteros Episcopos agere, secundum antiquam a Patribus nostris regulam constitutam: nisi ea tantum, qua ad suam Diocesim pertinent, pessionesque subiectas. Satis enim erat, & commodius, omissa tanti itineris, navigationisque difficultate, & periculis, in sua Provincia, quam in aliena, obortam causam sponeri, & terminari. Hanc autem formam Hierarchici Ordinis antea in Hispania, nec Episcopi observare, nec denuo inducere potuerunt; quia ad illam generali Decreto in omnibus Hispaniarum Regnis stabilendam, consilio omnium Episcoporum communis, maturaque deliberatione opus erat. At convenire in unum locum, tum Imperatorum ethnicorum metu, tum maximis itineris difficultatibus non poterant; nam Imperatores Conventus hos quasi Collegia illicita peragi non facile patiebantur; ut Plinius Secundus Proconsul Ponti, & Bythiniae, se non pati scriptit ad Trajanum; & Maximinus, ne ad Coemeteria convenienter, prohibuisse, Eusebius tradidit. At in Concilio hoc, ideo eam causam Primum, & Patriarcharum omittere potuerunt, quia ipsi tanta animi moderatione, virtute, & sanctitate pollebant, ut absque Primum legibus, & judiciis, non solum in Ecclesiastica disciplina, & institutione, sed in omni charitatis officio continerentur. Nen sine Hierarchici Ordinis legibus eos vixisse putemus, cum antiquioribus Ordinatione eam ipsam curam demandasse, dixerim superius.

^a Lib. 10. Epis. foliarum.
^b Lib. 9. hist. Eccles. Cap. 2.

^c Lib. 1. Cap.

^d Cap. 3. & 4.
^e Lib. 1. Cap. 3.

^f Dionys. PP. in Epist. ad Severum Episcop. Cordubensem.

^f In Paralip. Hispaniae.
^g in Chronico Hisp.
^h Lib. 1. Cap. 3.

Non ignoro, Epistolam Lucii Papae a multo ante hoc Concilium ad Episcopos Hispaniae, & Galliae perhiberi, in qua fit mentio de Metropolitanis, inhibenturque Hispani, & Galli Metropolitani, nisi quod ad suam pertinet Parochiam, sine consilio, & consensu omnium comprovincialium Episcoporum, quicquam agere; sed jam superius animadversum est, Epistolam illam Lucii suspicione non vacare, redditu sententia ratione, quam esset molestum repetere. Illud tamen addo, non videri probabile, in Hispania tantam tempore Lucii Papae inter Episcopatus, Archiepiscopatus, & Primatias inductam distinctionem, cum multo post ancipiti dubitatione laborantem viderimus Severum Episcopum Cordubensem, Dionysium Papam expositulasse, & exquisivisse, quem ordinem in divisione Parochiarum tenere debuissent; cui Pontifex non responderet, ut antiquum teneat receptionem in ejus Ecclesia, vel in Ecclesiis Hispaniae, sed a se noviter Romae inductum, eamque formam ut generalem per omnes Provincias faceret divulgari. Illius haec verba sunt: *De Ecclesiis ergo Parochianis, unde Apostolicam Sedem consulere voluisti, qualiter sint custodienda per Cordubensem Provinciam, ac dividenda Sacerdotibus, nihil tuae charitati melius nobis videtur intimare, quam ut se quaris quod nos in Romana Ecclesia nuper egisse cognoscitur. Ecclesiis vero singulas singularis Presbyteris dedimus, Parochias, & Coemeteria eis divisimus, & unicuique jus proprium habere statuimus; ita videlicet, ut nullus alterius Parochia terras terminos, aut jus invadat; sed unusquisque terminis suis sit contentus, & taliter Ecclesiam, & plebem sibi commissam custodiat, ut ante tribunal eterni Iudicis ex omnibus sibi commissis rationem reddat, & non iudicium, sed gloriam pro suis actibus accipiat. Hanc quoque normam, Cbarissime, se, & omnes Episcopos sequi convenit; & quod tibi scribitur, omnibus quibuscumque potueris, notum facias, ut non specialis, sed generalis fiat ista praeceptio.* Nec ignoro etiam quod scripsit Joannes Episcopus Gerundenus f., & post illum Vallaeus, hoc Concilium, videlicet Illiberritanum, habitum fuisse anno Domini CCCXXXVII. in eis Illiberritane, quae est ad radices montis Pyrenaei, interfusisse Constanti num Magnum cum matre Helena, tumque divisum Hispaniam in quinque Provincias, Tarraconensem, Carthaginem, Baeticam, Lusitaniam, & Gallicam, & singulis Provinciis assignatos fuisse Episcopos Metropolitanos. Hac enim illi honorifice observasse videri possunt, sed plene probasse videri non possunt, ut pluribus antea demonstravi,

COMENTARII NOVI.

Libenter adhæreo eorum opinioni, qui alleruerunt, jam tem poribus hujus Concilii fuisse in Hispania Primates, seu Patriarchas, Archiepiscopos, vel Metropolitanos. Siquidem ab Apostolis, vel certe non longe post, constituti fuerunt in Urbibus, in quibus ex jure Romanorum erant Protoflamines, Primates ubi vero erant Architlaminis, Archiepiscopi; & tandem ubi Flamines erant, Episcopi Cap. Urbes, Cap. In illis, 8o. Distinct. Probant Ant. August. in Epist. Juris. Lib. 2. Titul. 1. Germanus Lib. 2. De Sacror. immunitat. Cap. 5. Azor Part. 1. Iustit. Lib. 3. Cap. 36. Quæst. S. Vvolfangus Laci Lib. 2. Reipubl. Roman. Morinus Lib. 1. Exercit. fere per totum; & ita Archiepiscopalem gradum a Jure Divino esse, ex Cap. Provincia. Distinct. 99. Cap. Per singula. 2. Quæst. 3. Cap. Scitote. 6. Quæst. 3. probat Cæsar. De Ecclesiast. bie-

rach. Quæst. 2. num. 4. & Disputat. 5. §. 1. Unde in Concilio Niceno 1. Can. vi. statuit, ut inter Patriarchas ille ordo servetur, qui jam more antiquo cœperat vigere. Et Anacletus relatus in dict. Cap. Provincia, & Luciferius in dict. Cap. Urbes, statuunt, ut ubi Primates sacerduli erant, ibi Primates Ecclesiæ constituerentur, & D. Clemens relatus in dict. Cap. Urbes, idem sanctit. Unde cum Hispania sit una inter cunctas totius Orbis Provincias celeberrima, & quæ omnium primum Fidei rudimentis initia cæteras Europæ Provincias Christiana Religionis cultu superavit; non est dubium, quin ab illis temporibus, in quibus fuerunt tot Episcopi ordinati a Beato Jacobo, essent aliqui Archiepiscopi, & Primates: siquidem Prelatos constituit in Ecclesiis Toletana, Bracarense, Hispalensi, Cæsarau-gustana, & alii. Facit Decretum Gundemari Regis, quod refert Loaisa inter Concil. Hispania

panie in illis verbis: *Decernimus, ut sicut in Baetica, Lusitania, & Tarraconen, secundum antiqua PP. decreta singulos habere nescuntur Metropolitanos. Quæ verba etiam reperiuntur in Can. iv. Concil. Bracar. primi. Et anno iv. sui Imperii Constantinus Magnus Hispaniam in sex Provincias divisit, ut restituerent antiqui Ecclesiarum fines, ut liquet ex divisione edita a Loaisa post Concilium apud Lucum. Et jam hunc temporibus fuisse in Hispania Primates, probant late certantes, cui Ecclesiæ haec dignatas competat, Illustrissimus Caltrelon Tomo primo, pro Primatu Ecclesie Toletanae, D. R. de Acuna pro Primatu Ecclesie Bracar. Cæsar. De Ecclesiast. bierarch. Disputatione quarta, §. sexto, Olivar. ad Flavium Dextr. anno cv.*

Nec obstat, quod Mendoza expedit ex subscriptionibus hujus Concilii, ubi secundo loco subscripsit Sabinus Praeful Hispalensis, septimo autem Melantius Toletanus; igitur quia adhuc non erat distinctus ordo hierarchicus inter Praefules Hispaniae: siquidem servato Metropolitani honore, omnes Episcopi juxatempus fuisse consecrationis debebant subscribere in Concilio, ut expressè caveretur in Concil. Bracar. 1. Can. vi. Milcivit. Can. xii. Africani. Can. li. i. Carthagin. lxxxix. Nam quamvis hujusmodi divisiones hujus Concilii temporibus factæ essent non tam in subscriptione, Metropolitani, & quicunque alii Praefules, dignitatis sue ordinem servabant; donec praedictus subscribendi, sedendique ordo, in dictis Conciliis Bracarense & Africano statutus fuit anno DLXI. Unde in Conciliis prioribus Toletanis nullus ordo in subscriptionibus observatus legitur. Nisi dicamus Sanctos PP. hujus Concili parum curiale de loci prærogativa, aut Notarium in eorum subscriptionibus referendis ordinem non servasse: quod facilis est, quam negare, tunc temporis in Hispania fuisse Archiepiscopos, & Primates. Nec quod refert Mendoza de Baslide, & Martiali Episcopis dejectis a suis Ecclesiis, Asturiceni, & Emeritensi, configuntibus ad D. Cyprianum, evincit, in Ecclesiis Hispana non fuisse Archiepiscopos, & Primates; nam si veram corum historiam legamus, invenimus, flagrante Decii persecutione, praedictos Episcopos metu perterritos instantis necis, idolis Gentilium immolasse, collegia, & convivia eorum frequentasse, & tandem Catholicos defunctos cum Gentilium cadaveribus communibus sepelitis sepielle: qua de causa a Clero, & populo ab Ecclesiis suis fuerunt depositi, & in eorum Sedibus Felix & Sabinus suffici. Et cum Baslide ita dejectus Romanum Pontificem adiisset pro restitutione propriæ Sedi; Fideles praedictarum Ecclesiarum literis suis consuluerunt D. Cyprianum Carthaginem, Episcopum propter magnam ac frequentem communionem Hispanæ, & Africane Ecclesiarum temporibus D. Cypriani, ut sit Bivar. in Not ad Flavium Dextr. anno ccxv. num. 2. non quia per appellationis, aut conquestio-nis formam causa illuc delata esset; sed tan-tum pro solatio ipsorum Fidelium, ut sit ipse D. Cyprian. Epist. LXVII. ubi fusa hoc narrat, præcipue in illis verbis: *Cum in unum convenissimus legimus literas vestras, fratres*

dilectissimi, quas ad nos per Felicem & Sabini Episcopos nostros profidei vestre integritate, & pro Dei timore fecistis; significantes, Baslide & Martiale libellis idolatria commaculatos, & nefandorum facinorum conscientia vivitos, Episcopatum gerere, Sacerdotium Dei administrara non oportere. Et desiderasti rescribi ad haec vobis, & justum pariter, ac necessarium sollicitudinem vestram, vel solatio, vel auxilio, nostra sententia levare. Et circa medium: Nec rescindere ordinacionem jure perfectam potest, quod Baslide post crimina sua detecta, & conscientiam etiam propria confessione nudatam, Romanam pergers, Stephanum Collgam nostrum longe possum, & gesta rei, ac tacita veritas ignorarum sefelli. Unde Epistolis coram Cypriano, & aliis xxxv. Episcopis lectis, nomine omnium literæ responsivæ datæ fuerunt, quibus rescriperunt, Baslide & Martiale jure optimo depositos fuisse; Felicem autem, & Sabinum Canonice electos. Ex qua Epistola facile constat, non tanquam ad superiorum filio appellatum, sed tantum Ecclesiam Africam in re ardua, & difficile consultam: GON-ZALEZ.

Maxime in eo loco ubi prima Cathedra constitutus est Episcopus.] Priscis illis Ecclesiæ Patribus humilitatem Christianam, ac moderationem summam profertibus, von placet tituli præferentes umbram aliquam exaltationis supra ceteros. Inde est, ut tempore hujus Concilii, quamvis non nulli essent intra illud præcipuarum orbium Praefules, veluti Toletanus, & Hispalensis, ac subinde Metropolitanus re ipsa (ut alio loco diximus, & hic comprobatur) D. Gonzalez) nemo tamen illorum diceretur Archiepiscopus, Primas, aut Patriarcha. Nimirus, omnes ex appellationes principatum & sublimitatem supra ceteros Episcopos denotant, a qua affectanda alienissimi erant antiqui illi Ecclesiæ Patres. Itaque Literas Communicatorias non ajunt tradendas in Ecclesia Primatis, Patriarchæ, aut Archiepiscopi; sed in eo loco, ubi prima Cathedra constitutus est Episcopus.

Eodem spiritu ductus S. Gregorius Nazianzenus, inclinante ipso seculo quarto, cum esset recipia Archiepiscopus CP. Orat. 18. non dubitavit dicere in conspectu magna illius Urbis: ἐσόφερον γε μηδὲ ἐπρεδρία, μηδέτι τόπου προτίμους, καὶ τυραννικὴ προτομία, τὸν δὲ αὐτῆς εἰγνωσκόμενα. Utinam autem ne ullius quidem Sedis principatus esset, nec ullia loci prælatio, nec tyrannica prærogativa, ut ex sola virtute cognoscemur. Et hæc videtur potissimum fuisse ratio, ne Patres Liberitani subscriberent juxta majorem, aut minorem amplitudinem dignitatis. Ecclesiæ, sed penes antiquitatem uniuscujusque in Episcopatus: quæ certe prærogativa nullam habet umbram principatus, aut dominii supra ceteros Episcopos. Unde obiter occurrit, difficultati objectæ ab eruditissimo Mendoza in praesenti, præter ea, quæ D. Gonzalez protulit.

Verum licet ii recensarent titulum, sive appellationem principatum sonantem: non propterea dignitatem proprii gradus intra hierarchiam Ecclesiasticam negaverunt. Quo-

sensu accipi debet Canon xxvi. Concilii Carthaginiensis iiii. ubi statuitur. *Ne quis primus Sedis Episcopum principem Sacerdotum, aut Summum Sacerdotem, aut aliquid hujusmodi appellat; sed tantum prima Sedis Episcopum.* Bodem igitur sensu longe antea, & meliori aeo, PP. Illyritani loquuti sunt, non negantes Metropolitanorum potestatem, sed modeite omittentes titulum omnem, qui praeserferet umbram aliquam principatus, aut dominii.

Accerte ita oportuit tunc se gerere antiquos illos, & sanctissimos Patres, attentis circumstantiis temporis, loci, & hominum infidelium absoquo numero, inter quos hababant, praesertim potentes, quos ad amplectendam Christi Fidei potius humilitate singulari, & insigni modestia, quam magnificis titulis trahere poterant. Fortasse etiam aliqui eo aeo iis titulis ad pompam uteruntur, & ad id corrigendum, aut vitandum de cetero, visum fuit illos vetare, saltem ad tempus. Alioqui notum iis erat, quod longe antea statutum fuerat Canonice xxxiii. Apostolorum alias xxxvi. *Tēs ēπιστολῆς ἑδεῖς ἔδιοις τὸν ἐπίστολον πρῶτον, καὶ ἡγάπται ἀντὶ τὸν αὐτοῦ αὐτοῖς.* Episcopus uniuscujusque gentis oportet nosse eum, qui in eis est primus, & existimare, ut caput.

Quin & circa medium tertii saeculi, idest, quinquaginta circiter annis ante hoc Concilio

lium, fuisse Episcopos Comprovinciales, ac proinde sub uno aliquo Metropolitanu, qui esset aliorum caput (qualitercumque appellaretur) indicat satis Cyprianus Epist. Lxxvii. loquens nominati de Provinciae Lugdunensi, & Arelatensi. Eusebius quoque Lib. 5. Cap. 22. memorans Concilia variarum Provinciae habitu tempore Victoris Papae circa questionem de tempore Paschalis, inter alia unum nominat, τὸν κατὰ Γαλλίαν δι παρονίαν, ἃς Εἰρηναῖος ἐπισκόπων. Illarum Galliae Ecclesiarum, quas regebat Irenaeus. Nimirum, veluti Metropolitanus, & caput, aut Episcopus primus Cathedrae, juxta phrasin hujus Canonis.

Poeta vero Metropolitanorum jura clavis explicata fuerunt in Concilio Niceno Can. iv. & vi. non tanquam jus novum, sed veluti ἀρχαῖος ἐόν, μονοικούς & παράδοσις ἀρχαῖα, veteris traditio. Unde & paullo post Athanasius in Epist. Ad Solitariam vitam agentes, Paullinum Episcopum Treviorum Metropolitanum appellat; & loquens de Euphrate Episcopo Agrippinæ, inquit hoc habet: εἴ τοι δὲ καὶ ἀνὴρ μητρόπολος τῆς ἀνὴρ Γαλλίας. Est vero ista Metropolis superioris Galliae. Ex quibus, aliisque præmissis supra Tom. i. in Dillert. eximuntur suspicione Mendoza adversus aduersarii, sive γνωστοτέρου illius Epistola Lucii Pape ad Episcopos Gallos, & Hispanos. CARD. DE AGUIRRE.

C A N O N L I X .

De Fidelibus, ne ad Capitolium causa sacrificandi ascendant.

Prohibendum, ne quis Christianus, ut * Gentilis, ad Idolum Capitolii, sacrificandi causa ascendat, * & videat: quod si fecerit, pari criminis tenetur; si fuerit Fidelis, post decem annos, acta poenitentia, recipiat.

C A P U T Q U A D R A G E S I M U M T E R T I U M .

Capitolia fuisse in Hispania, & aliis Provinciis, ad exemplum Romani.

^{a Lib. 6. adver-} ^{b Epist. 55. &} ^{c In Vita San-} ^{d Lib. De lapsis.} ^{e De idolatria. Cap. 16.} ^{f Tertullianus in} ^{g Tiberio Cap. 3.} ^{h d. Lib. De spe-} ^{i d. Lib. De spe-} ^{j Tertullianus in} ^{k Tertullianus in} ^{l Tertullianus in} ^{m Tertullianus in} ^{n Tertullianus in} ^{o Tertullianus in} ^{p Tertullianus in} ^{q Tertullianus in} ^{r Tertullianus in} ^{s Tertullianus in} ^{t Tertullianus in} ^{u Tertullianus in} ^{v Tertullianus in} ^{w Tertullianus in} ^{x Tertullianus in} ^{y Tertullianus in} ^{z Tertullianus in} ^{aa Tertullianus in} ^{bb Tertullianus in} ^{cc Tertullianus in} ^{dd Tertullianus in} ^{ee Tertullianus in} ^{ff Tertullianus in} ^{gg Tertullianus in} ^{hh Tertullianus in} ^{ii Tertullianus in} ^{jj Tertullianus in} ^{kk Tertullianus in} ^{ll Tertullianus in} ^{mm Tertullianus in} ^{nn Tertullianus in} ^{oo Tertullianus in} ^{pp Tertullianus in} ^{qq Tertullianus in} ^{rr Tertullianus in} ^{ss Tertullianus in} ^{tt Tertullianus in} ^{uu Tertullianus in} ^{vv Tertullianus in} ^{ww Tertullianus in} ^{xx Tertullianus in} ^{yy Tertullianus in} ^{zz Tertullianus in} ^{aa Tertullianus in} ^{bb Tertullianus in} ^{cc Tertullianus in} ^{dd Tertullianus in} ^{ee Tertullianus in} ^{ff Tertullianus in} ^{gg Tertullianus in} ^{hh Tertullianus in} ^{ii Tertullianus in} ^{jj Tertullianus in} ^{kk Tertullianus in} ^{ll Tertullianus in} ^{mm Tertullianus in} ^{nn Tertullianus in} ^{oo Tertullianus in} ^{pp Tertullianus in} ^{qq Tertullianus in} ^{rr Tertullianus in} ^{ss Tertullianus in} ^{tt Tertullianus in} ^{uu Tertullianus in} ^{vv Tertullianus in} ^{ww Tertullianus in} ^{xx Tertullianus in} ^{yy Tertullianus in} ^{zz Tertullianus in} ^{aa Tertullianus in} ^{bb Tertullianus in} ^{cc Tertullianus in} ^{dd Tertullianus in} ^{ee Tertullianus in} ^{ff Tertullianus in} ^{gg Tertullianus in} ^{hh Tertullianus in} ^{ii Tertullianus in} ^{jj Tertullianus in} ^{kk Tertullianus in} ^{ll Tertullianus in} ^{mm Tertullianus in} ^{nn Tertullianus in} ^{oo Tertullianus in} ^{pp Tertullianus in} ^{qq Tertullianus in} ^{rr Tertullianus in} ^{ss Tertullianus in} ^{tt Tertullianus in} ^{uu Tertullianus in} ^{vv Tertullianus in} ^{ww Tertullianus in} ^{xx Tertullianus in} ^{yy Tertullianus in} ^{zz Tertullianus in} ^{aa Tertullianus in} ^{bb Tertullianus in} ^{cc Tertullianus in} ^{dd Tertullianus in} ^{ee Tertullianus in} ^{ff Tertullianus in} ^{gg Tertullianus in} ^{hh Tertullianus in} ^{ii Tertullianus in} ^{jj Tertullianus in} ^{kk Tertullianus in} ^{ll Tertullianus in} ^{mm Tertullianus in} ^{nn Tertullianus in} ^{oo Tertullianus in} ^{pp Tertullianus in} ^{qq Tertullianus in} ^{rr Tertullianus in} ^{ss Tertullianus in} ^{tt Tertullianus in} ^{uu Tertullianus in} ^{vv Tertullianus in} ^{ww Tertullianus in} ^{xx Tertullianus in} ^{yy Tertullianus in} ^{zz Tertullianus in} ^{aa Tertullianus in} ^{bb Tertullianus in} ^{cc Tertullianus in} ^{dd Tertullianus in} ^{ee Tertullianus in} ^{ff Tertullianus in} ^{gg Tertullianus in} ^{hh Tertullianus in} ^{ii Tertullianus in} ^{jj Tertullianus in} ^{kk Tertullianus in} ^{ll Tertullianus in} ^{mm Tertullianus in} ^{nn Tertullianus in} ^{oo Tertullianus in} ^{pp Tertullianus in} ^{qq Tertullianus in} ^{rr Tertullianus in} ^{ss Tertullianus in} ^{tt Tertullianus in} ^{uu Tertullianus in} ^{vv Tertullianus in} ^{ww Tertullianus in} ^{xx Tertullianus in} ^{yy Tertullianus in} ^{zz Tertullianus in} ^{aa Tertullianus in} ^{bb Tertullianus in} ^{cc Tertullianus in} ^{dd Tertullianus in} ^{ee Tertullianus in} ^{ff Tertullianus in} ^{gg Tertullianus in} ^{hh Tertullianus in} ^{ii Tertullianus in} ^{jj Tertullianus in} ^{kk Tertullianus in} ^{ll Tertullianus in} ^{mm Tertullianus in} ^{nn Tertullianus in} ^{oo Tertullianus in} ^{pp Tertullianus in} ^{qq Tertullianus in} ^{rr Tertullianus in} ^{ss Tertullianus in} ^{tt Tertullianus in} ^{uu Tertullianus in} ^{vv Tertullianus in} ^{ww Tertullianus in} ^{xx Tertullianus in} ^{yy Tertullianus in} ^{zz Tertullianus in} ^{aa Tertullianus in} ^{bb Tertullianus in} ^{cc Tertullianus in} ^{dd Tertullianus in} ^{ee Tertullianus in} ^{ff Tertullianus in} ^{gg Tertullianus in} ^{hh Tertullianus in} ^{ii Tertullianus in} ^{jj Tertullianus in} ^{kk Tertullianus in} ^{ll Tertullianus in} ^{mm Tertullianus in} ^{nn Tertullianus in} ^{oo Tertullianus in} ^{pp Tertullianus in} ^{qq Tertullianus in} ^{rr Tertullianus in} ^{ss Tertullianus in} ^{tt Tertullianus in} ^{uu Tertullianus in} ^{vv Tertullianus in} ^{ww Tertullianus in} ^{xx Tertullianus in} ^{yy Tertullianus in} ^{zz Tertullianus in} ^{aa Tertullianus in} ^{bb Tertullianus in} ^{cc Tertullianus in} ^{dd Tertullianus in} ^{ee Tertullianus in} ^{ff Tertullianus in} ^{gg Tertullianus in} ^{hh Tertullianus in} ^{ii Tertullianus in} ^{jj Tertullianus in} ^{kk Tertullianus in} ^{ll Tertullianus in} ^{mm Tertullianus in} ^{nn Tertullianus in} ^{oo Tertullianus in} ^{pp Tertullianus in} ^{qq Tertullianus in} ^{rr Tertullianus in} ^{ss Tertullianus in} ^{tt Tertullianus in} ^{uu Tertullianus in} ^{vv Tertullianus in} ^{ww Tertullianus in} ^{xx Tertullianus in} ^{yy Tertullianus in} ^{zz Tertullianus in} ^{aa Tertullianus in} ^{bb Tertullianus in} ^{cc Tertullianus in} ^{dd Tertullianus in} ^{ee Tertullianus in} ^{ff Tertullianus in} ^{gg Tertullianus in} ^{hh Tertullianus in} ^{ii Tertullianus in} ^{jj Tertullianus in} ^{kk Tertullianus in} ^{ll Tertullianus in} ^{mm Tertullianus in} ^{nn Tertullianus in} ^{oo Tertullianus in} ^{pp Tertullianus in} ^{qq Tertullianus in} ^{rr Tertullianus in} ^{ss Tertullianus in} ^{tt Tertullianus in} ^{uu Tertullianus in} ^{vv Tertullianus in} ^{ww Tertullianus in} ^{xx Tertullianus in} ^{yy Tertullianus in} ^{zz Tertullianus in} ^{aa Tertullianus in} ^{bb Tertullianus in} ^{cc Tertullianus in} ^{dd Tertullianus in} ^{ee Tertullianus in} ^{ff Tertullianus in} ^{gg Tertullianus in} ^{hh Tertullianus in} ^{ii Tertullianus in} ^{jj Tertullianus in} ^{kk Tertullianus in} ^{ll Tertullianus in} ^{mm Tertullianus in} ^{nn Tertullianus in} ^{oo Tertullianus in} ^{pp Tertullianus in} ^{qq Tertullianus in} ^{rr Tertullianus in} ^{ss Tertullianus in} ^{tt Tertullianus in} ^{uu Tertullianus in} ^{vv Tertullianus in} ^{ww Tertullianus in} ^{xx Tertullianus in} ^{yy Tertullianus in} ^{zz Tertullianus in} ^{aa Tertullianus in} ^{bb Tertullianus in} ^{cc Tertullianus in} ^{dd Tertullianus in} ^{ee Tertullianus in} ^{ff Tertullianus in} ^{gg Tertullianus in} ^{hh Tertullianus in} ^{ii Tertullianus in} ^{jj Tertullianus in} ^{kk Tertullianus in} ^{ll Tertullianus in} ^{mm Tertullianus in} ^{nn Tertullianus in} ^{oo Tertullianus in} ^{pp Tertullianus in} ^{qq Tertullianus in} ^{rr Tertullianus in} ^{ss Tertullianus in} ^{tt Tertullianus in} ^{uu Tertullianus in} ^{vv Tertullianus in} ^{ww Tertullianus in} ^{xx Tertullianus in} ^{yy Tertullianus in} ^{zz Tertullianus in} ^{aa Tertullianus in} ^{bb Tertullianus in} ^{cc Tertullianus in} ^{dd Tertullianus in} ^{ee Tertullianus in} ^{ff Tertullianus in} ^{gg Tertullianus in} ^{hh Tertullianus in} ^{ii Tertullianus in} ^{jj Tertullianus in} ^{kk Tertullianus in} ^{ll Tertullianus in} ^{mm Tertullianus in} ^{nn Tertullianus in} ^{oo Tertullianus in} ^{pp Tertullianus in} ^{qq Tertullianus in} ^{rr Tertullianus in} ^{ss Tertullianus in} ^{tt Tertullianus in} ^{uu Tertullianus in} ^{vv Tertullianus in} ^{ww Tertullianus in} ^{xx Tertullianus in} ^{yy Tertullianus in} ^{zz Tertullianus in} ^{aa Tertullianus in} ^{bb Tertullianus in} ^{cc Tertullianus in} ^{dd Tertullianus in} ^{ee Tertullianus in} ^{ff Tertullianus in} ^{gg Tertullianus in} ^{hh Tertullianus in} ^{ii Tertullianus in} ^{jj Tertullianus in} ^{kk Tertullianus in} ^{ll Tertullianus in} ^{mm Tertullianus in} ^{nn Tertullianus in} ^{oo Tertullianus in} ^{pp Tertullianus in} ^{qq Tertullianus in} ^{rr Tertullianus in} ^{ss Tertullianus in} ^{tt Tertullianus in} ^{uu Tertullianus in} ^{vv Tertullianus in} ^{ww Tertullianus in} ^{xx Tertullianus in} ^{yy Tertullianus in} ^{zz Tertullianus in} ^{aa Tertullianus in} ^{bb Tertullianus in} ^{cc Tertullianus in} ^{dd Tertullianus in} ^{ee Tertullianus in} ^{ff Tertullianus in} ^{gg Tertullianus in} ^{hh Tertullianus in} ^{ii Tertullianus in} ^{jj Tertullianus in} ^{kk Tertullianus in} ^{ll Tertullianus in} ^{mm Tertullianus in} ^{nn Tertullianus in} ^{oo Tertullianus in} ^{pp Tertullianus in} ^{qq Tertullianus in} ^{rr Tertullianus in} ^{ss Tertullianus in} ^{tt Tertullianus in} ^{uu Tertullianus in} ^{vv Tertullianus in} ^{ww Tertullianus in} ^{xx Tertullianus in} ^{yy Tertullianus in} ^{zz Tertullianus in} ^{aa Tertullianus in} ^{bb Tertullianus in} ^{cc Tertullianus in} ^{dd Tertullianus in} ^{ee Tertullianus in} ^{ff Tertullianus in} ^{gg Tertullianus in} ^{hh Tertullianus in} ^{ii Tertullianus in} ^{jj Tertullianus in} ^{kk Tertullianus in} ^{ll Tertullianus in} ^{mm Tertullianus in} ^{nn Tertullianus in} ^{oo Tertullianus in} ^{pp Tertullianus in} ^{qq Tertullianus in} ^{rr Tertullianus in} ^{ss Tertullianus in} ^{tt Tertullianus in} ^{uu Tertullianus in} ^{vv Tertullianus in} ^{ww Tertullianus in} ^{xx Tertullianus in} ^{yy Tertullianus in} ^{zz Tertullianus in} ^{aa Tertullianus in} ^{bb Tertullianus in} ^{cc Tertullianus in} ^{dd Tertullianus in} ^{ee Tertullianus in} ^{ff Tertullianus in} ^{gg Tertullianus in} ^{hh Tertullianus in} ^{ii Tertullianus in} ^{jj Tertullianus in} ^{kk Tertullianus in} ^{ll Tertullianus in} ^{mm Tertullianus in} ^{nn Tertullianus in} ^{oo Tertullianus in} ^{pp Tertullianus in} ^{qq Tertullianus in} ^{rr Tertullianus in} ^{ss Tertullianus in} ^{tt Tertullianus in} ^{uu Tertullianus in} ^{vv Tertullianus in} ^{ww Tertullianus in} ^{xx Tertullianus in} ^{yy Tertullianus in} ^{zz Tertullianus in} ^{aa Tertullianus in} ^{bb Tertullianus in} ^{cc Tertullianus in} ^{dd Tertullianus in} ^{ee Tertullianus in} ^{ff Tertullianus in} ^{gg Tertullianus in} ^{hh Tertullianus in} ^{ii Tertullianus in} ^{jj Tertullianus in} ^{kk Tertullianus in} ^{ll Tertullianus in} ^{mm Tertullianus in} ^{nn Tertullianus in} ^{oo Tertullianus in} ^{pp Tertullianus in} ^{qq Tertullianus in} ^{rr Tertullianus in} ^{ss Tertullianus in} ^{tt Tertullianus in} ^{uu Tertullianus in} ^{vv Tertullianus in} ^{ww Tertullianus in} ^{xx Tertullianus in} ^{yy Tertullianus in} ^{zz Tertullianus in} ^{aa Tertullianus in} ^{bb Tertullianus in} ^{cc Tertullianus in} ^{dd Tertullianus in} ^{ee Tertullianus in} ^{ff Tertullianus in} ^{gg Tertullianus in} ^{hh Tertullianus in} ^{ii Tertullianus in} ^{jj Tertullianus in} ^{kk Tertullianus in} ^{ll Tertullianus in} ^{mm Tertullianus in} ^{nn Tertullianus in} ^{oo Tertullianus in} ^{pp Tertullianus in} ^{qq Tertullianus in} ^{rr Tertullianus in} ^{ss Tertullianus in} ^{tt Tertullianus in} ^{uu Tertullianus in} ^{vv Tertullianus in} ^{ww Tertullianus in} ^{xx Tertullianus in} ^{yy Tertullianus in} ^{zz Tertullianus in} ^{aa Tertullianus in} ^{bb Tertull}

Capitolium in area Tarpeja constructum, Virgil. dict. Lib. 8. *Eneid.*
Hinc ad Tarpejam Sedē, & Capitolia ducit. Mos enim antiquorum erat, arcas in montibus condere, immo & in montium cacuminibus. Idem Virgilius:

*Non dum Ilium, & arces
Pergamæ steterant: habibat Vallibus imis.*

Vitruvius Lib. 1. Architect. Capite 7. Et quamvis Urbes aliquando clivum occuparent, immo & ex parte in planum excurrerent; arcas tamen in supercilio montis ponebant. Parthenius Poeta. *Eneid.* 1. Ambrosius L. 2. Epist. XII. Qui sublata Capitolio signa, cassis Tarpeja rupis triumphatoribus, reportavit. Et Africanus non inter Capitolii aras sed inter Annibal's acies triumphum inventit. Unde intelligitur conditio illa satis in Jure Civili repetita, si in Capitolium ascenderit. Lege. *Siquis institutus, §. 1. ff. De bæredibus instit. L. 1. ff. De legat. 1.* cum sexcentis aliis. Hujusmodi construendi Capitolia in editissimis locis reddit rationem. Georgius Ambian. ubi supra.

Capitolium non modo Romæ, sed in aliis locis, & Civitatibus erectum fuisse, ex Sidonio patet, quod, & Narbonensis, & Rennensis, & Tolosani Capitolii meminit in Vitis Sanctorum Apollinaris, & Saturnini. Atque adeo & Carthagine fuisse Capitolium, patet ex Cypriano in Epist. LV. & Lib. *De lap. 1.* Hispani etiam, jam diu Romani Imperii exemplatores, consueverunt in majoribus Civitatibus Capitolium construere ad sacrificandum idolis suis. Sufficiat ad illustrationem hujus Canonis probare, fuisse duo Capitolia in Provincia Baetica, aliud in Hispanensi Civitate, aliud in ipsa Illyrian Urbe. Hispalense Capitolium probatus ex veteri lapide, ubi dedicatio alicujus statuae in Capitolio apposita continebatur. Ita illam exaravit A. Caro Lib. 1. *Antiq. Hispal. Cap. 12.*

M..... P.....

ATVAM. IN. CAPIT.

..... F. C. LOCO.

IV..... TITV.....

. C. C. R..... D....

Ubi refert, & probat locum proprium ipsius Capitolii. Illyrianum autem Capitolium Deæ Nataidi dicatum, probat Bermudez a Pedraza P. 1. *Hist. Gran. C. 17.* fuisse

Ne quis Christianus, aut Gentilis.

Prohiberi Christianum a sacrificando, sub excommunicationis poena, facile est; sed Gentilem, in quem excommunicatione non cadit (de his, qui foris sunt, quid ad nos?) diu visum est difficile, ob depravatos Surii, & Carranzæ Codices; sed emendationes mss. rem fecerunt manifestam, in quibus pro disjunctione aut, ut legitur, quasi clarus dicerent Patres: *Ne quis Christianus Catechumenus, vel Fidelis, vel Gentiles, ad Capitolium sacrificandi causa ascendat.* Qya ratione ad finem dicitur: *Quod si fecerit, post decem annos, acta penitentia, recipiatur.* Idest, Christianus, qui tanquam Gentilis ad Capitolium sacrificandi Diucaus ascenderit, pari crimen idolatriæ, ut Gentilis teneatur; sed Fidelis, acta penitentia, post decennium admittatur; nam Catechumeni alia ratio erat.

COMMENTARII NOVI.

Lecctionem, aut Gentilis, retinent ultra Surium, & Carranzam, Coriolanus, ac Binius, & suadent ultima illa verba, si sit Fidelis, quibus innuitur in

se in calle, vulgo *Fueria del Albambra*, primo, quia illic fere post ccc. annos reperta fuere Idola, que supra retuli in Can. xl. Secundo ex lapidibus in eodem loco repertis; quorum unus reperitur in turri de Comares. Alius in turri Aqua: utrumque dedi supra. Id etiam probatur ex lapide in eodem loco reperto, ubi legitur:

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI CONSACRATA EST ECCLESIA SANCTI STEPHANI PRIMI MARTIRIS YN. LOCVM NATIVOLA &c.

Ex quo lapide etiam mire probatur consuetudo Christianorum, qui destructis Idolis in ipsum Delubrum Ecclesias consecrabant. Theodoreus, Lib. 3. *Hist. Cap. 6.* ibi: *Iste temporibus Constantini Delubro simulacrorum disjecto, Ecclesiam Christianam in ejus loco exstruxit.* Socrates, Lib. 5. Cap. 16. ubi Imperatorem Constantinem ita fanfisceretur: *Patere volumus Christianis Ecclesiæ sita ut privilegia, qua Sacerdotes Temporum habuissent noscuntur, Antifites Christiana Legis assumant.* Gregorius Turonensis in Vita S. Martini: *Ubi autem Fana destruxerat, ibi statim, aut Ecclesiam, aut Monasteria construebat.* Unde cognoscitur, Patres in presenti, non de Capitolio Roma constructo cogitasse, ut aliqui voluerunt, quos refert, & sequitur Hurtado, *De martyrio per pestem*, Resol. 34. Sect. 2. fol. 109. sed de Capitolis per Hispaniam, & in Provincia Baetica constructis, ad quæ ascendere Fideles sacrificandi, vel videndi causa, non debere, decernunt; alias per decennium Fidelis a communione arceatur. Sed si ex alia causa Fidelis Gentilium Templa ingrediatur, non idololatra, aut idololatriæ participes dicitur; siquidem ingressus Fanorum Gentilium est quid adiaphorum, & indifferens. Unde si quis ingrediatur Templum ratione alicujus necessitatis temporalis, aut pluviae, aut belli fugie ndi, aut necessitatis civilis, ut ministri Principiis idololatras, ut servi, & ancillæ domini infidelis (illi enim possunt ingredi Tempa ista) immo eti dominus discooperito capite sit, possunt etiam eodem modo stare, non in reverentiam Idoli, sed domini sui; ut docent Thomas Sanchez, & Lugo, quos refert, & sequitur Hurtado, *De vero martyr.* Resol. 24. §. quinto. GONZALEZ.

principio agi de Christianis, aut Gentilibus. Quare retenta eadem litera, dici potest cum Hurtado, *De vero martyrio*, dict. Resol. 34. Sect. 2. Gentilem in presenti accipi pro Ca-

techumeno, ita ut sensus hujus Canonis sit: Ne quis Christianus, aut Catechumenus Capitolium sacrificandi causa, vel videndi gratia ascendat; quod si fecerit, pari criminis teneatur idolatriæ; videlicet, non tam pa- ri poena, nam si sacrificasset, nec in fine ei daretur communio, ex Canone i. hujus Con-

cilii; si autem Fidelis, post decem annos penitentiam accipiat. Omiserunt Patres posnam illius, qui sacrificandi causa ascenderat, quia jam eam constituerant in Canone i. & similiter prœnam Catechumeni, quæ erat dilatio Baptismi, ut in Canone i. etiam statuitur. GONZALEZ.

Ad Idolum Capitolii sacrificandi causa ascendat.

CAPUT QUADRAGESIMUM QUARTUM.

Ad exemplum Romani Capitolii, reliqua in editis locis construi solita.

Capitola exterorum Provinciarum, ut nomen a Romano, sic situm, & locum imitatione exprefserunt. Romanum autem fuisse in loco præexcuso, constat; erat enim exstratum in Saturnio monte, sive sacrificari, aut precaturi, ascendere cogebantur. Tacitus a: *Exin lati Capitolium scandunt, Deoque tandem venerantur.* Et alibi b: *Nec sibi poterant scandentes per conjuncta adficia, qua ut in multa pace in altum edita, solum Capitolio aquabant.* Suetonius de Julio: *Ascendit Capitolium ad Numina, quadraginta Elephantis dextra, atque sinistra Lychnobus gestantibus.* Plinius ad Trajanum: *Tibi ascendi de more Capitolium, civium clamor, ut jam Principi, occurrit.* Et post alia: *Ubi vero capisti Capitolium ascendere, quam late omnibus adoptionis recordatio.* Lampridius in Alexandro: *Capitolium septimo die cum in Urbe esset, ascensit.* Hinc frequens est Jurisconsultorum & nostrorum de ea conditione memoria: *Si Titius, vel Marcius in Capitolium ascenderit.* Commodissima sunt ad sacrificandum, vel orandum, ut hominum tumultibus liberiora, que in alto sunt loca; sive in montibus olim Gentes Deum adorasse, sine aliis Templis, superius dixi, eaque ratione nascentis Religionis Ecclesiæ nostras in editis locis constructas, Tertullianus docet, & reliquiis earum, quas ipsa delevit vetustas, edocti sumus; idque observare debent, qui denuo eas construant, vel constructi sunt.

a Lib. 4. An-
nali.
b Lib. 2. Hi-
stor.

c Ulpianus Le-
git. 1. & 3. cum
alii de legat.
z.
Lib. 2. Cap. 3.
d Adversus Vg.
lentinianos, C.
3.

CANON LX.

De his, qui destruentes Idola occiduntur.

Si quis Idola fregerit, & ibidem fuerit occisus; quia in Evangelio non est scriptum, nec invenitur ab Apostolis unquam factum; placuit, eum in numerum non recipi Martyrum.

Burchardus, Lib. 6. *Decretorum*, Cap. 45. ex Canone LXX. hujus Concilii citat, cum sit LXX. & verbis paullo diversis: *Si quis Idola fregerit, & ibidem occisus fuerit; quia in Evangelii scriptum non est, neque invenitur sub Apostolis unquam factum; placuit, eum in numerum non recipi Martyrum.* Sic etiam Ivo Parte 10. Cap. 172.

CAPUT QUADRAGESIMUM QUINTUM.

Idola ethnicorum diruentes, cur in numerum recipi Martyrum,
Hispani Patres interdixerint.

Cum docuerit Christus, Beatisime Pater, amicum pro amico nihil fide præclarus, vel amore excellentius, vel pietate illustrius, vel beneficentia præstantius, vel maiori denique laude dignius efficere poile, quam ut se in capitibus periculum, & vita discrimen inferat; qui non subiit tantum vita periculum, sed vitam ipsam admirabili, & summa animi constantia, ad ardenter Fidei confessionem exprimendam, ad gloriam Christiani nominis amplificandam, ad evertendam Idolorum servitutem conitantissime fudit; plures mirantur Scriptores e, qua causa impulsi Episcopi nostri, hunc debito glorioosi Martyri fructu, emerita heroicæ fortitudinis laude, condigneque futura laureole præmio, minori forsan, quam par esset, pietate, privaverint. Eoque perduxit illos, vel Canonis difficultas, vel Christianæ pietatis amor, vel Catholicæ Religionis zelus, vel propensum in Martyres studium, ut certo affirmaverint, Canonem hunc suppositum esse, & indignum, ut inter sanctissima alia Patrum nostrorum Decreta referretur. Sed absit, ut tam sanctæ doctrinæ, tam prudenti consilio, tam pio, & religioso præcepto, adeo gravem, & acerbam erroris maculam aspergamus. Olim enim ob saevitiam, tyrannidemque Imperatorum omnes fere Te. II.

Ddd 2 ante

ante Constantinum, Christianam Religionem jam feliciter nascentem variis modis conatos fuisse opprimere, nullum persecutionis genus omittentes, quis nesciat?) multi Fideles, cum vincula, verbena, fustes, equuleum, scorpiones, ungulas, bellias, flammas, exsilium, latumias, metalla, aliaque tormentorum genera, ad necem usque paterentur; alii item non solum mortem oblatam ferrent libenter, sed seipso offerrent constantissime; eveniebat plerumque, constanti illa, & gloriosa Martyrum confessione adeo Presidum animos exacerbari, ut exuentes, quam prius induerant, barbarorum saevitiam, & immanitatem, atrocem postea belluarum feritatem imitantes, non in hos modo, sed in reliquos Christifideles, & ministros atrocissime gloriantur; quod sane periculum multo ante a Christianis cavendum monerat Clemens a Alexandrinus: *Is est, ait, qui, quantum in se est, adjuvat improbitatem eius, qui persecuitur; quod si etiam ipse caussum praebens, feram plane irritat.* Simili-

a Lib. 4. Sirc
mat.

b In Breviarie
Gothico Mo-
zarabe vocant.

*e In Heliogalo
erant salamis
ne sacrificatio
fa, quod da
plorarent in eis
Adonis inter
ritum. Ie
co Lampridius
de Heliogabalo
haec festa cele
brantes ait: Sa
lamoneam eti
am omni plan
eta & festatio
ne Syriici cul
tus exhibuit
omnium in fa
ciens imminen
tis exitii.
d) La Breviarie
Gottlieb.
e In Martyrol.
19. I. sibi.
f Ambros. Mo
ral. Lib. 10.
H. d) Hispanie
Cap. 16.*

pridius & tradit) cumque maximo cunctæ comitatu, choreis, & saltationibus lucretiosis (ut fe
rebat mos) festum celebrarent, poscentes a singulis, vel stipem, vel res alias quascumque,
ut eas vel Templo, vel Sacrificiis Deæ sacrarent; acceperunt ad Jutam, & Ruffinam, vás quod
dam scilicet ex his, quæ venundabant, postulantes. At illæ, ne quem simulacris falsa Deæ
haberent honorem; profano idolatriæ se crimine polluentes, munus offerre recusarunt: il
lud aleverantes, se soli Deo vero, non autem falsi Idolis ex ligno, vel lapide conficitis,
cultum prædicturas. Indignata Gentiles, vasa omnia illa scilicet, projecto in ea Idolo, con
frerunt, ipso quasi honoris abnegati & expetente vindictam. At illæ non tam jaclura indi
gnata vasorum, quam justo æterni Dei zelo, & pietate commotæ, acceperunt ad Idolum, &
illud inde abjicientes confrerunt. De Julta enim id refert D. Isidorus^d. Hoc autem cum
ad Diogenianum tunc Hispalis, & totius Baetica Präsidem deferretur; illas equuleo dictoris,
Et (ut Usuardus e refert) ungarum laniatione vexavit: post, carcere, inedia, & tor
tionibus affixit: tandem Iusta in carcere spiritum exhalaravit: Ruffina vero cervix confra
ta est in confessione Domini. Quæ ad annum Domini CCLXXXVII. principio Imperii Dio
cletiani Annales^e nostri refertur. Cum autem Martyrum professio ad indignationem com
movissent Diogenianum, qui tunc in Christianos Hispanie Imperatorum præcepto omne per
secutionis genus exercebat; ne alii simili exemplo, vel illius, vel futuorum Präsidum, &
succelorum animos ad majorem fœvitiam, & crudelitatem incitarent (de Eulalia ræco Eme
ritensi, quod multo ante illius Martyrium Canon hic editus fit) iecirco decretum est Concili
o hoc Illebitano (adfuit enim in eo Sabinus Episcopus Hispalensis, a quo forsan condens
e hujus Canonis ratio profecta est) ne quisquam Idola Gentilium disturbaret, ne hac occa
sione illi, vel in Templo nostra, vel in personas liberius gradarentur ut atrocissime etiam Au

*recipit lancinios anterius ignis Canticum apud Petrum Secundum Tempia ; ut letibus Camodocie
rus g : quod ad Alexandriam evenide Theodosii Imperio, Author est Socrates h. Cum enim Theo-
phili Episcopi consilio Imperator Edicto sanxit, Gentium everti Delubra , illudque opera
effici ejusdem Theophili ; & cum Serapidis , & Mitre Tempia diruisset, acbebitum Gentes
dolor et concupiscentia non conseruari. Quia per illas , qui communis erat fons in Clivis*

i Lib. 7. Cap.
85.

dotore conceperat, nec conceptum ferre potuerat, quia communis contentus in Christianos gravissimo impetu irruerat, nec ante a cedibus voluisse abstinere, quam conceptum doloris acerbitatem, majori Christianorum pernicie, & sanguinis effusione lenirent. De Arabibus, *Æropolitis*, *Phœnicibus*, *Syris*, & aliis hec mandavit literis Sozomenus: *Aduic autem in quibusdam Civitatibus pro Templis suis alacriter Pagani dimicabant: velut in Arabia Petraea *Æropolite*: in Palestina *Rabbiota*, & *Gazæ*; in *Phœnicia* iij, qui *Heliopolim* incolunt; In Syria potissimum vindices Templi *Apameæ*, quæ colitur ad *Auxium* fluvium: quos quidem ego intellexi ad protectionem *Templorum* suorum frequenter auxiliis usq[ue] hominum *Galileorum*, & collectorum ex pagis *Libano* vicinis. Demum ad tantam prora pisse audaciam, ut etiam *Mircellum*, qui ejus Provincia Episcopus erat, interficerent. Hic enim eam judicaret, illos non alia ratione facilius a priori superstitione posse converti, Templo, quæ in *Uro*, & in pagis habebant, evertit, & certior factus in *Aulone* (is est tractus *Apameorum* Provincia) Templo esse amplissimum, militibus aliquot, ac gladiatoriis assumptis adversas iſland contendebat. Cui cum appropinquasset, extra telorum jactum ipse resistit: erat enim pedibus debilis, & neque pugnare, neque hostem fugere, vel fugare poterat. Militibus deinde, ac gladiatoriis in destruendo Templo occupatis, ex Paganis quidam intellecto, quod ille ibi relictus esset solus ea ex parte, quia locus pugna vacabat, egressi sunt, & ex improvviso adorti eum corripiunt, & rogo injectum interimunt, ac in praesentia qui-*

quidem clam id habuerunt. Huic damno occurrunt prudenter hoc Decreto Hispani Episcopi & occurrerunt etiam , ut auctio , alio simili Pontifices Maximi , dum præcepérunt jam diu Sa cordotibus , & Monachis Hierolymitanis sub gravi censura anathematis , ne verbum Domini publice prædicarent ; quia tametsi Christiana doctrina propagatio res sit sanctissima ; ne tamen excitati Turcarum animi sàvirent in Christianos crudelius , justissime eis illud interdictum est .

Fuit etiam alia satis solers , & provida in edendo hoc Decreto Patrum nostrorum ratio, quia huic se martyrio offerentes , privari martyri dignitate consentaneum judicarunt ; quia erant inter Christianos olim pauperes , & mendici multi , qui non tam Christianæ Religionis zelo , quam temporalium bonorum jactura , se martyrio exponebant , ut detenti videlicet in carcere , alerentur ab Ecclesia , & debitibus , quibus urgebantur , plene ab ea satisficeret , ut Auctor est Augustinus a : *Quidam etiam* (ait in eadem Epistola , quæ est Mensurii Carthaginensis Episcopi ad Secundum Tisigitanum) *facinorosi arguebantur , & fisci debitores , qui occasione persecutionis , vel carere vellent onerosa multis debitibus vita , vel pargare se putarent , & quasi abluere facinora sua , vel certe acquirere pecuniam , & in custodia deliciis perfrui de obsequio Christianorum .* Eandem consuetudinem suppeditandi necessaria Confessoribus indicat Tertullianus b , dum Librum ad Martyres sic exorditur : *Inter carnis alimenta , ait , benedicti Martyres designati , quæ vobis , & domina mater Ecclesia de uberioribus suis propriis in carcere subministrant , capite aliquid & a nubis , quod faciat ad spiritum quoque educandum .* Cyprianus etiam hoc pietatis officium Confessoribus exhibendum consulit Clero ; post alia enim , quæ ad hanc rem scripsit in principio , ad finem addit : *Pauperibus quoque , ut sapere jam scripsi , cura , ac diligentia vestra non desit : iis tamen , qui in Fide stantes , & nobiscum fortiter militantes , Christi castra non reliquerunt : quibus quidem nunc major a nobis , & delectio , & cura praestanda est , quod nec paupertate adacti , nec persecutionis tempestate pressrati , dum Domino fideliter servirunt , ceteris quoque pauperibus exemplum Fidei præbuerunt .* Et hoc tandem precepto sanxerunt Episcopi Africani in Concilio Carthaginensi d iu . *Christianum Catholicum , ajunt , qui pro Catholica Fide , & pro Ecclesiastica re , & Christiana Religione tribulationem patitur . honore omni à Sacerdotibus honoran dom : etiam & per Diaconum ei vistus administretur .* Ut his ergo commodis fruerentur , solebant se quidam temere martyrio exponere , quos non honorandos ut Martyres , idem Mensurius rescripsit , ut paullo post dicimus .

His præterea accedebat, quod nascientis Ecclesiæ Patres & maxime optarint, ut in per-
e Concil. R.
ferendis tunc profanis Idolorum Sacrificiis, & impiois superstitionibus, patientie, modestia, *ibid. Can. 5*
mansuetudinis, & humilitati s' virtutibus resulerent Christiani, neque vi, & armis ethnicorum
apud Burchartum Lib. 2.
Delubra, sed pietate, & religione deturbari volebant: quo sic admirabilior Christi potestas,
& Catholice Ecclesiæ progredus hum. ani non tribueretur auxiliis: quod facile eveniret, vel
si Tempa, & Idola Gentium vitibus potius, quam Ecclesiastica disciplina perfringerent, &
Decret. Cap. 71. Ieron. 2. P.
eadem severitanse Religionis semina latius propagare adniterentur. Quemadmodum
Decretorum Cap. 121.
enim Philosophos, & Oratores, mundi que hujus sapientes primum non elegit Chirillus, pec
quos Cælesti doctrina hominum genus eru diretur; illiteratos Piscatores, quorum opera, &
Philosophi, & Oratores in Ecclesiæ retia pertraherentur, ne videlicet humana sapientia vi-
ribus conversio Gentium adscriberetur; in qua sive gratia vim Deus illustrem videri volebat:
ita ad propagationem Euangelii, & Idolorum eversionem, noluerunt humanarum virium
fieri periculum; sed utriusque rationem Divinæ providentia reservari, ut palam fieret
non humana aliqua præsumptione, aut virtute; sed divina proflus sapientia, & potestate
novam tunc nomine Christi Religionem introduci, & Habilitati inter Gentes. Qua ratione, non
vi, non armorum strepitu Fidem nostram propagari, sed omni, & Religionis, & pietatis
officio, monuit Tertullianus: *Non est Religionis (inquit) cogere Religionem, quæ sponte*
f Ad Scapulam
fuscipi debet, non vi. Ita Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum: *De his (inquit) qui*
Christianitatis bonum fuscipere renunt, & Idolis immolant, & genua curvant, nihil aliud
possimus scribere vobis, nisi ut eos ad fidem rectam moniti, exhortationibus, & ratione po-
tius, quam vi, quod vane sapientur, convincatis. Et postea: Nulla cum his (inquit) qui non
credant, Idolaque adorant, miscenda communio est. Porro illi violentia, ut credant, non
latenus inferenda est: nam omne quid ex voto non est, bonum esse non potest. Id in subditos
fuos nondum convertos usurpare Edilbertum Anglorum Regem, refert, & ladan Beda: *Quo-*
rum Fidei (inquit) ita congratulatus esse Rex prohibetur, ut nullum tamen cogeret ad Chri-
stianismus, sed tantummodo credentes artiori dilectione, quasi concives sibi regni caelstis, h. L. 2. de Vi-
amplectetur. Didicerat enim a Doctoribus, Auctoribusque salutis, servitium Christi volun-
*tarium, non coactuum debere esse. Quod & antea magnum Constantini facile, sape pre-
dicat Eusebius, & Nicephorus: *Maximus (inquit) ille Constantinus, qui ingentem qui-*
dem, minor em tamen virtute, & gloria sua, consequitus est laudem, & primus vera pie-
tate Imperium exornavit: quam omnem (ut ita dicam) terrarum orbem in Idolorum cultu
insipientem, sacrificare quidem demonibus prorsus prohibuit, aras autem eorum non sus-
tulit, mandato illo promulgato, ut Deorum Tempa clausa, quo a nomine adiri possent,
servarentur. Idem filii ejus fecere: crudelitatis enim esse putabant, repente prorsus tan-
tam insituere mutationem: satius esse existimantes, quietis consilio paullatim bonis
ad veram pertrahere Religionem. Id erga Judæos observandum, decrevit Concilium Toleta-
*num & IV. & Gregorius¹.**

COM- *Gratian. in C*
Qui si. 45. *Dicitur*

COMMENTARII NOVI.

Christiani tempore Diocletiani fortis animo ad Idola frangenda passim profiliebant, iidemque a Gentilibus in eos furentibus occidebantur, idque fecerunt exemplo Sanctæ Eulaliae Martyris, quæ impulsu Divini Spiritus commota, teste Prudentio, Hym. 3. *In quætyranni oculos spuma jicit: simulachra debinc diffat*, &c. Hoc factum Eulaliae importune, ac temere ab omnibus usurpari, dispergit Patribus hujus Concilii. **BINUS.**

In numero eum non recipi martyrum. Ex D. Cypriano colligitur, annua die memoriam olim Martyrum celebratam; nam actis publicis inscribebatur, quo quisque die martyrium subierat. Ex hoc Canone non solum neminem post mortem in eorum relatum esse numerum, nisi ex prescripto, & mandato Ecclesiæ; sed etiam eosdem Martyres coluisse, & precibus prosequitam esse, quamobrem enim eorum causam habuisset, nisi ut falsi, & pseudo-martyres non tolerentur. **ALBASPINÆUS.**

Constat plures jam a temporibus Apostolorum Idola confregisse, & eorum Fana zelo Fidei succensos subvertisse, qui in dyptycha Ecclesiastica Martyrum sunt relati, ut Sancta Martiana, quæ apud Toletum sitens ad Praesidium tribunal rapitur, eo quod Diana simulachrum supra fontem existens multorum civium conspectibus dejectisset, & in frustam mutata, Jesu nomine invocato, feliciter reduxit. Quod factum defenditur a Bivario in Notis ad Flavium Dextrum, anno clv. fol. 249. Tamayo a Salazar. in *Martyrol. Hispan.* die 12. Julii: quia nondum editus erat praefensis Canon; ideoque B. Martiana comprehensa non erat præsenti prohibitione. Sed & post Concilium hoc plures alios Idola fregisse, constat ex Actis Martyrum relatis a Baron. in

Quia in Evangelii non est scriptum.

CAPUT QUADRAGESIMUM SEXTUM.

Non teneri quemquam privata auctoritate Idola Gentium infringere; posse tamen suo tempore, & loco.

Non esse scriptum in Evangelii, ut quis privata auctoritate se offerat martyrio, dando illi ansam fractis Idolis, certum est, & Hispani Patres hic affirmant: quinimum confilium existat apud Matthæum, ut quum nos persecuti fuerint in una Civitate, fugiamus in aliam. Hic autem fugendi licet non modo non est locus, quum heroicæ virtutis documentum est dandum; quin potius ad percipiendam oblatam martyrii coronam animo alicui currendum est: ut insigni pietate probavit latissime Divus Eulogius a Cordubensis Episcopo ^{a Tom. 1. Lib. 10. Memoriale San-} pus, & electus postea Archiepiscopus Toletanus, in toto eo Libro, cui titulum dedit: *Memoriam Sanctorum*. In hoc tamen, non pietatis modo, & religionis, sed prudentiae etiam considerat, ad ratio observanda est: cum sapienter doceat Divus Bernardus b: *Fortitudinis matrem esse Eugen. C. 8. prudentiam: nec fortitudinem, sed temeritatem quemlibet ausum, quem non parturivit prudentia.* Quod & ab his observari impensis vellem, qui Orientis & Occidentis Indiae Gentes ex errorum tenebris ad veritatis Christianæ lucem trahent revocare; scio enim, nonnullos in propagando Evangelio, & in affigendis publice crucibus, nervos omnes contendisse: imprudentia tamen religionem, & pietatem nonnunquam fruitante.

Ne-

Neque invenitur ab Apostolis unquam factum.

CAPUT QUADRAGESIMUM SEPTIMUM.

An Apostoli fregerint unquam Gentium Idola; & quanti traditiones Apostolicas ab initio Ecclesie Hispani Patres fecerint.

In Codice Lucensi: *Neque invenitur sub Apostolis unquam factum.* Utraque lectio vera est. Sed cum de Dominico Evangelio supra meminerint, probabilius est, de factis Apostolicis nunc etiam Patres agere voluisse; sicut primam lectionem retinendam esse. Qui consonant, que de D. Paullo, Petro, & aliis D. Cyprianus a, & Athanasius b referunt; que tametsi hujus loci sint propria, compendii causa omittam. Sed sive sub Apostolis, vel ab Apostolis nunquam factum legamus, utraque lectio difficultate non caret, cum D. Joannem Evangelistam Apollinis Templum diruisse in insula Pathmo, in qua fuerat relegatus, Prochorus referat ejus Discipulus; in Asia vero Ephesina Diana Templum etiam evertisse, Abdias narrat; & aliud Matthæum in Aethiopia. Sed hi diruerunt, non fregerunt; labefactarunt oratione, non manibus; disturbabant caelesti, non humana virtute, ut iidem Prochorus, & Abdias testantur, quos sequi, & imitari Fideles, voluerunt Hispani Patres. Scriptura preterea Sacra, & Apostolicarum Constitutionum dignitatem quanta veneratione coluerint, doctrina hic sancta, & exemplo demonstrarunt, dum Gentium Idola humanis viribus prostreri, ideo noluerunt, quod nec Divinis Literis, nec Apostolicis exemplis fulciretur. In quo præclaris Divi Pauli vestigiis institerunt, dum ad Tessalonenses scribens, ait: *Itaque, & Thes. 2. fratres, state, & tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per Epistolam.* A Paullo eandem se hauiisse doctrinam, testatur Beatus Dionysius Areopagita d. Eugenii d. Lib. 31. d. Magister, a quo accepit pietatis, & dignitatis hæres Melanthius: *Nostra (inquit) Hierarchia vis omnis in verbis, quæ a Deo tradita sunt, cernitur. Sanctissima autem, veneratio neque dignissima verba ea esse dicimus, quæ nobis a sacrosanctis nostris Preceptoribus, in sanctis, atque Teologicis Scriptura Libris sunt prodita, quæque ab iisdem sanctis Viris institutione, quæ magis a materia abborret, proximaque jam quodammodo esset, ac similis caelesti Hierarchia, ex mente in mentem verbo corporeo illo quidem, sed quod minus est materia participis, sine scripto studiorum nostrorum Duces Principesque didicerant.* Et paulo post: *Quocirca, primi illi Hierarchia nostra Duces, ac Principes, cum ipsis a Divina bonitate plene, cumulateque sanctum hoc munus accepissent, & a Divina benigitate ejus apud posteros propagandi, prorogandi causa missi essent: iidemque valde ut Divini posteros ad caelestia, & Divinitatis similitudinem traducere cuperent, signis, quæ sub sensum cadunt cælestia, varietate, ac multitudine id, quod conjunctum, connexumque erat, & humanis Divinas res, quæque materia constant, ac nostris eas, quæ effinia superiores sunt; partim scriptis, partim non scriptis suis institutionibus, ex sacrosanctis Legibus nobis traxiderunt.* Eandem Irenæus e scriptis edoctus a Polycarpo Joannis Discipulo: e Lib. 3. Cap. Quid enim, & si quibus de aliqua modica questione disceptatio esset, nonne oportaret in antiquissimas recurrere Ecclesiæ, in quibus Apostoli conversati sunt, & ab eis de præsenti questione sumere, quod certum, & re liquidum est? Quid autem, si neque Apostoli quidem Scripturas reliquissent nobis? nonne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradidarent isti, quibus committebant Ecclesiæ? Cui ordinationi assentiant multæ Gentes, barbarorum eorum, qui in Christum credunt, sine charæctere, vel atramento scriptam habentes per spiritum in cordibus suis salutem, & veterem traditionem diligenter custodientes, in unum Deum credentes fabricatorem Cali, & Terræ, & omnium, quæ in eis sunt per Christum Jesum Dei Filium. Hanc fidem qui sine literis crediderunt, quantum ad sermonem nostrum, barbari sunt: quantum autem ad sententiam, & consuetudinem, & conversationem, propter fidem, per quam sapientissimi sunt, & placent Deo, conversationes in omni justitia, & castitate, sapientia. Quibus si aliquis annuauerit ea, quæ ab hereticis adiumenta sunt, proprio sermone eorum colloquens statim concludens aures, longe longius fugient, ne audire quidem sustinent blasphemum colloquium. Sic per illam veterem Apostolorum traditionem, ne in conceptionem quidem mentis admittunt quodcumque eorum portentiloquium, est: neque enim congregatio fuit apud eos, neque doctrina instituta. Traditione igitur, quæ est ab Apostolis, sic se habente in Ecclesia, & permanente apud nos, revertamur ad eam, quæ est ex Scripturis, ostensionem eorum, qui ex Evangelium conscripserunt Apostolorum. Sed cur non omnia scriptis tradiderint Apostoli, sed sermoni multa retineri, & conservari voluerint, hæc docet Basilus f: *Nonne (inquit) ex doctrina, quam Patres nostri in silentio quod curiosos, & otiosos submovet, servarunt; pulchre quidem illi, nimis docti, arcuorum veneracionem conservare? Nam, quæ nec intueri fas est, non initiari; qui conveniebat horum doctrinam publicitus circumferri scripto?* Detinens Mosis exemplo probans, qui non omnes ad penitiora sacramenta admisit: probe, inquit, sciens pro sua sapientia, res uita tritas, & undecimque parabiles, expostas esse contemptui: ceterum id, quod depositum est, quodque rarum est, huic natura conjunctum esse, summum admirationem, & studium. Ad cundem profecto modum, & qui in primordiis Ecclesiæ certos ritus prescripserunt Apostoli, & Patres, in occulto, silentisque mysteriis suam servaverunt dignitatem: neque enim omnino mysterium est, quod ad populares, & vulgares aures effertur. Est autem etiam silentii species ipsa obscuritas, qua utitur Scriptura, mentem ad contemplationem.

tionem dogmatum inbabilem exercens, idque ad utilitatem in Scripturis versantium. Inde illa contra doctrinæ, atque Sacramentorum profanatores Gregorii Nazianzeni a gravis quere-
de Theologia. ^a I : Illud saltem ait, inter nos conveniat, ut mystica mystice, & sancta sancte proloqua-
mur; nec in profanas aures, quæ in vulgus efferrri nefas est, proficiamus; ne aliqui con-
flet, eos, qui dæmones adorant, & turpium fabularum, ac rerum cultum profitentur, nobis
gravitate superiores esse: quippe, qui bis, qui non iisdem sacris iniciati sunt, cruxem potius suam, quam sermones quoq[ue]am impertirent. Antiquissimo igitur hoc Hispanorum Episcoporum Decreto, hæreticos recentiores, qui Apostolicis traditionibus derogant, convin-
ci posse, fatis manifestum sit; dum mille, & trecentis ab hinc annis tam gravis, & sancta fuerit earum apud ipsos, & omnes auctoritas. Nec Hispanorum etiam Episcoporum doctrinam & pietatem minus licebit hic, vel a rigidis eorum censoribus commendari, quod non solum Evangelicis, & Apostolicis institutis repugnantes sententias tradere noluerint; sed nec latum quidem unguem ab eorum scriptis, & non scriptis traditionibus velle discedere, tam sancta, quam aperta sententia declaraverint. Sed bene jam habet acerba ista, & mali tractatio; au-
get enim pretium virtutis audire male, cum bene feceris.

Placuit, eum in numerum non recipi Martyrum.

CAPUT QUADRAGESIMUM OCTAVUM.

Non decerni ab Hispanis Patribus in hoc Canone, Martyrem non esse, qui Idola fregerit, sed in numerum Martyrum ab Ecclesia non referri, & cur?

NON decreverunt Patres Hispani (ut falso illis objici solet) Martyrem verum non es-
se omnem, qui Gentium Idola confregerit, cum omnis, qui pio, & prudenti animo
sanguinem, vel vitam protuderit pro Christo, certus, & verus sit Martyr. Si enim
Martyrem, ut Augustinus ^b docuit, non facit poena, sed causa, qui cum causa poenam
conjunxit, quare apud Deum Martyris nomine, & honore non decorabitur? Quod decer-
^b Epist. 167. ad Festum, & Ser. 17. De Verbis Domini, referunt igitur, id solum est, cum, qui protervens Idola Gentium imperfectus fuerit, in numero
Martyrum non recipi, hoc est, in catalogum Ecclesiasticum Martyrum non esse reten-
tur ab Innoc. III. in C. Cum Constitutionem tulit in Africa eodem fere tempore Mensurios Episcopus Car-
thaginensis; eos enim, qui ultra Martyrio se offerrent, non honorandos ut Martyres, Chri-
stiani præcepit, ut teltis est Augustinus: *Letum est, ait, eos, qui se offerrent persecu-
tionibus non comprehensi; & ultra dicentes, se habere Scripturas, quas non traderent (con-
quirebant tunc Donatitæ heretici Scripturas sanctas, ut eas igni traderent) a quibus hoc
collationum cùm Donatitæ ins. die Cap. 15.*

^c In Breviculo Epist. ad O. 7. Quia si vere natura sua Martyres sunt, ut dixi, Concilium
non recipi, sed in numerum Martyrum illi ordinis a Deo non ascriberentur; sed
illud tantum decernit, ut in Ecclesiastica, honore Martyrum non decorarentur. Confuevit enim
Ecclesia viventes, & mortuos Confessores, & Martyres multis ornare privilegiis. Et ut omi-
^d Lib. 5. Con-
stitution. Apo-
stolicarum, C. 7.
^e Epist. ad O. 8. Quia si vere natura sua Martyres sunt, ut dixi, Concilium
non recipi, sed in numerum Martyrum illi ordinis a Deo non ascriberentur; sed
illud tantum decernit, ut in Ecclesiastica, honore Martyrum non decorarentur. Confuevit enim
Ecclesia viventes, & mortuos Confessores, & Martyres multis ornare privilegiis. Et ut omi-
nitatem Literas Confessorias, quibus peccatorum indulgentiam, Episcoporum consensu lapsis
dabant, de quibus abunde superioris ^f; eos inter tentationes [sic enim vocabant olim Episco-
pi persecutionum calamitates] officio suo incumbentes gradibus sublimandos decreverunt
Africani Patres in Concilio Carthaginensi IV. ^g qui uniuersim omni honore afficiendos, & deten-
tos in carcere, victu per Diaconos sustentandos, adjecerunt K: *Christianum Catholicum, ajunt,
qui pro Catholica Fide, & pro Ecclesiastica re, & Christiana Religione tribulationes pati-
tur, honore omni a Sacerdotibus honorandum; etiam & per Diaconum ei vicibus admini-
stretur. Cum autem vita excelsitatem, memoriam illorum inter alios sancto; spiritus cele-
brabant. Nec id semel tantum, sed singulis quibusque annis cum est dies recurrit, quo illi*

^h Epistola 34. fei MartYROLOGIANTUR, ut Auctor est Cyprianus: *Sacrificia pro eis, inquit, semper ut
ministri offerimus; quoties Martyrum passiones, & dies anniversaria commemoratione cele-
brabimus. Denique & dies eorum, quibus recedunt, adnotate, ut commemorationes eorum
inter memorias Martyrum celebrare possimus. Quamquam Tertullus fidelissimus, & devo-
tissimus Frater noster, inter cetera felicitatem, & curam suam cum fratribus in omni
obsequio operationis imparitet, qui nec illic circa curam corporum deest, scribat, ac signi-
ficet mihi dies, quibus in carcere beati Fratres nostri ad immortalitatem gloriose mortis ex-
iit a transiit, ut & celebrentur hic a nobis oblationes, & Sacrificia ob commemorationes
in Hymnia quæ eorum, quæ cito vobiscum, Domino prosperante, celebrabimus. Neque id extate solum Cy-
prius. Vox in priuio commune fuisse in Ecclesia, constat; nam Origenes ait: Bene, & secundum voluntatem Dei, innocentium memoriam Sancti Patres celebrari mandarunt sempiternam in Ec-*

clesiis, velat pro Domino morientium, velat pro Judæis, & Gentilibus credituris, vel-
ut etiam pro ipsis parentibus. Hoc idem sensit Origene, & Cypriano verius Tertullianus a:
Oblations, inquit, pro defunctis, pro natalitiis annua die facimus. Quod finitum admis-
sum quidam accommodarunt ad dies natalitionis ethnicorum, cum res sit indubitate, apud
antiquos natalitia Martyrum pro die Passioni usurpari, ut videtur, ut omittamus alia,
ex Concilio Laodiceno & vetante, natalitia Martyrum in Quadragesima celebrari; quod tem-
pori lucis festiva illa Solennia eo die peragenda non satis congruerent. Smyrnensis Ecclesia
diem Passioni Divi Polycarpi Discipuli Divi Joannis Baptista celebrat; de qua faciens men-
tionem Eusebius ait d: *Quo in loco etiam nunc prestante Domino solennes agimus, celebref-
que conventus, maxime quidem in die Passioni ejus, sed & cum eorum memorias, qui prius
passuerant, celebramus; ut sequentium animi ad praecessoris viam exemplis insigibus fa-
cientur. Quare recte Concilium Gangrense ante annos amplius mille ducentos, anathe-
mate ferit Eustachium, & illius sectatores, qui collectas, qua per Basilicas Martyrum he-
bant, vel etiam quæ ibidem celebrabantur, oblationes, memoriasque ipsorum reprehendebant.*
^a Lib. De co-
rona militis.
^b Laurentius
de la Barre in
Tert.
^c Can. 51. 52.
^d Lib. 4. Hi-
stor. Ecccl. Cap.
15.
^e Can. 20.
^f Lib. 8. Apo-
stolic. confit.
Cap. 12.
^g Sermon 17.
De verbis Apo-
stoli.
^h Trajet. 84.
Cap. 15.
ⁱ In suis Ca-
techibus.
^j Lib. 8. Apo-
stolicar. confit.
Cap. 13.
^k Lib. 34.
m. De Ecccl.
hierarch. P. 1.
ⁿ Lib. De Vir-
ginibus.
^o Can. 13.
^p In Regist. L.
^q Epist. 29. in
d. 1.
^r Lib. 10. De-
cretorum C. 8.
^s In concione
quam habuit
pro Gordio
Martyre.
^t Serm. de S.
Bartham.
^u Vita Magni
Gregori.
^v Tom. II.
^w Eee
fese

sese exhibilarent, & oblectarent, atque in latitiam effunderentur. Verum cum nihil tam
pium sit, tam religiosum, tam sanctum, quod humana pravitate non possit perverti; tem-
porum decursu effectum est, ut illa Feita, choreæ, & solennitates aliquando turpiter fierent,
sic ut matronalis honor, & innumerabilium feminarum pudor devote venientium ad
sacratismos illos dies, injuriis lascivientium appeteretur; qua de causâ decreverunt Africani
Patres^a ab Imperatoribus postulare, ut illa spectacula, & convivia, imposita prœna-
gravi prohiberent.

Sed redeamus ad Martyres, persequamurque reliqua privilegia, quæ relatis in numerum eorum veteres Ecclesiæ mores impertiebant, & quibus Idola frangentes privari in hoc
Canone decernitur. Postquam enim e vivis exceperant, non solum eorum Corpora Fideles,
ut Sanctorum venerabantur, & exosculabantur; sed vulnus ipsa, sanguinem, ossa, vel
reliquas partes, quas icicre Reliquias vocamus, prosequerantur eximio cultu. Divus Ba-
^b In expositione
Psal. 115.
c L. ad ux. d. In Vita Divi
Antonii.
e In Vita Pauli
Eremite.
f Ep. 37. Ad
Presbyteros, &
Diaconos.
g Epist. 25. ad
Paulum, &
53. ad Ripar.
h Lib. 4. Hil.
Ecclesi. C. 15.
i In Vita Eu-
tichiani.
k Can. 4.
l Can. 36.
m Hom. Quod
in Christus
sunt Romæ, inquit, quæ Urbs est regalissima, relictis omnibus, ad sepulcrum Piscato-
ris,

rebus, & Reges, & Praesides, & Milites, & in Constantinopoli Reges
nostræ magnam gratiam putant, non si prope Apostolos, sed si vel extra eorum vestibula,
corpora sua sepeliantur, sicutque Piscatorum ostiarii Reges. Hinc intelligendi sunt Impp.
Gratianus, Valentinianus, & Theodosius a dum ajunt: Nemo Apostolorum, vel Martyrum
Sedem humanis corporibus existimet esse concessum. In Ecclesia sepelici primum B. Fulgen-
tio^b Confessori in Africa indultum referit illius Discipulus: *Mane vero, ait, postquam mul-
titudo maxima populorum de locis finitimi ad exequias venit, Sacerdotum manibus ad Ec-
clesiam Civitatis, quæ secunda dicitur, ubi etiam Reliquias Apostolorum constituerat, de-
putatus, sortitus est honorabile monumentum. Primus plane in eadem Basiliæ Pontifex po-
ni meruit, ubi nullum mortuum, neque laicum sepeliri consuetudo si-
nebat antiqua; sed magna via dilectionis removebat impedimentum consuetudinis; ambien-
tibus universis civibus, & cum summa devotione quærentibus, ut ubi Vir sanctus, & Deo
amabilis fuerat consecratus, ibi orationibus singulorum semper etiam localiter videtur
adjunctus. Qua ratione honorificum fuit postea Fidelibus, juxta Martyrum sepulturas, &
monumenta sepeliri, ut docuit D. Chrysostomus c. Cujus pii desiderii singularem rationem
reddidit D. Ambrosius, vel Maximus Taurinus: Ideo, inquit, a majoribus provisum
est, ut Sanctorum officibus nostra corpora sociemus; ut dum illos tartarus metuit, nos pauci
non tangat, dum illos Christus illuminat, nobis tenebrarum caligo diffugiat. Cum sanctis
ergo Martyribus quiescentes, evadimus inferi tenebras, eorum propriis meritis, aut tame-
no conficii sanctitate. Nec in Ecclesia solum, sed in loco sublimiori, in Altari scilicet, repone-
bantur; non ut is honos eis tanquam Deo deferretur, ut olim calumniabantur haereisci. D.
Augustinus d: Populus autem Christianus memorias Martyrum religiosa solennitate conce-
lebrat, & ad excitandam imitationem, ut meritis eorum consocietur, atque Orationibus
adjuvetur. Ita tamen ut nulli Martyrum, sed ipsi Deo Martyrum constituamus Altaria.
Quis enim Antifitum in locis Sanctorum corporibus affixens Altari, aliquando dixit: Offi-
cium tibi, Petre, aut Paulæ, aut Cypriane: sed quod offertur, offertur Deo, qui Mar-
tyres coronavit, &c. In Altaribus etiam recubebantur Corpora, in vasculis nonnunquam
aureis, ut Hieronymus refert adversus Vigilantium de Reliquiis D. Andreæ, Lucæ, &
Timothei translati a Costantino Constantinopolim, & Beati Samuelis e Judea in Thraciam
per Arcadium. Quod si aliquando non in urnis collocandas, sed humi condendas voluit D.
Athanasius, ut tellatum ex illo facit Damascenus e; hoc ideo illum consuevit, est intelli-
gendum, ut Ægyptiorum morem abrogaret, qui mortuos suos non sub terra condebat; sed
in lectulis, & symподиis collocabant, ut Auctor et idem Damascenus. Sepulchris eorum
epitaphia plena honoris, & laudis affigebantur, ut cecinit Prudentius f.*

ris, & Pellenis currunt, & Reges, & Praesides, & Milites, & in Constantinopoli Reges
nostræ magnam gratiam putant, non si prope Apostolos, sed si vel extra eorum vestibula,
corpora sua sepeliantur, sicutque Piscatorum ostiarii Reges. Hinc intelligendi sunt Impp.
Gratianus, Valentinianus, & Theodosius a dum ajunt: Nemo Apostolorum, vel Martyrum
Sedem humanis corporibus existimet esse concessum. In Ecclesia sepelici primum B. Fulgen-
tio^b Confessori in Africa indultum referit illius Discipulus: *Mane vero, ait, postquam mul-
titudo maxima populorum de locis finitimi ad exequias venit, Sacerdotum manibus ad Ec-
clesiam Civitatis, quæ secunda dicitur, ubi etiam Reliquias Apostolorum constituerat, de-
putatus, sortitus est honorabile monumentum. Primus plane in eadem Basiliæ Pontifex po-
ni meruit, ubi nullum mortuum, neque laicum sepeliri consuetudo si-
nebat antiqua; sed magna via dilectionis removebat impedimentum consuetudinis; ambien-
tibus universis civibus, & cum summa devotione quærentibus, ut ubi Vir sanctus, & Deo
amabilis fuerat consecratus, ibi orationibus singulorum semper etiam localiter videtur
adjunctus. Qua ratione honorificum fuit postea Fidelibus, juxta Martyrum sepulturas, &
monumenta sepeliri, ut docuit D. Chrysostomus c. Cujus pii desiderii singularem rationem
reddidit D. Ambrosius, vel Maximus Taurinus: Ideo, inquit, a majoribus provisum
est, ut Sanctorum officibus nostra corpora sociemus; ut dum illos tartarus metuit, nos pauci
non tangat, dum illos Christus illuminat, nobis tenebrarum caligo diffugiat. Cum sanctis
ergo Martyribus quiescentes, evadimus inferi tenebras, eorum propriis meritis, aut tame-
no conficii sanctitate. Nec in Ecclesia solum, sed in loco sublimiori, in Altari scilicet, repone-
bantur; non ut is honos eis tanquam Deo deferretur, ut olim calumniabantur haereisci. D.
Augustinus d: Populus autem Christianus memorias Martyrum religiosa solennitate conce-
lebrat, & ad excitandam imitationem, ut meritis eorum consocietur, atque Orationibus
adjuvetur. Ita tamen ut nulli Martyrum, sed ipsi Deo Martyrum constituamus Altaria.
Quis enim Antifitum in locis Sanctorum corporibus affixens Altari, aliquando dixit: Offi-
cium tibi, Petre, aut Paulæ, aut Cypriane: sed quod offertur, offertur Deo, qui Mar-
tyres coronavit, &c. In Altaribus etiam recubebantur Corpora, in vasculis nonnunquam
aureis, ut Hieronymus refert adversus Vigilantium de Reliquiis D. Andreæ, Lucæ, &
Timothei translati a Costantino Constantinopolim, & Beati Samuelis e Judea in Thraciam
per Arcadium. Quod si aliquando non in urnis collocandas, sed humi condendas voluit D.
Athanasius, ut tellatum ex illo facit Damascenus e; hoc ideo illum consuevit, est intelli-
gendum, ut Ægyptiorum morem abrogaret, qui mortuos suos non sub terra condebat; sed
in lectulis, & symподиis collocabant, ut Auctor et idem Damascenus. Sepulchris eorum
epitaphia plena honoris, & laudis affigebantur, ut cecinit Prudentius f.*

^a In L. 1. Cod.
De sacrof. Ec-
cles.

^b Author Vtatis
Fulgentii, C. 32

^c Dicitur Homil.
Quod Christus
sit Deus.

^d L. 12. contra
Eusebium Ma-
nich. C. 20.

^e Orat. 1. De
Imaginibus.

^f In Vita S. H. p.
politi Episc. 8.
Mart.

^g In Vita Felicis
Papa I.

^h Lib. 8. Hil.
Ecclesiast.

ⁱ Epist. 120. ad
Honoratum.

^k Lib. De dog-
mat. Eccl. C. 72

^l L. 8. Graecat-

^m Ep. ad omnes
Episc. & Sacer.

ⁿ Cen. 14.

Innumerous cineres Sanctorum Romula in Urbe
Vidimus, o Christi Valeriane facer.

Incisos tumuli titulos, & singula queris

Nomina, difficile est, ut replicare queam.

Tantus iustorum populus furor impius haecis.

Cum coleret patrios Troja Roma Deos.

Plurima litterulis signata sepulchra loquuntur

Martyris aut nomen, aut epigramma aliud.

Super hæc sepulchra Martyrum, seu Altaria Midas celebrari constituit Felix Papa I. in
Epistola ad Episcopos Galliæ, ex qua ratio petenda est, qua ille permotus eam Legem rule-
rit: *Vobis, inquit, & omnibus Ecclesiæ tenendum, & agendum mandamus, ut super Me-
morias Martyrum Missæ celebrentur, ne memoria eorum, aut veneratio possit prohiberi.* Tyranni enim, ut superius dicebam, Memorias delere Martyrum pro viribus contendebant.
Unde Eusebius h. refert, quod cum tempore Diocletiani gravissima in Christians elet perse-
cutio; Pagani idololatriæ effodiebant Corpora Martyrum, & prosciebant in mare, dicentes:
*Ne forte Dii efficiantur Christianorum; & illi, qui Deos adorare nolunt, servos nostros in-
cipiant adorare.* Hac igitur de causa motus Felix decretiv, ut super sepulchra Martyrum
(ut diuturnior, & celerior esset eorum memoria) Midas dicerentur. Nec Midas solum, sed
Ecclesiæ ipsas in eorundem nomine, & honore consecrari, Augustinus i, Gennadius k, &
Theodoretus l testantur; & ante hos Anacletus m, cum ordinem Patriarchalium Sedium assi-
gnaret, Ecclesiam Divo Petro erectam a Sancto Marco Evangelista Discipulo ejus commemo-
rat: *Secunda, inquit, Sedes apud Alexandriam est Beati Petri nomine, a Sancto Marco
Discipulo ejus, & Evangelista consecrata.* Cum vero aliquando Ecclesiæ, & Altaria no-
mine Martyrum contruerentur per vias, & agros, in quibus nulla erant Martyrum Reli-
quiae, sed solum ad corradendas ex Fidelium devotione pecunias: id fieri omnino prohibuit
Concilium Carthaginense V. decernens, ut nulla Memoria Martyrum acceptaretur, sic ait,
nisi, aut Corpus, aut aliquæ certæ Reliquiæ essent, vel origo esset alioius habitationis,
possessionis, aut passionis: ut hinc etiam eruant haeretici, non solum Ecclesiæ erigi in piæ,
& sanctam Martyrum memoriam, sed locum Martyrii, & habitationis, & possessionem
ipsam sanctorum Martyrum, in maximo suisse honore, & reverentia.

In illis Martyrum Ecclesiæ suppliciorum eorundem depingebantur. D. Basilius o narrat imaginem sancti Barlaam in Templo depictam; sequi gaudere ait, quod melius
pictores expresserint manum ejus pro Christo combustam, quam ipse oratione descripserit.
Evodius p scribit, in Ecclesia S. Stephani, in qua ejusdem Reliquiæ servarentur, fuisse ima-
ginem ejus Martyris figuratam, ad quam visendam homines concurrere soliti erant. Pruden-
tius de S. Cassiano sic cecinuit.

^o In fin. Orat.
in S. Barlaam.

^p L. 1. De mi-
ta. S. Stephani

Ereni ad Cælum faciem; stetit obvia contra.
Fucis colorum pista imago Martyris.
Plagas mille gerens, totos lacerat a per artus.
Ruptam minutis præferens punctis cutem.

Item de Sancto Hippolyto:

Pista super tumulum species liquidis viget umbris;
Effigies fratti membra cruenta viri.

Imagines autem, & passiones Martyrum ideo in Ecclesia depingebantur, ut frequenti eorum recordatione Fidelis ad cultum pietatis inflammarentur, atque eorum precibus Deo commendari ardenter, frequentiusque postularentur. In hunc sensum D. Basilius^a: *Res, inquit, in bello fortiter gestas, tum eloquentes homines s̄apē numero, tum p̄st̄ores exprimunt; illi sermone ornantes, bi tabulis delineantes; & utrīque multos ad fortitudinem excitant. Quæ enim sermo bistoriae per auditum exhibet, ea pictura tacent per imitationem ostendit. Martyrum enim encomium, & abortatio est congregatorum ad virtutem. Reète dixit, quisquis ille est, p̄st̄oram esse mutam poesim. In Ecclesiis, vel Coemeteriis Martyrum Cūtodes assignabantur, qui Reliquias sanctas a Gentibus profanari non sinebant; nec Diaconatus, vel Presbyteratus Ordinem suscipere antea Subdiaconi, vel Minores Clerici poterant, quam triennium huic custodiæ impendissent, ut ex Damaso, & Concilio Romano sub Sylvestro dicebam^b. Quinimmo Epaunense Concilium sub Gelasio, Sanctorum Reliquias in Oratoriis villaribus recondi vetuit^c: *Nī f̄san, ait, Clericos cujuscumque Parochiæ vicinos esse contingat, qui sacrī cineribus p̄fallendi frequentia famulentur.**

In his Martyrum Coemeteriis, seu Ecclesiis Romani Pontifices Stationes, & omnes actus publicos Pontificales celebrabant; Episcopi peragebant Divina mysteria, vigilias decantabant, Baptismum, Ordines, & omnia Sacra menta administrabant, verbum Dei concionabant, ut late, & docte probat Onuphrius Panvinius^d. Ad hæc sepulchra Martyrum, energumenos, seu dæmoniacos afferri, ut eorum intercessione liberarentur, testantur Concilii Meldenii^e Patres, & Augustinus^f. Chrysostomus^g vero affirmat, quod sicut virtus erat in veste Paulli & umbra Petri ad sanandum egrotos; ita in Sanctorum cineribus, ad expellendos dæmones. De aliis valetudinariis id ipsum refert D. Augustinus^h. Cæcum enim quendam illuminatum virtutib. & virtutis, & in Ser. De S. Barlaam & Stephanii Protomartyris. Theodoretusⁱ: *Pie vero, ait, fideliterque precatos ea maxime consequi, quæ desiderant, testantur illa, quæ votorum rei dona persolvunt: manifesta nimis reliquias sanitatis indicia. Num alii quidem oculorum, alii vero pedam, alii porro manu tractionum, um simulacra suspendant, ex argento, aurore confecta. Gratissime namque accipit eorum c. 131. & L. Dominus qualiacumque sunt dona; nec exigua, nec viliae dignatus: quippe qui ea pro ferentis facultate metitur. Hac itaque omnium spectaculo exporrecta, testantur morborum depulsionem, cuius ipsa certissima signa sunt, a sanitatem consecutis allata: Hac inquam Greco, alle. sepulchorum ibi Martyrum quæ sit virtus, ostendunt: & ipsorum Martyrum virtus, quem ipsi & nomen curat, ad finem.*

L. 22. De Civit. Dei. C. 8. Theod. L. 6. De Greccarum affect. curatio. ne.

k. L. 22. De Civit. Dei. C. 8. Theod. L. 6. De Greccarum affect. curatio. ne.

ICen. 29. aqua. Africam. Ri. fan. L. 3. De Auct. Concl. Nicæni. in Rom. 28. De serm. A. tecni. Domini. in Epist. 137. D. Greg. in Epist. 36. ad Cyprianum No- tanianum. L. 7. in d. 2. & in Antoto. p. Vita Clemencis.

Ereni ad Cælum faciem; stetit obvia contra. Fucis colorum pista imago Martyris. Plagas mille gerens, totos lacerat a per artus. Ruptam minutis præferens punctis cutem. Item de Sancto Hippolyto: Pista super tumulum species liquidis viget umbris; Effigies fratti membra cruenta viri. Imagines autem, & passiones Martyrum ideo in Ecclesia depingebantur, ut frequenti eorum recordatione Fidelis ad cultum pietatis inflammarentur, atque eorum precibus Deo commendari ardenter, frequentiusque postularentur. In hunc sensum D. Basilius^a: *Res, inquit, in bello fortiter gestas, tum eloquentes homines s̄apē numero, tum p̄st̄ores exprimunt; illi sermone ornantes, bi tabulis delineantes; & utrīque multos ad fortitudinem excitant. Quæ enim sermo bistoriae per auditum exhibet, ea pictura tacent per imitationem ostendit. Martyrum enim encomium, & abortatio est congregatorum ad virtutem. Reète dixit, quisquis ille est, p̄st̄oram esse mutam poesim. In Ecclesiis, vel Coemeteriis Martyrum Cūtodes assignabantur, qui Reliquias sanctas a Gentibus profanari non sinebant; nec Diaconatus, vel Presbyteratus Ordinem suscipere antea Subdiaconi, vel Minores Clerici poterant, quam triennium huic custodiæ impendissent, ut ex Damaso, & Concilio Romano sub Sylvestro dicebam^b. Quinimmo Epaunense Concilium sub Gelasio, Sanctorum Reliquias in Oratoriis villaribus recondi vetuit^c: *Nī f̄san, ait, Clericos cujuscumque Parochiæ vicinos esse contingat, qui sacrī cineribus p̄fallendi frequentia famulentur.**

giones divisi Fidelibus Ecclesia, qui gesta Martyrum solite, & curiose, unusquisque per regionem suam, prequireret. Tamet enim Civitatem Romanam in quatuordecim tuiles regiones diatributam, tradant Sextus Russus, Publius Victor, & Cornelius Tacitus; compendium cauilla in septem regiones a Pontificibus illa disperita est, & harum singulis Diaconos (quos ob id Regionarios vocabant) prefecerunt. Quot vero Diaconi, tot Subdiaconi, & quot Subdiaconi, tot Notarii designabantur. Hos autem illis tuiles subjectos, scribit Damasus a:

*Hic regiones, ait, divisit Diaconis, & fecit septem Subdiaconos, qui septem Notariis imminuerent, qui gesta Martyrum in integrum colligerent. Paullinus etiam D. Ambrosii Notarius, & qui Vitam ejus conscripsit, ait, se tuile sub cura Taciti Diaconi, ad quem cuncta Acta referret. Neque Romanam tantum Ecclesiam curam sustinuisse conitatur, sed & omnes reliquarum provinciarum, quod ab omnibus eam suscipiendam Fabianus PP. b mandat. Quare eum in rem percreuisse in Hispania, Prudentius c, & D. Isidorus d significant, dum in Martyrio Sancti Emeterii, & Celedonii p̄ceptum tuile ajunt a Maximo, & Alterio, ne Christiani scriptis suos Martyres celebrarent; conquisitaque fuisse omnia, ut igni tradarentur. Nec potuit alter ipse Prudentius tot Sanctorum Martyrum, qui eum multis annis etate praesesserat, Acta conscribere, nisi vetuilla illi horum Notioriorum exemplaria opem suppeditasset. In Africa candem operam his colligendis dedisse Afros Patres, indicat D. Cyprianus e, monens Presbyteros, & Diaconos, ut die, quibus Martyres tormentis fuissent affecti, adnotarent. Quod & ante Cyprianum in usu Africane Ecclesie tuile, Pontius f scribit illius Diaconus: *Majores nostri, inquit, plebeij, & Catechumeni Martyrium consecutis, tantum honoris p̄a Martyrii ipsius venerative dederant, ut de passiōibus eorum multa, aut prope dixerim, p̄e cuncta conscriperint. Ut ad nostram quoque notitiam, qui nondum nati fūimus, pervenirent. His ergo honoribus non assiendum eum, qui in Idolis frangendis occupatus fuerit occisus, Concilio placuit; ne nimia primum audacia projecti, neve inanis gloriarum cupidi, ut de circumcellionibus ait Augustinus, ornamenta horum honorum Martyrum ancipantes, & Martyrio confidenter offerrent, poitea vero tormentis cederent levissime; neve tandem forti, & intrepido animo ad Idola confringenda prosliret reliqui nimis imprudentes; eaque ratione a Gentilibus in eos furentibus nescientur. Si autem suo tempore, & loco, pie, & fructuose evenerint Idolis operam collocarent, nemo sane mentis negaverit, eos & eximiam laudem, & Martyrii titulum mereri, qui vitam pro Religione, & Religionis Auctore Christo profudissent. Quod & multis SS. exemplis pollutum demonstrare. Imprimis enim Concilium Nicenum II. sex Leontio Episcopo Neapoletos Cypr. Lib. quinto Apologia pro Christianis contra Judæos, hec refert: *Me vero, ait, quum videris Christi, aut ejus inculpatæ Matris, aut alterius iusti imaginem salutarem, confessim indignaris, blasphemias fundi, resili, & idolatras nos vocas. Mirum te extra verecundiam, neque horrere, neque tremere, neque erubescere, cum videas me per orbem terrarum Idolorum Fana defruentem; Martyrum vero Templa adificant. Nam si constat, me Idola adorare, quid causa est, quamobrem Martyres, qui Idola destruxerunt, veneror ut Deus, & glorifico? quo pacto ipsos Martyres, qui statuas lignæa confrigerant, bonum prosequor? si ligna ut Deos glorifico, quomodo reveror, & adoro Martyres, & Apóstolos, qui lapides effigies perdiderunt? De circumcellionibus D. Augustinus h. [Circumcel. g. 47. 4.***

prodit, & Pha. trius, quod cum va nissimi essent, & furore pleni, affectarentque gloriam Martyrum, ut illam ex equerentur, soleant ipsi Feiſa Paganorum cum illis celebrare, Tempia ingredi, & ibi Idola frangere, non quidem ut frangerent Idola, sed ut Idola frangentes, occiderent a Paganis, & sic inter Martyres referrentur: quod facere non tentarent, si vidissent, eversores Idolorum a numero Martyrum exclusi. Et fortasse hac etiam ratione qui Idola confringebant, hic a Concilio in numerum Martyrum non esse adscribendos, decernitur;

*quia inter Hispanos, & Afro multa tuile erant communia: Illi autem, inquit Augustinus i, retribuentes mala pro bonis, quia eis consolimur ad eternam salutem, etiam tempore, nobis conantur auferre: sic amantes homicidia, ut in seipsis ea perficiant, quando in alii perpetrare non possunt. Sicut enim charitas laborat Ecclesia eos ab illa perditæ ne liberare, ut eorum nemo moriatur; sic eorum laborat furor, aut nos occidere, ut sue crudelitati, pascant libidinem, aut etiam seipso, ne perdidisse videantur occidendorum hominum potestate. Qui autem nesciunt consuetudinem illorum, putant eos modo seipso occidere, quando ab eorum insatiable dominatione per occasionem Legum istarum, quæ pro unitate sunt constituta, tanti populi liberantur. Qui autem sciunt & ante ipsas leges quid facere soleant, non eorum mirantur mortes, sed recordantur mores maxime quando adhuc cultus fuerat Idolorum ad Pagana rurum celebravimus: solenitatis, ingentia turbarum agmina veniebant, non ut Idola frangerent, sed ut interficerentur a cultoribus Idolorum. Nam illud si accepta legitima potestate facere vellent, si quid eis accidisset, possent habere qualcumque umbram nominis Martyrum; sed ad hoc fulm veniebant, ut integris Idolis ipsi perimerentur. Nam singuli quiq; valentissimi juvenes cultores Idolorum, quis quod occideret, ipsi Idolis vovere consueverant. Qui dam etiam se trucidando armatis viatoribus inzerebant, percussuros eos se, nisi ab eis perirentur, terribiliter comminantes. Nunquam & a judicibus transiuntibus extorquenti violenter, ut a carnificibus, vel ab officio ferirentur. Vnde quidem illis sic illusse perhibetur, ut eos tanquam percusiendos ligari, & dimitti iubaret, atque ita eorum impetum incuruentus, & illas evaderet. Nam vero per abrupta precipitia, per aquas & flammas, occidere seipso, quotidiana illis latus fuit. Hic facit historia, quam de Beato Cyrillo Diacono & Martye conscripsit Theodoreus k: *Scelus autem, inquit, ab illis in Phenicia patratum, quis est, queso, qui sinc lacrymis possit commemorare? Nam Heliopoli, que est Urbs Libano finitima, execrabiles isti Gentiles recordati facinoris Cyrilli Diaconi, qui, regi-**

^a Vita Fabia ni.

^b Epist. decet. ^c Vita S. Eme terii Ec. ^d In suo Mis. fali Mozarabi.

^e Epist. 37. ad Presbyteros & Diaconos Car. thug. ^f In vita Cy. priani.

^g Epist. 50. ad Bonifacium Ce. mitem.

^h L. 3. C. 6.

pugnante Constantino, divino quodam zelo accensus, multa simulacra, quæ in ea urbe celebrantur, confregerat; non modo eum interfecerunt, verum etiam diffecto ventre jecur ejus degustare non sunt veriti. Verum Deum omnia contemplantem hoc celare non poterant: sed debitas sui maleficii penitus ei dederunt. Nam quotquot illius sceleris labe inquinati sunt, primum amiserunt dentes, qui pariter omnes ad unum excidebant: deinde linguis perdidierunt, quæ pueridine tabefactæ ex ore effuebant; postrem oculis orbati sunt, quorum calamitatibus vera pietatis vis clare prædicata est. Favet his Martyrium venerandi fenis & Episcopi Marci Arethusii, de quo Sozomenus^a scribit: Porro autem Arethusa Marcum suum Episcopum, jam admodum seuen, canicie, & vita pie acta venerandum, miserabiliter occiderunt; quippe contra eum jam pridem odium conceperant: tum quod Gentiles ejus impulsu multo alacrius, quam sua auctoritate Constantii se ad Fidem Christi transtulerant: tum quod Delubrum apud ipsum longe augustinum, magnificentissimeque stratum, ab illo deturbatum fuerat. Vbi vero Imperium Julianum delatum est, videns populum in se concitatum, simulque Imperatoris Edicto, vel ut pecuniae summam, quæ satis assimilaretur, ad Delubrum de integro exstruendum persolveret, vel ipse idem denuo adificaret, condemnatum; animoque complexus neutrum a se posse fieri, atque præxertim posterius; quod ne Christiano quidem fas erat, ne dum Episcopo, primò tempore fuga sua vita consuluit. Verum ut intellexit, multis propter se in discrimen venire, tum distractionem membrorum, tum judicia, tum tormenta cum his conjuncta subeundi, redit Arethusa, & sua sponte se populo tradidit, ut quod libitum erat, in ipsum ederent. Illi autem ob idem ipsum factum, quod ut homine vere pio, & sapiente dignum laudare debuerant, ab eo se contemni arbitrati; omnes grega iam in eum irruere, raptare per plateas, trudere, vellere, singuli denique membra promiscue ferire cuperunt; in hoc facinus non viri solum, sed mulieres etiam, & alii omnes, cujuscumque essent aetas, studio alacri, & iro quoque incensi, acriter in cumbabant, adeo ut etiam aures ejus tenuibus quibusdam funiculis avellerent. Pueri præterea, qui scolas frequentabant, fructum hoc pro ludo babere. Quin etiam cum in sublime elatum instar globi inter se volvere, altero citro que cum ab se projiceret, tum denuo excipere stylis, quibus eum acerbe, & crudeliter pugnarent. Vbi vero corpus vulneribus ubique deformatum erat, & ipse nibilominus adhuc spiritum ducebat, illum melle, & liquamine ungunt, imponunt in sportulam, quæ tota ex funcis contexta erat, in sublimi denique suspendunt. Quo quidem tempore etiam vespa, & apes ad eum advolarent, carnemque ejus excederent, ferunt eum Arethusa dixisse: Je in sublime postum esse, videre eos infra humi repentes: quare ea, quæ tum sibi, tum eis post eventura essent, præsignificasse dicunt. Traditum est præterea, cum qui tum illius loci Praefatus erat, virum, licet superstitioni Gentilium imperitis deditum moribus tamen aliqui adeo præstabilem, ut etiam adhuc celebris fama de eo percrebresceret, Marci constantiam & patientiam admiratum, libere Imperatorem, tum admonuisse, tum incusasse, propterea quod ipsis ab uno sene, qui tot, & tam gravibus tormentis adeo magno, ac forti animo se opposuerat, devictis, turpis merito nota inureretur dederoris: & tum ipsi omnibus redicente, tum illi contra, quos ejusmodi facinora ediderant, illufres, & gloriose videntur. Itaque Beatus ille Marcus, tam generosa morte Arethorum furori, & multiplicibus tormentis ab illis sibi infictis restitit, ut etiam sit ab ipsis Gentilibus magnam laudem consecutus. His accedit Martyrium Sanctæ Eulalie Emeritensis, de qua Prudentius haec in ejus laudem canit post alia:

Martyr ad ista nihil; sed enim
Infremit, inque Tyrranni oculos
Sputa jacit; simulaera debinc
Dissipat, impositamque molam
Thuribulis, pede profubigit.

Nec mora, carnis gemini
Iuncta peitora dilacerant,
Et latus ungala virgineum
Pulsat utrinque, & ad ossa fecat,
Eatalia numerante notas.

Et ut plura alia breviori compendio repetamus, his sunt adjungenda, quæ de Macedo-
n. L. 5. C. 10. nio, Theodo, & Tatiano resert Sozomenus b, de B. Benedicto Gregorius Magnus, de-
D. Greg. L. 2. S. Martyrio Bonfiniuse, de B. Vigilio Tridentino Egnatius d, de Volfredo Anglo Krantiuse,
Dial. & Hist. de B. Geroldio Aldeburgensi Episcopo Helmondensi, de Univamo Hamburgensi Antilite Kran-
Caf. C. 1. tius, de Justa, & Russina confringentibus Idolum Veneri, & ob id martyrio affectis Divus
c Lib. 5. Dec. 1. Isidorus g. Quibus consonat quod de Eupychio ex Patriciis Cæsareæ Cappadociæ oriundo,
d L. 3. C. 7. e L. 4. Metrop. e. L. 4. Sozomenus h adfert; præ Fidei enim studio, cum Fortunæ Templum evertisset, in carcere detrusus, præclaro dato, & virtutis, & pietatis testimonio, securi percussus, coronatus est.
f In Chroa. Hac autem diruendorum Idolorum licentia, Principes, & subditi uti debent, non ab-
g. In Breviar. uti, quorum potestate tribus his pietatis, & prudentias regulis vellem circumscribi. Prima,
Goth. ut in Provinciis Catholica Fide, & Religione Jam imbutis, nulla patientur antiquæ idolola-
h Lib. 5. Hist. triæ, vel superstitione vestigia. Quod, ut omittamus veteris Legis præcepta, recentiori-
Eccles. C. 10. bus Conciliorum Decretis graviter, & severe id interdictibus confirmabo: Admonere pla-
cuit Fideles, docet Concilium nostrum, ut quantum possint, prohibeant, ne Idola in do-
mibus suis habeant. Toletanum XII. & eandem regulam præscriptis Principibus. Sed iterata
graviori sanctiōne repetitum est in Concilio Toletano XVI. his verbis: Manifestissime li-
quet, quod hostis humani generis, ut Apostolus narrat, per mundum rugiens currat, quæ-
rens

rens quem devoret: nam diverso tergiversationis sua astu, quamplurimos insipientium de-
cipiens, suis eos decipitis irretire non cessat; & cum Dominus præcipiat: Non facies tibi
sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in celo desuper, & quæ in terra deorsum;
& reliqua. Et iterum: Non facietis vobis Idolum, & sculptile, nec titulos erigetis, nec
insignem lapidem ponitis in terra veltra, ut adoretis eum. Rursumque: Dominum Deum
tuum adorabis, & ipsi soli servies; illi diversis suadelis decepti, cultores Idolorum efficien-
tar, veneratores lapidum, accensores facularum, excoletes Sacra fontium, vel arborum,
auguratores quoque, seu praecantores, multaque alia, quæ longum est narrare. Et quia
ille nec conditor eorum est, nec Dominas, ac Redemptoris summopere Receptoribus Ecclesiæ
Dei convenit studere, ut quos maligna persuasione per diversa sacrilegia sibi hostiis idem
subjecerat, de ejus jure tollentes, suo eos restituunt Creatori. De quibus videlicet sacri-
legiis extirpandis, quoniam multimoda Sanctorum Patrum in diversis Conciliis clarent edi-
cta, vigilanti sensum indagatione perlustravimus, ac discreto gravitatis pondere, horum
instituta perpendimus. Et quia debitæ rationis plenitudine nitent, cum consensu, ac ferven-
tissimo iussu religiosissimi domini nostri Egicani Regis, instituentes, decernimus, ac omnes
Episcopi, seu Presbyteri, vel hi, qui judicandis causarum negotiis præsunt, solerti cura
invigilant, & in cuiuscumque loco præmissa sacrilegia, vel quælibet alia, quæ Divina
Lege prohibentur, vel Sanctorum Patrum cobibent instituta, venerantes quaque, aut faci-
entes reperirent, cujuscumque sint generis, aut conditionis, statim secundum prædictarum
sententiarum seriem, emendare, & extirpare non differant: & insuper ea, quæ in eodem
loco sacrilegio oblata fuerint, in convicinis Ecclesiæ, coram ipsis, qui hoc voto sacrilego de-
dicanda crediderant, habenda perpetim auferantur. Quod si forsitan Episcopus, aut Pres-
byter, seu etiam judex, ad quem locus ille pertinet, manifestissimum, ac probatissimum cu-
juspam sacrilegii facinus prænoscent, hic ardenti voto emendare neglexerit; loci sui digni-
tate privatus, anni unius spatio erit sub paenitentia constitutus, loco suo in postmodum re-
diturus: scilicet, ut in eodem tempore, quo ille a loci sui propulsus fuerit officio, specia-
liter a Principe eligatur, qui timore Domini plenus, & ut Princeps, speciali zelo accensus, Josue 22.
cum judicibus fibimet, ut diximus, injunctis, & faciebam, quod invenerint, omnimo-
de extirpent, & ab omni populo iram Dei arceant. Si qui vero pro talium defensione obli-
terint Sacerdotibus, aut judicibus, ut et nec emendent, ut debent, nec extirpent, ut con-
decet; & non potius cum eis exquisitores, ultores, seu extirpatores tanti criminis exti-
rpiant, sint anathema in conspectu individuæ Trinitatis; & insuper, si nobilis persona fue-
rit, auri libras tres sacrissimum Fisco exsolvet; si inferior, centenis verberibus flagellabitur,
ac turpiter decalvabitur, & medietas rerum suarum Fisci juribus applicabitur. Et his satis
consentanea sunt, que Nannetenus Concilii Patres a edidérunt: Summo, ajunt, decertare de-
bent studio Episcopi, & eorum ministri, ut arbores demoniis consecratae, quas vulgo co-
lit, & in tanta veneratione habet, ut necramum, vel surculum inde audeat amputare, ra-
dicibus excindantur, atque comburantur. Lapidès quoque, quos in ruinosis locis, & silvestri-
bus, demonum ludificatio ibus decepti, venerantur, ubi & vota* fovent, & fovent.
funditus effodiuntur, atque in tali loco projiciantur, ubi nunquam a cultoribus suis venerari
possint. Et omnibus advuncietur, quantum scelus sit idololatria; & qui bac veneratur,
culit, quasi Deum suum negat, & Christianitatem abrenunciat, & talem paenitentiam inde
debet suscipere, quasi Idola adorasset: omnibusque interdicatur, ut nullus votum faciat, aut
candelam, vel aliquod munus pro salute sua rogaturus alibi deferat, nisi ad Ecclesiam Domi-
no Deo suo. Scriptum est enim: Vovete & reddite Domino Dao vestro. Novimus siquidem, Psal. 75.
quanta Dominus antiquo populo per Prophetas suos interminatus est, qui in lucis sacrificia-
bant, & in excelsis immolabant. Si quis hoc transgressus fuerit, Fidem perdidit, & est in-
fidelis deterior: & siccirco omnimodo a sancta Ecclesiæ confortio absindatur, & non, nisi
digne paenituerit, recipiatur.

Hæc in his Provinciis observanda, quæ Religionis Christianæ semina semel suscepint.

In Paganorum autem Provinciis regulam alteram, & nostra, & posteritatis observatio-
ne dignam, D. Augustinus b docet; illorum videlicet Idola prosteranda non esse, antequam
illi ditioni nostræ subdantur: Verbis, inquit, ipsorum ne credatis, nec timatis: hostes
nos dicunt Idolorum suorum. Sic præstet Deus, & det omnia in potestate, quomodo de-
dit, quod factum est. Hoc enim dicimus charitati vestra, ne faciatis ista, quando in po-
testate vestra non est, ut faciatis illud. Pravorum hominum, furiosorum circumcellionum,
& ubi potentiam non habent, sœvire, & velle mori. Properant sine causa. Audifis,
que nobis legimus, omnes, qui nuper in manipulis affixisti; cum data vobis fuerit ter-
ra in potestatem, (prius ait, in potestatem, & sic dicit, quæ facienda sunt.) Aras, in-
quit, eorum destruetis, lucos eorum communietis, & omnes titulos eorum confringetis.
Cum acceperitis potestatem, hoc facite. Ubi nobis non est dasa potestas, non facimus; ubi
data est, non prætermittimus.

Sed nec continuo, quum Paganorum Provinciæ nostræ potestati subduntur, statim Ido-
la illorum confringere licet, sed maturo prius pietatis, & prudentia consilio adhibito.
Quod idem Divus Augustinus observavit, dum post illa subiunxit: Multi Pagani habent
istas abominationes in fundis suis; numquid accedimus, & confringimus? Prius enim agi-
mus, ut Idola in eorum cordibus confringamus. Quando Christiani & ipsi facti fuerint,
aut invitant nos ad tam bonum opus, aut præveniunt nos. Modo orandum est pro illis, non
irascendum illis. Et post alia: Quia ergo terrere eos voluit Deus, putant nos ubicunque
querere Idola: quæ cum inuenierimus, in omnibus locis frangere. Quare non ante nos sunt
loci

b Serm. 6. De
verbis Domini

c Can. 40.
d Can. 11.
e Can. 2.

loca, in quibus sunt? Aut vere ignoramus ubi sunt ista? & tamen non facimus, quia non dedit in potestatem Deus. Quando dat Deus in potestatem? Quando Christianus erit, cuius res est modo, factum voluit, cuius res est. Si vollet ipsum locum dare Ecclesia, & canem jubere t, in re sua non esse Idola: puto, quia debuit summa devotione fieri a Christianis, ut adjuvaretur absens Christiana anima, qua in terra vult Deo gratias agere, non vult ibi aliquid esse in contumelia Dei. Huc accedit, quia Ecclesia dedit ipsa loca. Et in re Ecclesia Idola futura erant? Fratres, ecce quid displicet Paganis. Parum est illis, quia de villis ipsorum non illa tollimus, non illa frangimus, & in nostris volunt eas servari. Contra Idola prædicamus, de cordibus illa tollimus, sumus persecutores Idolorum. Profitemur. Numquid servatores? non facio ubi non possum: non facio ubi conqueritur dominus rei. Ubi autem vult fieri, & gratias agit, reus ero, si non fecero. Hac Augustinus. Quæ similia, aut eadem fera sunt cum his, quæ Episcopi nostri hoc Concilio ante decreverunt, dum Idola ex ædibus privatorum, & tolli, & everti voluerunt, nimis servorum extimescerent, hoc est, ni probabiliter conjicerent, commodam Legis nostræ propagationem impediri, vel servorum ethniconum animos hæc acerbitate ad majorem in nos tristitia crudelitatem excitari: Admonere, ait, placuit Fideles, ut quantum possint, prohibeant, ne Idola in domibus suis habeant. Si vero vim metuant servorum, vel se ipsos puros conservent. Hoc enim casu abstinentiam ab eversione Idolorum voluerunt. Quod Constantino Magno semper placuisse, retuli paullo superius, consilio, ut opinor, magni Osii Episcopi Cordubensis, a cuius sententia nec in minimis solebat Constantinus discedere.

Posterior præscriptio, & regula est, ut quoties ad sacrificandum Idolis, nos metu Paganorum, vel vi a ligante, quoties fraude, vel quo alio modo consilio impellant, ea constanti, & heroica virtute disturbemus, prostrernamus, conculemus, cum nefariam vim vi sancta liceat propulsare, etiam in ipsis eorum Territoriorum, in media populi luce, etiam in nostra potestate Provincie illorum non sint, etiam corda illorum ad credendum dura, & ferrea sunt, etiam patrimonii, si honoris, si sanguinis, si vita periculum praesens sit. Gloriosum, & felix mortis genus, quo æternæ vitæ præmium tanta securitate comparatur. His enim de caussis, vel una illarum commoti fuere, quotquot Idolorum simulacra disturbantes, honore, & corona Martyrum decoratis sunt. In quorum numerum posteriori jure sunt referendi qui afflante Divino Spiritu eadem labefactantes occiduntur, sed caute pervidendum, num spiritus ex Deo sit.

Illud autem Christianos veteres in demoliendis Gentium Idolis mice observasse animadverso; ut eruta, vel sublata, non usui privato, sed publico deparent; ne potius avaritia, quam zelo Christiano, ea direptio a Gentibus tribueretur. D. Augustinus b ad Publicolam: Et cum Tempora, inquit, Idola, luci, & squido hujusmodi, data potestate evanescunt, quamvis manifestum est, cum id agimus, non ea nos honorare, sed potius detestari; ideo tamen in usus nostratos privatos dumtaxat, & proprios non debemus aliquid usurpare: ut appareat nos pietate ista destruere, non avaritia. Cum vero in usus communes, non proprios, ac privatos, vel in honorem Dei veri convertuntur, hoc de illis fit, quod de ipsis hominibus, cum ex sacrilegii, vel impiorum in veram Religionem mutantur. Theodosium Imperatorem Alexandriæ Gentium Delubra Theophilii Episcopi consilio disturbantem, omamenta c. L. Histor. Ecclesiast. C. 16.

COMMENTARII NOVI.

Consequens supra traditæ interpretationis est, per hæc verba: *in numerum non recipi Martyrum;* non solum Martyrum honore negare PP. circumcellionibus, qui in fractione Idolorum occisi fuerunt; verum nec ut Martyres eos agnoscerent Ecclesiæ, cum non ob Fidei zelum, sed ob temeritatem occubuerint. Diximus agi in præsenti de illis, qui aulu temerario & audaci temeritate sine delectu temporis, aliquave inspiratione Divina, tantum vana, & inutili gloria duci, ut Martyres venerabiles fierent, crudelis in se ipsos Idola passim confringebant: in quos inveniuntur PP. in præsenti, statuendo, eos in numerum Martyrum non esse referendos, id est in Diptycha Ecclesiastica, ut nomina eorum tanquam Martyrum recitarentur contra veterem Ecclesiæ consuetudinem, cuius meminit Cyillus Catechesi 5. ibi: *Potest facimus mentionem etiam eorum, qui ante nos obdormierunt. Primum Patriarcharum, Proprietarum, Apostolorum, Martyrum, ut Deus*

Placet, in numerum non recipi Martyrum.

CAPUT QUADRAGESIMUM NONUM.

Olim Episcopi adscribabant Martyres Cœlestium numero: quod justis de caussis soli Romano Pontifici reservatum est.

Episcopi ergo olim, & Concilia Provincialia declarandi Martyres, & Cœlestium numero adscrivendi habebant potestatem. Quod significat etiam D. Cyprianus a, monens Presbyteros, & Diaconos, ut eum certiore faciant, cum quis e vita discederet tormentis affectus, ut ejus memoriam inter Martyres celebrare posset: *Denique & dies eorum (inquit) quibus excedunt, adnotate, ut commemorationes eorum inter memorias Martyrum celebrare possimus.* Namquam Tertullus fidelissimus, & devotissimus frater noster, pro cetera solicitudine, & cura sua, quam fratribus in omni obsequio operationis impertit (qui nec illic circa curam corporum deest) scripsit, & scribat, ac significet mihi dies, quibus in carcere beati fratres nostri ad immortalitatem gloriosæ mortis exitu transiunt, & celebrentur hic a nobis oblationes, & sacrificia, & commemorationes eorum, quæ cito vobis cum, Domino protegente, celebrabimus. Optatus quoque Milevitanus b adversus Parmenianum, cum de Lucilla potenti, & factiosa femina loqueretur, sic ait: *Cum correptionem Archidiaconi Cæciliani ferre non posset, quæ ante spiritualem cibum, & potum, os nescio cuius Martyris, si tamen Martyris, libare dicebatur; & cum preponeret Calici salutari os nescio cuius hominis mortui, et si Martyris, sed necdum vindicari, correpta, cum confusione irata discessit.* Quibus videtur Optatus ostendere, nefas fuisse venerari ejus Martyris Reliquias, qui vel facri Senatus Consulto, vel alicuius saltim Episcopi judicio, & auctoritate nondum esset vindicatus, hoc est, probatus, & receptus: vindicare enim verbum in hoc sensu veteres usurparisse, testis mihi est Tertullianus c: *Sed nobis Dei sunt, inquit; & quomodo vos e contrario impii, & sacrilegi, & irreligiosi erga Deos reprehendimini, qui quos presumitis esse, negligitis; quos timetis, destruitis; quos etiam vindicatis, illuditis.* Et alibi, loquens de his, qui pretio idololatriæ periculum redemerant d: *Potes itaque te Martyrem vindicare, constanter ostendisse Christum. Redimens, non ostendi? Apud unum si forte confessus es, ergo & apud plures nolend confiteri, negasti. Episcopos igitur hanc olim facultatem habuile, D. Augustinus d ad Cypriano consentit, dicens quod Secundus Tigistianus Episcopus in Numidia scripsit ad Mensurium Episcopum Carthaginem de his, qui in ea Provincia tunc felici fuissent affecti Martyrio, eo quod sacros Codices juxta Diocletiani Edictum tradere noluerint; quos omnes Martyrum honore dignos, & ille rescriptit. Alios vero indignos censuisse eundem Mensurium, ipsem Augustinus e narrat. Ex Concilio Agrippinensi simile quid citat D. Ivo e: *De Ecclesiis, inquit, seu Sanctis noviter inventis, sine auctoritate inventoris, nisi Episcopo probante, in ejus territorio minime venerentur; salva etiam de hoc, & de omnibus Ecclesiis canonica auctoritate.* Postea vero ad tuendam rei dignitatem, & devitatem incommoda, & pericula multa, quæ ex communi hac licentia redundabant, Romano Pontifici merito reservatum esse Constitutione Alexandri, & Innocentii III. h receptum jam videmus.*

COMMENTARII NOVI.

Episcopi olim licet Martyres canonizare non possent, cum hoc omni tempore Pontifici, & Concilio Generali fuerit reservatum; tamen ipsos populo proponebant venerandos, & propriis ovibus publice collendos, in numerumque Beatorum referebant. Cogitat id ex August. in Brevi. Collat die 3. C. 13. Euseb. Lib. 4. Hist. Cap. 14. & Lib. 5. Cap. 15. Immo & Fideles aliquando ipsos Martyres adhuc vivos, & in carne positos colebant. Unde Prudentius ad S. Vincentium post tormenta in molli repositum culitra ait:

*Coire toto ex oppido
Turbam fidelem cerneret;
M. illire præfultum torum,
Siccare crudæ vulnera.
Ille ungularum duplices
Sulcos pererreat osculis:
Hic purpurantem corporis
Gaudet cruentum lambere.*

Immo & aliquando contigisse scimus, ut Episcopus Martyri ne dum extincto Templum dicaret, videreturque Martyr semimortuus tulum sibi adhuc degenti in corpore erigere: Tom. II.

b L. i. aduersus Parmenianum. Quid sit vindicare Martyres apud Tertullianum, & Optatum.

c In Apolog. aduersus Gentes. C. 13.

d L. de fuga ad Fabium. Cap. 12.

e In Breviculo collat. 3. die C. 13.

f Predicatio loco Cap. eodem.

g Part. 3. Decret. C. 54.

h C. 1. & 2. De reliq. & veter. Sanct.

quod S. Encratius contigisse, innuere videtur idem Prudentius Hymno iv. de 18. Martyribus, dum ait:

*Hunc n. vnum nostræ titulæ fruendum
Cæsaraugusta dedit ipse Christus,
Juge viventis domus ut dicata
Martyris effet.*

M. Maximus in Epitaphio de cadem.

Templa dicata sibi videt hæc in corpore deges,

Nec in hac parte jus novum statuit Alexander III. in Cap. 1. De Reliquiis, & veneratione Sanctorum, ut vulgo putatur, & in ejus Commentario probabimus. Interim videnti sunt Andreas Saulay in Apparatu ad Martyrol. Gallic. C. 22. Oliver. post notas M. Maximi in S. Joanne vindicato. GONZALEZ.

Placet, in numerum non recipi Martyrum.

Nam nisi speciatim conlet, quemquam frigile Idola eorum ipsis Gentilibus ex peculiari Dei instinctu, timeri jure potest, aut dubitari, an temere, & privato judicio id fecerit. Stante vero hoc dubio, nolunt hi Patres, aliquem in Canonem Martyrum recipi. Sic certe pluribus saeculis poitea in Concilio quodam

F. ff Cor.

Cordubensi tempore S. Eulogii præceptum fuit, ne inter Martyres colerentur, qui se se proprio nutu ingerebant ad Martyrium subeundum, & Mahometum execrandum coram Agarenis, tunc in Bætica dominantibus; quoniam videbatur id temere factum, & adversus monitum illud Christi: *Si persequentur vos in Civitate una, fugite in aliam.*

In Epistola Ecclæsiæ Smyrnensis da Martirio S. Polycarpi Græca edita ab Ulfrio, & nuper Latine a Theoderico Ruinart M. B. hæc habentur: *Cointus nomine, Phrygianus ... pronus ad patientem, voluntate festinans, cruento judici securus occidit. Sed voluntatem vicit infirmitas. Missis namque ad se feris, & ipso aspectu timore perculsus, cœpit nolle quod voluit. Itaque deum Idolis sacrificavit. Ideo eos fratres, qui se ultero offerunt, laudare non debemus; sed eos, qui inventi latentes, in passione potius perseverant. Quod si oppositum legitur de quibusdam Martyrum Catalogo adscriptis ab Ecclesia, credendum certe, eos id fecisse duos speciales Spiritus Sancti instinctu. In aliis vero se se ingerentibus ad frangendum Idola, vel ad Martyrium subeundum, hisce postremis faculis, non facile præsumendum est, id peculiari Dei inspiratione factum. Unde existente dubio aliquo, standum est regulis com-*

C A N O N L X I .

De his, qui duabus sororibus copulantur.

* Sit.

Si quis post obitum uxoris suæ, sororem ejus duxerit, & ipsa* fuerit fidelis, quinquennio a communione placuit* abstineri; nisi forte dari pacem velocius necessitas coegerit infirmitatis.

* Abstinere.

Hunc Canonem retulit Rhabanus in Lib. Pænitentium, Cap. 2.

CAPUT QUINQUAGESIMUM.

Oxore mortua, non licere cum ejus sorore matrimonium contrahere.

Primum, ut opinor, Decretum literis consignatum, quo constitutum est, matrimonium affinitate impediri, hoc Hispanorum Episcoporum videtur, antiquo Romanorum iure abrogato, quo licebat cum defunctæ uxoris sorore matrimonium contrahere. Cæcilius Metellus, uxore defuncta, illius sororem desponsam tuit. Crallum defuncti fratris uxorem duxisse prodit Plutarchus. Pudentiam tabulas nuptiales fecile cum viri mortui fratre. Appuleius^a. Congruit autem cum antiquo Lexis Mosaica, in quo hæc matrimonia cum fratre, vel sorore præmortui, interdicta sunt. Hoc tamen Lex illa a nolla differebat, quod uxor præmortui fratris sine filiis, necessario tenebatur cum fratre prioris mariti, & ipse cum illa matrimonio conjungi, ni pœnam illa Lex præscriptam subire vellet. Hoc autem in Lege nostra non licet hujus Concilii Decreto, & Altisiodorensis: *Non licet, ait, duos sorores, si una mortua fuerit, alteram in conjugium accipere.* Quod autem hic, & in Concilio Altisiodorensi b de viro statutum est, ne cum sorore uxoris, etiam præmortua, quis nuptias celebet; si a femina obseruantur, ne duobus fratribus nubat, Concilium cavit Neo-cœfarensis: *Mulier si duobus nuperit fratribus, abiciatur usque in diem mortis, sed propter humanitatem in extremis suis, Sacramentis reconciliari oportet, ita tamen ut si forte sanitatem recuperaverit, matrimonio solutus, ad penitentiam admittatur.* Quæm Canonem, sive prior frater vivat, sive jam e vivis excederit (ut de uxoris sorore hic dicitur) intelligendum, generalia ejus verba manifeste demonstrant. Quinimmo de fratre præmortui eo magis intelligendum est, quod de vivi mariti fratre minor, aut nulla esse posset dubitatio. Utrumque vetuit Concilium Moguntinum I. d *Si quis uxorem viduam duxerit, & postea cum filia sua fornicatus, seu duabus sororibus nuperit, aut si quæ duobus fratribus nuperit, seu cum patre, & filio, tales copulationes anathematizare, & disjungi, præcipimus, nec unquam amplius conjugio copulari, sed magna distinctione feriri.* Concilium Aurelianense I. e *Nec superstes frater torum defuncti fratris ascendat, nec se quisquam amissa uxoris sorori audeat sociare; quod qui fecerint, Ecclesiastica distinctione feriantur.* In eadem sunt sententia Concilium Turonense II. f & Parisiense I. g Quæcum Diodorus Tharsensis Episcopus aliquando interrogatus, an licet cum sorore uxoris præmortua matrimonio con-

^a Apolo. I. Le
vii. 17. C. Pe
na exflat Deut.
C. 25.

b Can. 30.

c Can. 2.

d Can. 56.

e Can. 20.

f Can. 22.

g Can. 4.

jungi? & licere respondisset; severe, & graviter reprehensus est a Divo Basilio a, illud ad ^a Ep. ad Diod. verlus receperam, & antiquam Ecclesiæ consuetudinem testante. Conciliorum Decretis, & rum, Imp. Cō Sanctorum Patrum sententiis, matrimonia hæc interdicibus consentiunt Catholicorum Prin-stantius, Tcipum Constitutiones. Imperatores enim Constantinus, & Conitans Augulti, & Julianus Cæsar Conf. in L. 2. ad Volusianum Vicarium Urbis sic rescriperunt: *Etsi licitum veteres crediderint, nuptiis fratris solutis, ducere fratri uxorem; licitum etiam post mortem malitiae, aut divortium, contrahere cum ejusdem sorore: conjugum abstineant hujusmodi universi, nec astinent, posse legitos liberos ex hoc consortio procreari, nam spurius esse convenit, qui nascentur.* Ut inceltuosos, tali contubernio copulatos, Honorius, & Theodosius Augusti b poter decreverunt. b In Edito ad Tanquam incustum, ajunt, commiserit, habeatur, qui post prioris conjugis amissionem, so- Aurelian. Pre- rorem ejus in matrimonium proprium crediderit fortiadam: pari, ac simili ratione etiam Prelato in L. si una post interitus mariti in germani ejus nuptias crediderit, aspirandum: illo sine dubio incest. nupt. in insciuturo, quod ex hoc contubernio, nec filii legitimi habebuntur, nec in sacris patris erunt C. Theodos. L. nec paternam, ut sui, suscipient hereditatem. Cum autem hæc affinitatis impedimenta, 3. Tit. 12. non natura, sed positiva Lege constent, ut ea stabilita sunt, eadem etiam, cauilla necessaria oborta, tolli poterunt. Quid enim est tam naturale? Rationem hujus impedimenti reddidit Concilium Gabilonense c sub Carolo Magno: *Sane, inquit, quæ in proprio viro, bæc nimirum in uxoris parentela de Lege nuptiarum, regula custodienda est.* Quia ergo constat, eos c Can. 29. Gra duos esse in carne una; communis illis utriusque parentela esse credenda est, sicut scriptum tian. in Can. est: Erunt duo in carne una. Aliam docuit D. Ivo d ad Lyliardum, Suesionis Episco- Sane consanguinitas 35. Q. 2. sum: *Quia per banc, inquit post alia, licentiam, fallente Diabolo, possent multa inbonesta, d Epist. 248.* & inceluso provenire conjugia, quæ cessant servata prohibitione legitima. Idque non in dissimili causa docuit D. Ambrosius e: *Quid tam soleme, ait, quam osculum inter avunculum, & neprem, quod iste quasi filia debet, bæc quasi parenti?* Hoc igitur inoffensa pietatis osculum suspectum facies de talibus cogitando nuptiis, & religiosissimum Sacramentum charis pignoribus cripies. Contendebat enim Paternus, cui referbit Ambrosius, filio neptem ex filia copulare; quarum nuptiarum sterilitatem his verbis minatur: *Unde oportet ab ea discedas intentione, quæ etiam si liceret, tamen tuam familiam non propagaret; debet enim tibi filius noster neptis, debet etiam neptis charissima pronepotes.*

C O M M E N T A R I I N O V I .

Et ipsa fuerit Fidelis.) Quia si ea Gen-tilis fuillet, geminato scelere, Legibus graviores poenas deditif. ALBASPI-NÆUS.

Soror uxoris mariti, soror ipsius consanguinea late appellatur a Divo Basilio in Epistola ad Diodorum Episcopum Tharsensem: *Quid enim, ait, effi possit homini uxore sua magis consanguineum, vel potius sua carne? non sunt enim amplius duo, sed una caro; quare per uxorem soror ejus transit ad consanguinitatem.* Quemadmodum enim uxoris matrem non accipiet, neque ejus filiam, quoniam neque suam filiam, sic nec sororem uxoris, quoniam nec suam sororem. Unde dicitur cognata in Cap. Quos autem, 35. Quælt. 2. ibi: *Cum cognata quoque miseri probibitum est, quæ per conjunctionem priorem caro fratris facta est.* Cap. Sane, 14. 35. Quæst. 1. Cap. Porro, 36. Quælt. 5. propter effectus Juris positivi, non autem quia detur naturalis fraternitas ex consanguinitate orta, ut obseruavit Thomas Sanchez, Lib. 7. De matrim. Disp. 76. num. 12. Unde inter ipsos non est prohibitum conjugium Jure naturali, vel Divino, ut voluerit Archidiaconus, & Paludanus relati a Sylvestro in Sum. verbo, Papa, num. 17. Belamera Consilio 28. Mantua Consil. 121. Cujacius in Cap. ult. De divortiis; sed tantum Jure positivo, Civili, & Ecclesiastico. Unde in Lege veteri tale matrimonium adeo permittebatur cum uxore fratris prædefundi, ut frater, mortuo fratre sine liberis, cogeretur eam ducere ad suscitandum semen; & viro, qui posteritatem fratris suscitare recusabat, uxor defuncti coram Judicibus solvebat calceum, etiam invito; & in ejus faciem conspuebat, eam inurens ei no-

tam, ut ipsius domus, discalceati domus vocaretur, Cap. vicequinto quinto Deuteronomii, quod præceptum refertur Ruth. Cap. 1. & 4. Matthæi Cap. 22. Marci Cap. 1. Lucæ Cap. 20. & in Cap. Olim, 35. Quælt. 1. apud Josephum Lib. 4. Antiquit. Judaic. Cap. ult. Notavit eruditus D. Laurentius Ramirez in Pentecon. Cap. 26. & illustravit Seldenus ad Leges Hebreorum, Cap. 14. & in Cap. 18. Levitici prohibitor viro, superstite uxore, ejus sororem concubinam habere, his verbis: *Sororem uxoris tuæ in pelliculam non accipias, neque revelabis turpitudinem ejus, adhuc illa vivente.* Ex quibus Theologi expostivi in eo textu, & Bellarminus Tomo 2. Controv. Lib. 1. De matrim. Cap. 37. versu, Nono probatur. Arcadius in Concord. Eccles. Orient. & Occident. Lib. 7. Cap. 31. defuncta uxora in Lege veteri licitum esse viro ejus sororem ducere probarent.

Hoc etiam probatur ex usu diversarum Gentium, apud quas permisum legitur conjugium cum sorore conjugis prædefundi, ut apud Chananaeos, referentibus Abulensi in Lib. Auth. Quæst. 31. P. Serano ibid. Cap. 4. Quælt. 7. Philone Hebreo Lib. De nobil. & constat ex facto Judæ relato Genes. Cap. 38. & apud Ægyptios, qui usque ad annum Christi ccclxxvi. Imperii videlicet Zenonis, uebantur matrimonio uxoris fratris prædefundi, usquedum Zeno id districtioribus poenis prohibuit, Lega, Licet, S. C. De incestis nupt. Nemini enim dubium est, Ægyptios ab Hebrewis plures mores traxisse, ut obseruavit castigatissimus Vir D. Joseph de Retes, Libro 8. Opusc. Cap. 29. & inter eos hunc matrimonii usum accepille, teiantur Josephus Castellion, Varior. lebt. Cap. 12. Nicolaus Serarius Lib.

Lib. *De S. Kiliano*, Cap. 16. qui eandem consuetudinem apud Germanos observari referunt. Apud Athenienses etiam ex *Lege Sotionis* simile conjugium cum forore uxoris praedefunctæ permitti, ex *Plutarcho*, & aliis refert Samuel Petitus *Ad Ius Atticum*, Lib. 6. Tit. 1. & apud *Livonienses*, & *Lituani* licitum fuisse huiusmodi conjugium, & usitatum, constat ex Cap. ult. *De divorc.* ex *Joanne Boemo* Lib. 3. *De moribus Gentium*, Cap. 8. ubi ait: *Absque sanguinis respectu, pare mortuo, filius nevercam, frater fratris uxorem, in uxores accipiunt.* Immo & apud Romanos honestatis in nuptiis magnos sectatores Leg. *Semper* 42, ff. *De ritu nupt.* hujusmodi conjugia permissa fuerunt, ut liquet ex Leg. 4 §. *Hic itaque. ff. De gradibus.* Leg. *Fratri*. 5. Cod. *De incestis nuptis.* Plutarcho in *M. Crassu* ibi: *Altero defuncto fratre, uxorem ejus duxit, liberisque suis ex illa genuit, nec in his continentia cuiquam cessit Romanorum.* Et probarunt Alex. ab Alex. Lib. 1. *Dier. genial.* Cap. 24. ubi Tiraquel. & in L. 7. *Connubiali*, ex n. 50. Francisc. Duaren, ad Tit. *Soluto matrim.* sub Tit. *De nupt.* §. 3. vers. *Hactenus.* Cujac. ad Tit. C. *De incestis nupt.* Brison. *De jure connub.* pag. 61. Giphian. in Leg. *Nemini.* 17. C. *De nuptiis.* Neque contrarium docetur in fragment. seu Initit. Gaji Lib. 1. Tit. 4. §. 8. in illis verbis: *Sed neque uni viro duas uxores habere, neque uni maliciæ duabus fratribus jungi permittitur;* & in Leg. *Nemini* 17. in fine, C. *De nupt.* ubi dum de impedimento affinitatis agitur, & recententur soerus, & noverca, hæc adducunt verba: *Ceterisq[ue], quæ jure antiquo prohibeuntur, a quibus cunctoris voluntas abstinere.* Quibus complecti videtur matrimonium cum forore uxoris praedefunctæ, nam quoad verba Gaji, certum est, fragmента illa non esse antiqui Jurisconsulti Gaji, sed Anniani Christiani J. C. Nationis Gotthi, Cancellarii Regis Alarici, qui plura mutavit, & compositi juxta Constitutiones sui temporis, ut docuerunt Cujac. Donel. & alii congetab Hilliger Lib. 4. *Commen. Do-* neli. Cap. 36. Lit. B. & Bertrandus. *De juris peritis*, Lib. 1. pag. 80. in *Cajo*. Unde praedita verba referenda sunt ad Constitutionem Constantis, & Constantii in L. 2. C. Theodos. *De incestis nupt.* Similiter verba Diocleriani in d. L. *Nemini*, 17. referenda sunt ad prohibitionem matrimonii cum noverca, & ejus ascendentibus, soeru, ejus filia, & aliis descendebus, & sponte filii, cum quibus etiam jure antiquo nuptiae prohibebantur. L. *Adoptivos* 14. §. ult. Leg. *Si qua 12. §. 1.* Leg. *Arifio* ff. *De ritu nupt.* §. *Si uxor. 7.* In illit. *De nupt.* non autem exaudiri posunt de nuptiis prohibitis cum forore uxoris, aut cum relicta fratri.

Ex his liquido constat, impedimentum hoc, juris naturalis, aut Divini non esse, sed tantum juris positivi, quod late probarunt pro adiuvendo matrimonio Henrici VIII. Regis Angliae Gomezius, & Urrielus, & post eos pluribus relatis, Borrellus *De præstantia Regis Cathol.* Cap. 16. Germon. Lib. 1. *Ani-* mad. Cap. 16. Michael Roufelius Lib. 1. *Hist. Pontif. jurid.* Cap. 5. totius Hispanie,

& saeculi nostri Papinianus alter, Praeceptor meus D. D. Franciscus Ramos del Manzano, Academia noctis Juris Cesarei quondam Primarius Antecellor, nunc a Consilio magni nostri Monarchæ in supremo Castella Senatu, & in Indiarum Regali Consilio Praeses meritissimus, in celebratissima illa, licet non satis laudata, Consultatione morali, & Canonica *De dispensatione in primo gradu collaterali.* Puncto 1. per totum, quem transcriptit A. Diana P. 8. Tract. 1. *De potest. Pontif. Resol.* 68. qui plures casus referunt in quibus S.P. in hoc gradu confuevit dispensare. Neque contrarium fuaderet ex aliquibus Juris locis, quibus ut disertis nituntur. Autores contraria sententiae. Et primo id non probatur ex Cap. *Ad audi-entiam.* 4. *De sponsalibus*, in illis verbis: *Quoniam scriptum est, quod sponsam fratris frater habere non potest,* ex Concil. Romano sub Zacharia anno Christi *XXXLIIII.* Can. vi. ibi: *Ut consobrinam, fratris uxorem, vel etiam de propria cognatione, nullus presumat in conjugio copulare.* *Quia scriptum est in Lege Domini: Turpitudinem uxoris fratris tui, atque fororis tua non revelabis;* *turpitude enim tua est;* Parisiensi IIII. sub Joan. III. C. IV *Nullus ergo illicita con-jugia contra præceptum Domini fratris pre-sumat, id est, fratris relitam.* Arvernensi. I. sub Vigil. Can. XI. *Si quis relitam fratris fororem uxoris carnalis contagii macula crediderit violandam, & ausa sacrilego au-toritatem divinæ Legis, ac jura naturæ perruperit.* In quibus supponi videtur, dari Legem Divinam conjugium in hoc gradu prohibitem. Nam ea jura referenda sunt ad præceptum Legis veteris, relatum Levit. Cap. 18. versu 16. in illis verbis: *Turpitudinem uxoris fratris tui non revelabis: quia turpudo fratris tui est.* It Cap. 20. I. qui duxerit uxorem fratris sui, rem facit illicitam. Quod nec in Lega Gratia repetitum fuit, nec præceptum erat naturale prioris ordinis, & ita ceaserit, nec ut præceptum Legis Euangelice obligat.

Nec etiam facit pro contraria sententia Text. in Cap. ult. *De divorc.* ubi Innocent. III. concessit, indulxitque Livoniensibus noviter ad Fidem conversis, ut possint uti matrimonii contractis ante conversionem cum viduis fratribus suorum: quia conjugia neque ex summo jure erant dissolvenda, si hoc impedimentum faillet tantum juris Ecclesiastici: siquidem infideles conversi uti possunt connubii ante celebratis in gradibus jure positivo prohibitis, Cap. *De infidelibus.* 4. *De con-sanguin. & affin.* Cap. *Gaudemus* 4. *De di-vorc.* Igitur quia hoc impedimentum juris naturalis, aut Divini est.

Nam omissis solutionibus traditis a Thoma Sanchez, *De matrim.* Lib. 7. *Disput.* 52. num. 3. Covarr. in 4. Punct. 2. C. 6. §. 10. num. 3. Barbosa in eod. Textu, dicendum est, Livonienses uti hujusmodi matrimonii indi-stincte, etiam nulla cauilla suggerente, ut in eodem Textu refertur: quo casu, eti matrimoniū valide contraheretur, non tamen licet, propter defectum naturalis honestatis. Unde eisdem concedit Innocentius, non ut in conjugii vinculo persistant (quod semper

fuerat) sed ut licite quoad torum re-tinerent ipsas uxores, ut latius prosequimur in ejus Textus Commentario, ubi exponimus facta D. Joann. Baptista Herodem increpan-tis, & S. Kiliani Martyris, & Apostoli Gal-lici Orientalis, nec non responsum septimum Sancti Gregorii Magni ad interrogata Divi Augustini.

Sed jam ad prohibitiones juris positivi, tam Ecclesiastici, quam Civilis, perveniamus; & primam prohibitionem conjugii cum duabus fororibus successive, licet non primo, & principaliter sanctam, saltem indirecte legimus in Can. *xvIII.* Apot. ibi: *Qui duas forores duxit, aut consobrinam, Clericus es- se non potest.* In cuius Scholis non recte nota-runt Balsamon, Zonaras, Binius, & Corio-lanus, non solum prohiberi matrimonium cum forore uxoris pre-mortua, verum & irri-tari. Similis prohibitio, licet non diserta. Fabiano tribuitur a Gratiano in Cap. *Propri-quis.* 35. Quæst. 2. Unde hujus conjugii pri-mam, expellamque prohibitionem omnes re-petunt ex presenti Canone, quem postea fir-marunt Ecclesiæ PP. in Canonibus, & Decre-tis congregatis a Mendoza in presenti, Antonio Augult. in *Epit. iuriis Pontif.* Lib. 29. Tit. 13. P. Greg. in Cap. 1. *De confit.* num. 6. Rou-felio dict. Cap. 5. In quibus illud summe notandum est, hujusmodi matrimonium non ir-ritari, sed tantum de cætero prohiberi. Conc. Epau. Can. xxx. Aurel. I. v. Can. *xxviI.* ibi: *Si quis post Synodi constituta, illicita tori jura violare presumperit, circa eum secundum statuta Epauensem Canonum, a Sacerdoti-bus Ecclesiæ severitas tenetur.* Turon. II. Can. *xxxi.* Quod ut in presenti tempore prohibe-remus, ita et que sunt anterioris instituta non solemus. Jure etiam Civili Romanorum a tem-poribus Constantii, & Constantini etiam prohibitum hoc conjugium reperitur in L. 2. 3. & 4. C. Theodos. *De incestis nuptiis.* & in *Synopsi Juris Orientalis*, Lib. 18. *Basilicon.* Tit. 4. apud Harmenop. in *Promptuar.* Lib. 4. Tit. 6. §. *De incestis nuptiis*, ibi: *Nefaria nuptia sunt, quæ inter ascendentibus, & descendentes contrahantur.* At in prohibitarum numero ea sunt, quæ ex transverso, & ex affinitate contrahantur. Idem illatum legimus apud Vvifigott. Lib. 3. Tit. 5. §. 1. apud Longobardos Lib. 2. Tit. 2. & 8. apud Bajoarios Ti-tulo 6. in L. *Salica* Tit. 14. & 18. his verbis: *Si quis fororis, aut fratri filiam, aut cerne alterius gradus consobrinam, aut fratri uxorem, aut avunculi, sceleratis nuptiis sibi coniunxerit; huic poena subjaceat, ut a tali confortio separetur;* atque etiam filios habuerit, non habeantur legitimæ heredes, sed infamia sint notati. Et merito propter ho-nestatis defectum hoc connubium reprehensione dignum fuit apud ipsas nationes, sine iusta cauilla celebratum, ut de Romanis refert Dionysius Halcarn. Lib. 4. ubi de Tar-quinio Superbo, qui cum Julia forore uxoris sua matrimonium contraxit, ita ait: *Ducens sponsam in fororis tabernaculum ex patto nefario, solus inducens in hanc urbem morem impianum,* & apud omnes, *Græcas simul, & bar-baras nationes, abominabilem.* De Hebreis, incrépantes matrimonium Archælai celebra-

tum cum Glaphyra vidua fratri fui Alexandri, tradunt Josephus Lib. 17. *Antiquitat.* Cap. ult. Hegelippus, *De excidio Hierofo-lym.* Lib. 2. C. 2. his verbis: *Et fidem fecit, quod bujusmodi conjugia neque vivorum Legibus impunita sunt, neque mortuorum volunta-tibus.* De Gallis idem tradit Gregor. Turon. Lib. 4. *Hist. Francor.* Cap. 26. Unde apparet, quam recte Patres Illiberini, ho-nestatis amatores, pœnitentiam quinquennalem in presenti Canone injunxerint illi, qui fororem uxoris sua prædefunctæ duxit in uxore. GONZALEZ.

Suorum illius duxerit, &c.] Ex vi Ca-nonis illius *xvIII.* Apoltoforum, δ δος αδελ-φας αγαρονερος, ο αδελφιδην, ε δυαρα, ειναι καινην. Qui duas forores duxerit, vel con-sobrinam, non potest esse Clericus; male col-ligunt quidam, nuptias successivas cum alia forore, aliove fratre, post mortem prioris, irritas esse jure Divino. Dixerint hoc ii, qui Henricum VIII. infelicissimum Chri-stianorum Regum lactarunt, ut nuptias ex di-spensatione Pontificia celebratas cum uxore fratris defuncti rejiceret, ac suæ libidini erga Annam Bolenam indulgeret. Nobis autem fas non est ita loqui.

Sane paullo antea, Canone XVI. eorumdem Apoltoforum, pariter prohibetur Ordinem sacram accipere is, qui post *Sanctum Baptismum duabus conjugiis fuerit implicatus.* Nemo tamen inde colligit, duo successiva conjugia ex traditione Apostolica prohiberi, vi prædictorum Canonum, aut poste-rius illorum esse irritum jure Divino. Idem ergo dicendum de conjugio cum forore uxoris jam defunctæ, quantum est ex vi Canonis illius *xvIII.*

Extra rem vero opponitur objurgatio Jo-anis dicensis Herodi: *Nou licet tibi acci-pere uxorem fratris tui.* Imprimis enim vi-vebat adhuc Philippus Herodiadis maritus, teste Josepho Lib. 18. *Antiquitatum.* Cap. 9. & Hegelippo L. 2. *De excidio Hierof.* C. 15. potissimum verbis illis: *Qui fratris viventis uxorem cripuerat, præsertim habentem se-men ex germano ipius.* Tale autem conju-gium esse irritum jure naturali, & Divino, nemo dubitat. Patres vero Eliberitani in hoc Canone loquuntur solum (sicut & nos) de conjugio cum forore soluta uxoris vita finita. Similiter Eusebius Lib. 1. *Hist.* Cap. 11. ait, Philippo superliti ablata fuisse Herodiadem; ac proinde conjugium illud, tan-quam adulterinum, omni jure irritum, re-probari a Joanne. Lega Tertullianum adver-sus Marcionem Cap. 34. & Hieronymum in Cap. 4. Matthæi, ac D. Thomam ibi.

Quapropter non conicit ex vi juris natu-ralis, aut Divini, quod conjugia successiva cum duabus fororibus sint irrita, aut nulla in Lege Gratia, licet valde congruum sit rationi naturali, & decentia moralis, ne unquam in iis dispensetur.

Unde solum videntur expresse prohibita, & irrita ex jure Ecclesiastico fundato in ipsa-decentia naturali, & moralis rerum; ut satis indicat Canon præfens, & præterea Conciliu-m Neocæsarensis Canon. 11. Altisiodo-rense, Can. xxx. Agathense sub Symmachi-

Can. lxi. & Epaunense, Can. xxx. Aurelianense I. Can. xx. Romanum I. sub Gregorio II. Papa Can. V. verbis illis: *Si quis fratri uxorem duxerit in conjugium, anathema sit.* Quare primis Ecclesiae facultus, immo fortasse intra totam priorem chiliadem annorum vix inventur cum aliquo dispensatum fuisse, ut mortua uxore, acciperet fororem ipsius in conjugium. Quin potius pessime audierunt

Clotarius, & Caibertus, ambo Reges Francorum, ob id tentatum. Postea vero, a tempore saltem Innocentii III. urgentibus gravissimis causis, tempori, ac rerum dispositioni respondentibus, nonnuquam PP. dispensarunt, ut unus, aut alter cum altera forore successive conjugium retineret, aut iniaret, ubi ex priore prolem non accepit. CARD. DE AGUIRRE.

C A N O N L X I I .

* Auguribus.

De Aurigis* & Pantomimis, si convertantur.

* Augur.

Si Auriga*, aut Pantomimi credere voluerint; placuit, ut prius artibus suis renuncient, & tunc demum luscipientur, ita ut ulterius ad eas non revertantur. Quod si facere contra interdictum tentaverint, projiciantur ab Ecclesia.

CAPUT QUINQUAGESIMUM PRIMUM.

De aurigis agi in hoc Canone, non auguribus, & cur tam acri pæna aurigæ feriantur.

a. Can. 5. &
6.

b. Can. 20.

c. L. 9. C. De
malefic. & ma
themati.d. L. 18. Ety
molog. C. 30.

Quis Augures unquam cum Pantomimis conjunxit? quis Sacerdotum Collegia cum Circo, vel Theatro? quis divinandi, cum agitandi, vel representandi peritis, nisi depravata editorum Codicum exemplaria? Pro Augure, Auriga legendum est. Quod præter emendatores Codices mls. ex Conciliis Arelatensis I., & II. liquet, in quibus omnes fere Canones hujus Concilii translati sunt. In primo Arelatensi a: *De agitatoribus, qui Fideles sunt, placuit, eos quamdiu agitant, a communione separari.* In secundo b: *Hæc de Agitatoribus, sive Theatricis, qui Fideles sunt, placuit, eos quamdiu agunt, a communione separari.* Agitatores autem, & Aurigas eosdem esse constat, ex Rescripto Valentini, Theodosii, & Archadii Imperatorum ead Albinum. IP. *Quod si quisquam, ajunt, ex Agitatoribus, id est, Aurigis, seu ex quolibet alio genere hominum contra hoc interdictum &c.* Id etiam Isidorus d probat, utriusque originem tradens: *Ars Circi*, inquit, *Auriga, & currus, equites, vel pedites. Auriga proprie dictus, quod currum agat, sive quod feriat jumentos equos. Nam haurit, ferit dicimus, ut:*

Latus haurit apertum.

*Ipse est & Agitator, id est, verberator, ab agendo dictus. De Aurigis præterea Patres Hispanos hic una, & Pantomimis cogitare, multo est probabilius, quam de Auguribus: nam ars Aurigarum, eti in reliquis provinciis frequens, in Hispania fuit semper frequentissima, ob equorum Hispanicorum alacritatem, & celeritatem, quorum usus ad ludos Circenses, non Hispania tantum, sed Roma saepe requisivit. Aurelius enim Symmachus Urbis Romæ Praefectus, in Prætura filii, cum spectacula esset exhibitus, ab Hispania equos educi Romam curavit; & de ea cura plures illius Epistolæ existant ad Meisalam e: *lustruenda, inquit, mibi, atque adornanda Prætura est: ad cuius nos editionem magnitudinis tua processus animavit. Incepsum enim meum viribus fratris utetur. Quæso igitur, ut mecum religiose votiva officia partiaris, & familiaribus meis ad Hispania lungenqua pergentibus, ob equorum curulum coempiarem, suffragia promovendi conferre digneris.* Et aitib: *Amor mutuus (inquit) facit, ut tibi ex atra mea agenda delegem. Cum igitur filii mei Pratoria instet editio, quam vir illustris Comes, omnium virtutum genere sublimissimus, suis evocationibus juvare dignatus est, coempiet equorum ex Hispania celeritas admoveenda est. Quare quæ te, ut familiares meos ad Hispanias missi nulla tarditas demoretur, quos juvari tuis literis volo, ut illis merita tua Hispanorum mentibus impressa suffragio sint. Vale.* Aliæ etiam sunt ejusdem Symmachi, in quibus fit mentio curulum quadrigarum, sive equorum Circensium Hispani sanguinis; de quibus etiam vendendis denegata, vel concepsa licentia, meminerunt Imperatores Valentinianus, Valens, & Gratianus &. Mirifice enim placebat in Circo equorum Hispanicorum alacritas, & celeritas; adeo ut Capitolinus recenscat. Verum Imperat. volueri equo Praetino aureum simulacrum fecisse. Quare cum tanta ellet de Hispanicorum celeritate concepta, vel opinio, vel existimatio, ut vento conceptos arbitrantur, Plinio^h teste, eos ad Circenses ludos, & Aurigarum certamina, & Roma, & provincia desiderarunt. Aurigarum autem officium ut a doctrina Religionis nostræ alienum, & plenum idolatriæ, improbarunt vetutissimi Ecclesiae Scriptores, Tertullianus, Augustinus, & alii, quos superius retulimus; sed hoc loco non omittendus Salvianus, qui Circensium horum ludorum occurrere eti infectatus insaniam K: *Fingamus enim, quod respicere nos Dominus noster velit etiam non merentes, videamus, si potest. Ecce innumera Christianorum millia in spectaculo rerum turpium quotidiane commorantur; potest ergo illos Deus respicere,**

qui

*qui tales sunt: potest ad eos respicere, qui bacchantur in Circis? qui maculantur in Theatris? An forte hoc volumus, & hoc dignum putamus, ut cum in Circis nos, & in Theatris Deus videatur, ea qua nos aspicimus, officiat quoque ipse nobiscum; & turpitudines quas nos cernimus, cernat & ipse nobiscum? Alterutram enim fieri necesse est: quid si nos videtur dignatur, consequens est, ut etiam illa ubi nos sumus, videat: aut si ab illis (quod non dubium est) avertit oculos, etiam a nobis, qui illuc sumus, pariter avertat. Et cum hac ita sint, facimus haec tam, ac fine cessatione, quæ dixi. An forte in morem veterum Paganorum, Theatrorum, & Circorum Deum nos habere arbitramur? Faciebant enim haec illi, quia has idolorum suorum delicias esse credebant: nos quomodo haec facimus, qui odisse Deum nostrum haec certi sumus. Et cum aliquando post Christiani, qui haec exercabant Circensia, accurata se excusatione defenserent, non in Deorum ethanicorum, sed Christi honorem, se illa exhibere affirmantes, quid visum eidem Salviano, spectemus: *Christo? ait, o amentia monstruosa! Christo Circenses offerimus, & Mimos?* & tunc hoc maxime, quum ab eo aliquid boni capimus, cum prosperitate aliquid ab eo attribuitur, aut victoria de hostibus a Divinitate praestatur. Et quid aliud haec facere videmur, quam si quis humini beneficium largiens injuriosus sit, aut blandientem convitiis cedat, aut osculantis vultum mucrone transfigat? Interrogo enim omnes potentes, ac divites mundi bujus: *Cujus piaculi reus sit servus ille, qui probo, ac bono domino malum cogitat, qui benemerenti convitum faciat, & pro libertate, quam accipit, contumeliam reddit?* Absque dubio maximus criminis reus creditur, qui malum pro bono reddit, cui etiam malum pro malo reddere non licet. Hoc ergo etiam nos, qui Christiani dicimur, facimus: irritamus in nos misericordem Deum impunitatibus nostris; propitiantem sordibus laedimus, blandientem injuriis verberamus. Christo ergo? o amentia monstruosa! Christo Circenses offerimus, & Mimos? Christo pro beneficiis suis Theatrorum obscena reddimus? Christo ludicrorum turpissimum hostias immolamus? &c. Attendant haec hi, qui Christo, & Sanctis Martyribus taurorum agitationem voventes, maximum se obsequium, & pietatis officium eisdem praestitisse putant. Sed quid Augustinus a pari cauilla doceat, audiamus: *Tunc, inquit, dignantur pro nobis Sancti Domino supplicare, cum aliquid in nobis de suis virtutibus recognoscunt.* Chrysostomus b: *Habent enim, & quidem maximam vim, orationes Sanctorum, sed tunc profecto, quum nos id ipsum per penitentiam postulamus.**

a. Serm. 2. De
Martyrib.
b. In 1. Cor.
C. 16. Hom. 42.

COMENTARII NOVI.

A Rtes haec habent actiones similes, & fere copulatas; quod enim in Circu est Auriga, id Theatro est Pantomimus. Auriga, qui currui praecellit, dicitur. Pantomimus personarum omnium in scena imitator, & effector; ex Cassiod. L. 4. *Variar. Ep. iv. & Arnob. L. 4. & Tertull. De Spectac. Cap. 17. homines officio infames, & vita.* Unde in Concilio 1. Arelat. Cap. 20. & 111. Carthag. & hoc eodem Concilio, infra Cap. 67. quamdiu haec agunt, a communione separantur. Exstat hujus rei Epist. D. Cypriani, & D. Thomæ 2. 2. Quæst. 168. Art. 3. ad 3. Argum. docta, & pia de Histrionum officio, & moderato usu sententia; quamvis saepe urget nos illud Augustinus super Joann. Tract. 100. *Donare res suas Histrionibus, virtutem est immane, non virtus.* LOAISA. Augurum observatio a Patribus prohibetur. Hic Clemens 1. Lib. 7. *Constit. Apost. Cap. 7. Noli Augur esse, quoniam dicit hoc studium ad idololatriam.* Et Lib. 8. ejusdem Cap. 38. rejiciuntur ab Ecclesiæ atrii hujusmodi homines, nec recipiuntur nisi punientant. Eadem vitanda decernit Cyprianus Lib. 3. *Contra Iudeos, ad Quirinum.* De hujusmodi Auguriis, & eorum observationibus sic Concilium Ancyran. Can. xxiv. & allegat Gratianus Cap. *Qui divinationes, 26. Quæst. 6. Qui auguria, vel auspicia, sive somnia. vel divinationes quaslibet secundum morem Gentilium observant, aut in domos suas hujusmodi homines introducunt, in exquirendis aliquibus arte malefica, aut ut domos suas lustrent, confessi, quinquennio penitentiam agant secundum regulas antiquitas constitutas.* Hunc Canonem repetit, & citat Concil.

Latus haurit apertum.
*Ipse est & Agitator, id est, verberator, ab agendo dictus, quia verberibus equos agebat, sive agitabat. Quamvis Bulengerus, De Circ. Cap. 59. velit Aurigas dici, quasi Aurigas, vel Origas; quia aureæ & ore fræni sunt, quibus equorum aures rediguntur; eos autem olim plerumque esse servos, liberisque, & infamia notatos, conitat ex Dione in Adriano: *Romanum cum venisset, atque in quodam spectaculo Aurigam quendam librum fieri cum clamore populus rogaret;* Adrianus respondit per tabellam, doceus invicuum a se hoc peti, ut alienum servum librum ficeret, ne dominus ejus vis, & injuria sit. Ex Tertulliano, Lib. *De spectaculis, Cap. 22. Etenim ipsi autores, & administratores spectaculorum, quadrigarios, scenicos,**

c.

*Ecclesie. Et ex eadem parte, quam magni faciunt, deponunt, & diminuant, immo manifeste damnant ignominia, & capitis minutione, arcentes Curia, Reffris, Senata, Equite, ceterisque honoribus omnibus, simul ac ornamentis. Quibus quanta perversitas! Amant quos multant, depretiant quos probant. Ardem magnificant, artificem notant. Quale judicium est, ut ob ea quis offuscetur, per quae promeretur? Immo quanta confessio est male rei, quarum autores cum acceptissimi sint, sine nota non sunt. Et innuitur in L. 4. C. De sp̄ct. Lib. 11. Sed cum depravata Republica ab adolescentibus nobilibus hæc ars exerceretur; ideo illi tantum notabantur infamia, qui quæstus causa in certamina proibabant. L. 2. ff. De his, qui notantur. Docent Revardus, Lib. 5. Var. Cap. 13. Pamel. in Not. ad Tertull. C. 2. num. 172. Stevvech. ad Veget. De re milit. Cap. 24. Brisson. Lib. 1. Select. Cap. 10. Cæterum si non quæstus cauila, sed potius, ut sacris solennibus interfirerent, currus agerent, tunc eos ab infamia eximi, docet Ulpianus in L. 4. in princ. ff. De his, qui notantur. infam. Unde non solum civiles, verum & Senatores, immo & ipsi Imperatores hanc improbam artem exercabant, ut testatur de Cajo Tacitus, Lib. 14. Annal. Cap. 14. Dio Lib. 61. De Nerone Svetonius in eo, Cap. 4. & 21. de Vitellio idem in eod. Cap. 4. de Vero Julius Capitolin. in eo, de Commodo Herodian. Lib. 3. de Caracalla idem in eod. Tanti itaque habita fuit Romæ aurigandi peritia, tantoque honore, & spectantium plausu, qui prius metam attingebant ut aliqui Aurigæ beneficiis, imprecationibusque uterentur, ut equos simul currentes in cursu filtrere facerent. Arnobius Lib. 1. advers. Gent. Quæs enim hoc nesciat, aut imminentia studia prenosceret, quæ necessario, velint, nolint, suis ordinationibus veniunt? aut mortiferam immittere quibus libuerit tabem, aut familiarium disrumpere charitates, aut sine clavibus referare quæ clausa sunt, aut ora silentio vincire, aut in curriculis equos de'liita e'ncitare, tardare? Adversus quas demoniacas imprecations statuerunt Imperatores in Leg. ult. C. De malefic. Aurigas contra malefica artis prohibitionem aliquid patrantes ultimo suppicio esse afficiendos. Cujus maleficis celebre exstat testimonium, apud D. Hieronymum in Vita S. Hilarionis: Sed & Italicus, inquit, ejusdem Oppidi maniceps aduersus Garensem Duum-virum manet, Idolo deditum, Circenses equos nutritiebat. *Huc* siquidem in Romanis Orbibus jam idem servatur a Romulo; ut propter felicem Sabinarum roptum ab ipso, quasi consiliorum Deo, quadrigæ septeno currant circuitu, & equos partis aduersæ fregisse vistoria sit. *Hic* igitur ænulo suo habente maleficium, qui dersoniacis quibusdam imprecationibus, & hujus impediret equos, & illius incitaret ad cursum; venit ad B. Hilarionem, & non tam aduersarium sed, quam se defendi obsecravit. Cum subridereret, & dicebat: *Car* enim non magis equorum pretia pro salute animæ tuae panperibus erogas? Nec posse hominem Christianum uti magicis artibus, sed a servo Christi petitus auxilium*

Si auriga &c.] Lectio hæc emendatiorum

rum mis. abs dubio retinenda est, uti demonstrat eruditissimus Mendoza; qui & solita pie-tate invehitur aduersus Circenses ludos, sive agitationes taurorum crudeles, atque effera-tas nostrarum temporum, similes plane iis, quas suo *œvo* exsecrabatur Salvianus; præ-tertim institutas in honorem Christi, ac Martyrum, quasi Deus, aut Galites tam cruento, ac barbaro ludorum genere placari, aut conciliari possent.

Quam in rem, præter Veterum testimonia, placet in medium proferre gravissimam increpationem S. Thomæ a Villa-nova, Ser-mone secundo in Festa S. Joannis Baptiæ: in cuius honorem Hispani nostri Circenses taurorum ludos celebrare solent: *Quis toleraret, inquit, bestiam illam, & diabolam consuetudinem Hispaniæ nostræ de tauris ex-agitandis?* Quid bestialis, quam stimulare brutum, ut homines laneti? o dirum spectaculum! o ludum crudelissimum! *Vides fratrem Christianum statim a bestia lanari, & non solum vita corporis, sed & vita animæ privari (nam communiter in peccato moriantur) & delectari, & voluptate capi?* Quanto studio laboraverunt Sancti Doctores antiqui, Chrysostomus, Augustinus, Ambrosius, Hieronymus, ut hæc spectacula atrocias, & obscenæ, & Gentilica, ab Ecclesia removarent? Factum est hoc; explosa sunt e tota Ecclesia; sola Hispania ritum hunc Gentilicum obseruavit in dispendium animarum, & non est qui redarguat, & prohibeat. Ego autem, et si scio, quod non proderit, faciam quod debeo, ut animam meam liberem; non tacebo, in animæ meæ, & vestiarum periculum. Itaque denuncio vobis in Nominis Domini nostri Jesu Christi, quod omnes, qui hoc agitis, vel consentitis, vel non prohibetis, cum p'satis, non solum mortaliter peccatis, sed etis homicida, & rationem reddetis coram Deo in die judicii de hoc, & a vobis exigetur sanguis omnium, qui ab illa bestia, sive in arena, sive in itinere trucidantur. Nec solum vos, sed & spectatores non sunt omnino tati a mortali, quamvis eos non audeam condemnare. Tamen mibi facit de hoc magnam persuasioneum Decretum illud Augustini in Cap. Vident homines, 86. *Diff. ubi sic ait:* Vident homines venatores, & delectantur; vñ miseris, si non se correxerint! videbunt enim Salvatorem, & tristabuntur. *Hæc verba non videntur veniale peccatum, sed mortale redargere, ut liquet.*

Hæc tenus ille Sanctissimus Præf., post tot alias Ecclesiæ Doctores allegatos, quorum verba, ac sensus nescio quomodo non injiciant Religionem, ac terrorum Hispanis nostris. Nec confuetudo longæva excusare potest, quoniam barbara, crudelis, ac rationi naturali, & charitati propriæ, ac proximorum contraria est. Nec ex illa, ut aliqui nugantur, Hispani sunt animosiores ad prælium in defensionem Nationis. Impri-mis enim pauci, aut nulli eorum, qui ex officio, aut consuetudine tauros in Circu agitant, vadunt ad militandum, & plerumque miseram necem subeunt. Deinde Germani, Itali, Galli, Poloni, & nonnullæ aliae

Nationes, fortissime se gerunt in præliis, nec tamen iis feribus exercitationibus preparantur. Non ergo ad eum finem ultra tendunt. Sed & si prodecent, rejiciendæ erant. Non enim facienda sunt mala, ut eveniant bona. Vide dicenda Cap. tequenti.

Unde Beatus Pius V. in Bulla ALVIII. De salute gregis, quam edidit anno Christi MDLXXVII. gravissimis verbis damnavit eam contuetudinem agitandæ tauros, & alias feras, inflictæ anathemæ omnibus, etiam Regibus, & Imperatoribus, illam permittentibus. Et inter alia, inquit: *Nos considerantes hæc spectacula, ubi tauri, & feræ in Circo, vel f'ro agitantur, a pietate, & charitate Christiana aliena esse; ac volentes hæc cruenta, turpique damnum, & non hominum, spectacula abeleri, & animarum saluti, quantum cum Deo possumus, præsidere &c.* Deinde omnibus Communitatibus, & Rebus publicis, sicuti & Principibus, Agitatoribusque, & Clericis spectatoribus, anathema indicit, & privationem Ecclesiæ licet sepulturæ obeuntibus in eo congregatis. Neque ullis Principiis, aut populorum precibus potuit Sanctissimus ille Pontifex ab ea sententia dimoveri.

Verum quidem est, postea Gregorium XIII. & Clementem VIII. mitius se habuisse, ablata excommunicationis poena, quoad Laicos, & Clericos seculares, atque Eques Regulares (modo sacris Ordinibus initiati, non essent) & sub certis præcautionibus, ne periculum aliquod edet fundendi humanum sanguinem, reducta Bulla Pii V. ad terminos Juris communis, ut legere eit in Bulla predicti Gregorii data 25. Augusti anno MDLXXV. anno ipsius IV. & milia ad Philippum II. per Ducem Suevæ, Oratorem Regium in Urbe, & in alia Clementis VIII. data 13. Januarii anno MDCXVI.

Sed enim hi Pontifices solum abstulerunt penas Ecclesiæ a Pio V. inflictedes relate ad personas exceptas. Non tamen abatole-runt, nec auferre potuerunt, deformitatem intimam, ac contrariam charitati Christianæ quæ eit in iis feribus spectaculis, ac toties a Sanctis Ecclesiæ Patribus, & ab ipso Pio V. damnata fuerat, tanquam diabolica, & turpis. Quinimmo dum reducunt Literas Pii V. ad terminos Juris communis (cui restantur se nullatenus derogare velle) relinquunt palam ea spectacula in eo statu, ac qualitate, quam ex se habent. Quare quicquid deformitatis, turpitudinis, & peccati ex natura sua habue-runt, retinent modo. Itaque ex ablacione earum poenarum, non impeditur malitia moralis, & intima eorum spectaculorum; Nec isthæ approbantur ab iis duobus Pontificibus, sed dumtaxat non prohibentur sub prioribus illis poenis, ne ex eorum contemptu, & nimio ardore Hispanicas Nationis ad eis feralia exercitia, sequantur majora milia, ut satis comitiat ex contextu earumdem Bul-larum.

Quare solum supereft, ut Regio Edicto, & sub gravissimis poenis efficaciter omnina inflicitis, exterminentur proflus eis ferarum agitationes, quas S. Thomas de Villa-nova, post tot alios Ecclesiæ Patres, ac Doctores,

Ggg ante

ante Bullam Pii V. tam graviter damnarunt. Aut, si hoc obtineri non possit, saltem exatissime caveatur omne periculum mortis, vel sanguinis humani, adhibitis quibuslibet mediis, quæ certe non solent adhiberi satis;

cum plerumque accident mortes, aut mutilationes, aliaque mala, quorum rationem reddent Deo, præsternit Ministri Regii, & Gubernatores populorum. CARDIN. DE AGUIRRE.

Aut Pantomimi.

CAPUT QUINQUAGESIMUM SECUNDUM.

Qui fuerint Pantomimi, & cur tam acris illis paenitentia imponatur.

Pantomimi dicebantur, qui molli, & impudica faltatione, qui fracto corporis motu, indecentique gestulatione, ita res geltas representabant, ut loqui manibus magis quam agere viderentur. Cassiodorus a: *Constituatur a vobis Praesui Pantomimus, quatenus sumptum, quem pro spectaculo Civitatis impendimus, electis contulisse videamus.* Hanc partem musicæ disciplinæ, mutam nominavere Majores; scilicet quæ, ore clauso. manibus loquitur, & quibusdam gestulationibus facit intelligi, quod vix narrante lingua, aut scriptura texture, posse agnosci. Et alibi b: *Pantomimo igitur, cui a multitaria imitatione nomen est, cum primum in scenam plausibus invitatus advenierit, afflunt confusi chori diversis organis eruditæ; tunc illa sensuum manus oculis canorum carmen expavit, & per signa composta, quasi quibusdam literis ed. cet intuentis aspersum, in illaque leguntur apices rerum, & non scribendo facit quod scriptura declaravit.* Idem corpus Herculem designat, & Venerem, feminam præsentat & marem, Regem facit & militem, senem reddit & juvenem, ut in uno credas esse multos tam varia imitatione discretos. Hanc

a Lib. 1. Va-
tian. Epiph. 20.
b Lib. 4. Epiph.
ultima.
c Verbo Ath-
nodo rus.
d Dio Lib. 57.
d In Panegyri-
co ad Trajan.
e Lib. De Spe-
ctacul. C. 17.

Tiberio Imperatori suo tempore natam Suidas c scribit, & eam adeo illi dispuicuisse, refert Dio, ut Roma omnes Pantomimos exegerit, quod & iterum Trajano factum commendat Plinius d. Hi autem actus suos edebant in Theatro; qua ratione Theatrum vocat Tertullianus e privatum impudicitia consistorium, ubi Mimorum, & Pantomorum turpitudinem ad vi-
vum expedit: *Similiter, inquit, impudicitiam omnem amoliri jubemur.* Hoc igitur modo etiam a Theatro separantur, quod est privatum consistorium impudicitia, ubi nihil probatur, quam quod alibi non probatur. Ita summa gratia ejus de spuria plurimum concinata est, quam Atellanus gestulator, quam Mimus, etiam per mulieres representat, sexum pudoris exterminans, ut facilius domi, quam in scena erubescant; quam denique Pantomimus a pueritia patitur in corpore, ut artifex esse posse. Ipsa etiam profibula publicæ libidinis hostiae in scena proferuntur, plus misera in praesentia feminarum, quibus foliis latebant, perque omnis etatis, omnis dignitatis ora transducuntur, locus, stipes, elegium, etiam quibus opus non est, prædicatur. Tacit de reliquis, etiam quæ in tenebris, & in speluncis suis delitescere decebat, ne diem contaminarent. Erubescat Senatus, erubescant Ordines omnes. Ipsa illa pudoris sui interemprlices, de gestibus suis ad lucem, & populum expavescentes, semel anno erubescant. Quod si nobis omnis impudicitia execranda est, cur liceat audire quæ loqui non licet, cum etiam scurrilitatem, & omne vanum verbum judicatum a Deo sciamus? Cur æque liceat videre, quæ facere flagitium est? Cur quæ ore prolata communicant hominem, ea per oculos, & aures admissa non videantur hominem communicare? cum spiritui apparet aures, & oculi, nec possunt mundas præstari, cuius apparitores inquinantur. Habet igitur & Theatri interditionem, de interditione impudicitia. Multo clarius Aurigarum, & Pantomorum turpitudines reprehendit idem Tertullianus f: *Cum igitur humana recordatio, inquit, etiam obstrepe gratia voluptatis, damnando eos censuat, ademptis bonis dignitatum in quandam scopulum firmosatis; quanto magis Divina Justitia in ejusmodi artifices animadvertisit?* An Deo placebit Aurigæ ille tot animalium inquietator, tot furiarum minister, tot statum, ut Sacerdos coronatus, vel coloratus ut leno, quem curra rapientem diabolus adversus Heliam exornavit? Placebit & ille, qui vultus suos notacula mutat? infidelis erga faciem suam, quam non contentus Saturno, & Isidi, & Libero proximam facere, insuper consumeliis alaparum sic objicit, quæ de precepto Domini ludat? Docet scilicet diabolus verberandam maxillam patienter offerre. Sic & Tragedos coturnis extulit, quia nemo potest adjicere cubitum unum ad statuam suam, mendacem facere vult Christum. Jam vero ipsum opus personarum, quero, an Deo placeat, qui omnem similitudinem vetat fieri; quanto magis imagines sua? Non amat falsum Authoritatem; adulterium est apud illum omne, quod fungitur. Proinde vocem servus, etates mentientem, amores, iras, gemitus, lacrymas adseverantem non probabit, qui omnem hypocrisim dannat. Ceterum quum in Lege præscribit, maledictum esse, qui mulieribus velletur; quid de Pantomimis iudicabit, qui etiam mulieribus curatur? sane & ille artifex pagorum impanitus ibit? Salvianus g: *Talia, inquit, sunt, quæ sunt in Theatro, ut ea non solum dicere, sed etiam recordari aliquis sine pollutione non possit.* Alia quippe crimina, singulas sibi serme in nobis vendicant portiones, ut cogitationes fordidæ animos, ut impudiciæ asperitus oculos, ut auditus improbi aures, ita ut cum ex his unum aliquid erraverit, reliqua possint carere peccatis; in Theatris vero nihil eorum reatu-

f Cap. 23. 24.
Lib. De Spectacul. C. 17.
Murb. 6.
Lucas 12.
Exod. 20.
g Lib. 4. De
providentia.

væ-

vacat, quia & concupiscentiis animus, & auditu aures, & aspectu oculi polluantur. Qæ quidem omnia tam flagitiosi sunt, ut etiam explicare ea quipiam, atque eloqui, salvo pudore, non valeat. Quis enim integræ verecundie statu dicere queat illas rerum turpitudines, illas contumaciam, illas vocum, ac probrorum obscenitates, illas multum turpitudines, illas gestuum fœditates? quæ quanti sint criminis, vel hinc intelligi potest; quod Religionem sui interdicunt. Post subdens: *Alio quoque omnia mala agentes, polluant non videntes, vel audientes, siquidem etiæ blasphemum quendam audias, sacrilegio non pollueris, quia mente diffensis;* & si intervenias latrocino, non inquinares actu, quia abborres animo; sola Spectaculorum impuritas sunt, quæ unum admodum faciunt, & agentium, & aspicientium crimen. Nam dum spectantes bac comprobant, ac libenter vident, omnes ea visa, auditæque agunt, ut vere in eos Apostolicum illud peculiariter cadat: *Quia digni sunt morte, non Roman. 1.* folium qui faciunt ea, sed etiam qui consentiunt facientibus. Itaque in illis imaginibus fornicationum, omnis omnia plebs animo fornicatur, & qui forte ad Spectaculum puri venerant, de Theatro adulteri revertantur. Non enim tunc tantummodo quando redeunt, sed etiam quando veniunt, fornicantur; nam hoc ipso quod aliquis rem obscenam cupit, dum ad immunda properat, immundus est; & cum hoc ita sint, qui talia agimus, negligi nos a Divinitate cauſamur, relinquimus a Domino nostro dicimus, cum ipsi Dominum relinquamus. Lactantius a: *Quid de Mimiis loquar, corruptelarum præferentibus disciplinam?* Qui docent adulteria dum fingunt, & simulatis erudiant ad vera? *Quid juvenes, aut virginis faciant, cum hac, & fieri sine pudore, & spectari libenter ab omnibus cernunt?* Admonentur utique quid facere possint, & inflammantur libidine, que aspectu maxime concitatur; ac se quisque pro sexu in illis imaginibus præfigurat, probantque illa dum ridens, & ad barentibus vitiis, corraptiores ad cubicula revertantur; nec pueri modo, quos præmaturi vitiis imbuvi non oportet, sed etiam senes, quos peccare jam non decet, in tales vitiorum semitam dilabuntur. Et mox: *Vitando ergo Spectacula omnia, non folium ne quid vitiorum pectoribus insidiat, quæ sedata, & pacifica esse debent, sed ne cuja nos voluptatis consuetudo deliniat,* & a Deo, & bonis operibus avertat; nam ludorum celebrationes, Deorum Festas sunt; siquidem ob natales eorum, vel Templorum novorum dedicationes, sunt constituti. Et primitus quidem venationes, quæ vocantur munera, Saturno attributa sunt; ludi autem scenici Libero, Circenses Neptuno; panellatim vero & ceteris Diis idem bonos tribui copit, singulique ludi Numinibus eorum consecrati sunt, sicut Sisnius Captio in Libris Spectaculorum docet. Si quis igitur Spectaculis intereat, ad quæ Religionis gratia conveniunt, discessit a Dei cultu, & ad eos se consulit, quorum natales, & Festa celebravit. Minucius Felix b: *In Scenis etiam non minor favor, turpitudo prolixior; nunc enim Mimus, vel exponit adulteria, vel monstrat; nunc enervis Histrio, amorem dum finit, infligit.* Idem Deus vestros induendo, supra, suspicio, odia dedecorat. Qua ratio-
ne Beatus Chrysostomus c, Theatrem Chorum, malorum omnium fontem, scaturiginem, ac somitem appellat; Theatra, peccantia Cathedram, incontinentiam Gymnasium, luxuriæ officinam, impudicitia orchestram, Babyloniam fornacem, & ideo Theatrorum ingressum Christianis interdixit. Sic Epiphanius d, Augustinus e, Isidorus f, Arnobius, & alii. A quorum sententia non dissentit vetus ethnicorum providentia; cum priisci Massilienses, quorum disciplinam, & gravitatem, Græcie, & cunctis Gentibus anteponere Cicero g non dubitavit, antequam ad eorum aures Christi doctrina, & Religio pervenisset, Mimus, quorum argumenta majori ex parte Iupitorum continebant actus, nullum in Scenam aditum dabant, ne, ut eleganter a Valerio Maximo traditum est, talia spectandi consuetudo, etiam imitandi licentiam sumeret. Ob eam turpitudinem, & genus idolatriæ, quod in omnibus Circi, & Theatri actibus solebat admitti, non folium Fideles ab eis peragendis sub excommunicatione arcebantur, sed antequam Fidem suscipient, eis se non ad futuros, in Baptismo promittebant, ut docet Divus Clemens h, & post illam Tertullianus i: *Ne quis, sit, argumentari nos putet, ad principalem autoritatem convertat ipsius signaculi nostri.* Cum aquam ingressi, Christianam Fidem in Legis sua verba præfitemur, renunciasse nus diabulo, & pompa, & angelis ejus, ore nostra contestamur. Quid erit summum, ac præcipuum, in quo diaboli, & pompa, & angelis ejus censeantur, quam idolatria? ex qua omnis immundus, & nequam spiritus, ut ita dixerim, quianec diutius de hoc. Igitur si ex idolatria universam Spectaculorum paraturam constare conseruitur; indubitate præjudicatum erit, etiam ad Spectacula pertinere renunciationis nostra testimonium in lavacro, quæ diabolo, & pompa, & angelis ejus sunt mancipata, scilicet per idolatriam. Commemorabimus origines singulorum, quibus incunabulis in seculo adleverint; exinde titulos: quorumdam, quibus nominibus nuncupentur: exinde apparatus, quibus superstitionibus instruantur: tum loca, quibus præstidibus dicentur: tum artes, quibus auctoribus depantur. Si quid ex his non ad Idolum pertinuerit, id neque ad idolatriam, neque ad nostram ejerationem pertinebit. Et post k: *Quot adhuc modis perorabimus, nibil ex his, quæ Spectacula pertinuntur, placitum Deo esse, aut congruens Dei servis, quod Domino placitum non sit.* Si omnia proper diabolum instituta, & ex diaboli rebus instruita monstravimus (nihil enim non diaboli est, quicquid Dei non est, vel Deo displaceat) hoc erit pompa diaboli, adversus quam in signaculo Fidei ejeramus. Quod autem ejeramus, neque factio, neque dictio, neque visu, neque prospectu participare debemus. Ceterum nonne ejeramus, & rescindimus signaculum, rescindendo testationem ejus? Numquid ergo superest, ut ab ipsis ethniciis responsum flagitemus? Illi jam nobis renuntiant, an licet Christianis Spectaculo uti. Atqui binc vel maxime intelligunt factum Christianum, de repudio Spectaculo.

a Epist. 1. ad Rogatianum, & Lib. De spe etacul. Cap. 3.

b Lib. 5. De providentia Dei.

c Lib. 18. Etymolog. C. 62.

d Lib. unico, & Lib. 12.

Idem, De octo Dulciti Quaest. 11.

1. Corinth. 11.

1. Corinth. 11.

1. Timoth. 1.

rum. Itaque negat manifeste, qui per quod agnoscitur, tollit. Quid autem spei superest in ejusmodi homine? nemo in castra hostium transit, nisi projectis armis suis, nisi destitutis signis, & sacramentis Principis sui, nisi pacius simus perire. D. Cyprianus eidem sententiæ subserbit a: *Omnia, inquit, ista Spectaculorum genera damnavit, quando idolatrium sustulit, ludorum omnium matrem, unde hac vanitatis, & levitatis monstra venerantur.* Quid enim Spectaculum sine Idolo? quis ludus sine Sacrificio? quod certamen non consecratum mortuo? Quid inter bac Christianus Fidelis facit, si idololatriam fugit? Quid loquitur? quis jam sanctus sit, de rebus criminosis voluptatem capit? Quid contra Deum superstitiones probat, quas amat dum spectat? Ceterum sciat, bac omnia inventa demoniorum esse, non Dei. Impudenter in Ecclesia demonia exorcizat, quorum voluptates in Spectaculis laudat; & cum semel illi renuncias, recisa sit res omnis in Baptismate, dum post Christum ad diaboli Spectaculum vadit, Christo tanquam diabolo renunciat. Salvianus b: In Spectaculis enim quædam apud scatatio Fidei est, & a Symbolis ipsius, & Celestibus Sacramentis, lethalis prævaricatio. Quæ est enim Baptismo salutari Christianorum prima confessio? quæ, scilicet, nisi ut renunciare se diabolo, ac pompis ejus, atque Spectaculis, & operibus protestentur? Nam Spectaculum, & pomps, etiam, juxta nostram professionem, opera sunt diaboli. Quomodo igitur, o Christiane, Spectacula post Baptismata sequeris, quæ opus esse diaboli confiteris? Renunciasti semel diabolo, & Spectaculis ejus; ac per hoc neceps est, prudens, ac sciens, dum ad Spectacula remeas, ad diabolum redire te cognoscas. Utrisque enim rei semel simul renunciasti, & unum uruunque esse dixisti. Si ad unum revertieris, ad utrumque remeas: Abrenuncio enim, inquis, diabolo, pompis, Spectaculis, & operibus ejus. Et quid postea? Credo, inquis, in Deum Patrem Omnipotentem, & in Jesum Christum Filium ejus. Ergo primum renunciatur diabolo, ut credatur Deo, quia qui non renunciatur diabolo, non credit Deo; & ideo qui revertitur ad diabolum, relinquit Deum. Diabolus autem est in Spectaculis, pompis suis, ac per hoc, cum redimus ad Spectaculum, relinquimus Fidem Christi. Hoc itaque modo omnia Symboli Sacramenta solvuntur; & totum, quod in Symbolo sequitur, labefactatur, & inquinatur. Nihil enim sequens stat, si principale non steterit. Dic mibi tu, Christiane, quomodo te tenere sequens Symboli putas, cuius principia perdidisti? Membra sine capite nihil profundunt, & ad exordia sua curvata respiciunt; quæ utique si perierint, omnia pessim trahunt. Siquidem stirpe fablata, aut non sunt reliqua, aut, si sunt, sine emolumento sunt, quia sine capite nihil constat. Divus Isidorus c: Deum, inquit, negat, qui illa talia presumit. Fidei Christianæ prævaricator effectus est, qui id denuo appetit, cui in lavacro jam pridem renunciavit, id est, diabolo, pompis, & operibus ejus. Hoc est ergo, quod Episcopi Hispani in hoc Canone decreverunt, eos nimurum, qui credere voluerint, id est, qui Baptismum suscepimus, in ejus susceptione, Circi, & Theatri artibus, quibus ante dediti erant, renunciatus. Nec solum exercitationem, & usum earum defere debet, sed & aspectum. Antiqua enim fuit Ecclesiæ consuetudo, non recipiendi ad Baptismum indifferenter quoscumque, sed eos tantum, quos vita honesta commendabiles Ecclesiæ reddididerat. Quaro non solum his studiis dediti, quæ idolatriam redolerent, quinibus nullum gravius existare posse certum est, arcebantur a Baptismo, ut D. Augustinus a testa De fide, & operibus, c. 12. Hoc sita est, inquit Augustinus, fateamur istos laudabilis charitate conari, ut omnes indiscernentes admittantur ad Baptismum, non solum adulteri, & adulteria contra sententiam Doctrinae. Quæst. mini falsas nuptias prætententes, verum etiam publicæ meretrices in turpissima professione perseverantes; quas certe etiam nulla negligentissima Ecclesia consuevit admittere, nisi ab illa primitus prostitutione liberatas. Tanti enim Sacramenti particeps noluit Ecclesia eos fieri, quorum vita turpitudine Spiritui Sancto accipiendo impedimento erat. Sicut enim indigne Corpus Domini astumentem, judicium sibi manducare, & bibere, Apostolus docuit: sic & ad Baptismum accedente D. Augustinus. e Sicut enim, inquit, qui manducat, & bibit Sanguinem Domini indigne, judicium sibi manducat; sic & qui accipit indigne Baptisma, judicium accipit, non solum auctor. Non & Iudas proditor bonum Corpus, & Simon Magus bonum Baptismu Christi percepit; sed quia bono non bene usi sunt, male utendo deleri sunt. Bonum est Baptisma, bonum est Christi Sanguis & Corpus, bona est Lex; sed si quis ea legitime utatur.

COMMENTARII NOVI.

Pantomimi nomen Græcum est. Luciano teste saltatorem, gesticulatoremque significat, cui a multifaria gesticulatio- ne nomen hoc est inditum. Illi enim fracto corporis motu, indecentique gesticulatione ita res gestas representabant, ut loqui manus magis, quam agere viderentur. Cassiodor. Lib. 4. Var. Epit. ultima: Pantomimo igitur, cui a multifaria imitatione nomine est, cum primum in scena plausibus invitatus advenierit, affixus consueta cordi diversis organis eruditus: tunc illa sensuum manus ocu-

lis canorum carmen exponit, & per signa composita, quasi quibusdam literis edocet intuentis aspectum, in illaque leguntur apices rerum, & non scribendo facit, quod scriptura declaravit. Idem corpus Herculem desigat, & Venerem, feminam representat & marem, Regem facit, & militem, senem reddit & juvenem, ut in uno credas esse multos iam varia imitati ne discretos. Et Libro 1. de Pantomimo ita scribit: Constituatur a vobis Praesini Pantomimus, quatenus sumptum, quem pro spectaculo Civitatis in-

impendimus, electis contulisse videamus. Hanc partem mulica Disciplina mutam nominavere majores, scilicet, quæ ore clauso, manibus loquitor, & quibusdam gesticulationibus facit intelligi, quod vix narrante lingua, aut scriptaræ textura, possit agnoscere. Et Latinum cum, qui Pantomimi partes agit, saltare dicunt. Quintil. Lib. 6. Instit. Cap. 2. Traditione usus Augustus de Pantomimis duobus, qui alternis gestibus contendebant, cum eorum alterum saltatrem dicit, alterum interpellatorem. Sueton. in Caligula Cap. 57. Pantomimi mentio fit in L. 3. §. Verotinus, De condit. causs. dat. L. Titius 43. ff. De Action. empti. L. Patronus 25. L. Si libertus 27. ff. De oper. libert. & apud Auditores bona nota, quos congerit collega noster eruditus D. Franciscus de Amaya in Leg. unic. C. De Majuma, num. 7. Hoc artis ludicrae genus improbatum, & detestatum inventione tam Legibus Civilibus, quam sacris Canonibus. Apud Romanos non solum infamia notabantur Pantomimi, sed etiam tribu movebantur, notatione Censoria, quæ de moribus, & fortunis uniuscujusque fiebat quinto quolibet anno, ut D. August. Lib. 2. De Civit. Dei Cap. 13. refert, ejusque severitatis metu Cives Romanos ab hac arte se continuo tradit Tacitus Lib. 14. Annal. & inter justas causas, ob quas vir uxorem repudiare poterat, illa erat, si Theatralibus ludis in illis locis, in quibus hæc assolent celebrari, marito prohibente, interfuerit, Leg. Confessu §: Vir quoque, C. De repudiis. Quod & Sempronium Sophum faciliter, refert Valerius Lib. 6. Cap. 5. quem textum docte illustrant Fornerius Lib. 2. Rer. quotid. Cap. 15. D. Joseph. de Retes Lib. 2. Opusc. C. 23. n. 18. Pater etiam exhortare poterat filium, qui se inter Mimos sociasset, & in ea arte persistaret, quod non modo Justiniani Constitutione castrorum fuit in Authent. Ut cum da appellat. §. Cauffman. Collat. 8. sed etiam L. 5. Tit. 8. Parr. 6. tandemque Tiberius I. Histriones ab Urbe ejecit, quos poitea in Urbem revocavit Caligula, ut refert Dio Cassius Lib. 57. & 59. Histor. Sacris etiam Canonibus adco excoli sunt, ut a Sacramentis arceantur. Cap. Pro dilectione. Cap. Qui sequitur, De conser. Dift. 2. Cap. Latores. Cap. Admonere, 33. Quest. 2. Cap. Diffinimus, 4. Quest. 3. Concil. Agath. Can. lxxxi. qui habetur in Cap. Presbyteri. 34. Dift. Cap. Non oportet, De penit. Dift. 5. & in Concil. Carthag. III. Can. 11. cavetur; ut filii Sacerdotum, vel Clericorum Spectacula fascularia non exhibeant, neque spectent; quoniam ab Spectaculo & omnibus Laici prohibentur, & in sexta Synodo Can. LI. ita cavetur: Omnino prohibebit bac sancta, & universalis Synodus, eos, qui dicuntur Mimi, & eorum Spectacula, deinde venationum quoque spectaciones, easque, quæ sunt in scena, saltationes, perfici. Si quis antem praesente Canonem contempserit, & se alicui eoram, quæ sunt verita, dederit; si se quidem Clericus, deponatur: si vero Laicus, segregetur. Et quia Fideles ex devotione ludos Theatrales in Festo Innocentium edebant: quia ramen aliqua obsecna decantabantur, a Tempis, & Fidelibus

aliena, statutum fuit in Conc. Tolet. celebrato anno MDLXV. Act. 2. Cap. 21. ne hujusmodi ludi Theatrales amplius celebrarentur. Et quia aliquando Clerici ipsi ludos actitabant; statuit Bonifacius VIII. in Cap. unico, De vita, & honest. Cleric. Lib. 6. ut Clerici Mihi, quos vocant Galli Joculatores, Galliardos, Thuscii Bafones, per annum ignominiosam illam artem exercentes, vel breviore tempore, si moniti non resipuerint, carege omni privilegio Clericali. Plura alia congerunt de hac nefaria arte, Mariana, De Spectaculo. Cap. 12. cum sequenti, Bulenger. Lib. 1. De Circo. Cap. 52. Galatajud. in Parado. C. 12. Amaya in Leg. unic. Cod. De venat. ferar. P. Fab. Lib. 2. Sem. Cap. 12. Demiter. ad Rosnum Lib. 5, Cap. 6. Lanmet. Lib. 2. De veteri Mon. Cap. 82. Cabreros, De met. Lib. 2. Cap. 8. Oiduald. ad Donel. Lib. 18. Cap. 7. Lit. A. Mendoza Questione 9. quodlibet. GONZALEZ.

Hæc cum ita sint, mirari subit, quam frequenter, quam publice, quam impune, inter Christianos celebrentur, non modo Circenses ludi, seu ferarum agitationes crudeles (de quibus Capite precedenti) sed etiam Theatra scenica, & mimica, in quibus plerumque homines moribus scelerati, & mulieres impudicæ, verbis, signis, motibus, & gesticulationibus suis, omne fere hominum, siue spectatorum genus illiciunt, & arcana vi ad libidem impellunt. Omnes Ecclesiæ Patres, quorum insignia loca profert hoc loco prius juxta, ac eruditus Mendoza, & congerunt plures alii laudati a doctissimo Gonzalez, pleni sunt invectivis contra ejusmodi Spectacula, Theatra, & representationes, veluti omnino contrarias professioni Christianæ, honestati morum, ac recte rationi. Quomodo ergo tam frequenter permittuntur, & impune exercentur? Legat attentius, & mature expendat loca adducta, qui volet. Inveniet plane in Theatris Comœdorum hodiernis magnam partem illius deformitatis, & incentivum ad peccandum; sive ad excitandam libidinem spectatorum, quæ erat illorum veterum Patrum ero. Sicut tunc, etiam modo palam contingit, ut qui calti, ac pudici ad ea Theatra accedunt, alii omnino redeant. Quot Virgines, quot calte Matronæ, ibi concipiunt amores, quos antea non senserant, & paullatim deposito pudore succumbunt. Pauci sunt, si forte aliqui, spectantium, quibus amatoria illæ phrases, gestus, inventiones, non excitemi affectum aliquem minus purum; plures adhuc dubii exeunt, an consenserint animo in aliquid honestati contrarium: plurimi tandem, qui inde prodeunt venereo jalculo confixi, aut paratores, quam antea, ad libidinem exseq. ieiunam. Interrogent omnes conscientiam suam, & saltum plerique illorum omnium id verissimum invenient. Ut hoc loco usurpare liceat de ejusmodi representationibus celebrem illam Tertulliani sententiam: Firmos gravant, infirmos capiunt medios cum scrupulo dimitunt.

Ecquidem tempore S. Joannis Chrysostomi scenica Theatra procul erant ab omni idolatria, cum hæc jam exolevisset Constantiopolis; & ex toto illa celaverat tribus circi-

ter seculis postea, ubi Synodus Quini-sexta celebatur fuit anno DCXCI. At nihilominus S. Doctor, & ea Synodus Canone LI. gravissime invehuntur aduersus eas representationes. Nimirum adhuc exsecrandae erant, & perniciose spectatoribus, quibus per oculos, & aures ingerebant dulce venenum, & incentiva libidinis, artemque, ac modum ad illam explendam. Hæc autem incommoda nunc pariter inveniuntur, præsertim in Comœdiis, quæ per Mimos utriusque sexus ex officio repræsentantur. Unde nunc æque exsecrandæ sunt, ac tempore Chrysostomi, & prædictæ Synodi. Quapropter nec consuetudine excusari possunt. Ea quippe excusatio dumtaxat locum habere posset in iis, quæ mala sunt, quia prohibita jure humano, aut Ecclesiastico; non vero in iis, quæ prohibentur, quia mala sunt ex natura rei, seu contraria juri naturali, aut Divino. Constat vero, hujus generis esse representationes prædictas; cum experimento frequenti compertum sit, illas in plurimis spectatoribus, & auditoribus magnam inferre perniciem, & ruinam animarum, quod certe contrarium est juri naturali, & præcepto charitatis Divine erga proximos. Videant ergo Magistratus, & Gubernatores Reipublicæ, qua ratione possint eas permittere, & an non sint coram Deo rei innumerabilium scelerum inde secutorum. Viderint pariter nonnulli recentes Scriptores, quanto salutis alienæ, & propriæ periculo in ea parte fræna laxent, innixi uni, vel alteri testimonio S. Thomæ male intellecto. Non enim loquitur S. Doctor de Comœdiis afferentibus damna, sed aliis pure indiferentibus, atque ab omni periculo salutis inferendo alienis. Viderint tandem ipsi spectatores, non solum, qui experimento norunt ruinam spiritualem inde sibi ortam, sed & reliqui, quantam timore jure possint, ac debent ruinam plurimorum, cui cooperantur malo exemplo, & sultatione Mimerorum in ea perniciose arte. Lege dicenda infra ad Canonom LXVII. CARD. DE AGUIRRE.

JOSEPHI CATALANI ADDITIO.

Præter hactenus laudatos Patres, Scriptoresque præstantissimos, qui a primordiis Christianæ Religionis ad nostra hæc usque tempora in Spectacula theatra acriter invecli sunt, multos alios magni nominis, atque variorum Religioforum Ordinum nuperus Auctor variis Operibus Litteraræ, & Christianæ Reipublicæ notissimus Fr. Daniel Concina Ordinis Prædicatorum recenset in celebri Tractatu, quem elapo anno MDCLII. editi, inscriptisque, *De Spectaculis theatralibus*. Mirari plane subit, multis hodieque inveniri Theatrorum, & Comœdorum patronos, qui etiam non verentur Fideles hortari, ac pene impellere, ut Theatra ipsa adeant, ac frequentent, veluti (proh nefas!) ab Angelico Doctore probata. Sed hæc deliria sunt, jampridem a Viris dœctissimis exagitata. Ceterum ut multa omittam, quæ ad vindicandum Angelicum Doctorem afferri possent, tum præfertim, quod eruditissimus Auctor quantoq[ue]ius est de ea re peculiari Opusculo

actus, satis putavi in hac mea Additione referre Epistolam Natalis Alexandri, quam ad amicum Romæ degentem misit, una cum Retractione P. Francisci Caffaro, qui peculiari Libro Comœdiis fuerat patrocinatus. In ipsa Epistola obiter etiam memoratus Alexander ostendit, Comœdos a Sacramentorum Communione arcendos, & Comœdia frequentationem prohibitam esse Christianis. Memorata Epistola ordine xxx. legitur in Appendice prima Tomi primi Theologæ Dogmaticæ, & Moralis ejusdem Auctoris, estque hujusmodi.

REPLICATIO, ERUDITOQUE VIRO . . .
Retractionem Patris Caffaro Clerici Regularis Ordinis Theatinorum, qua veterem de arte Histriatica, & de Comœdia frequentatione opinionem, & ea quæ inconsulto, & errone scriperat junior, ut hanc, & illam Christianis esse licitam, nec bonis moribus contrariam persuaderet, emendat Illustrissimi, ac Reverendissimi Archiepiscopi Parisiensis mandato, Vir pius, docilis, & modestus, huic adnexam Epistola recipies, & cum amicis, patroisque tuis in Curia communicabis. Plures contra errorem istum Libri prodierunt, quibus Histriones & Comœdos in arte sua perseverantes ad Sacra menta Ecclesiæ non esse admittendos, probatur, & Comœdiam, ejusque frequentationem periculosam, & prohibitam esse Christianis, demonstratur. In hujus argumenti tractatione precipua cum laude versatus est Illustrissimus, & doctissimus Dominus Bossuet Meldenianus Episcopus. Sane Comœdos a Communione Sacramentorum arcendos, Rituale Parisiensis Ecclesia, aliaque quam merito præscribant, quam convenienter veteri Ecclesiæ disciplina, Conciliorum Decretis, Doctrina Patrum, satis nolli. Quam periculosa sit, & exitialis Christianis moribus Comœdia, quam noxia ejus frequentatio, quantas peccati occasiones, & incentiva exhibeat, quam sit ad excitandas, & sovendas pravas cupiditates opportuna, & vehemens, quo nomine ad satanæ pompas pertineat, quas in Baptismo ejuravimus, satis intellexisti ex assidua, & diligentí lectione Patrum, Tertulliani præsertim, S. Cypriani, Minucii Felicis, S. Joannis Chrysostomi, S. Augustini, Salviani. Ad sanctissimam Parisiensis Ritualis disciplinam de Comœdis a Communione Sacramentorum arcendis, nisi artem ejurent, ac Theatro renuncient, confirmandam, Epistola S. Cypriani lxi. ad Euchratiū sufficeret, cum luculentio illo S. Augustini testimonio, Libro, *De Fide, & Operibus* Cap. xviii. In doctrina bona, inquit, & bonus potest esse, qui audit, & facit; & malus, qui audit, & non facit: in doctrina vero mala, & qui eam veram putat, quamvis ei non obtemperet, malus est, & qui obtemperat, pejor est. Illud sane mirabile est, quod Fratres, qui aliter sapiunt, cum debent ab ista, vel nova, vel vetere, perniciose tamen opinione discedere, ipsi insuper dicunt novam esse doctrinam, quæ nequissimi homines in suis flagitiis se perseveraturos in propatulo profientes, non admittuntar ad Baptismum: quasi nescio ubi peregrinentur, quando mere-

trices, & Hispiones, nisi soluti, aut disruptis talibus vinculis, ad Cristiana Saeramenta non permittantur accedere: qui atque secundum illorum sententiam omnes admittentur, nisi antiquum, & robustum morem sancta Ecclesia retineret, ex illa scilicet liquidissima veritate ventientem: Quoniam qui talia agunt, Regnum Dei non possidebunt. Et nisi egerint ab his mortuis operibus penitentiam, accedere ad Baptismum non sinuntur: si autem subrepserint, nisi vel postea mutati egerint, salvi esse non possunt.

Quam inani porro conatu Sanctum Thomam in sui patrocinium erroris arcessiverit Pater Caffaro, perspectum habes. Angelicum Doctorem, Hiltionum nomine scenicos homines, & Comœdos non intellexisse, quos S. Ludovicus e Regno expulit, sed homines, qui honestis facetiis, & corporis agilitate, dexteritate, industria alios oblectant, & quædam faciunt præstigiis similia, quæ spectatoribus admirationem pariunt, ac voluptatem. Quæ in ludis cavenda docet Angelicus Doctor, in Comœdiis, similibusque Spectaculis non caveri. Primum est, quod delecatio non queratur in aliis operibus, vel verbis turpibus, & nocivis. Aliud, ne totaliter gravitas anima resolvatur. Tertium, ut congruat personæ, & tempori, & loco, & secundum alias circumstantias debite ordinetur, ut scili. et ludus sit, & tempore, & homine dignus. Atqui Comœdiam multis modis anima noxiā esse, cum cupiditates exciterit, ac foveat, amoreque præfertim profanum; cum sit occasio peccati studiose quæstiæ; cum vigilantium Christianam, spiritum orationis, compunctionis, & pœnitentiae facile destruat, & extinguat; cum vanitates, & infanias corruptrices innocentia Christianæ per oculos, auresque in animum immittat, infelix experientia probat. Scenicas Spectaculis gravitatem anima penitus resolvi, frangi, dissipari, non minus notum est. Denique nec personæ Christiani conveniunt, qui satanæ, & omnibus pompis ejus abrenunciavit; cuius tota vita, si secundum Evangelium vivat, perpetua pœnitentia esse debet; cui nulla major debet esse voluptas, quam fastidium ipsius voluptatis; qui tempus redimere debet, quo-

Ita ut ulterius non revertantur. Quod si facere contra interdictum tentaverint, projiciantur ab Ecclesia.

Non licet is, qui ludicram artem exercuerunt, & illi ad suscipiendum Baptismum renunciarunt, ad eam postea reverti: quod si facere contra interdictum tentaverint, præficiendos ab Ecclesia, Concilium sanxit. Sed si exquiratur, quæ cauſa fuerit, quare dixerit Concilium, quod si contra interdictum facere tentaverint; non vero: quod si contra interdictum secerint; occurrit id factum, quod olim qui semel ludicras artes exercuerint, ad easdem compelli poterant: quare ut renunciationi in Baptismo factæ fraudem facerent, poterant ipsi non propria voluntate expresse, sed tacite eniti, ut cogentur a Judicibus ethnicis ad easdem reverti. Quod prohibere volens Concilium, dixit, quod sine fecerint, vel facere simulata ea diligenter tentaverint; projiciantur ab Ecclesia, ob turpitudinem, quam animo faltem concepille certum erat. Hanc in mulieribus severa Legis Gratianus, Valentinius, & Theodosius a vindicarunt.

Sed idem AAA. ad Valerianum P. II. Cenæ mulier, si vacationem Religious nomine postularit, obtentu quidem petitionis venia non desit: verum si post turpibus voluntate complexibus, & Religionem, quam expetierit, prodiisse, & gerere, quod officio desierat, animo tamen scenica ditegetur; extracta in pulpitum, sine spe absolutionis nullus, ibi eo usque permaneat, donec anus ridicula feneitate deformis. Nec tunc quidem absolutione potiatur, cum aliud, quam casu

a Can. 30.

b L. 9. De scelis. C. Ibid.

casta esse non posse. Dat. VIII. Id. Maij. Aquila, Syagrio & Eucherio Coss.

Qua ratione in eo Concilio a, quod Africani titulo citari solet, inter alia, quae ab Imperatoribus postulanda proponuntur, illud est, ne quisquam Christianus, qui ad Christianitatis gratiam venire voluerit, ex qualibet ludicra arte, cogatur ad eam reverti: *Et de his etiam petendum (ait) ut si quis ex qualibet ludicra arte ad Christianitatis gratiam venire voluerit, ac liber ab illa macula permanere; non cum licet a quoquam iterum ad eadem exercenda reduci, vel cogi. Quam gratiam ab Imp. Gratiano, Valentiniano, & Theodosio b imprestasse, liquet ex hac Lega.*

Iudem AAA. Herafio Proc. Afric.

Quicumque ex hujusmodi face progenite, scenica officia declinare ludicris ministeriis deputentur: quas necdum tamen sanctissima Religioni, & in perenni servanda Christianae Legis secretorum reverentia sua Fidei vindicarit. Illuc etiam feminas liberatas contubernio scenici prejudicij durare præcipimus, quæ mansuetudinis nostræ beneficio expertes maneris turpioris esse meruerant.

Hanc summi privilegii loco habuerunt Christiani, quod ante cogerentur a Gentilibus, poenæ, & supplicii causa, vel gladiotorum, vel venatorum, vel Comœdorum, Tragoedorum, & Scenicorum munus obire, ut Auditor est Clemens c.

Quod si Gentiles olim, ut gratiam assequentur, & communionem Ecclesiae in percipiendo Baptismo, omne genus turpitudinis in cantu, vel saltatione spernere cogebantur; quid facturi sint jam Christiani sancto regenerati lavacro, ut æternam consequantur beatitudinem, hinc rogo, ut eruant. Cujus studii cura quanta & a Fidelibus, & a Magistratibus habenda sit, vel Platonis ethnici, Christiani jam, doctrinam exaudiamus. Negat enim, musicas leges mutari posse sine mutatione Legum publicarum: ideoque valde fore timendum, ne novis turpissimi cantus, vel saltationis inventis, antiquæ, & salutares Leges mutentur, & nova deinde pernicias sensim illapsa civium animos malis studiis, & doctrinis malis totas repente Civitates everterat. d. *Affentior enim Platonis, ait Cicero, nibil tam facile in animos teneros, atque molles influere, quam varios canendi sonos, quorum dici vis potest, quanta sit vis in utramque partem: namque & incitat languentes, & languefacit excitatos, & tum remittit animos, tum contrahit; Civitatumque hoc multarum in Gracia interfuit, antiquum vocum servare modum: quarum mores lapsi ad mollescentem, pariter sunt immutati cum cantibus, ut hac dulcedine, corruptelaque depravati, ut quidam putant, aut, cum severitas eorum ob alia vita cecidisset, tum fuit in auribus, animisque mutatis etiam buic mutationi locus. Quamobrem ille quidem sapientissimus Græcia P̄ir, longeque doctissimus, valde hanc laborem retinet; neget enim, mutari posse musicas leges sine mutatione Legum publicarum. Graviter olim ista vindicabat vetus illa Græcia, longe providens, quam sensim persicies illapsa civium animos malis studiis, malisque doctrinæ repente totas Civitates everteret: si quidem severa illa Lacedæmon nervos jussit, quod plures quam septem haberet, in Timothei fidibus inde demis.*

Ex sententia Damoni Philippi refert, & probat Plato Lib. 4. De Republica.
d. Lib. 2. De Legibus.
Nova cantus, & saltationis inventa. Rcp. mutatione minantur, ex sententia Platonis, ideo summe illa cavenda, si turpia sint.

COMMENTARII NOVI.

Onus aeo in Ecclesia, qui Christianæ militie nomen dare cupiebant, non prius ad Baptismum accedebant, quam renunciasset diabolo, pompa ejus, & operibus, & angelis, & machinationibus ejus. D. Ambros. in Paullum ad Corinthes, Cap. 2. ibi: *Omnis, qui baptizatur in Christo, mortitur mundo; cuicunque enim superstitutionum erroribus abrenunciatur, ut solam colat Fidem Christi; & ita fit, ut per inimicitiam abrenunciationis invicem sibi mortui dicantur homo, & elementorum cultura; illuc enim vetus homo deponitur, & novus assumitur; peccatis moritur, ut iustitia vivat; elementis abrenunciatur, ut Christo societur; resurrectionis futura & tenuis pignus, exemplo Salvatoris, qui resurrexit a mortuis. Hæc igitur commonuit, ut perseveraret in abrenunciando pompa, & præstigiis satanae, qui in circulo elementorum suadet cultum, ut a Deo avocet, participes apostasia sua volens efficiere homines. D. Clemens Lib. 3. Condit. C. 18. Plura congerit Vicecomes L. 2. De ritib. baptismi, Cap. 16. cum seqq. Vetus quoque illa fuit in Ecclesia consuetudo, ut omnibus artibus, quibus infensissimus humani generis hostis decipere solet, coram testibus baptizandi renunciarent; de qua renunciatione ait Apost. GONZALEZ.*

CA-

CANON LXIII.

De Uxoribus, quæ filios ex adulterio* necant.

* Adulteris

Si qua mulier per adulterium, absente suo marito, conceperit, idque post facinus occiderit; placuit, ei neç in fine dandam esse communionem, eo quod geminaverit scelus.

Burchardus Lib. 17. *Decretorum*, Cap. 51. Ivo. Lib. 9. Cap. 102. aliter: *Si qua mulier, inquit, per adulterium, absente marito, conceperit, idque post facinus occiderit; placuit, viu in fine dandam esse communionem, eo quod geminaverit scelus. Sic etiam cum adverbio vix, ex Concilio Arelatensi, Cap. xv. refert idem Burchardus Cap. 53. ex Elberitano Rhabanus Maurus in *Poenitentium Libro*, Cap. 11. & *Poenitentiale Romanum* apud Antonium Augustinum, Tit. 1. Cap. 27. Sed communem Conciliis sectionem magis probo; quod frequenter soleat Concilium, quum grava sunt criminis, etiam in extremo constitutis communionem negare. Quod si simplici adulterio sine crimine homicidii, eandem penam constituerunt Patres Canone Lxv. quanto magis adulterio cum homicidio coniuncto? Sic etiam Concilium Ancyranum, quod post Illiberritanum habitum ante ostendit, cum ejusdem criminis meminisset, antiquam refert diffinitionem, usque ad obitum contaminati non communicarent: *De mulieribus*, inquit Can. xx. *quæ fornicantur, & partus suos necant, sed & de his, quæ agunt secum, ut utero conceptus excutiant, antiqua quidem diffinitione est, usque ad exitum vita ab Ecclesia removeti. (antisquam diffinitionem, hujus Concilii Decretum vocat) Humanius autem diffinimus, ut eis decem annorum tribuatur. Id ipsum indicare videtur D. Basilius scribens ad *Amphiloicum Iconium Episcopum*, Cap. 2. dum referens ejusdem criminis poenam, ait: *Oportet autem non usque ad obitum eorum confessionem extendere, sed decem quidem annorum mensuram admistere, definire autem non tempore, sed modo paupertatis medicinam*. Sic etiam Martinus, ut vocatur, Papa, sive Episcopus Bracarense, in Collectione Decretorum, cum hujus Concilii Canonem referret, negantem etiam partem retinuit: *Si qua mulier, ait, fornicaverit, & infantem, qui exinde fuerit natus, occiderit, & qua studuerit abortum facere, & quod conceptum est, necare, aut certe, ut non concipiatur, elaborat, sive ex adulterio, sive ex legitimo conjugio, has tales mulieres nec in morte recipere communionem, priores Canones dererunt. Nos tamen pro misericordia, sive tales mulieres, sive confitias scelerum ipsorum, decem annis agere penitentiam judicamus. Exstat in Collectione Conciliorum Martini, C. 72. Concilium etiam Moguntinum sub Rhabano Archiepiscopo, Cap. 21. hujus Concilii meminit, & Canonem refert, sed in contextu, & ad marginem utraque lectio, nec in fine, & vix in fine, refertur; negantem magis probo.***

CAPUT QUINQUAGESIMUM TERTIUM.

De pena parentum proprios fætus interimentum.

Nefarium scelus, & execrandam impietatem earum parentum, si parentes nuncupant, que vel immaturos fetus intra propria viscera latentes, vel recenter natos, & ut inquit ille, a partu adhuc rubentes, ad libidinis turpitudinem, & infamiam regendam, interiunt (solent enim materna adulteria in lucem editi liberi parentum similitudine, & forma proderet) multis, & his gravissimis Legibus, repressit semper, coactus, & vindicavit recens, & antiqua Ecclesiæ disciplina. Patres Hispani communionem ad exitum usque denegarunt in hoc Canone; nec immerito, quod parentes istæ triplicis sint criminis reæ: homicidæ sui, maritorum adulteræ, & filii nondum natæ atrocæ parricidæ. Concilii Ancyrae Episcopi decem annorum poenitentiam; humanius postea Ilerdensis, & Concilii Patres se-^a pprenem tantum præscripterunt: *Hi vero, ajunt, qui male conceptus ex adulterio fætus, vel editos necare studuerint, vel in ventre matrum potionibus aliquibus colligerint, in utroque sexu adulteris, post septem annorum curricula, communio tribuatur; ita tamen, ut omni tempore vita sua fætibus, & humiliatis instant. Post hæc Concilium Arelatense c decem annorum poenitentiam adjecit, superioribus Ancyranis, Ilberitanis, & Ilerdensis Constitutionibus renovatis, ut Burchardus d refert, & *Poenitentiale Romanum* e: Mulieres quædam, ait, ut quidivimus, quæ ex fornicatione concipientes, metuentes, ne scelus, quod occulte perpetraverunt, manifestum fieret; infantes quos peperunt, occiderunt. & terra congerie cooperuerunt, aut in aquas projecerunt, quod quantum nefas sit, Canones Ancyrae, Ilberitani (pro quo reponendum eit) Ilberitani, atque Ilerdensis Concilii testes sunt. His itaque vix in fine dandam esse communionem, dererunt. Sed humanus tractantes, post decennem poenitentiam, tales placuit ad communionem recipi. Idem Burchardus f alterum, Canonem ex innominato Concilio refert; est autem Concilium Ancyranum: *De mulieribus*, inquit, quæ fornicantur, & partus suos necant, vel quæ agunt secum, ut utero conceptus excutiant, antiqua quidem definitio usque ad exitum vita eas ab Ecclesia removet. Humanius autem nunc definimus, ut eis decem annorum tempus, secundum præfixos gradus*

To. II. H. h. pæ.

d L. 17. C. 53.

e Tit. 1. C. 27.

f C. 54.

a Can. 35. pœnitentias, largiatur. Ut homicidas puniendas, decrevit Concilium Vvormaciense: *Mulieres igitur, inquit, quæ ante temporis plenitudinem conceptos utero infantes voluntate executiant, ut homicide proculdubio judicandæ sunt.* Illæ vero, quæ dormiendo filios saffocare videntur, leviter de his judicari oportet; *quia nolentes, & non consentiendo, ad hunc devolutæ sunt casum.* Impietatis maxima eas coarguit D. Augustinus b: *Aliquando, ait, eo usque pervenit hoc libidinosa crudelitas, vel libido crudelis, ut etiam sterilitatis veneno procuret, & si nihil valuerit, conceptos fetus aliquomodo intra viscera extinguat, ac fundat, volendo prius interire, quam vivere; aut si in utero jam vivebat, occidi, antequam nasci, prorsus.* Ante Augultinum Laclantius c: *Ad vitam enim, inquit, Deus inspirat animas, non ad mortem. Verum homines, ne quod sit facinus, quo manus suas non polinant radibus abduc, & simplicibus animis abnegant lucem non a se datam. Exspectet vero aliquis, ut alieno sanguini parcant, qui non parcent suo? sed bi sine ulla controversia scelerati, & injusti.* Ante Laclantium Minucius Felix d: *Sunt, ait, quæ in ipsis visceribus medicaminibus epotis originem futuri hominis extinguunt, & parricidium faciant, antequam pariant.* Ante Minucium Tertullianus e: *Nobis, inquit, homicidio semel interdicto, etiam conceptum utero, dum adhuc sanguis in hominem delibatur, dissolvere non licet. Homicidii festinatio est, probibere nasci; nec refert, nato quis eripiat animam, an nasci-tem disturbet. Homo est, & qui est futurus, & fructus omnis jam in semine.* Apud medicos enim eti in questione fuerit aliquando, an partus in utero animal sit, & homo; obtinuit tamen, homi nem esse, ut docet Hippocrates f, & Galenus g; quod & apud Jurisconsultos receptum est, a quibus poena homicidii sancta est in eum, eamve, qui, quæve partum, animatum ab utero abegerit, vel abortum procuraverit; nec enim levius esse putant, natales h. Si quæ aliquæ impedit, quam interimere natos. Quod si foetus abigatur non animatus, in exsilium mitti quid h. Abortoris. L. Ci- tetur qui abegit. Nec Lege Cornelia tenetur uxor adultera, vel adulter, qui partum abigi facero, & peccat, sed Lege Pompeja, *De parricidiis.* Quod crimen adeo grave tempore Juliani i Imperii, & Leonis Cæsaris habitum est, ut Constitutio edita sit, permilla licentia marito let et ad l. Cor- diximandi matrimonii, si mulier sponte abortum fecisset, Justiniano teste, & Harmenopolo K. L. Divus. De Quod tamen Juris Canonici Decretis abrogatum est. Vivilgotthi etiam, Majores nostri, hanc extraord. crim. aduersus abortum procurantes Legem sanxerunt l: *Qui mulieri prægnanti poculum dederit ad necandam infantem, vel ad faciendum abortum, occidatur. Mulier, quæ abortum fa- parricid. cere regnafit, si ancilla est, ducenta flagella suscipiat; si ingenua, careat dignitate per- i in auth. De sonæ, & oni iusserimus, servitura tradatur.* Poenam auxit Flavius Cindavinchus m Rex, nupt. g. Has qui in utero pieratis laude plenissimam, placuit referre: *Nibil est, inquit, eorum prævitatem itaque cauila detorius, qui pietatis immemores, filiorum suorum necatores existant. Quorum quia vi- Col. at. 4. k. L. 4. Tit. 12. tiump per Provincias Regni nostri sic inolevissime narratur; ut tam viri, quam feminæ sceleris L. 6. Tit. 3. hujus autores eff reperiantur; ideo hinc licentiam prohibentes, decernimus, ut sen libe- L. 1. ra, seu ancilla natum filium, filiamve necaverit, sive adhuc in utero habens, aut potio- m Lib. 7. Tit. 3. m Lib. 6. Voi nem ad abortum acceperit, aut aliquo quocumque modo extinguiere partum suum presum- f. sive sive, m x Provincia Judea, aut Territorii, ut tale factum repererit, non solum ope- ratricem criminis hujus publica morte condemnnet; aut, si vita reservare voluerit, omnem visionem oculorum ejus non moretur extinguiere; sed etiam si maritum ejus talia jussisse, vel permis, sse patnerit, eundem etiam vindicta simili subdere non recusat.* Gravorem multo sanxit hac ætate Xystus n Papa hujus nomini Quintus, anno sui Pontificatus quarto, decer- natis abortum paniretur, qua solvia nemine posset, præter Romanæ Sedis Episcopum. Sed antiquo juri re- lituit Gregorius XIV.

Olim autem ad evitandam tanti criminis gravitatem, aut crudelitatem potius, illud remedium excogitarunt Episcopi, vel ut minus malum elegerunt, ut singuli Presbyteri in suis Parochiis publice feminas præmonerent, ut si quis fortivo, & injusto concubitu conceperet, ne partum enecaret, sed clam illum deferri faceret ante januas Ecclesiæ, ut Fidelibus alii, & piis feminis nutriendum, vel Episcopi, vel Presbyteri traderent: *Hoc sancto Concilio Matriceonense fuisse refert Burchardus) decretum est, ut unusquisque Presbyter in sua ple- be publice annunciet, ut si aliqua femina clanculo corrupta conceperit, & pepererit, ne- quanquam diabolo coartante filium, aut filiam suam interficiat, sed quocumque prævalet ingenio, ante januas Ecclesiæ partum deportari, ibique ponit faciat, ut coram Sacerdote in crastinum delatus, ab aliquo Fideli suscipiat, & nutritur; & tali ex causa homicidii reatum, & quod majus est, parricidium evadat, nam qui filium, aut filiam interficit, parricida omnimodis tenetur.* Hoc tamen, nisi ad evitandum majus illud malum, turpe esse, docuerunt Augultinus, Laclantius, Tertullianus, & alii.

Hinc fit, Platonis sententiam, ut erroneam, iniquamque justissime refelli, & accusari a Theodoro p. Ajebat enim Plato, viros, ac mulieres, dum præscriptum a se gignendi tempus excederent, libere posse conversari, hoc tamen excepto, ne quem amplius conceptum, foetum in lucem ederent: si quis autem institutum hoc violasset, ut foetum ad partum perduceret, ita eum exponi, ut omni alimento careret. Quid vero unquam tale, vel Echerus, vel Phalaris, ait Theodoretus, Legibus suis instituit? Quis tale parricidiogenus est unquam ausus? Nam qui prohibet foetus in lucem edi, abortitiis profecto pharmacis infantes cor- rumpi jubet.

b L. 1. De mu- pt. & concipi- feant. C. 15. c L. 6. Divin. Initit. C. 20. d In Octavio. e Apolog. C. 9. f Lib. De puer. natura. g Prop. Libell. h L. Si quæ ali- quid. i. Abor- tonis. L. Ci- tetur. j. Peccat. k. L. Si au- peratoris. L. Cor- nel. De Sicar. l. Divus. De Quod tamen Juris Canonici Decretis abrogatum est. Vivilgotthi etiam, Majores nostri, hanc extraord. crim. aduersus abortum procurantes Legem sanxerunt l: *Qui mulieri prægnanti poculum dederit ad necandam infantem, vel ad faciendum abortum, occidatur. Mulier, quæ abortum fa- parricid. cere regnafit, si ancilla est, ducenta flagella suscipiat; si ingenua, careat dignitate per- i in auth. De sonæ, & oni iusserimus, servitura tradatur.* Poenam auxit Flavius Cindavinchus m Rex, nupt. g. Has qui in utero pieratis laude plenissimam, placuit referre: *Nibil est, inquit, eorum prævitatem itaque cauila detorius, qui pietatis immemores, filiorum suorum necatores existant. Quorum quia vi- Col. at. 4. k. L. 4. Tit. 12. tiump per Provincias Regni nostri sic inolevissime narratur; ut tam viri, quam feminæ sceleris L. 6. Tit. 3. hujus autores eff reperiantur; ideo hinc licentiam prohibentes, decernimus, ut sen libe- L. 1. ra, seu ancilla natum filium, filiamve necaverit, sive adhuc in utero habens, aut potio- m Lib. 7. Tit. 3. m Lib. 6. Voi nem ad abortum acceperit, aut aliquo quocumque modo extinguiere partum suum presum- f. sive sive, m x Provincia Judea, aut Territorii, ut tale factum repererit, non solum ope- ratricem criminis hujus publica morte condemnnet; aut, si vita reservare voluerit, omnem visionem oculorum ejus non moretur extinguiere; sed etiam si maritum ejus talia jussisse, vel permis, sse patnerit, eundem etiam vindicta simili subdere non recusat.* Gravorem multo sanxit hac ætate Xystus n Papa hujus nomini Quintus, anno sui Pontificatus quarto, decer- natis abortum paniretur, qua solvia nemine posset, præter Romanæ Sedis Episcopum. Sed antiquo juri re- lituit Gregorius XIV.

o Can. 6. re- luan a Ber- tario L. 5. De- crete. C. 200

p Lib. 9. De Grecorum ai- factio. curar.

COMMENTARII NOVI.

Zephyrini Edicto mochia, tum paullo post homicidium, veniam post longam pœnitentiam impetravere; sed hujus Concilii tempore, qui utriusque hujus criminis reus reprehendebatur, nec in fine paci Ecclesiæ reddebatur. Sceleris geminatio, aut repetitio, vel in extremo vita periculo communione indigna videbatur. AL. BASPINÆUS.

Jure consulti in poena imponenda matri, quæ visceribus vim intulit, & foetum necavit, atque abegit, vel extraneo, qui abortum procuravit, non consentiunt. Stoici enim, qui exultimant, foetum in uteris maternis existentem, non esse hominem, aut animal, sed partem matris, & portionem viscerum ejus, seu, ut ajebat Aphrodiseus, Lib. *De anim.* Cap. 20., maternorum viscerum latens onus, & ideo improprie, & juris fictione, vel Prætoria aequitate foetus comparatur filiis jam natis, Lib. 2. §. *Qui autem, ff. De excus. ut. L. Intelligentus,* 53. ff. *De V. S. L. Qui in utero.* 7. & 26. ff. *De foetu homin. L. Si quis 187. ff. De reguli juris;* homicidium in eos fieri non credebant. L. 2. ff. *De mortuo inferendo.* Ubi ait Marcellus, foetus esse spem animantis; nec qui eum interimit, propriè hominem occidisse; ideo non capitale pœnam, quæ propria homicidii erat, illis indicabat, sed extra ordinem illos puniebat, in exiliumque damnabant. L. *Divus,* 4. ff. *De extraordi- n. crimin.* Lib. 1. in princip. & §. 1. Lib. 3. in princip. & §. 1. & 3. & 4. Leg. *Quarta, L. Hi quoque.* 5. L. *Is qui.* 6. L. *Circumcidere.* 11. L. *Ex S. C. 13.* L. *Nibil 15. ff. L. Is cui 7. Cod. Ad Leg. Cornel. de sciar. L. Aut facta 16. §. Euentus 8. ff. De pœnis.* Paulus Lib. 5. *Sentent. Tit. 23.* Liclinius Ruffinus in *Collat. Leg. Mosaic.* Tit. 1. Harmenop. in *Prompt. Lib. 6. Tit. 6.* ubi referunt Ulpiani, Paulli, Martiani, & Triphonini Responsa, qui omnes Stoicorum Scholam sectati sunt, ut post Merillum Libro 1. *Offero.* sere per rotum, eruditæ probat summa auctoritatis Vir, & de universa antiquitate optime meritus, D. Joannes Ramos del Manzano, jam in supremo Gaze Senatu Consiliarius Regius, vera proles Musarum, & Juris Sacerdos, Librorum Polygraphia, in castigatisimis Analectis, *De pœna parricidiis,* Lib. 6. Philosophi autem omnes rectius exultimarunt, foetus hominem esse, & animal, & sic verum ejus fieri homicidium, atque ut tale vindicandum capitul poena, L. *Cicer.* ff. *De pœnis.* L. *Divus,* 5. ff. *Ad L. Pompejam.* *De parricid.* cum aliis, quæ congerunt Antonius Gomez, Lib. 3. *Var. Cap. 3. Num. 32. Plaza.* *De delict.* Lib. 1. Cap. 9. Nume- ro 10. Tiber. Decian. Lib. 9. *Tractat. crimin.* Cap. 8. Num. 13. P. Herodius, Lib. 8. *Pandæc.* Tit. 5. Cap. 12. Salmutius ad *Memorabilia Pancir.* Lib. 1. Titulo 46. Frider. Lindembr. verbo, *Aborsus.* Hispanie nostræ decus perpetuum D. D. Joannes Solor- zanus, *De parricid.* Lib. 2. Cap. 12. Jure etiam Pontificio, & secundum Ecclæsiæ Sanctiones, cum foetus pro homine habetur, eti in uteris maternis sit, Cap. *Si ad matris,* 114. *De consecr.* Dist. 4. Cap. *In quadam,* vers. *Nor adesse.* *De celebr.* *Misericordia* foeti animati, ut verum homicidium vindicatur, Cap. *Si aliquis,* 5. Cap. *Si aer,* 20. *De homicidio,* Cap. *Quod vero,* 8. Cap. *Moses,* 32. Quæst. 2. Cap. *Nasci,* 56. Dist. *Concil.* Ilerdenfe sub Joanne II. Canone 11. *Concil. Constantinopolitanum VI.* Canone xi. *Trullana Synodus,* Can. xcii. *Eas, quæ dant abortum facientia medicamenta, & quæ fetus necantia venena excipiunt, homicidæ pœnis subjicimus.* Consentunt Ecclæsiæ Patres, D. Augustinus Quæst. So. super Exod. & in Lib. *Quæst. Vet. Testam.* & in *Enchir.* ad Laurent. & Contra Julian. Lib. 6. C. 5. D. Hieronymus in *Epitola ad Pammach.* Di- vus Gregorius Nyfenus, *De homine,* Cap. 29. & 30. D. Joann. Chrysostom. Homil. 12. & 13. in Gen. D. Joann. Damasc. Lib. 2. *De Fide orthod.* Cap. 12. D. Thom. Lib. 2. *Contra gent.* Cap. 89. Lactant. *De opific. Dei;* Cap. 7. Xystus V. *Constit.* 87. Gregor. xiv. *Constitut.* 8. Plura congerunt Decretista. Ivo Gar- not. Part. 10. *Decret.* Cap. 181. Burchardus Part. 12. *Decreti,* Cap. 54. Ant. Augustinus Lib. 25. *Epit. juris Pontif.* Tit. 1. Crespecius in *Summa verb.* *Aborsus.* Illustrant Barbo- sa Lib. 1. Vot. 12. P. Gregor. Lib. 4. *Partit.* Tit. 13. Cap. 2. *Scertia in Selectis.* Epit. 146. Thes. 376. Paul. Zachias Tit. 2. Quæst. 9. & 10. Anton. Matthæus *De crimin.* Tit. *De parti abatto,* Guibertus Costanus Quæst. 16. Georg. Ambian. ad Tertull. in *Apolog.* Cap. 9. Unde cum par de- dictum sit hominem jam natum occidere, ac foetum necare, in quo verum homicidium da- tur, juxta Plautum in *Trutulento,* Act. 1. Scena 2.

Metuebatque illa, ne sibi persuaderes,
Ut abortioni operam daret, puerumque ut necaret.

Juvenal. Satyr. 6.

Tantum artes hujus, tantum medicamina possunt,
Quæsteriles facit, atque homines in ventre necandos Conducit.

Ovidium Lib. 2. Amor. Eleg. iv.

Quæ prima instituit teneros avellere fetus,
Militia fuerat digna perire sua.
Vestra quid effoditis subiectis viscera telis,
Et nondum natæ dira venena dati?

Merito in præsenti a Patribus mulier, quæ post adulterium perpetratum, geminavit fe- cilius, foetus abigendo, nec in fine communio conceditur. Consentit in simili fere casu Ur- banus II. in Concilio Glaromont. Cap. 22. ibi: *Si quis perpetrato homicidio manferit in adulterio, ad perfestam pœnitentiam minime recipi debere, decretum est.* GONZALEZ.

C A N O N L X I V.

De feminis, quæ usque ad mortem cum alienis viris adulterant.

Si qua mulier usque in finem mortis suæ cum alieno fuerit viro mœchata; placuit, nec in fine dandam ei esse communionem. Si vero eum reliquerit; post decem annos accipiat communionem, acta legitima pœnitentia.

CAPUT QUINQUAGESIMUM QUARTUM.

De pena ejus mulieris, quæ vel semel in vita, vel ad mortem usque cum alieno viro mœchatur.

Si qua mulier, sive matrimonii vinculis adstricta, sive soluta, in perpetuo cum marito alieno vixerit adulterio; placuit Patribus, ut etiam in extremo vita spiritu communio illi denegaretur; quod si ante a turpi ejus confortio discessisset, decem annorum illi injungi pœnitentiam: quibus elapsis, illi praestari posse communionem. Notandum hic, quam acris, & severa Lege earum feminarum libidinem, quæ viro alieno turpiter adhærerent, Episcopi nostri coercuerint. Si adulterii enim crimen morte vindicandum committunt uxores, cum ad solitos accedunt; cum ad uxoratos, duplicitate fane adulterii rea censeri debent, ut censebantur & puniebantur olim, Beda^a teste; quod violata duplice Sacramenti religione, duplitem facient injuriam; suo marito, & alieno: & hanc tanto graviorem, quanto altera illius uxor gravius ferat sua dignitate, & honore pudicitia privari: quod illis esse molestissimum, & plenam iurgiorum, dissidiique occasionem, prudenter monuit Aristoteles^b. Id diligentius ab his, qui Confessionibus præsunt, animadvertis vellem, & acriori pœnitentia ab his reos castigari, abjecta prorsus a Sacerdotali vigore communi illa patientia, quæ sibimet, peccatis aliorum parcendo, non parcit.

^a De remed. peccator. C. 24.

^b Lib. 2. Oeconomicorum. Concil. Parisense Lib. 1. C. 32.

COMMENTARII NOVI.

In priori parte hujus Canonis agitur de illis peccatoribus, qui in fine vita, periculo mortis urgente, pœnitentiam petunt; quibus eam esse denegandam, Patres statuant: quibus consentit Concil. Arelat. Can. xxii. *De his, qui apostatarunt, & nunquam se ad Ecclesiam representant, nec quidem pœnitentiam agere querunt, & postea infirmitate correpti petunt communionem;* placuit, eis non dandam communionem, nisi revulnerint, & egerint dignos fructus pœnitentia. Et D. Cyprianus Epist. l. ad Antonianum: *Frater charissime, pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum suorum toto corde, & manifesta lamentationis sua professione testantes;* prohibendos omnino censimus a spe communicationis, & pacis, si in infirmitate, atque periculo cœperint deprecari: quia rogare illos non delicti pœnitentia, sed mortis urgeantur admonitus compellit: nec dignus est accipere solatum, qui se non cogitavit esse moriturum. Quæ Ecclesiæ severitas displicuit Innocentio I. Epist. 111. ad Exuperium, Cap. 2. ubi facit mentionem hujus rigoris, & ait: *Et hoc quæstum est, quid de his observari debeat, qui post Baptismum omni tempore incontinentiae, & voluptatibus dediti in extremo fine vite sue pœnitentiam simul & reconciliationem communionis exponunt. De his observatio prima durior; posterior, interveniente misericordia, inclinatior est. Nam consuetudo prior tenuit, ut concederetur eis pœnitentia, sed communioni negaretur. Nam cum illis temporibus crebra persecutio esfert, ne communionis concessu facultas, homines de reconciliacione securos non revocaret a lapsu, negata merito communioni est, concessa*

Præbet, præterita plangamus criminis vita.

In secunda parte hujus Canonis agitur de muliere lapsa in moechiam, pœnitentiam petente in vita, cui per decennium pœnitentia injungitur, & ea legitime peracta, communio indulgetur, id est, abolitione. Olim enim pœnitenti non statim absolutio concedebatur, sed juxta delicti gravitatem legitimè tempore peracto; immo & aliquando usque in diem mortis absolutio protrahebatur; ut patet ex Divo Basilio in Epistola ad Amphibolum, Capite 37. atque ex Synodo Ancyranæ, Canone xxi. ubi agitur de homicidis voluntariis, qui toto vita sua curriculo pœnitentiam agebant, nec nisi in vita exitu communicabant; & aperte liquet ex Burchardo Lib. 19. *Decreti.* sape pœnitentiam fuisse datam in Confessione sine absolutionis communicacione: ubi tradit ordinem pœnitentia dandæ, & ostendit, quomodo in Confessione daretur pœnitentia, non statim absolutione, ut patet ex GONZALEZ.

C A N O N L X V.

De adulteris uxoribus Clericorum.

Si cuius Clerici uxor fuerit mœchata, & * sciat eam maritus suus mœchari, * Faciat & eam non statim projecterit, nec in fine accipiat communionem; ne ab his, qui exempli bonæ conversationis esse debent, videantur magisteria scelerum procedere.

CAPUT QUINQUAGESIMUM QUINTUM.

Cur vir uxorem adulteram retinens puniatur.

Lemitatem mariti uxorem ad ulteram retinentis, ut nimiam reprobarunt olim Viri prudentes; censueruntque, eam non esse forendam, sed tanquam veri lœiocinii crimine damnandam. Paulus, *Eum*, iuquit, *qui deprehensam in adulterio uxorem, non statim dimisit, reum lenocinii postulari placuit.* Id caput inter reliqua Lege Juliane comprehensum scribit Marcellus^a. Claudium Gorgum Virum clarissimum, lœiocinio fine accusatore damnatum tradit Ulpianus^b, quod uxorem in adulterio deprehensam retinerit. Hoc ipsum antiquus Ecclesiæ Patribus non displacevit, vel ex hoc Canone, & LXX. inferius apparet sed multo clarior ex Concilio Nanneten^c, a quo pœna septem annorum retinenti a tulteram constituitur: *Si enjus (inquit), uxor adulterium perpetravit, & hoc a viro deprehensum fuerit & publicatum, dimittat uxorem, si voluerit, propriæ fornicationem;* illa vero septem annis publice pœnitentiat: vir vero ejus, illa vivente, nullatenus aliam accipiat. *Quod si voluerit adulteram reconciliari, licentiam habeat;* ita tamen, ut pariter cum illa pœnitentiam agat; & exacta pœnitentia, post septem annos ad communionem uterque accedat. *Similis forma & in muliere servabitur,* si eam virus adulterabit. Concilium Aurelianense, live Arelatense, sive Hermes Doctor in Pastoris Libro (omnibus his tribuitur Canon ille) apud Gregorium IX. *d Si vir, ait, scriverit uxorem deliquisse, & non egerit pœnitentiam mulier, sed permaneat in fornicatione sua, & vivit cum illa;* vir reus erit, & ejus peccati particeps: *quod si mulier dimissa egerit pœnitentiam, & voluerit ad virum reverti;* debet recipere pœnitentiam, que pœnitentiam egit; sed non sepe. Dius Hieronymus^e: *Sola fornicatio, inquit, est, que uxoris vincit affectum, immo cum illa uxam carnem in alia divisit, & se fornicatione a mariti separaverit, non debet teneri, ne virum quoque sub maledicto faciat, dicens Scriptura: Qui tenet adulteram, statuisti est, impius est.* Idem Hieronymus candens ad Corinthi. sententiam iterato defendit^f: *In conjugi, inquit, quis positus, quemcumque peccata fecerit, non propriam infuscant conjugem,* sed fornicatio uxorem coinquiat; ut jam non sit virus & Ca. In suo licita, sed adultera. Eadem confirmat Divus Isidorus; postquam enim pœnitentem Hieronymi sententiam retulit, addidit ipse: *Ubi cumque est igitur fornicatio, & fornicatio is suspicio, liberu uxor dimittitur.* Theodosius^g: *Si quis uxorem suam seit adulteram, & non vult dimittere eam, sed in matrimonio habere, tribus annis pœnitentia, & quādū pœnitentia ab illa.* Cuius ea ratio fuit, ne videlicet mariti uxorum turpitudinem mutua cohabitatione, vel expellere, vel tacite approbantes, crudele nimis, & injustum lenonum officium exercuisse videbatur. Lenonem enim esse plane ferreum, necesse est, cui scienti prudentique sine dolore tanta inferatur injuria. Quod a Divo Chrysostomo didicimus^h: *Sicut crudelis, & iniquus est,*

^a L. 29. De adulter.

^b L. 2. §. Un-

^c Can. 12.

^d C. 3. De ad-

^e Epist. Paulli ad Corinthis.

^f Gra. in Can-

^g Dixit. D. vi-

^h & Ca. In

ⁱ Epist. 1.

^j Lib. 2. De

^k Ecclesi.

^l C. 19.

^m In suo Pan-

ⁿ tentiali.

^o Hom. 26. Ju-

^p per Matth. C.

^q 9.

a C. Quemadmodum. illud, veris. Quod si expesse, De in rejur. b L. 2. Tit. 9. Part. 4.

c Can. 9.

d L. 2. Cod. De adulter.

e Ep. 1. C. 34.

f C. 24.

est, inquit, qui castam dimittit uxorem; sic fatus est, & injustus, qui retinet meretrices; patronus enim turpitudinis est, qui celat crimen uxoris. Quod Innocentius III. a in Rescripto ad Genuensem Archiepiscopum approbat legimus. Idque adeo placuit Alphonso X. Hispaniae Regi sapientissimo, ut dixerit sub poena capitalis culpar quemquam teneri eam uxorem dimittere, quam certo scit adulterari; & in adulterio absque emendationis spe eam fore pertinacem. E todo home, ait, que sibi mager le faze adulterio, tenudo es de la acusar, si intendiere que se no quiere partir del pecado, que quiere usal del, & si non lo faze, peca mortalmente. Quare Lectores, & Obitarios, qui uxoribus adulteris adhucerebant, removendos a Clero decrevit Concilium Tarracense c. Uxor autem adultera illa dicebatur, ad hoc ut retineri non posset, non qualibet suspicione notata, sed adulterii turpitudine reprehensa, vel convicta; ut ab Imperatoribus Severo & Antonio rescriptum est d: Crimen, ajunt, lenocinii contrahunt, qui deprehensam in adulterio uxorem in matrimonio retinuerunt; non qui suspectam adulteram habuerint. Sicque intellexisse antiquos Ecclesiae Patres, constat ex D. Balilio ad Amphiliocium Iconii Episcopum e: Adulteratas mulieres, inquit, & confitentes, vel quomodocumque convictas, publicare quidem Patres nostri prohibuerunt, ne convictis mortis causam praebeamus; eas autem stare sine communione jusserunt, donec impleretur tempus penitentia. Quam acri enim, & sagaci cura feminarum adulteria olim Patres non publicanda, sed secreto castiganda censuerint, quae ad Basilium adiicit Theodorus Balsamon, perspicue probant f: Adulteri, secundum LVIII. Canonem, sunt quatuor annis cum supplicibus; & duobus cum iis, qui confitunt absque communione. Dicit ergo Sanctus: Si qua adulterata mulier peccatum confessa fuerit, vel quomodocumque convicta sit, non oportet eam publicare, id est, eam in dictarum paenarum locis statuere. Qui enim eam viderit extra divinos Ecclesiae ambitus stantem, vel etiam cum Catechumenis exequuntur, primo aspectu omnino intelliget, propter adulterii crimen, eam illi esse paenam injunctam, & fiet punio causa mortis post futurum forte vivi redditum, qui id animadvertis. Permittitur ergo confitente, & cum Fidelibus comprecari, a Sacramentorum autem Communione abstine, donec paenitentia tempus completum fuerit. Hac autem humanitate in mulieres nisi oportere, Sanctus diffivit, propter eam, quam diximus rationem. Viri enim adulterium confitentes immisericorditer dictis paenitentiis subiecti, & publicatis per paenas: ne disseris, concedi maritis adulteras suas mulieres interficere; in sola enim propria domo in fatto ipso deprehensam potest maritus adulteram occidere. & eum scicium, vel alium, qui sit infamis. Et lege XXV. Cap. XXXVII. Tit. LX. Lib. XXXVII. XXIX., & alia Capita. Sed accipe etiam verbum Sancti: Ne fiant paenae caustae magni scandali inter maritum, & uxorem, & forte etiam, ut procedat ad iniuriam illius cædem.

COMENTARII NOVI.

Clerici] Lectores scilicet Ecclesiae, & eiusmodi Minorum Ordinum Ecclesiastici, qui cum uxoribus una manere poterant. ALBASPINÆUS.

Antequam hujus Canonis expositionem aggrediar, illud explicandum duxi; de quibus videlicet Clericis in praesenti agatur. Et quidem jam probavi in Canone tricelimo tertio hujus Concilii, votum castitatis annexum sacris Ordinibus esse; siquidem in eo Canone prohibetur Episcopis, Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis matrimonio uti, & generare filios. Quomo lo enim in praesenti permittitur Clericis uxores retinere, & tantum praetextu adulterii eas projicere coguntur? Albaspinæus accepit hunc Canonem de Clericis in Minoribus Ordinibus constitutis, quibus omni tempore usus conjugii permittitus fuit, & etiam post suscepit Lectoratus gradum inire conjugium, ut latius diximus in Capite primo, De Cleric. conjug. Georg. Ambian. ad Tertull. De monogam. Capite octavo, Observat. secunda existimavit, Clericis in Majoribus Ordinibus constitutis prohibitum esse,

uxores accipere, & connubium contrahere, non tamen jam contracto uti, & sic possit uxores jam ductas retinere. Sed, ni fallor, hunc matrimonii jam contracti usum veterunt PP. in dicto Canone tricelimo tertio, illis verbis: Abstinere se a conjugibus suis, & non generare filios. His ergo omisitis interpretationibus, credo, in praese nti Canone agi de Clericis Majoribus gradibus initiatis retinentibus uxores suas, non quoad u sum conjugii, sed quoad obsequium, & domestica ministeria; nec necessaria est restrictio hujus Canonis ad uxores Clericorum Minorum Ordinum, ut vult Albaspinæus, cum non solum ipsi ex conjugali statu in Clerum cooptati uxores retinerent, verum & in majoribus gradibus constituti, licet non tanquam uxores, ut primi, tamen ut forores, quo ad obsequium, & domestica officia retinebant.

De uxoribus ergo Ministrorum Ecclesiae in adulterium lapsis agitur in praesenti Canone, & latuitur, ut earnm mariti moechie consci, ipsas statim dimittant; alias nec in fine accipiunt communionem. Pro cuius Canonis senten-

tentia capessenda observo, quod licet diversam ob causam, & rationem, tamen aequaliter Leges secularis, & Ecclesiasticae injunxerunt necessitatem maritis dimittendi uxores adulteras, adeo ut Lex Julia graviter coercetatem qui deprehensam uxorem in adulterio retinuit, adulterumque dimisit, quia lenonis loco eum habet. Leg. Mariti, vicecima nona, ff. Ad Legem Jul. de adulter. Lib. 2. Codice codem Titul. Leg. Auxilium. tricelimo septimo, in fin. Digest. De minor. Libro tertio §. Sed & ff. ff. De accusat. Paulinus, Libro 2. Sentent. Titulo vicecimo septimo, ibi: Eum, qui deprehensam in adulterio uxorem non statim dimisit, reum lenocinii postulari placuit. Tantam maritilenitatem, qui uxori matrimonium violanti non irascitur, adulterumque in ipsa turpitudine deprehensum non coerct, non eile ferendam, Lex existimat, & jure opimo; quandoquidem aut lenonem esse, aut plane ferreum illum necesse est, cui scienti prudentique sine dolore tanta injurya infertur; atque ita Claudium Gorgum clarissimum virum, cum deprehensam in adulterio uxorem retinuisse detectus elet, sine accusatore lenocinii damnatum, Ulpianus refert in Libro secundo §. Unde, ff. Ad Leg. Jul. de adulteriis, nec reprehensione caruit illam Tribuni militum patientiam, Plinius Libro sexto Epistol. ad Cornel. ait, qui polt delatum adulterum, uxorem retinuerat, quasi contentus æmulum removit. Prosequuntur alia de ipsius Legis Julie dispositione Brisonius ad Leg. Jul. De adult. A. Matthæus De crimin. eod. Tit. Rebard. Lib. 4. Var. Cap. 6. GONZALEZ.

Et eam statim non projecterit, nec in fine accipiatur communionem.

CAPUT QUINQUAGESIMUM SEXTUM.

Nulli licere sine iudicio Ecclesiae uxorem repudiare.

NON debet quis secularis, ne dum Clericus, adulteram privato suo consilio dimittere, sed publica Judicis Ecclesiastici auctoritate, & iudicio. Olim enim in primitiva Ecclesia omnia delicta ad Sacerdotes deferebantur, ut eorum auctores Ecclesiastica disciplina coercerent, solennesque, & statu censura erant, ac paenam Libris paenitentialibus inscripta, quibus illi affici deberent. De a iudicio habetur mentio ab Innocentio PP. I. a ad Exuperium Episcopum rescripte: Christiana Religio adulterium in utroque sexi pari ratione condemnat. Sed viros suos mulieres non facile de adulterio accusant, & non habent latencia peccata vindicat. Viri autem liberius adulteras apud Sacerdices defere confuerunt; & ideo mulieribus, prædicto crimen earum, communio denegatur. Virorum autem, latente commisso, non facile quisquam ex suspicionibus abstinetur. Qui utique submovebitur, si ejus flagitium detegatur. Cum ergo per causam sit, interdum probatio ne cefante, vindictæ ratio conquiscit. Quod si vir non pernitentiæ uxoris solum, sed divorcium desideraret, ad eosdem Ecclesias Judices configuebant. Concilium Agathense b: Si vero secularis, ait, qui conjugale consortium nulla culpa graviori dimittant, vel etiam dimiserunt, & nullas causas diffidit probabiliter proponentes, propterea matrimonia sua dimittunt, ut aut illicita, aut aliena præsumant; si antequam ad Episcopos cum provincialibus dissolvi causas dixerint, & priusquam iudicio damnentur, uxores suas abjecerint; a communione sanctæ Ecclesiae, & sancte populi cœtu, pro eo quod fidem, & conjugia maculant, excludantur. Ad Episcopos ergo causas matrimonii, non ad Judices secularis spectant; ut hodie recenti Concilii Tridentini a Decreto confirmatum est; quicquid Marloratus Galvinianus antiqui juris Ecclesiae ignarus repugnet. Quod si causam Ecclesiae Imperator ethnicus Aurelian, & Christianæ fiduci acerrimus, ad Episcopos detulit, causam non Ecclesiastical modo, sed spirituali, & ad unum, & magnum Ecclesiae Sacramentum spectantem, quid causam est, quare Marloratus ad Judices seculari deferri velit? cum non apud Christianos modo, sed & apud Gentes causas matrimonii Pontificibus delatas olim, ex his Taciti verbis intelligamus? Nec domesticis abstinebatur, abducta Neroni uxori, & consulti per ludibrium Pontifices, an concepto, sedum edito partu, rite nuberet. Quæ

a Epist. 3.

b Can. 17.

c Grat. in C. Seculares, 33.

d Epist. 24. Can.

e L. 7. C. 26.

f L. 6. C. 29.

g L. 10. Histo

rie August.

a Can. 7.

b Can. 8.

Quæ in hoc Canone decreverunt Patres, et si de uxoribus Clericorum expressa sint, in vi-
ris secularibus etiam locum habere posse, Religione sacramenti, & rationis similitudine, colligitur ex Canone LXX. inferiori, & his, quæ nuper dixi, quæ ad secularia etiam spectant; ad nobiles presertim, quorum exemplum, & mores reliqua populi pars solet imitari. Quod si Clericus uxorem a se rejicere noluisset, quid facere posset, consulamus Concilii Toletani I.^a Patres: *Placuit, ajunt, ut si quorumcumque Clericorum uxores peccaverint, ne forte licentiam peccandi plus habeant, accipiant mariti earum banc potestatem, præter necem, custodiendi, ac ligandi in domo sua, ad jejuniaria salutaria, non mortifera, eas cogentes; ita ut invicem sibi Clerici pauperes auxilium ferant; si seruosa forte non habeant. Cum uxoribus autem ipsis, quæ peccaverint, nec cibos sumat; nisi forte ad timorem Dei, alla penitentiam, revertantur.* Hoc autem in uxore adultera Clerici observandum est. Si autem illa adulterium commiserit antequam maritus Ecclesiæ Ordinibus initietur, ad eam accedens ordinari postea non posse, Concilio Neo-caesarensi edocemur: *Si cuius uxorem, ait, adulterium commisit, cum effet laicus, fuerit comprobatum; sic administrator Ecclesiæ sumum admitti non potest, quod si in Clericatu jam constituto eo, adulteraverit; dato repudio, dimittere eam debet; si vero retinere ejus consortium velit, non potest suscepio ministerio perfici.*

COMMENTARII NOVI.

Ursum innocens possit propria auctoritate divertere ab adultero in utroque Foro, ita resolvit Divus Thomas in 4. Dicit. 35. Quæst. unic. Artic. 3. his verbis: *Vir potest uxorem dimittere duplicitate, vel quantum ad torum tantum, & sic potest eam dimittere, quam cito sibi constat de fornicatione uxoris proprio arbitrio, nec tenetur debita reddere exigenti, nisi per Ecclesiam compellatur; & taliter reddens, nullum sibi praæjudicium facit. Alto modo quantum ab torum, & cohabitationem, & hoc modo non*

Ne ab his, qui exemplum bona conversationis esse debent, videantur magisteria scelerum procedere.

CAPUT QUINQUAGESIMUM SEPTIMUM.

Quod innocentia, & integratatis specimen Clerici præbere debeant.

c Lib. 3. apud Alfonso, *Priuaria Quod defamatio viri curia d. B. Dionygio Areopagita, in principio Lib. De Ecclesiæ hie rar.*
Proper L. 1. de vita contemplati. Cap. 20. Concil. Aqui- sgran. cap. 26.

Quanto homines officio, & dignitate Deo propinquiores, tanto magis Divina bonitatis imitatores esse debent; ut sapienter Nicæni Concilii Patres considerarunt: *Clerici, ajunt, sacri Ordinis esse debent typus, & imago cælestium. Episcopus debet esse typus Dei, tanquam caput postillum Ecclesiæ, quam recipit. Presbyter tenere debet sedam, & locum Seraphicum. Diaconus vero Cherubicum.* Quanto ergo Episcopi a Dei bonitate, Presbyteri a Seraphinorum charitate, Diaconi a Cherubinorum sanctiori Divina natura contemplatione, imitationeque deflexerint; tanto a recta, & debita sui ministeris functione discrepabunt. Videant ergo omnes Sacris Ordinibus initiati, quam insigne, & illustre integratatis, & omnium virtutum specimen, non Christo solum, non Clero, non Ecclesiæ fidei commissis, sed populo, & plebi intenta, & religiosa animi solicitudine præbere debeant; ne quod præceptis ipsi, & hortatu ædificant, vita, moribus, & exemplo destruant: sibi enim habere debent persuasum, culpa carere non posse, si aliqua virtute careant.

COMMENTARII NOVI.

Consonant Textus in Cap. *Quum quidam, ibi: Et eorum exemplo facilius alii poterunt ad similia provocari,* Cap. *Præcipue, 3. 11. Quæst. 3.* Unde dignitas delinquentis auget peccatum, Capite, *Homo, 4. Dilect. Cap. Quia sanctitas, go. Dicit. Cap. Ut Clericorum, De vita, & honestate. Cleric. & ut ait Juvenalis Satyra VIII. Omne animi vitium tanto conspectius in se Crimen habet, quanto major qui peccat habetur.* Ovidius Lib. 6. *Fasor.*
Sic agitur censura, & sic exempla paratur,

Quum iudex alios quod mones ipso faciat. Hæc enim conditio Superiorum est, ut quicquid faciunt, præcipere videantur, & perniciössimus est male rei maximus quisque auctor. Cassiodorus Lib. 6. *Var. Epist. xxii. Esto vita continens, ut possis in aliis esse iudex; prima aquitas est a se Prælatus inchoare, ut debeant criminis metuere, que nequeunt simile reperiare.* Et Lib. 10. Epist. v. Salvianus Lib. 4. De providentia: *Criminosior culpa est, ubi honestior status, sive honorerior est persona peccantis, peccati quoque major inuidia; furtum quidem est in omni*

in homine malum facinus, sed damnabilis, si Senator probetur. Unde in pœnis Ecclesiasticis cautum sapissime est, ut durius agatur cum his, qui in dignitate positi, nam plus exemplo (ut de Principibus aebat Cicero Libro tertio, *De Legibus*) quam peccato nocere, Cap. *Nullitas, 19. Distinctio, Cap. Qui videris, 32. Quæstio quinta.* Idemque jure Romanorum in puniendis militibus admisum legimus. Placuit enim, in plerisque criminibus graviore pœnam militibus, quam Paganis imponi, L. *Quædam, 14. ff. De paenitentia;* junctis quæ notavit Stephanus Natem. in *Justit. vulner. Tit. 3. Cap. 5. Numero 7.* Immo inter ipsos milites severius eos puniri, qui dignitate, gradu, vel specie militia castoris antilarent, Lib. 2. §. 1. Leg. *Qui committat, 14. in fine, De re militari.* Nec dissimili ratione nititur Jus nostrum Regium in Libro primo, Tit. 17. Partit. 2. ubi in criminis furti, vel rapina, durius puniendos nobiles, vel in dignitate positos Libro tertio in fine, Tit. 16. Parte 2. notavit doctissimus Scholastes G. Lopez. Plura congeserunt J. Britannus in Notis ad Suetonium in *Nero*, Capite decimo nono, pagina 223. Tiraquellus, *De paenit. temper. Causa 31. P. Cresolius in Mytag. Libro tertio, Parte tertia, Cap. 43. Justus Lipsius Libro 2. Polit. Capite 9. & in Monit. Lib. 2. Cap. 8. P. Gregorius, *De Republica, Lib. secundo, Cap. 4. D. Joannes de Solorzano, De jure Indiar. Tomo 2. Libro 1. Capite 2. Numero 11. & Capite 36. Num. 39. nosque plura dabimus in dicto Capite, Cum quidam, De jurejando.* GONZALEZ.*

Plenis manibus allegari possent Patres Ecclesiæ in eundem scopum; nemo autem opportunitus, fortasse nec fructuosus, quam Gregorius Magnus in trito illo testimonio, lectu, ac relectu dignissimo, Homilia 17. in caput Luca decimum, dicens: *Nullum, puto, Fratres charissimi, ab aliis majus praæjudicium, quam a Sacerdotibus, tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correctionem p. suis, dare de se exempla prævitatis cernit, quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debuimus; nulla animarum la-*

pla que sit, Modestinus explicat: Uxor, inquit, liberis ex alio uxore natus, a L. 4. §. 4. De gradib. ali-

natos aliunde, privignos, privignasque vocant. Et mox: Privignus est uxoris meæ finit.

CAPUT QUADRAGESIMUM OCTAVUM.

De matrimonio interdictio cum privigna.

Privigna, quæ sit, Modestinus explicat: *Uxor, inquit, liberis ex alio uxore natus, a L. 4. §. 4. De gradib. ali-*

nos aliunde,

privignos,

privignasque vocant.

Et mox: Privignus est uxoris meæ finit.

filius ex alio viro natus, ego illi vitricus. Dictus autem *privignus*, quod antequam mater secundo nuberet, est progenitus; pri enim antiquos dixisse pro p. Festus est auctor. *Privigna quoque non solum ea mibi intelligitur, quæ uxoris meæ filia est, sed & neptis, & pronepcis.* Matrimonium ergo contrahere prohibent hic Patres cum filia, vel nepte prima uxoris, quod ad affinitatem pertinet, & hoc secundum affinitatis impedimentum, ab Epi-

Tom. II.

b L. Adopti-

vus. 14. §. ult.

De ritu nupt.

Iii scopis

scopis Hispanis in hoc Concilio præscriptum. Quod renovarunt primi Concilii Moguntini Patres^a, irritum, si contrahatur, matrimonium declarantes; *Si quis uxorem, ait, viduam duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu duabus sororibus nupserit; aut si qua duobus fratribus nupserit, seu cum patre, & filio, tales copulationes anathematizari, & disjungi præcipimus, nec unquam amplius conjungio copulari, sed magna distinctione feriri &c.* Quod affinitatis impedimentum ad contrahendum matrimonium moribus etiam Romanis receptum fuisse, Auctor est Pomponius^b.

^a I. Can. 56.
^b Lib. 3. ex Plautio in L. Arist. 40. De rit. nupt.

COMMENTARII NOVI.

Propter affinitatis reverentiam nuptias prohibita sunt sub incesti poena inter aliquas personas utriusque linæ, rectæ & transversalis; veluti conjugium privigni cum noverca, vitri ci cum privigna; quod Divus Paulus severè detestatur prima ad Corinthi. Capite quinto. Et cum nullum de ea res extet Christi præceptum, non alio argumen-to Apostolus utitur, quam quod talis commissio a profanis etiam Gentibus impura habetur: quod præter alia ostendunt Charon-dæ Leges, quæ tale connubium infamia notant, juxta illud in Oratione Lysiae: *Mari-tus erat ille impurissimus hominum, matris, ac filia. Et Romanorum, aliorumque suadet disciplina, apud quos tales nuptias damnantur. Leg. Uxorem, 15. Lege Aristo, 40. ff. De ritu nuptiarum. Leg. Cum tabulis, 16. §. 1. ff. De his quæ ut indign. Leg. fin. ff. De condit. caus. dat. Leg. Si adulterium, 38. ff. ad Leg. Jul. de adulter. Caius Lib. 1. Institut. Tit. 6. Cicero, Pro Cœlentio; ubi cum caussam non dissimilem, videlicet socrum genero nupsisse narrasset, subdit: *O mulieris scelus incre-dibile, & præter hanc unam, in omni vita inauditum.* Seleucus Rex cum uxorem suam Stratonicam Antiocho filio suo nuptiū dare, verebatur, narrante Plutarcho in Vita Demetrii, ne ipsa offendetur, ut re illicita, Apud Virgilium legitur:*

Tbalamos ausum infestare noverca. Constat ergo, vitri ci cum privigna con-nubium a Romanis sub incesti poena inhibi-tum esse: Non tamen exilis hæstitationis est, an Juri Gentium, dictaminique naturali talis commissio exosa sit, vel non? Primum Papiani-nus insinuavit in Lege penult. *De condit. caus. dat. dicta Leg. Si adulterium, 38.* Sed contrarium defendunt Cujacius ad Titulum

Cod. *De incest. nupt.* Grotius, *De jure belli*, Lib. 2. Cap. 5. Num. 13.

Jure etiam sacrorum Canonum talis con-junctione ut incestuosa detestatur, & punitur a Gregorio II. in Synod. Romana, Can. v. *Si quis fratris uxorem, aut neptem, aut novercam, aut nurum, aut consobrinam, aut aliam de propria cognatione, vel quam cognatus habuit, duxerit uxorem, anathema sit.* Et sub Zacharia, Can. vi. *Ut consobrinam, neptem, novercam, fratris uxorem, vel etiam de propria cognatione, nullus presumat in conjugio copulare; quia scriptum est in Lege Domini: Turpitudinem uxoris patris, uxoris fratris, atque sororis tuæ non revelabis.* Et sub Eugenio II. & Leone IV. Can. xxxiii. *Consobrinam, neptem, novercam, fratris uxorem, vel etiam de propria cognatione, aut quam cognatus habuit, nullus audeat in conjugio copulare. Si quis vero hinc calunefario conjugio convenerit, & in eo per-manserit, sciat, se Apostolica auctoritate anathematis vinculo esse innodatum.* Parisiense, Can. i. v. *Nullus illicita conjugia contra præceptum Domini sortiri presumat, id est, fratris relictam novercam, relictam pa-trui, vel sororem uxoris sue sibi audeat so-ciare, neque avunculi quoque, quem relista est, nec nurus sue, vel materteræ conjugio potiatur.* Pari etiam conditione a conjugio amita, privigna, ac filia privignæ conjunc-tionibus præcipimus abstinere. Altisodoren-se, Can. xxvii. *Non licet alicui suam novercam accipere uxorem.* Basilius ad Amphilo-chium, Can. lxxxviii. *Ii, qui in suas novercas insinuant, sunt eidem Canoni obnoxii, cui & ii, qui in suas sorores insinuant. Plura dabimus in Cap. i. De eo, qui cognovit consanguineam.* GONZALEZ.

CANON LXVII.

De conjugio Catechumenæ femina.

Prohibendum, ne qua Fidelis, vel Catechumena, aut Comicos, aut viros Scenicos habeat: quæcumque hoc fecerit, a communione arceatur.

IN Codice Lucensi Regio legitur: *aut comatos, aut viros cinerarios.* Quam lectionem non probarim, quod cum vulgata congruant non solum reliqui Codices mss. sed & Decreti rationes, & Episcoporum consilium, ut mox ostendemus.

CAPUT QUINQUAGESIMUM NONUM.

Qui Comici, qui Scenici, & cur matrimonium cum his interdictum?

Comici, qui & Comœdi, a comœdia nuncupati. *Comœdia*, Auctore Cassiodoro c, a Pagis dicta est. *Comus* enim *Pagus* vocatur, ubi rustici gestientes humanos actus le-tissimis carminibus irridebant. Hac prima ejus origo; fed ut idem Cassiodorus ad-

^c L. 4. Varist. Epif. ult.

didit: *Etas subsequens miscens ludicra prisorum inventa, traxit ad vitia, & quod bona-sta causa delectationis repertum est, ad voluptates corporeas præcipitatis mentibus impule-runt.* Unde Comœdi, Ildoro a teles, sunt, qui privatorum nominum acta dictis, aut ge-stu canebant, atque stupra virginum, & amores meretricum in suis fabulis exprimebant. Pax ratio est de Scenici, qui a Scena nomen sunt mutuati: *Scena autem (codem Cassiodoro in-terprete) frons erat Theatri, ab umbra luci densissima, ubi a pastoriibus inchoante verno, diversis sonis carmina cantabantur, ibi actus musici, & prætentissimi faculi dicta floru-runt. Sed paullatim factum est, ut honestissima disciplina improborum consortia fugientes, verecunda se exinde consideratione subruberent.* Qui ergo artis ludicra, pronunciandive

^a L. 8. Ety-mologat. C. 31.

causa in Scenam prodiissent, Scenicos appellatos, Julianus b docet: *Scena autem. Ut ex Labene refert Ulpianus c est, qua ludorum faciendorum causa, quilibet loco, ubi quis consistat, moveaturque, spectaculum sui prabiturus, posita sit in publico, privatique, vel in vicino; quo tam loco passim homines spectaculi causa admittantur.* Solebat autem Scena, ut Ildorus d tradit, fieri in Theatro, in modum domus instructio, cum pulpito, qui pul-pitus orchestra vocabatur, ubi cantabant Comici, Tragici, atque saltabant Hiltronies, & Mimi. Dicta autem Scena Græca appellatione, eo quod in speciem domus erat instructa. Unde & apud Hebreos Tabernaculorum dedicatio, a similitudine domiciliorum, *σκηνοπερια* appellabatur, id est *Scenopegia*. Scenarum autem tria genera tradit Vitruvius, unum Tragi-cum, secundum Comicum, tertium Satyricum, quorum ornatus dissimili erant, disparique

^b L. 1. Ad edictum. in L.

^c L. 6. Ad cedictum, L. 2.

^d Ait prætor.

^e De his qui no-

runtur infam,

^f d. L. 18. Ety-moleg. C. 31.

ratione. Scena Tragica deformatæ columnis erant, & fastigis, & signis, reliquisque rega-libus rebus; Comica vero ædificiorum privatorum, & mæniorum habebant speciem, pro-spectusque fenestræ dispositos, imitatione, & communium ædificiorum ratione; Satyrica Scena ornabantur arboribus, speluncis, montibus, & reliquis agrestibus rebus, in topiarii specie deformatæ, ut Vitruvius ait. Omnes eos, qui in his Scenis spectaculorum sui factu-ri quæstus gratia prodibant, infames fuisse, ex Pegaso, & Nerva idem Ulpianus docet his veribus e: *Eos enim, qui in quaestus causa in certamina descendunt, & omnes ob præmium in Scenam prodeentes famosos esse, Pegasus, & Nerva filius responderunt. Tertullianus f: Etenim, ait, ipsi autores, & administratores spectaculorum, Quadrigarios, Scenicos, Xylistos, Harenarios, illos amantissimos, quibus viles animas feminæ, aut illi, etiam corpo-ra sua substernunt, propter quos in ea committunt quæ reprobentur, ex eadem parte, quam magni faciunt, deponunt, immo manifeste dannant ingnominia, & capitis minutiōne, arcentes Curia, Rostris, Senatu, Equite, ceterisque honoribus omnibus simul, ac ornamenti. Quæ vita turpitudo, & infamia adeo viles, & abjectas reddebat per-sonas ludicram hanc artem exercentes, ut Lege Julia lata, Senatores, & eorum filii, & ne-potes, a contrahendo matrimonio cum Scenicis mulieribus impiderentur, ut Paulus g refers;*

^g L. 1. ad Ju-liam & Pipi- in L. 44. De tit. nupt.

^h E. 7. C. De incest. nupt.

ⁱ L. Stigalasi De ritu nupt.

^j in L. 42. ejusdem Tit.

^k Supr. hoc L.

^l 3. C. 51.

*vel cum earum filiabus, juxta Constitutionem Valentis, & Marcianni h. Nec filii, & nepotes per virilem sexum descendentes, sed & filia, neptis, & proneptis, a matrimonio eorum hominum, qui in Scenam prodiissent, arcuntur, uti Modeltinus i scribit. Quod si ethnici hominibus eam artem professi tantopere displicerunt; mirandum non est quod sapientissimi Ecclesiæ Patres, ob eandem vitæ turpitudinem, & aliam longe deteriore, matrimonium Fidelibus feminis cum his Scenicis prohibuerint. Nam in Comœdiis, & Scenis gravissimo ido-lolatriæ criminis implicabantur, Diis falsis honorem, cultumque adhibentes, ut k supra di-ximus; a quorum consortio Christianas, & Catechumenas feminas voluerunt abstinere, ne ejusdem criminis foribus fcedarentur. Addebat huic criminis Scenici, & Comœdi aliud facilegii gravissimum; irridebat enim in Spectaculis Christianorum mores, & Catholica Religionis Mysteria. Quare cum Genesius Mimus in Theatro, Imperatore spectante, cau-sam Religionis nostra illuderet, repente Dei virtute, & spiritu afflatus, quod jocose antea jactabat, serio agere coepit, Christum invocans, & se Christianum aperta confessione pro-clamans; quod caussam dedit, ut fictum, simulatumque martyrium in verum converteretur. Quod etiam de Ardaleone Græcorum, & Latinorum tabula restantur, natalem ejus diem xviii. Kal. Maji celebrantes. Simile de Dioseco Architheatro ad Alypium retulit Augu-tinus¹, qui ini deridendi Christianorum rebus esse soleret effusus; effectus & ipse, licet sae-pe frustra retinens, Christianus; sicque plene accidit, quod scriptum est: *Dominus illasores de-luder.* Theodoretus m: *Audio ego, inquit, nonnullos scenico genere hominum repente im-mutatos, in atletarum uxoriorum ordinem transisse, factosque tormentorum victores, ac jam coronam martyrii consequentes, post celebratum victimam, magno eos dæmonas concusse-ferre, quibus subdit olim ipsi fuerant.* Idem Porphyrio Mimo coram Juliano Apollata ta evenit. Cum per jocum enim eorum Imperatore Juliano Baptismum suscepit, mutata Dei virtute repente voluntate, Christianum se esse profellus est; quem mox securi percuti idem Julianus præcepit, a quo martyrii corona Porphyrius ornatus est, & ab Ecclesia Roma-na in Martyrum numerum relatus. Ne ergo vel femina Fidelis recenter conversa, vel Cate-chumena, talium maritorum consortio a professione semel suscepta Fidei, vel suscipienda retraherentur, interdicta mœrito matrimonii societas est, ne aeternam pro temporali turpissime commutarent.*

¹ Epif. 57.

Nec a matrimonio contrahendo solum cum Scenicis, tanquam cum turpissimis personis idololatræ, abstinere voluerunt Christianas, & Catechumenas Hispani Episcopi, sed & jam contractum, & consummatum dissolvi, si non quadam vinculum, quod torum saltum, consti-tuerunt; hoc enim videntur sanxisse, cum eas viros Scenicos habere prohibuerunt. Quod non dissimili proposito explicavit, & docuit Tertullianus^o: *Igitur cum quedam, inquit, istis diebus nuptias suas de Ecclesia tolleret, ac Gentili conjungeretur, idque ab aliis retro Tom. II.*

ⁿ Martyrolog. Romana 15. Sept.

^o lib. 2. Ad uxorem C. 2.

factum

1. Cor. 7.

a. ibidem.

sacrum recordarer; miratus aut ipsarum petulantiam, aut consiliariorum prævaricationem, quod nulla Scriptura ejus facti licentiam proferret. Numquid, inquam, de illo capitulo sibi blandiuntur prima ad Corinthios, ubi scriptum est: Si quis frater infidelem habet uxorem, & illa matrimonio consensit, ne dimittat eam. Similiter mulier fidelis infideli nupta, si consentaneum maritum experitur, ne dimiserit eum. Sanctificatur enim infidelis vir a fidelis uxori, & infidelis uxor a fideli marito s ceterum immundi essent filii vestri. Hanc monitionem fors de Fidelibus juntis simpliciter intelligendo, putent, etiam infidelibus nubere licere. Quia ita interpretantur, abicit, ut sciens se circumscribat. Ceterum manifestum est, Scripturam istam eos Fideles designare, qui in matrimonio Gentili inventi la Dei gratia fuerunt, secundum verba ipsorum: Si quis, inquit, Fidelis uxorem habet infidelem. Non dicit, uxorem ducit infidelem: ostendit jam in matrimonio agentem mulieris infidelis, mox gratia Dei conversum perseverare cum uxore debere; scilicet propterea, ne qui Fidem consecutus, putaret, sibi divertendum esse ab alieno jam, & extranea quodammodo femina.

Olim autem non a Matrimonio solum, sed a Baptismo etiam repellebantur, ni prius hanc Lib. 8. C. 38. Apostolic. con accedat, inquit, sive mulier (ad Baptismum intelligit) *Auriga, Gladiator, Cursor statutus, dii, Ludius, Olympius, Choraulus, Cybarodus, Lyristes, Saltator, Capo, desistat, e Can. 6. hu jas Concili. vel rejiciatur. Id etiam constat ex Canone praecedenti. Sicque in Baptismo abjurabant, d Can. 11. non solum horum Spectaculorum editionem, celebrationem, sed & aspectum, ut testan- e Epist. 24. ad Pares in To- tur Tertullianus, Cyprianus, Minucius Felix in Octavio, & Concilium Carthaginensis ad. nos d. Quod si post Baptismum vinculis ejusdem criminis implicarentur, ab aliorum etiam Sa- co. ad. C. 2. cramentorum susceptione repellebantur. Ab Ordinibus repulso liquet ex Innocentio I. & Ab f. C. 35. Con- il. 7. Can. 2. lum indigos eos judicarunt olim Africani Episcopi, sed & testimonii ferendi fide, Concilii Carthaginensis auctoritate. Mulieres etiam Scenicas gemmis, vestibus sericis, & auratis interdixerunt Theodosius, Arcadius, & Honorius Impp. g. in Rescripto ad Ruffinum PP. a quo leve quoddam mendum tolli necesse est: Nulla (ajunt) Mima gemmis, nulla sigillatis, sericis, ant tentis utatau auratis. His quoque vestibus noverint alijtendum, quas Graco nomine a Latino crustas vocant; in quibus also admistus colori puri robur muricis inardescit. Ut sane iisdem scutulatis (pro quo reponendum, scutulatis) & variis coloribus sericis, auroque fine gemmis collo, brachiis, cingulo, non verqmus &c. Cum enim hac Constitutione, Mimarum in vestibus luxus coeretur, & in his praesertim eas, que purpura tingebantur; pro rubor, robur, vicaria o in a commutatione, perperam a libariis subtituitur.*

COMMENTARII NOVI.

A Cron Grammaticus exponens illud Horatii primo Serm. Satyr. 2.

Multa tibi sum officient res:

Custodes, lectica, civitones, parafisi. Civitones, inquit, & cinerarii eadem significatio apud veteres habebantur, ab officio calamistrorum, id est, vernum in cirene calefaciendorum, quibus effeminati viri capillos crispabant; cuius rei & Virgilius meminit: vibratos calido ferro. Ditti autem civitones ab eo quod in cirene flant, ad ferrum calefaciendum, quos cinerarios appellant. Tertull. Lib. 2. ad uxorem, cinerarios dicit peregrinae proceritatis, eo quod in his hominibus humana vanitas proceritatem immanem requirit. LOAISA.

Qui tituli hujuscem Canonis fidem, & auctoritatem sequeretur, de maritis Catechumenorum eum agere existimaret; multumque sollicitus esset, quamobrem vetare Catechumenas comatis, & cinerariis nubere. Puellis enim, quae essent in patria potestate, id vitio, aut fraudi verti non poterat. Præterea eti genus esset aliquod vitii, aut peccati, hisce rebus nimium studere; tam gravo ramen videri non potuit, ut ejusmodi hominum uxores alieni delicti penas darent. Ad haec cum Gentilibus non licet filias locare, in maritos potius quam in uxores erat animadvertisse; ex quibus perspicere licet, de maritis Catechumenarum mentionem hic non esse, sed de viris, quos nonnullæ mulieres in delictis haberent.

Comatos, aut viros cinerarios.] Non immutanda haec lectione. Mulieres enim initempe-

rant, & Paganae illarum maxime regionum, quæ solis astu, ardoreque torrentur, ut Hispania, Africa, Egypti, & aliorum locorum, euocare ad se solebant, aut inter servos habere externos, ut Germanos, & e Gallia petitos viros, quibus natura ipsa elegantiores formam, speciemque, cæli, & solis clementia induerat; quam illos, qui propius a vehementissimo calore abessent; atque ob eam causam maxime, ut ad libidines explendas, eorum opera abuterentur. Tertull. ad uxorem Lib. 2. exprobrit viduis, easque criminatur, quod Paganos opibus afflentes eligere malint, quam pauperes, & tenuis fortunæ Christianos, quo facilis sumptus faciendo sustineant: bonum exhibenda sella, & mulibus, & cinerariis peregrinae proceritatis. Clemens Alexandrinus Catechumenorum institutor, ac Doctor, eam confuctudinem vituperat. Canon igitur vetat, ne Chritianæ, aut Catechumenæ mulieres, ethnicon morem emularentur, servosq; comatos haberent, qui domino impudicitia exprobarent.

A communione arcebantur.] Catechumenæ a communione, & a societate Fidelium non poterat arceri, sed ab Ecclesia, & a Catechumenatu. ALBASPINÆUS.

Retineo lectionem Codicis Lucensis, quæ habet: comatos, & viros cinerarios, quam & retinet Loisa, Coriolanus, Binius, Albaspinæus, & P. Sherlogus Tomo 3. In cant. veltig. 32. sect. 1. num. 13. folio 290. non tamen adhæreo sententia Albaspinæi, quem transcript Gerda in Advers. sacr. Cap. 146. & se-

& sequitur Sherlogus ubi supra, dum Canonem hunc accipit, non de conjugio Fidelis, vel Catechumenæ cum viro gentili comato, seu cinerario, sed de famulito cum eo, ita ut feminis in præsenti prohibeatur in famulatu habere viros comatos, seu cinerarios; huic enim interpretationi primo refragatur summum hujus Canonis, quod apud omnes ita habetur: De conjugio Catechumenæ feminæ. Secundo verba illa: Comatus, aut viros cinerarios habeant. Virum enim habere feminam, conjugium importat. Cap. Ad ejus, 5. Dicit. Cap. Manifestum, Cap. Eborodo, 33. Quæst. 5. Cap. 1. in fin. Cap. Laudabilem. Qui filii sint legitimi, Cap. penult. & ult. De secund. nups. Vulgo notatur in Cap. 1. De ordine cognit. in illis verbis: petret quendam in virum. Unde Dominus alloquens cum Samaritanæ apud D. Joann. Cap. 4. vers. 17. ait: Bene dixisti, non habeo virum: quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes, non est vir tuus? Igitur non de libero consortio, aut famulito Canon hic accipiendus est, sed de femina Fidi, vel Catechumenæ maritum habente comatum, aut cinerarium.

Qua lectione retenta, exponendum est, quinam comati vii, & cinerarii dicantur, quorum vita adeo foeda, & in honesta est, ut conjuges cum eis cohabitantes a communione arcebantur; & comati appellantur, qui comam nutrunt, & qui capillis cincinnati, calamistris compositis, & affectatis utuntur; cinninati, calamistrati, & cinedi dicuntur, quorum consortium, & societatem cum Fidelibus Christianis saepe Ecclesia Patres abhorrent. Div. Hieronym. Epist. 7. ad Letam, ibi: Nullus ei juvenis, nullus cinnatus arrideat. Epist. 9. ad Salvinam: Non ambulet juxta te calamistratus procurator, non bistrio fractus in feminam, non canoris diabolici venenata dulceda, non juvenis cultus, & uitidas. Et Epist. x. ad Furiam: Juvenum fuge consuetudo, comatulus, comptos, atque lascivos, domus tuae tecta non videant: canor pellatur ut noxius: fidicinos, & psaltrias, & istiusmodi chorum diaboli, quasi mortifera Sirenarum carmina, proturba ex edibus tuis. Noli in publicum subinde procedere, & spadonum exercitus praesente, viduarum circumferris libertates nec procurator calamistratus, nec formosus collactaneus, nec candidus aequaliter adhæreat lateri tuo. Forum enim vita flagitiosa, obscuraque iudicatur. D. Hieronym. Tom. 5. in Ezechiel. Cap. 44. Nec rursum comam dimittere, quod proprium luxuriorum est. Div. Basil. Homilia. 24. Comebam extra necessitatem curam gerere, vel infelicitate, ut ait Diogenes, vol. injuriorum. Cicero in Orat. Pro reditu, in Senatu hoc vitium inimico suo objecit, dum inquit: Cur in belluviationibus hujus calamistrati saltatoris tam eximia virtus tamdiu cessavit? Petronius crines laxos inter luxurie titulos recenset. Scorta placent, fractique enervi corpore gressus,

Et laxi crines, & tot nova nomina vestis. Coelius Rodig. Lib. 15. Antiq. Cap. 8. Unde telites libidinis eos appellat Agatho in Thyestes apud Adrian. Junium, De coma. Cap. 6. his versibus:

Lib. 10. Cap. 29. Lantmeter Lib. 2. *De veter. Clericor. discipl.* Cap. 65. Crefolius, *Mystag.* Lib. 4. Cap. 12. Sect. 4. Et plenissima penitio-
ris literatura congerie prosequitur, non sine
laude, P. Sherlogus dicto Tomo 3. vestigat.
32. num. 12. Et jam antea ex Savaro observa-
verat P. Ludov icus de la Cerda in *Adversar. sacr.* Cap. 177. num. 13. Quare non ob deli-
ctum alienum feminæ a communione repellun-
tur, ut volebat Albaspinæus, sed ob pro-
prium; cum illæ maritos ipsos ritu gentilis in-
cedentes posset dimittere; quare persisten-
do in cohabitatione cum eis, ejusdem luxu-
ria, & mollitiei facias creduntur. GON-
ZALEZ.

Commentario hujusce Canonis adjungere
oportet plura, quæ supra ad Can. LXI. ob-
servata sunt, ubi de Scenicis, & Pantomimis.
Quin & plurima adjici possent adversus info-
lentem, & turpissimum abusum cæsariorum ad-
scititiarum, quas vulgo *perrucas* dicunt, a tri-
ginta circiter annis introductam, quo homines
innumerí etiam sine ulla necessitate exiunt om-
ne decus, ac gravitatem virilem, & in feminas
degenerant. Quin & multi ex iis supra capillos
crispatos, ac contortos non erubescunt spars-
gere pulvrem quandam, quo nitidiores ap-
pareant, & fragrantiam mittant. Sane illi,
ut Epigrammatarii verba usurpem, *non bene
semper olear*. Suspicionem enim excitant ca-
lamistrati isti, & commatuli, an intus sint qua-
les antiqui cinerarii, in hoc Canone repre-
hensi, & cinædi, quorum turpissimam con-
ditionem vel ipsi Gentiles infamia notant.

Si autem in laicis id probosum est, quid
dicimus de Clericis, quorum multos, non
modo comptos exquisite, sed cincinnatos, &

Vel Catechumena.

CAPUT SEXAGESIMUM.

Quare Catechumena ante lavacrum paenitentia, velut Christiana, afficiatur.

DE Catechumena autem ideo mentio facta est, quia etsi de his, qui foris sint, nihil ad nos dixerit Paullus; Catechumeni non omnino erant extra Ecclesiam, cum de illis ratione finis propositi maxima semper cura habita fuerit ab Episcopis. Quare concubinas habere, ab Augustino^a illi non permittebantur, & quarundam orationum, quæ in Missa sibi erant, erant particeps, usque ad eam partem, quæ Missa Catechumenorum dicebatur. de qua Augustinus, Gregorius^b, Isidorus, & alii. Quare ad Ecclesiam accedere sope te-
nebantur, ut hujus Concilii Decreto cautum superius retulit; in quo nonnulla alia diximus.
Hac ipsa ratione Catechumenis lapis paenitentiam adscriptit Concilium Nicænum^c: *Placitio
(inquit) huic sancto, & magno Concilio de Catechumenis, ut tribus annis inter audientes
verbū sint tantummodo: post hæc vero orent cum Catechumenis.* Delatoris Catechumeni
paenitentia exiit inferius^d, ut ante quinquennii tempus admitti non posset ad Baptismum.
Sed latius Catechumenorum paenitentiam, ut utilem, & necessariam, frequentem fuisse in
Ecclesia, scriptis Tertullianus^e. Ab hoc ergo Ecclesiæ ingressu, & orationum communione
repellendas Catechumenas hic decernunt Hispani Patres, si Comicos viros, & Scenicos non
dimiserint. Quod si adulteram peccantem dimittere mariti jubeantur Canone superiori, cur
non & ipsæ viros idololatras, aliisque gravibus criminibus contaminatos? Reliqua de Cate-
chumenis dicemus Capite sequenti.

COMMENTARII NOVI.

Catechumenis peccantibus paenitentiam
injungi, & ejus ratione Baptismum
differri, jam probavi supra in Capo-

ne IV. & XLV. sed non eadem imponebatur
Catechumenis lapis, ac Fidelibus idem pec-
catum committentibus; mitior enim, ac le-
nior

niori comprimebantur manu (quia adhuc
præceptis Dei, & Ecclesiæ non recte imbuti,
Ecclera patrabant) quam Fideles, in quos
gravior erat animadversio; quod observatum
fuit in Concilio Nicæno, ubi legimus, lapsos,
quod Christi Fidem nefarie prodidissent,
cum nullis minis, aut mortis terrore ad id
compellerentur, prolixa aliquot annorum
paenitentia castigatos; Catachumenos autem
si tali perfidia, deserta Fide, maculassent,
in Canone XIV. non nisi dilatione Baptismi
per triennium in ipsa Ecclæsi punitos inter-
audientes revocari. Unde illud in hoc Cano-
ne per difficile est; quare eadem poena priva-
tionis communionis imponatur feminæ Fidelis,
ac Catechumenæ. Agnovit difficultatem Al-
baspinæus, Lib. 2. *Officer.* Cap. 2, & eam
ita disolvere intendit: *Si procedatur (ait) Can. LXVII. Concil. Illeberini, quo par-
poena Catechumeni, & Fideles multari viden-
tur. Idemque propter idem ab utrisque cri-
men admissum, ab Ecclesiæ repelluntur: il-
lad ipsum me ti tua infideat, bareatque
illo Canone mulierum illarum mentionem fieri,
qua nefarie sua libidini cum servirent,
ad explendas suas cupiditates homines bene
comptos, cincinnatos, elegantia forma, specie-
que liberali eximios adhibebant: quæque Co-
mœdos, seu Scenicos ad eandem rem quodam-
modo alebant. Verbum namque illud, viros,
non maritos, sed mancipia quædam libidinum,
seu administris significat. Quod si Canon ille
de marito verba fecisset, non est dubium,
quoniam in maritum patius, quam in feminam,
seu uxorem animadvertisendum censuerit: at
si maritus Paganus, aut Ethnicus extitisset,
verisimile non est, mulierem pœnas dedisse
pro mariti sui tetrica vivendi ratione, mo-
rumque intemperantia, cum non in ejus po-
testate fuisset Canon ipsi quicquam prohiben-
ti, aut imperanti parere, ut a marito dis-
cederet. Sed illud luctu afferere, mulie-
res illas, si a turpi, ac prope meretricio
quaestu, reflirent, virorumque illorum con-
gressu, ac consuetudine nisi desinenter, nullo
negotio in gratiam rediisse cum Ecclesiæ, da-
ta illis via, aliasque ad communionem, si
effent Fideles, & alias ad Catechumenatum
revocatas. Dic ergo potest, Ecclesiæ fe-
minis illis paenitentiam nonnullam impo-
suisse, Canonique illo non indicari aliquas pœ-
nas, quas Catechumenæ sufferre, aut expe-
riari cogerentur, quoniam patius ab Ecclesiæ illas
refici, & expelli, non aliam ob rem, quam ut
pœna aliqua plecantur, quod indigne sint
qua inter Christianas nuberent; cum ante-
quam Catechumenatum perficerent, in cœno
flagitiisarum volupratum tanquam sues lu-
talente*v. iutarentur*; neque unquam Reli-
gionem Christianam ut completerentur, in
animum induxisserint suum. Quis enim unquam
sperasset, eas Christianæ Fidei suscipienda
consilium, voluntatemque præselataras, cum
priusquam Christianis instituti informaren-
tur, quo dignæ haberentur primo Sacramento.*

C A N O N L X V I I I .

De Catechumena adultera, que filium necat.

^a Necaverit.

Catechumena; si per adulterium conceperit, & conceptum * præfocaverit, placuit, eam in fine baptizari.

CAPUT SEXAGESIMUM PRIMUM.

De prisco more admittendi infideles ad Baptismum; & de poena, ut non nisi in fine quis posset baptizari; & an Catechumenus sine Baptismo decadens eterna frui possit beatitudine. Explicatis in eam rem Concilii Bracarense I. Canone XXXV. & B. Chrysostomo.

*Differitur præterea de Cap. Catechumenum,
De consecratio ne, Distinct. 4.*

G Ravissima fuit olim hinc inde petitis rationibus agitata contentio, an Ecclesia de vita eorum, qui ante Baptismum peccaserent, aliquam rationem habero debulisset ^a: *Qui busdam enim videbatur (ait Augustinus) indiscreti omnes admittendos esse ad lavato & operib. crum regenerationis, que est in Christo Iesu Domino nostro, non solum si malam, turpemque in principio, vitam facinoribus, & flagitiis evidentissimis notam mutare noluissent; sed in ea etiam se perseveratus, aperta confessione declarassent, verbi gratia, si quis meretrici adbaret, non ei prius præcipiatur, ut ab ea discedat, & tunc veniat ad Baptismum; sed etiam cum ea manens, mansurumque se confitens, admittatur, & baptizetur: ne impediatur fieri membrum Christi, etiam si membrum meretricis esse persistenter; sed postea doceatur, quam sit hoc malum, jamque baptizatus de mutandis in melius moribus instruatur. Perversum enim putant, atque præposteriorum, prius docere, quemadmodum debeat vivere Christianus, & deinde baptizari. Sed censent, præcedere debere Baptismi Sacramentum, ut deinde sequatur vita, morumque doctrina, quam si tevere, & custodire voluerit, utiliter fecerit: si autem noluerit, & retenta Fide Christiana, sine qua in eternum periret, in quolibet scelere, immunditiaque permanenserit, salvum eum futurum, tanquam per ignem, velut qui adiscaverit super fundamentum, quod est Christus; non aurum, argentum, lapides pretiosos, sed ligna, fons, stipula, idest, non justos, castaque mores, sed iniquos, & impudicos. Hæc Augustinus, quæ privato consilio adversus eos scripsit, qui omnes ad Baptismum citra discrimen admitebant. Origo autem, & principium ejus disputationis ab eodem referunt his verbis: *Ad hanc autem videntur disputationem impulsi, quod eos moverit, non ut admitti ad Baptismum illos, qui, dimissis uxoriibus, alias duixerint; vel feminas, quæ, dimissis viris, alias nuperint, quia hæc non conjugia, sed adulteria esse, Dominus Christus sine ulla dubitatione testatur. Sed contrarium, ut melius multo, & congruentius prudentiæ Christianæ, elegit Ecclesia, non Africana solum, quod testatur Augustinus, nec Hispanica tantum, ut ex hoc Canone constat, & ex Canone precedenti ^b, in quo Aurigas, & Pantomimos ad Baptismum non anteua admittendos, quam artibus suis renuncient, decernitur, sed Catholica etiam, & Romana, ut postea ostendemus; quod multis, & gravissimis testimoniosis probavit D. Augustinus ^c: Quod aliud, inquit, opportunius tempus reperiiri potest, quo audiat, quemadmodum Fidelis fieri, ac vivere debeat, quam illud, quam attentiore animo, atque ipsa Religione suspenso, saluberrima Fidei Sacramentum petit? An usque adeo dissimulamus a sensibus nostris, ut vel nos ipsos non recordemur, quam fuerimus attenti, atque solliciti, quid nobis præcipierent, a quibus catechizabamur, cum fontis illius Sacramenta peteremus, atque ab hoc Competentes etiam vocaremur? vel non intueamur alios, qui per annos singulos ad lavacrum regenerationis accurrunt; quales sint ipsis diebus, quibus catechizantur, exorcizantur, scruntur, quanta vigilancia convernant, quo studio feruant, qua cura pendeant? Si tunc tempus non est dicendi, qua vita congruat tanto, quod accipere desiderant, Sacramento, quando erit? An vero cum accepterint, in tantis criminibus permanentes etiam post Baptismum, non novi homines, sed rei veteres? ut videlicet perveritate mirabiliter prius eis dicatur: Induite hominem novum; & cum indui fuerint, possea dicatur: Exuite veterem; cum Apostolus sanum ordinem tenens dicas: Exuite veterem hominem, & induite novum; & ipse Dominus clamet: Nemo afflit pannum novum vestimento veteri, & nemo mittit vinum novum in utres veteres. Quid autem aliud agit totum tempus, quo Catechumenorum locum, & women teneant, nisi ut audiatur, quæ Fides, & qualis vita debat esse Christianis, ut cum seipso probaverint, tunc de mensa Domini manducent, & de Calice bibant? Quoniam qui manducat, & bibit indigne, judicium sibi manducat, & bibit. Quod autem fit per omne tempus, quo in Ecclesia salubriter constitutum est, ut ad Nomen Christi accedentes, Catechumenorum gradus accipient; hoc fit multo diligentias, & instantius his diebus, quibus Competentes vocantur, cum ad percipiendum Baptismum sua nomina jam dederunt. Quo autem ordine haec omnia olim fierent in Ecclesia, consentaneum est, ut ex vetustis Patribus repetamus. Cum primum Episco-**

pi

pi curam haberent Catechumenorum, postea crescente in dies Fidelium multitudine, & ipsis aliis Ecclesiarum negotiis distentis, cura uni Presbytero demandata est, quem *Catechumenorum*, sive *Audientium Doctorem* nuncupabant. Eo officio post Apostolos, apud Alexandriam Pantenus primus functus est, secundus per ordinem Clemens Alexandrinus, tertius Origenes Clementis Discipulus, a Demetrio Episcopo electus, ut restatur Eusebius ^a; eti pollicia Diaconos officium id exercuisse, tradiderit Augustinus ^b. Qualis autem is Magister, vel Doctor esse deberet, ex Beato Petro Clemens Papa refert ^c: *Qui catechizant, inquit, idest, qui verbo instruunt, incipientes, primo aportet, ut ipsi instruti sint; de anima enim agitur hominum; & oportet, eum, qui docet, & instruit animas rudes, esse talem, ut pro ingenio discentium semetipsum possit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipse præcipue apprime esse eruditus, & doctus, irreprobabilis, maternus, impavidus, sicut ipsi probabit fore Clementem hunc post me. Eorum autem locum obtinere eos Cathedralium Ecclesiarum Canonicos, quos *Doctorales* nuncupant, jam diu mihi persuasi. Quem autem ordinem in hac institutione is Doctor scholasticus, seu Catechista observare debuisset, & ille quem ipse novus Christianæ disciplinae sectator, tanquam Fidei suæ sponsorem adhibuerat (non enim temere omnes ad Catechesin admittebantur, sed illi solum, quos antiqui Christiani probatae vite, Fidei, & Religioñis Pontificibus instituendos obtulissent, sincerum ipsorum studium, & voluntatem spondentes) Clemens Papa docuit ^d: Qui primo, inquit, ad mysterium pietatis accedunt, per Diaconos adducantur ad Episcopum, vel Presbyteros, & causa exquirantur, cur ad Dominicum sermonem acceferint; & ii, qui eos adduxerunt, testificantur, singula diligenter exponentes. Enquirantur etiam eorum mores, ac vita, & an servi sint, vel liberi. Quod si quis servus reperiatur, interrogetur cuius dominus est; at si dominis fidelis servus fuerit, interrogetur dominus, an illum suo testimonio commendare velit; si nolit, rejiciatur, quoque se dignum apud dominum exhibeat. Si commendatur domini testimonio, recipiatur. Si sit ethnici servus, instruatur, quemadmodum placat domino, ne blasphemetur verbum. Si habet uxorem, vel mulier si virum, doceatur contentus esse uterque suo connubio. Si sint soluti, discant non fornicari, sed justis nuptiis copulari. Si dominus fidelis sciens, servum, vel ancillam fornicari, tamen non dat servo uxorem, vel ancillæ virum, excommunicetur. Si quis damnum habet, eradiatur in pietate, sed non recipiatur in communionem, priusquam purgetur. Si mors inflet, recipiatur. Si quis sit leno, vel lenocinium defiat, vel rejiciatur. Meretrix si accedit, defiat, vel rejiciatur. Artifex Idolorum si accedit, vel defiat, vel rejiciatur. Scenicus si accedit, sive vir sit, sive mulier; Auriga, Gladiator, Curfor stadii, Ludi, Olympius, Choraules, Cytharædus, Lyristes, Saltator, Caupo, defiat, vel rejiciatur. Miles si accedit, eradiatur, ne cui injuriam faciat, neque calumnieetur, contentus vero sit suis litipendiis; si pareat, recipiatur; repugnans, rejiciatur; Pædico, Cinædus, Mollis, Incantor, Astrologus, Vates, venatoriis carminibus datus operam, nepos circumforanensis, amuleta faciens, Lustrator, Augur, Coniector, palpitationum Interpres, observans in occursu offendentes oculorum, pedum, avium, felium, carminum, auditionum symbolicarum; tempore probetur: nisi pareat, rejiciatur. Pellex, infidelis ancilla soli domino obsequens, recipiatur. Si cum aliis intemperans fuerit, rejiciatur. Græcos mores qui sequitur, vel Judaicas fabulas, vel metet se, vel rejiciatur. Theatralibus ludis qui dat operam, venationibus, equorum cursibus, certaminibus, vel defiat, vel rejiciatur. Fere omnia hæc docuit B. Dionysius Areopagita ^e. Alia autem, quibus imbu oportebat Catechumenos, idem Clemens ^f recensuit. Sed ea latius multo Augustinus Opere integro, *De catechizandis rudibus*, quæ a Catechillis, & assidue legi, & continuo observari, impense cupio, ut suscepit magisterii institutum uberrimo auditorum fructu feliciter exequatur. Tempore autem, quod Catechumeni in hac Fidei (ut ita dicam) probatione conterebant, non solum, quæ ad peccati, & prioris vita odium, quæ ad infidelitas, ignorantiæ, & cœcitatæ detestationem pertinent, illi edocebantur; sed & omnia, quæ ad bene, beateque vivendum, ad morum integratatem, cœlestemque in suscipienda Religione deinceps fecuturam vitam spectant: eaque non ore solum, psittacorum more, sed diurna, nocturnaque manu exercere, versareque tanquam veri Christiani interdum monebantur; interdum cogebantur. D. Ambrosius ^g: *Cum vel Patriarcharum, ait, gesta, vel Proverbiorum præcepta leguntur, quid putas aliud expediatur, quam ut bis informati, atque insituti affuescant majorum ingredi vias, ac Divinis oraculis obedire, quo renovati per Baptismum, ejus vita cursum teneant, quæ deceat ablutos?* Unde si quid humanius accidisset, lapsuque peccarent, pœnitentia ut Fideles, sed non nunquam leviori, puniebantur. Concilium Neo-cafarens ^h Catechumenos peccantibus pœnitentiam præscripsit, ut genibus flexis verbum audiant; audiebant enim communiter stantes, ut colligitur ex Divo Augustino ⁱ: Catechumenus, inquit Concilium, idest, Audiens, qui ingreditur in Ecclesiam, & stat cum Catechumenis, si peccare fuerit visus, figens genua audiet verbum, ut se abstineat ab illo peccato, quod fecit; quod si in eo perdurat, abjici omnino debere. In Concilio etiam Nicano, lapsi Catechumeni hæc pœnitentia legitur ^k: *Placuit huic sancto, & magno Concilio, de Catechumenis, qui lapsi sunt, ut tribus annis inter Audientes verbum sine tantummodo; post hæc vero orient cum Catechumenis. Catechumenæ habentis vicum Comicum, vel Seenicum pœnitentia exiit Canone præcedenti; crimen alterius defeventis sancta alia poena est inferius* ^l. Hoc autem, ut quondam illi calumniabantur, non esse novum in Ecclesia, abunde probat D. Augustinus ^m: *Illud sane mirabile est, ait, quod Fratres, qui aliter sapient, cum deheant ab ista, vel nova, vel veteri, pernicioſa tamē opinione discedere, ipsi insuper To. II.**

^a Lib. 7. cap. 3. Hist. Eccle.
^b In principi, libri De catechizandis rud.
^c Epist. 1.

^d Lib. 8. Constit. Apost. c. 32.

^e Lib. De Eccl. hier. pag. 3. cap. 3.
^f Lib. 7. cap. 39.

^g Lib. De mysteriis init. cap. 1.

^h Cœn. 5.
ⁱ De catec. rud. cap. 18. Concil. Neo-caf. Cœn. 5.

^l Cœn. 73. huius Concil.
^m De fide, & operib. cap. 18.

K K K di-

dicunt, novam esse doctrinam, qua nequissimi homines in suis flagitiis se perseveraturos in propatulo profientes, non admittuntur ad Baptismum; quasi nescio ubi peregrinentur, quando Meretrices, & Histiones, & quilibet alii publica turpitudinis professores, nisi solutis, aut disruptis talibus vinculis, ad Christi Sacraenta non permittantur accedere; qui utique secundum istram sententiam omnes admitterentur, nisi antiquum, & robustum morem Sancta Ecclesia retineret; ex illa scilicet liquidissima veritate videntem, qua certum habet, quoniam qui talia agunt, Regnum Dei non possidebant. Et nisi egerint ab his mortuis operibus penitentiam, accedere ad Baptismum non sinuntur. Si autem subrepserint, nisi vel postea mutati egerint penitentia, salvi esse non possunt. Sed ebriosi, avari, maledici, & si qua alia via damnabilia aperitis factis convinci, redarguique non possunt; praecipit tamen, & Catechismus validissime flagellant, atque omnes tales, mutata in melius voluntate, ad Baptismum videntur accedere. Sed si forte adulteros, quos non Lex humana, sed Divina condonat, id est, qui alienas uxores tanquam suas habent, vel feminas alienos maritos alicubi negligenter admissi solere adverterunt; ex illis rectis debere conari ista corriger, hoc est, ut etiam isti non admittantur, non ex his pravis illa recta depravare, ut neque de morum correctione catechizandos esse censeant, Competentes; & consequenter omnes etiam illarum publicarum turpitudinum, scelerumque professores, hoc est, Meretrices, Lenones, Gladiatores, ac si quid baujusmodi est, etiam in illis malis permanentes, admissi oportere arbitrentur. Omnia quippe illa, qua Apostolus enumerat, concludens; quoniam qui talia agunt, Regnum Dei non possidebant; qui vehe mentius agunt, manifesta sibi congruent incepant, & resistentes, atque in eis se permansuros profientes, ad accipendum Baptismum non admittant. Aliam præterea difficultatem, quam iidem iphi objecerant, huc etiam spectantem, his verbis expedivit idem Augustinus a: Sed in tribus millibus, inquit, quos uno die Ap stoli baptizarunt, & in tot millibus credentium, in quibus Apostolus ab Hierusalem usque in Illyricum Evangelium replevit, erant utique aliqui alienis uxoris copulati, vel feminis alienis maritis, in quibus regulam Apostoli constituisse debuerant, que deinceps in Ecclesiis servaretur; verum non admitterentur ad Baptismum, nisi illa adulteria correxisset. Quasi non similiter adversus eos dici possit, quod non inventi sunt aliquem commemoratum, qui cum talis esset, admissus est. Aut vero possint singulorum hominum criminis (quod infinitum erat) commemorari, cum generalis illa regula fas superque sufficiat, abi Petrus pluribus verbis testificans, baptizandis ait: Eripite vos ab hoc saeculo pravo. Quis enim dubitet, ad baujus sacculi pravitatem adulteria pennisere, & illos, qui elegerunt in eadem iniuste persistere? Similiter autem dici potest, publicas meretrices, quas utique ad Baptismum, nisi ab illa turpitudine liberatas, nulla admittit Ecclesia, potius inveniri in tot millibus tunc credentium per tot Gentes, & de his suscipiens, vel probibendis constitutere Apostolus exempla debuisse? Verumtamen de quibusdam minoribus possumus conjectare majora. Si enim ad Baptismum Joannis videntes Publicani prohibiti sunt aliquid amplius exigere, quam quod eis fuerat constitutum; miror, si videntibus ad Baptismum Christi, posset permitte adulterium. Commemoraverunt etiam, Israelitas multa mala, & gravia perpetrasse. & effudisse multum sanguinem Prophetarum, nec tamen ex his factis penitus meruisse deleri, sed ex infidelitate sola, quia in Christum credere noluerunt, non intuentes, quia peccatum eorum non hoc solum fuit, quia in Christum non crediderunt, verum etiam quia Christum occiderunt, quorum unum pertinet ad crimen incredulitatis, alterum ad crimen crudelitatis. Illud ergo est contra Fidem rectam, istud contra bonam vitam. Utroque autem vitio caret qui Fidem Christi habet, non sine operibus mortuam, qua etiam in demonibus invenitur, sed Fidem gratia, qua per dilectionem operatur. Nec eas peccatorum labes, quas jam adhuc Catechumeni, sed & omnes, quas antea infideles turpiter contraxerant, poenitentia injecta, eluebant; non poenitentia, ut Sanctissimum est Ecclesiæ Sacramentum, & secundum post intinctionis Dominicana monumenta salutare subdium (vocat Tertullianus) vel secunda (ut Hieronymus) post naufragium tabula; sed ut est peccatorum, & anteactæ vita detestatio ut quicquid error vetus inquinasset, quicquid in corde hominis ignorantia contamina set, id poenitentia verrens, & radens superventuro Spiritui Sancto pararet; quo se ille cum celestibus bonis libens inferret. Quare carnibus, & vino eos semper abstinere (ut abstinent hodie qui rigidius Religionum institutum proflentur) Conclilio Carthaginensi iv. d cautum est. Qui haec a Sanctissimis Ecclesiæ Patribus instituta legerit, non mirabitur, quod hic Hispani constitunt; nam crimen adulterii gravissimum olim habitum, etiam illi qui ad Baptismum omnes indifferenter admittabant, confessi sunt, teste Augustino e. opere cap. 19. Si autem huic aliud non minor pena dignum, homicidium nimis, nec homicidium tantum, sed parricidium adiecerunt, de cuius gravitate actum est supra, non immerito haec pena constituta est, ut usque ad obitum non baptizentur. Quemadmodum enim pro gravissima pena impositum est Fidelibus, ut Sacrosanti Corporis, & Sanguinis Domini non fierent participes; sic & Catechumenis infidelibus, ne Baptismi, ut si forte non ficeret ad illum suspiciendum accesserent: sed ea quam oltentaran religione, dilato regenerationis beneficio, majora, certioraque vera conversionis argumenta prodentes, digniores ut recipieren efficierentur; interimque tali pena deterriti, ab aliis etiam peccatis retraherentur. Quod si delictum non adeo grave esset, ad brevioris temporis spatium Baptismus differebatur. Catechumenos enim Fidelium delatores quinquennio non esse baptizandos, pro pena decretum est ab eisdem inferius f. De his, que partus eneant, & earum pena, actum superius g. De ea autem, que hic constituitur, ut scilicet nonnisi in fine baptizentur, agendum. Gravissima haec pena est, ut quis nonnisi in mortis discrimine baptizari possit, quod turpe adeo olim habitum est, si sponte

a. Cap. 12. De
fide, &c operib.
Rom. 15.

A. 2.

Z. 3.

L. 2.
Galat. 5.
L. 17.

b. Lib. De pa-
nit. cap. 12.
c. Epif. ad De-
metriadem, &
e. 3. I. p. e.
Tertull. codem.
Lib. cap. 2.
d. Can. 85.
e. De fide, &
opere. cap. 19.

f. Can. 73. hu-
ius Concil.
g. Hoc Lib. 3.
cap. 52.

te quis differret Baptismum usque ad id tempus, ut si postea longiori perfrueretur lucis usura, ordinari Presbyter non posset; quod antiqua Ecclesiæ consuetudine receptum tradit Eusebius a, & Decreto Concilii Neocæsarensis b sancitum est.

Sed quid si eo temporis intervallo, Catechumenus infensa, & gravi valetudine absumeretur, morereturque sine Baptismo? an æterna ille felicitate privaretur, queri potest. Et audio ex sententia, & decreto Concilii Bracarense i. c. multos notabiles ea Catechumenos pri vandos. Sic enim Canon ait: Item placuit, ut Catechumenis sine redemptione Baptismi defundat, simili modo, neque Oblationis Sanctæ commemoratione, neque psallendi impendatur officium; nam & hoc per ignorantiam usurpatum est. Hujus tamen Canonis sententiam longe eile diversam censio nam cum Baptismus flaminis, eandem quam aquæ habeat virtutem, ut docuit Concilium Aranicanum sub Leone I. D. Ambrosius d, Augustinus e, Bernardus f, & Hugo g; qui, inquam, fieri potest, ut peccatorum indulgentiam, & Sancti Spiritus gratiam, quam Catechumeni exstanti audiendo, & stando triennii labores; quam severa, & rigida jejuni, abstinentia, & poenitentia obseruatio; quam ardentissimum Fidei, spei, & charitatis studium, apud Deum harum omnium virtutum exquisitum estimatorem conciliarunt, & pepererunt; eam postea per exiguo temporis intervallo, quedam solum moxi non spiritu alis, sed corporalis necessitas eripiat, evertat, labefactet, expugnet? Deum enim tam immitem, & ferreum esse, ut his sanctis munieribus non leniatur; tam obliuiosum, ut nullam retineat divinæ suæ pollicitationis memoriam; tam ingratum, ut singularem cordis, & animi, quam ipse requirit, obseruantiam, & obsequium fere Christianum despiciat, spernat; nec cogitari, nemus scribi, aut affirmari fas est. De suo enim Valentino sic est locutus Ambrosius: Non habet gratiam quam desideravit? non habet quam poposicit? accepit. Ab hac benigna Christiana pietatis sententia, Catholicam, & Sanctam Hispanicæ Ecclesiæ mansuetudinem, & lenitatem minime discrepasse, facilius probaverim, si observaverim prius, olim primitiva Ecclesiæ Patres tam severam, & strictam vita Christianæ institutionem a primis exegisse Fidelibus, qualem utinam hodie, non dicam vulgares Christiani, sed & omnes, qui ad excelsum vitæ institutum aspirant, adeo præclaram redderent; erat enim inter eos quasi summa religio, vel leviter potius Baptismum peccasse. Qua ratione multi Catechumenorum, ut mollius interim, & intemperantius viverent, suscipiendo Baptismi occasionem omittebant; sibi pesu sum habentes, cum voluerent ab his sordibus, quas longiori vita contraxerant, Baptismi susceptione polius mundari. Eos peculiari concione graviter nota, & infectar Divus Augustinus h: Non omnes, inquit, sciunt donum Dei, quia non omnes desiderant aquam vivam; si enim desiderarent, nunquam circa se Baptismi Sacraenta differerent. Igitur de se pronunciant, & vita sua testimonium perdunt, qui adeo volunt tardius baptizari, ut flagitia, & sceleris multa committant. Noli differre, o homo, remedio salutis &c. Id ipsum teltatur Chrysostomus. Et eodem malo laborasse Marcionistas, auctor Tertullianus. Baptismum enim iterabant, vel ad extreum æta tis protendebant. Ne ergo occasionem susciperent liberius peccandi, tempore quo Christianis omnino Legibus non adstringebantur, Concilium recte decretivit: non quod Catechumeni mortui sine aquæ Baptismo spirituali vita privarentur (nam & hoc adversabatur maxime virtuti, & animo suscipiendo Baptismum), quem Catechumenos habuisse, & præsetulisse, certum est) sed quod illis Oblationis Sanctæ commemoratione non impenderetur, neque psallendi officium; hoc est, ne pro illis Sacrificium fieret, neve Psalmorum recitatio. Solebant enim olim (ut hodie) memorias defunctorum anniversariis orationibus, vigiliis, Psalmorum decantatione, & Missis celebrare, ut testis est Beda k, referens, ad Crucem, quam Osualdus in Anglia erexit, Fratres Hagustalensis Ecclesiæ, annis singulis pridie illius dii, quo is occisus fuerat, vigilias egile cum Psalmorum laude; & victimam Sacrae Oblationis pro salute animæ ejus offerre solitos. Gesta præterea Episcoporum Metensem (ut alia multa missa faciamus) de Clodulpho Episcopo tradunt, quod ipsi sepulto, Clerici ejus per dies triginta Missarum solennibus, orationibus continuis, vigiliis, & Psalmodiis, pietatis intuitu, justa persolverunt. In Hispania autem religiosorum hominum tantum, & in pace Ecclesiæ decadentium corpora deferri ad sepulturam Psalmorum cantu, apparent ex Concil. Tolet 111. I. Impiis vero neque loco solito juxta ceteros Christianos tumulus datus est unquam, neque preces eis exhibita, neque Mis sa dicta, neque Psalmi cantati, ut Beda m testatur. Quare cum de Catechumenis, qui Baptismi susceptionem ad obitum usque distulerant, suspicio esset infecta, animo potius ficto, quam vere Christiano sacræ militie nomen dedisse, ut in Concil. Neo-caesarensi n dicitur; vel si vero, Baptismum eo consilio postea distulisse, ut interim majori licentia peccarent, quod multis experimentis perspererant, merito in poenam decretum est, pro eis sine Baptismo aquæ defunctis, neque Sacrificium offerri, neque Psalmos cantari, ut vel hujus saltem nota, & poenæ metu, antiquam vitæ turpitudinem desererent, inveteratam peccandi consuetudinem relinquenter, & in contrariis se virtutum studiis exerceentes, Dei continuo bonitatem agnoscere facilius, sapientiam colerent, præstantius, majestatem reverenter augustinus, & omnibus sic tandem Episcop. & Ecclesiæ monitis tanquam veri proposito Christiani obsequenter fideli. Hanc sūlle Bracarense Concilii o sententiam adducor; quod alio ejusdem Concilii Decreto poena eadem sancita sit in eos, qui ob gravi sceleris ultimo supplicio afficerentur, tametsi de æterna eorum felicitate non esset desperandum, quod poenitentia ducti extremum illud supplicium pati potuerint. Concilli verbis sunt: Item placuit, ut bi, qui sibi ipsi, aut per ferrum, aut per precipitum, aut suspendium, vel quolibet modo violentam inferunt mortem, nulla pro illis in Oblatione commemoratione fiat, neque cum Psalmis ad sepulturam eorum cadavera deducantur: multi enim sibi hoc per ignorantiam usurparerunt. Si militer & de his placuit, qui pro suis sceleribus puniuntur. Quod cum in Gallia quoque Tom. II. ali

a. Lib. 2. Hist.
b. Can. 12.

c. Can. 35.

d. In Orat. fu-
nebris. De oitu
Valent. Imper.

e. L. 4. De Ba-
primo contra
Donatist. Cap.

f. Epif. 22. ad
Hugo.

g. De Sancto Vi
tore. Lib. De
Sacrament. P.

h. 6. cap. 7. Conc.
Aranicam. sub
Leone I. Can.

i. 12.

Joan. 4.
h. Ser. De nou
differendo Ba
ptilino, & L.
De catechizan
rudi.

Heb. 6.

i. Hom. 1. in
Acta apost.
Explicatus Cō
cilium Braca
rense 1. C. 35.

K Lib. 3. c. 2.

l. Can. 22.

m. Lib. 5. c. 15.

n. C. 22.

o. C. 16.

^a Can. 80. aliquando fuisse observatum, sublatum postea est Concilio a Vvormaciensi. Nec acerba, sed dura videri debet Concili constitutio, qua decrevit, differentes Baptismum, Oblatione, & Psalmorum laude privari; cum durior multo fuerit D. Cyprianus erga eos, qui poenitentiam ad mortis periculum diffulerant; & in eo pacem, & poenitentiam petebant; censuit enim illis eam esse denegandam, sic ad Antonianum scribens: *Et siccirco, Frater charissime, poenitentiam non agentes, nec dolorem delictorum suorum toto corde, & manifesta lamentationis sua professe testantes, prohibendos omnino cejuimus a spe communicationis, & pacis, si infirmitate, atque periculo corporis deprecari; quia rogare illos non delicti poenitentia, sed mortis urgentis admonitio compellit; nec dignus est in morte accipere solarium, qui se non cogitavit esse moriturum.*

^b Epif. 52. ad Psalmorum laude privari; cum durior multo fuerit D. Cyprianus erga eos, qui poenitentiam ad mortis periculum diffulerant; & in eo pacem, & poenitentiam petebant; censuit enim illis eam esse denegandam, sic ad Antonianum scribens: *Et siccirco, Frater charissime, poenitentiam non agentes, nec dolorem delictorum suorum toto corde, & manifesta lamentationis sua professe testantes, prohibendos omnino cejuimus a spe communicationis, & pacis, si infirmitate, atque periculo corporis deprecari; quia rogare illos non delicti poenitentia, sed mortis urgentis admonitio compellit; nec dignus est in morte accipere solarium, qui se non cogitavit esse moriturum.*

^c Epif. 2. ad Galliarum Epi. 1. argumento est, quod contrarium uterque definierit & observandum. Pœna enim hæc pro levioribus delictis (etsi graviora tunc viderentur) etiam illis, qui Baptismum suscepserant, imponi solebat. D. Cyprianus pro Geminio Victore monet non offerri, neque pro illius dormitione Sacrificium celebrari; quod de sæculo solum excedens Geminum Faustinum Presbyterum tutorem testamento suo nominasset: *Quod jam pridem, inquit, in Concilio Episcoporum statutum fuerit, ne quis de Clericis, & Dei ministris tutorem, vel curatorem testagno vim, & mento suo constitueret.*

^d Epif. 89. ad Theodosium. Et hoc erat excommunicatio, seu anathema defunctorum, de qua in cap. 6. intelligendum est Concilium Carthaginense & apud Balsamonem, & Gregorium x. Episcopo an-

^e Quæst. 6. Epif. ad Pre- & Lib. 1. Epif. 66. thema post mortem dici jubens, qui extraneos, vel consanguineos herediticos heredes ini- tuisset; hoc est, pro illis nec Sacrificium offerri, nec preces, & reliquæ Ecclesiæ suffragia.

^f Lib. 1. Epif. 66. In hoc ergo, pro Catechumenis sine Baptismo defunctis Sacrificium, & laudes dici non posse, decernitur: pro illis intelligo, qui in culpa fuerunt, ut sine Baptismo decederent:

^g Lib. 1. Epif. 66. vel quia ficto animo aspirabant ad Baptismum; vel si vero, quia recusabant tunctionem, ut vitam interim agerent liberius. Si autem non ea de causa, sed implenda injuncta poenitentia,

^h Lib. 1. Epif. 66. ut in hoc Concilio; vel agenda proposito, vel preparandi sui gratia Baptismum different,

ⁱ Lib. 1. Epif. 66. C. Si quis cur illis æternæ vita aditum putemus intercludi? Nonne obedientia, Christianæ modellicæ, & poenitentia recordatione; &, quod rerum omnium caput est, summa Dei nostri clemen-

^j Lib. 1. Epif. 66. tia, & benignitate merito invitabimur, ut de laude, de præmis, de gloria, magis quam culpa immunitate, nedium culpa, cogitemus? Pro illis igitur Catechumenis, qui sine cul-

^k Lib. 1. Epif. 66. pa sua sine Baptismo discesserint, & in Sacrificio secretam offerri orationem, & in funere educendo Psalmos cantari posse censeo: quod non minor sit Baptismi flaminis, quam aquæ virtus, dignosque tandem illos esse Ecclesiastica sepultra: quam silentio prætermisit Con-

^l Lib. 1. Epif. 66. cilium, quod eo tempore perfecti adhuc Catholici ejusdem Concilii Bracarensis Decreto mi-

^m Lib. 1. Epif. 66. nime possent in ea sepeliri.

ⁿ Lib. 1. Epif. 66. D. quoque Chrysostomus in contrarium adhuc sententiam solet citari, quod dixerit,

^o Explicatur Di- & Lib. 1. Epif. 66. pro Catechumenis nec Sacrificium offerendum, nec orationem habendam: *Catechumeni vero, inquit, nec bac digni consolatione censemur, sed omni sunt tali suffragio privati.* Alio ta-

^p Lib. 1. Epif. 66. men respexit Chrysostomus: agebat enim de suffragiis, & orationibus publicis Ecclesie ab Apollinis initiatu, ut in Midæ Sacrificio defuncti Fideles commendarentur; in his ait actum non esse de Catechumenis defunctis; ideoque non licere in publico Missæ Sacrificio pro illis offerri, ne institutionibus Apostolicis aliiquid adderetur. Non tam voluit Chrysostomus, illos æternis (ut ei objicitur) tormentis tanquam infideles cruciari; cum in codem Capite docuerit, pias Fidelium oblationes, & elemosynas magno illis futuras levamento; quod de ethniciis nec ille cogitasset. Hanc autem suillet ejus Divi mentem, que sequuntur verba comprobare videntur: *Non temere, ait, ab Apollinis bac sancta fuere, ut in tremendis mysteriis defunctorum agatur commemoratione. Sicut enim illis multum contingere lucrum, utilitatem multam. Cum enim totus confiterit populus extensis manibus, Sacerdotis plenitude, & tremendum proponat Sacrificium, quorum Deum non evoravimus pro iis deprecan- tes? Sed hoc quidem de his, qui cum Fide migrarunt. Catechumeni vero, nec bac digni con- folatione censemur, sed omnes sunt tali suffragio privati, præter unum solum.*

^q Lib. 1. Epif. 66. *Quod autem illud? Dare licet pro eis pauperibus, & ex hoc aliquid eis præstare refrigerationis; vult namque Deus, nos alterum alteri prædese; nam quare pro pace mundi, & tranquillitate nos jussit orare? Quare cum hic ubique sint latrones, & fures, ac sacrilegi, & infi- tis pleni facinoribus, & tamen pro omnibus precamur, forsitan aliqua fiet eorum mutatio?*

^r Lib. 1. Epif. 66. *Sicut itaque pro viventibus precamur, qui nihil a mortuis differunt, ita pro illis quoque li- cetur orare. Hoc Chrysostomus, quibus sane pios omnes in contrarium antea Chrysostomus, imponebatur, sententiam ituros, non ambigo: Catechumenos videlicet nulla propria culpa, sed mortis necessitate sine Baptismo aquæ defunctos, hereditatis caelestis ut filios jam rege-*

^s Lib. 1. Epif. 66. neratos fore participes

^t Lib. 1. Epif. 66. Sed objiciunt alii adversus sententiam hanc Augustini doctrinam, apud Gratianum di-

^u Lib. 1. Epif. 66. censit: *Nullum Catechumenum, quamvis in bonis operibus defunctum, vitam æternam babere credimus, excepto martyrio.* Quod tamen non est adeo difficile; nam sententia illa,

^v Lib. 1. Epif. 66. & Liber, in quo illa continetur, Augustini non est, sed Gennadii. Quod si eam opinionem ter- nuillet aliquando Augustinus (quam in ejus Libris me legile non memini) revocavit eam po-

^w Lib. 1. Epif. 66. tilla, dum aperte docet contra Donatistas, Catechumenum, si forte Baptismi Sacramentum non contempst, sed repente absque illo, necessitati naturæ cedens interiit, gloria non ca-

^x Lib. 1. Epif. 66. rere: *Quia in re, ait, nec ego dubito, Catechumenum Cath. licet Divina charitate fla-*

^y Lib. 1. Epif. 66. *grante heretico baptizato anteponere; sed etiam in ipsa intus Catholica bonum Catechume-*

^z Lib. 1. Epif. 66. *nus malo baptizato anteponimus; nec ideo tamen Sacramento Baptismatis, quo iste nondum,*

^{aa} Lib. 1. Epif. 66. *ille iam imbutus est, facimus injuriam; aut Catechumeni Sacramentum Sacramento Baptismi*

^{bb} Lib. 1. Epif. 66. *præ-*

preferendum putamus, cum aliquem Catechumenum aliquo baptizato fideliores, meliorem- que cognoscimus. Melior enim Centurio Cornelius nondum baptizatus Simoni baptizato. Iste enim & ante Baptismum Sancto Spiritu repletus est, ille & post Baptismum immundo spiritu inflatus est. Verumtamen Cornelius, si etiam Spiritu Sancto accepto, baptizari nolauisset, contempti tanti Sacramenti reus fieret. Consequenter postea hec adjiciens: *Baptismi Jane vicem, aliquando implere passionem, de latrone illo, cui non baptizato dictum est: Hodie mecum eris in paradiso: non leve documentum, idem Beatus Cyprianus assumit. Quod etiam cap. 22. atque etiam considerans, inventio non tantum passionem pro nomine Christi, id quod ex Ba-*

^{cc} Lib. 1. Epif. 66. *Luc. 23. ptismo deerat, posse supplere; sed etiam finem, conversionemque cordis, si forte ad cele- brandum mysterium Baptismi in angustiis temporum succurrì non potest. Neque enim latro Luc. 28. ille pro nomine Christi crucifixus est, sed pro meritis facinorum suorum; nec quia credidit, passus est, sed dum patitur, credidit. Quantum itaque valeat, etiam sine visibili Sacramento Rom. 10. Baptismi, quod ait Apostolus: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem;*

in illo latrone declaratur est; sed tunc impletur invisibiliter, quum mysterium Baptismi non contemptus Religionis, sed articolus necessitatis excludit. Et mox: Quid autem valeat, Idem cap. 23.

inquit, & quid agat in homine corporaliter exhibita sanctificatio Sacramenti, sive qua-

tamen ille latro non fuit, quia non ejus accipiente voluntas defuit; sed non accipiente

necessitas affuit, difficile est dicere. Nisi tamen plurimum valeret, non servi Baptismum

Dominus accepisset; verum quia per se ipsa consideranda est, excepta salute hominis, cui

perficienda exhibetur, satis indicat, quod & in malis, & in eis, qui in sæculo verbis non

scilicet renunciant, ipsa integra est; cum illi, nisi corriganter, salutem habere non possint.

Sicut autem in latrone, quia per necessitatem corporaliter Baptismus defuit, perfecta sa-

lus est, quia per pietatem spiritualiter affuit; sic & cum ipsa præsto est; si per necessitatem

defuit quod latroni affuit, perfecta salus. Quod traditum tenet universitas Ecclesie, quum

parvuli infantes baptizantur, qui certe nondum possunt corde credere ad iustitiam, & ore

confiteri ad salutem. Et rursus: Et sicut in illo latrone, inquit, quod ex Baptismi Sacra-

mento defuerat, complevit Omnipotens benignitas, quia non superbia, vel contemptu, sed

necessitate defuerat; sic in infantibus, qui baptizati moriuntur, eadem gratia Omnipo-

tentis implere credenda est, quod non ex impia voluntate, sed ex atonis indigentia, nec cor-

de credere ad iustitiam possunt, nec ore confiteri ad salutem. Item postea: Quibus rebus, Idem cap. 25.

aut, omnibus offendit, aliud esse Sacramentum Baptismi, aliud conversionem cordis, sed

salutem hominis ex utroque compleri; nec si unum horum defuerit, ideo putare debemus,

consequens esse, ut & alterum defuit, quia & illud sine isto potest esse in infante, & hoc sine

illo potuit esse in latrone, completere Deo, sive in illo, sive in isto, quod non ex voluntate

defuerit: cum vero ex voluntate alterum horum defuerit, reatu hominem involvi. Et Ba-

ptismus quidem potest inesse, ubi conversionis cordis defuerit; conversionis autem cordis potest

quidem inesse, non percepto Baptismo, sed contempto, non potest. Neque enim ullo modo

dicenda est conversionis cordis ad Deum, quum Dei Sacramentum contemnitur. Multo clari-

rus id ipsum docet Divus Augustinus a reddens omnium rationem, contendensque facere adulterinis co-

jugis. cap. 26. lib. 1. Epif. 66. auctoritate Augustini, qui contraria adhaeserit opinioni: Catechumeni ergo, inquit, in his vitæ ultimi constitutis, si morbo, seu casu aliquo sic oppressi sint, ut quamvis adhuc vivant, pete-

re sibi tamen Baptismum, vel ad interrogata respondere, non possint; propter eis, quod eorum

in Fide Christiana jam nota voluntas est, ut eo modo baptizentur, quomodo baptizantur

infantes, quorum voluntas nulla adhuc patuit. Non tamen propter ea damnare debemus eos,

qui timidius agunt, quam nobis videtur agi oportere, ne de pecunia conservo credita im-

probius, quam cu utius judicare voluisse judicemur. Satis quippe in talibus respiciendum

est illud Apostoli, ubi dicit: Unusquisque nostrum pro ratione reddit Deo. Non ergo Rom. 14.

amplius judicemus. Sunt enim qui vel in his, vel etiam in aliis observandum putant, quod

dixisse Dominum legimus: Nolite Sanctum dare canibus, neque projecteritis margaritas ve-

stras ante porcos. Et ista Salvatoris verba referentes, baptizare non audient eos, qui pro

se respondere nequaquam gerant voluntatis arbitrium. Quod de parvulis dici non potest, in quibus ratione nullus est usus. Sed non solum incredibile est,

ne in fine vita badius Catechumenum velle, verum etiam si voluntas ejus incerta est,

multo satis volenti dare, quam volunti negare; ubi velit, an volit, sic non apparebit;

& tamen credibilis sit, eum, si posset, velle se potius distursum esse, Sacramenta

percipere, sine quibus jam creditur, non se oportere de corpore exire. Si autem Dominus,

ubi ait: Nolite dare Sanctum canibus; hoc, quod isti cavendum putant, vellet intelligi,

non ipse suo traditori dedisset, quod in suam ille perniciem, sine calpa dantis, cum dignis

indignis accepit. Unde cum hoc diceret Dominus, credendum est, significare voluisse, quod

luce intelligentia spiritualis immunda corda non pertant. Etsi portanda doctor ingesserit,

que non recte accipiunt, quia non capiunt, vel reprobationis morsibus lacerant, vel con-

temnendo conculcent. Si enim Beatus Apostolus in Christo jam renatis, tamen

adhuc parvulus, lac dicit se dedisse, non escam: Necdum enim poteratis, inquit, sed nec

adhuc quidem poteris. Si denique ipse Dominus electis Apostolis dixit: Adhuc multa,

habeo vobis dicere, sed non poteris illa portare modo: quanto minus possunt forre qua-

cumque de incorporeo luce dicuntur, immunda mentes impiorum? Quæ omnia non levibus

conjecturis, sed clarissimis rerum notis comprobant, Divum Augustinum ejus semper senten-

ta fructuosa, ut crederet, doceretque, Catechumenum, dum Baptismi Sacramentum non con-

stituit, si sine illo necessitate naturæ decederet, ad aeterna condescendere tabernacula. Sieque De Pessyteri.

a Cap. Laudabilem, De conseruari, inhdelin
2. compit. b Lib. 1. cap.
22. De confec.
Dif. 4. cap.
Catechumeni.

c L. De rebus Eccles. cap. 20.
d L. De Cor-
pore, & Sang.
Domini, cap.
22. in priori e-
ditione.
e L. 2. Sent.
Dif. 8.
f Quodlibet 12.
Art. 11. & in
Catena ad 1.
caput Matthei
g In Symma-
cho.

h C. Veniens.
De Presbyt.
non baptiz.
i Stff. 6. Can.
4.

licam, inquit, Sedem consulere decrevisti. Et infra: Inquisitioni tua taliter respondemus, Presbyterum, quem sine anima Baptismatis extremum dicem clausisse significasti, quia in Sancta Matris Ecclesia Fide, & Christi nominis confessione perseveraverst, ab originali peccato solutum, & Cœlestis patriæ gaudium esse adeptum, adserimus incundanter. Lege insuper VIII. Librum Augustini, De Civitate Dei, ubi inter cetera legitur: Baptismus invisibiliter ministratur, quem non contemptus Religionis, sed terminus necessitatis excludit. Librum etiam Beati Ambrosii de obitu Valentini idem afferentis revole. Sopitis igitur questionibus Doctorum, Patrum sententiam teneas, & in Ecclesia tua iuges preces, Hostiosque Dso offerri jubeas pro Presbytero memorato. In citando tamen Libro Augustini, memoria lapsum videtur Pontifex (quod bona ejus venia dixerim) eum integro Libro VIII. De Civitate Dei, nihil de Catechumeno mortuo sine Baptismo editterat Augustinus, nec in omnibus XXII. In decimo tertio tantum Cap. VI. de eo, qui moritur sine Baptismo aquæ, cum Baptismo fanguinis, id est, martyrii, tractat. Sententiam autem Augustini, quam retulit, & probavit Innocentius, exstare eisdem verbis conscriptam in dicto Libro, De Baptismo contra Donatistas, nemo inficiabitur, qui legerit, quæ paullo ante ex eodem repetita sunt. In citandis autem Sanctorum, & aliorum Auctorum vel locis, vel nominibus, quis adeo crassi ingenierit, & recti consilii inops, qui tam strictam fidei rationem a Pontificibus exigat, ac in dubiis Catholicæ Fidei questionibus? Si diligentia, & eruditio laus cum splendescit, redundant in Notarios; cur si qua levissima culpa in his contracta sit, non in eosdem, sed in Pontifices retorquebitur? Ut Innocentium III. hic loca Augustini commutatae, sic & Cœlestium Papam III. vel Cœlestini Notarium, Gregorium citatè pro Ambrosio, observavi superius^b. Neutrū tamen a vera Fidei, & Auctorum doctrina aberrante, manifestum est.

Quare Caput illud, *Catechumenum*, quod a Gratiano in sua *discordantium Canonum Concordia* et insertum, omni prorsus auctoritate carere mihi persuadeo, quia illud Augustini non est, non Tertulliani, non Fulgentii, non Gregorii, non Isidori, omnibus enim his tribui solet, non tandem alicujus probati Doctoris, sed Gennadii Massiliensis in Gallia Presbyteri, qui supplevit catalogum, quem scriperat Divus Hieronymus, *De Viris illustribus*. Sic Vallafridus Strabo^c: *Gennadius*, inquit, *Massiliensis Presbyter in dogmate Ecclesiastico*. Eadem Gennadio tribuit Algerus^d, & Petrus Lombardus^e in editione Lovaniensi, etsi in in aliis recentioribus nimis audacter Augustini nomen falso quidam adscripterint. Eiusdem Gennadii, non Augustini titulo citavit Beatus Thomas^f. Item Platina & Gennadio tribuit Massiliensi, quamvis illum Episcopum non recte nominet, cum Presbyter tantum fuerit, de ea factione Gallorum, contra quam scribunt Prosper, & Hilarius, & contra quam habitum fuit Concilium Arausicanum secundum. In eo Libro nonnulla a piis lectoribus cavenda scripsisse Gennadium, ut scriperat antea multa erroribus conspersa gravissimis in catalogo Virorum illustrium, jam diu pie satis, & doce notarunt Canonici Lovanienses in principio, & censura ejusdem Libri, monentes, illum non esse Catholici Scriptoris, sed Gennadii; & ideo diversis conscriptum characteribus, ut reliqua falso Augustino imposita, a catalogo ejus Librorum scite rejecerunt. Citata autem illius Capitis Gennadii doctrina, & Augustini, Ambrosii, & aliorum Sanctorum sententia communis Doctorum consensu recepta perpicue adversatur, & Innocentio tandem Papæ III. qui apertissime definivit, sine Baptismo aquæ, sed per Fidem Sacramenti, quam habeat Catechumeni, posse salvati. Sic enim inquit: Num cum quis non solum per Sacramentum Fidei, sed per Fidem etiam Sacramenti efficiatur proculdubio membrum Christi; & qui Christum habet per Fidem, etiam si Baptismum non habeat, habeat utique fundamentum, prater quod aliud ponere non potest, quod est Christus Jesus, superad fissari posse videtur, Idque tandem stabilitum est recentiori Concilii Tridenti Decreto.

COMMENTARII NOVI.

PAULLO altius idem Concilium communionem adimit, vel in morte, Christiane mulieri, que in idem peccatum prolapsa fuerit; hic contra Catechumenos non nisi prorogationem Catechumenatus pœnæ nomine suffinet. ALBASPINÆUS.

Catechumeni, dum in Catechesi erant, non solum a vitiis, & peccatis prorsus se abstinerre debabant, verum propter anteactæ viæ sceleris pœnitentia exercitiis utebantur per corporis contusiones, & afflictiones, quorum mininerunt plures Ecclesie PP. congerlia Josepho Vicecomite, *De ritibus Baptismi*, Lib. 3. Cap. 3. Albaspinæo, Lib. 2. Observ. Cap. 1. & 2. Lantmet. Lib. 2. De veteri Mon. Cap. 6. Georg. Ambian. ad Tertull. De pœdic. Cap. 20. Observ. 3. quia licet juxta D. Ambros. in Divum Paulum ad Rom. Cap. 11. *Gratia Dei in Baptismate non fuerat gemitus, aut planus, vel opus aliquod, nisi sola ex corde professo*; tamen ad dignio-

bantur, inquit, confitentes delicta sua, nobis gratulandum est, si non publice confitemur iniquitates, aut turpitudines nostras. Et jejunantes a carnibus, & vino se abstinebant, Cap. Baptizandi, 60. De consec. Distinct. 4. immo & a licitis arcebantur. Matrimonium non contrahebant. D. Hieronymus in Epitola LXXXI ad Oceanum: *Audiant Catechumeni, qui Fidei sunt candidati, ne uxores ducent ante Baptisma, ne honesta jungant matrimonia*. Et si matrimonio juncti erant, abstinebant se a copula. Divus Augustinus, *De Fide, & oper.* Cap. 6. Probat Viccomes dicto Lib. 3. Cap. 9. per totum. Et pedibus nudis velata facie plerumque incedebant, ut probat ipse Cap. 11. per totum. Humani jacebant in cinere, & cilicio; idem Capite 12. per totum. Quibus peractis, sequebantur Scrutinia, ubi examinabatur eorum vita, & de Fide, ac moribus inquirebatur. Hugo a S. Victore, *De Sacramentis*, Cap. 17. ibi: *Notandum etiam, quod baptizandi in Sabbatho Paschali, quarta Feria quartæ hebdomada Christiana militia, id est, Quadragesima, deferuntur ad Ecclesiam, ut exorcizentur, & catechentur*. Et quia predicta quarta Feria de Fide inquiruntur, & instruuntur, ideo dies illa, dies Scrutinii, & officium illud, Scrutinium appellatur. Synodus Moguntina II. Cap. 3. *Sacraenta itaque Baptismatis volumus ut conformiter, atque concorditer secundum Romanum Ordinem inter nos celebrantur jugiter, atque conserventur, id est, Scrutinium ad ordinem Baptismatis, sicut in Decretis Leonis Papæ sub duobus continetur Capitalis*. Cujus Scrutinii mentio fit apud Rupertum Lib. 4. *De Divin. Offic.* Cap. 18. Strabonem, *De rebus Eccles.* Cap. 26. Albinum Flaceum, *De Divin. Offic.* Cap. *De Baptismo*, & alios congetos a Viccomite, dicto Libro 3. Cap. 21. cum seqq. in Cap. His, 11. *De majoritate, & obed.* In quibus Scrutiniis Catechumeni Sacerdotum. populi Catholici suffragiis admittebantur, vel repellebantur, ut notavi supra in Canone XXII. Unde cum Catechumenos, de qua in praesenti, in Catechesi existens non solum fructus pœnitentiae non dedisset, verum adulterium perpetrasset, geminasque facinus, foetum conceptum abigendo, recte a Patribus arcet ab Ecclesia, & tantum in fine vi-

C A N O N LXIX.

De viris conjugatis, postea in adulterium lapsis.

Si quis forte habens uxorem, semel fuerit lapsus, placuit, eum quinquennio agere pœnitentiam, & sic reconciliari, nisi necessitas infirmitatis coegerit ante tempus dare communionem. Hoc & circa feminas observandum.

IVO, Parte 8. Cap. 281. *Si quis habens uxorem, semel fuerit lapsus, placuit, eum quinquennio agere pœnitentiam. Hoc & circa feminas observandum est.* Pœnitentiale Romanum antiquum apud Antonium Augustinum, Tit. 3. Cap. 4. sic: *Si quis forte habens uxorem, semel lapsus fuerit, placuit, eum quinquennium agere debere pœnitentiam, & sic reconciliari, nisi necessitas infirmitatis coegerit ante tempus dare communionem. Hoc & circa feminas observandum est.*

CAPUT SEXAGESIMUM SECUNDUM.

De poena mariti adulterium committentis.

Defensi olim ad Episcopos, vel Presbyteros Fidelium delicta, ut deferuntur hodie ad Abbatem, vel Rectorem Monachorum peccata, ut puniant, vel coerceant, obser-
 vavi superius a. De crimine adulterii taliis est Innocentius I. b rescribens ad Divum
 Episcopum Tolosanum. In hoc ergo Christi, & Ecclesiae foro, imposta poenitentia marito adulteranti quinquennium est; septennium in Concilio Ancyranus c, & Vvormacensis d: *Si quis adulterium, inquit Ancyranum, commiserit, septem annis in paenitentia complebit, perfectioni reddatur, secundum pristinos gradus.* Vvormacense: *Si cuius uxor adulterium fecerit, aut vir in alienam uxorem irruerit, septem annis paenitentiam agat.* Severius Concilium Gerundense e, decernens, ut qui uxorem alterius agnoveret, si illi uxori esset, ad Clerum non admitteretur: *Si quis de Laicis, inquit, post uxorem, alias cuiuscumque conditionis cognoverit mulierem, in Clero nullatenus admittatur.* Quod si quinquennii tempore adverba valetudine uratur, si morris initet periculum, communionem accipere posse, gratia facta, decernitur. Si vero convaluerit, & post id tempus in paenitentia transactum, & impetratam reconciliationem, iterum lapsus fuerit, in morte tantum esse convenientium, docemur Canone XLVII. superiori: *Quod si promisit cessatum, dandum ei communionem. Si autem a morbo liberatus, iterum mechatus fuerit, ne detur ei communio pacis (vel passus) ne de Dominica communione lassifice videatur.*

COMMENTARII NOVI.

Sunt qui probant ex hoc Canone, recon-
 ciliare nihil aliud olim fuisse, quam
 communionem dare; & recte, namque
 multa sunt, quae hanc explanationem com-
 probant; sed quum ajunt, communionem
 Eucharistiam significare, veterisque Sacra-
 mentum reconciliationis cum Sacramento Eu-
 charistiae semper conjunxit, aut communio-
 ne Eucharistiae semper intelligi; errant meo
 iudicio, atque huic opinioni subscrive non
 possum, nam in tertio paenitentia gradu pa-
 nitentes, & subsistentes communicabant,
 erantque reconciliati, qui Eucharistiae non
 participant. ALBASPINÆUS.

De adulteris puniendis, Episcoporum cura priscis Ecclesiæ seculis fuit; & quidem Lib. 6. Capitular. Caroli, Capite 314. Imperator ait: *Præcipimus, ut juxta Decreta*

Hoc & circa feminas observandum.

CAPUT SEXAGESIMUM TERTIUM.

Uter adulterio commisso magis peccet vir, an uxoris?

Decreto huic multa repugnare videntur, dum parem feminine, & viri adulterio poenam praescribit; sic enim videtur parem utriusque culpam docere. Primum repugnat Divus Augustinus f, qui maritos adulteros majori poena, quam uxores afficiendos censet: *Indignantur, inquit, mariti, si audiant adulteros viros pendere similes adulteris feminis penas; cum tanto gravius eos puniri oportuerit, quo magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo regere feminas.* Et alibi g: *Non macaberis, ait, id est, non ibis ad aliquam alias, prætor uxorem tuam. Tu autem exigis hoc ab uxore, & non vis viri reddere uxori. Et cum debeas in virtute præcedere uxorem (quoniam castitas virrus est) tu sub uno impetu libidinis cadis, & vis uxorem tuam vietricem esse; tu vires jaces. Ecce cum tu caput uxoris sis, præcedit te ad Deum, cuius caput es. Vis domum tuam capite deorsum pendere? Caput enim mulieris vir est; ubi autem melius vivit mulier, quam vir, capite deorsum pendet domus. Si caput est vir, melius debes vivere, quam mulier, & præcedere in omnibus bonis factis uxorem tuam.* Repugnat etiam Lex Julia, Severusque, & Antoninus Imperatores h docentes, maritos accusare posse uxores adulteras, uxores vero non sic maritos.

Sed Augustinus non obstat, quod ille non contendat probare, magis peccare violare castitatis crimen virum adulterum, quam feminam. Castitas enim, pudicitiaque feminas decet magis multo quam viros: ideoque feminine tum ob hanc causam, tum ob partus periculum, magis peccant, quam viros confunduntur enim earum adulterio incerta stirpe familie, & parentibus non suis illegi-

legitimæ, proles adscribuntur, ut cum justis liberis eandem partem ferant. Quod sane gravissimum est, nec Augustinus negavit, sed solum ait, magis peccasse virum ob scandalum, & exemplum, quod imperii ratione ille subditis præbere tenebatur; tum etiam ne maritus uxori indignaretur adulteræ, cum talibus irritata moribus; aut imitaris se putet, aut vindicare, ut recte post Quintilianum dixit Lactantius a. Lex autem Julia, Imperatoresque, Severus, & Antoninus de gravitate criminis non disputant, sed de accusatione civili, & publica; hanc enim noluerunt uxoris adversus maritos, sicut maritis adversus uxores concedi; cum ob decoris, honestatis, reverentiae conjugalis rationem, ad quam observandam arctius uxores ut feminæ tenentur adstrictæ; tum præterea ob periculum zelotypiarum, ad quam procliviores esse feminas, agnoverant illi; sique ad accusandum facilius commoveri; quibus intercludere adiutum Lex Julia, & Imperatores voluerunt, ne si forsitan his nimium essent indulgentes, uxorum molestiis, & litibus omnia judicum tribunalia non implerentur solum, sed impeditarentur.

Quod autem Papinianus scripsit: *Viro, atque uxore mores invicem accusantibus, causam divortii utrumque dedisse pronuntiatum est; id ita accipi debet, ut ea Lege, quam ambo contempserunt, neuter vindicetur; paria enim delicta mutua compensatione dissolvuntur.*

His non repugnat, si advertamus, diversam esse accusationem de adulterio a morum accusatione: de adulterio enim, constante matrimonio, accusatio inflituebatur; morum vero accusatio, matrimonio soluta. Quæ ideo instituebantur, ut pronunciaretur, alteriusculpa divortium factum esse; intererat enim multum ad dotis repetitionem, an bona gratia, an culpa alterius conjugum matrimonium dissolvetur; idque in actione rei uxoris vocari solitum in questionem, Quintilianus c refert. Si enim bona gratia matrimonium esset dissolutum, utriusque conjugi salvum, & immunitum jus manebat. Si vero culpa conjugum, & illa maritiei esset, presentem dotem, & integrum reddere cogebatur, ut testantur Cicero d & Ulpianus e. Etsi alioquin in die tantum reddere dubuisset. Si vero culpa uxoris divortium fieret, dotis parte uxoris multabatur; morum enim graviorum actione, ut a Boethio f & Ulpiano g scriputum exstat, sextam in singulos libros dotis partem maritus retinebat, leviorum autem, octavam. Mores graviores, adulteria censebant. Leviores autem reliquos; & haec sunt retentiones, quas fieri olim ob mores Justinianus h refert. Hinc sit, mulierem, quae ob suos mores causam dedit divortio, integræ dotis damnum non subiisse; hoc enim quinque tantum Legibus sanctum scribit Ulpianus i, *Julia majestatis, vis publicæ, parricidiæ, neficis, & deficariæ.* Qui iuri antiquo Theodosii & constitutione derogatum arbitror; is enim, decrevit, mulierem, quæ culpas in ea Lege definitas contraxerit, totius dotis, & donationis propter nuptias amissionem puniri. Quibus alias tres caussas adjectit Justinianus l; illud non omittens, quod si sine dote uxor ducta fuerit, quartæ partis reliquorum bonorum (si qua habeat) damnum sustineat. Ex quo consequitur, *Responsa Prudentum, & Imperatorum constitutiones, quæ ante Theodosium factæ referuntur, ex quibus constat, culpa mulieris soluto matrimonio, dotem apud virum remanere, Tribonianum immutasse, & invertisse;* ut cum recentioribus constitutionibus congruerent; cum antiqui, & certi juris fuerit, dotis tantum partem mulieri etiam adulteræ perire; retinebat enim eam partem maritus, vel iudicio de moribus repeatet; nisi ipse quoque turpiter, & impudice vivens, ad peccandum mulierem induxisset, vel eam ob quemdam adulterari passus esset; eo enim casu uxoris mores accusare, ad retinemendam partem dotis, non permittebatur. Quod Scævola m *Cum mulier, inquit, viri lenocinio adulterata fuerit, nihil ex dote retinetur; cur enim maritus improbet mores, quos ipse aut ante corrupit, aut postea probavit?* Si tamen ex mente Legis sumat quis, at nec accusare possit qui lenocinum uxori præbuerit, audiendus est. Differebat ergo in hoc accusatio de adulterio ab accusatione morum; differebant etiam, quia illud publicum erat delictum, hoc tantum privatum; & adeo privatum, ut heredi ea actio olim non competeteret; etsi postea ea sublata fuerit a Justiniano n.

Quod vero Canon huius Concilii, & D. Chrysostomus docent, ad paria judicari debere maritum, & uxorem; de paenitentia Ecclesiastica intelligendum est, quam maritus sic agere debet ob violatum torum uxoris, sicut & uxor ob violatum torum mariti: utrisque enim ne alter conqueri posset de alio) parem paenam constituerunt Leges Canonicae, ut constat ex Canonice Ancyranæ o, & Vvormacensi p, & ex Innocentio PP. q quorum Decreta superius recitavimus.

Sed quid, si vir eadem turpitudine vivat, cum aliaque adulterii eretur? an mulier ejusdem criminis causam marito obijcere possit? Ulpianus r consulendus eit: *Judex adulterii ante oculos habere debet, & inquirere, an maritus pudice vivens, mulieris quoque bonos mores colendi auctor fuerit; periniquum enim videtur esse, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quoniam ipse non exhibeat; quæ res potest, & virum damnare, non ob compensationem mutantui criminis rem inter utrumque componere.* Quod ex Rescripto Antonini Imperatoris sumptum etiam videtur, cuius partem ex Codice Gregoriano Divus Augustinus refert ad Pollentium: *Sane meæ literæ nulla ex parte causa præjudicabant. Neque enim si penes te culpa fuit, ut matrimonium solueretur, & secundum Legem Julianam uxor sua Eupatoria nubaret; propter h.c rescripto meo adulterii damnata erit, nisi constet esse commissum.* Habebunt ante oculos hoc inquirere, an cum tu pudice viveres, illi quoque bonos mores colendi auctor fuerit. Periniquum mibi videtur esse, ut pudicitiam ab uxore exigat, quoniam ipse non exhibet; quæ res potest & virum damnare, non ob compensationem mutantui criminis rem inter utrumque componere, vel causam facti tollere. Quo Decreto summa juris naturalis aequitas, & Religio continetur, dum quis ea jubetur alii facere, quæ sibi justè fieri velit; idemque jus matritis praescribit (quod Lactantius s docuit) uxores videlicet, ut se castè gerant, exemplo con-

a L. & Divisa
iustit. C. 23.

b L. Vito solut.
matrim.

c L. 5. §. 1. De
part. dotal.

d In Topicis.
e In Inst. Tit.

f In Topic. Ci-
cer.

g In Inst. Tit.

h L. Unica, §.

Taceat, C. De
rei uxori. act.

i L. 3. De boni
damnata.

k L. Consensu.
De repud.

l L. Ult. De
repud.

m L. Cum mu-
lier. Solut. ma-
trim.

n L. Rei judicata
§. ult. Solut.
matrim. L. 1.

C. Theod. L. 3.

Tit. 13. De do-
tis.

o L. ult. De re
pud. L. unica,

§. Taceat. De
rei uxori. act.

p Can. 20.

q Can. 10.

r Epiph. ad E-
xuperium Epiph.
Tolos. C. 4.

s L. Si uxori.

t L. Judex.

ad L. Jul. De
adulteri. D. in
grat. Leg. De
adulteri. s. Pd
lentium. C. 8.

u L. 6. Divisa
iustit.

tinentia esse docendas; iniquum enim est, ut id exigas, quod ipse praestare, vel nolis, vel non possis; quod & Seneca a scripsit: *Improbos est, inquit, qui ab uxore pudicitiam exigit,*
 a Epist. ad Lu- *ipse alienarum corruptor uxorum.* Et Augustinus b: *Nihil iniquius est, inquit, quam cauf-*
ciuum 94. *sa fornicationis dimittere uxorem, si & ipse convincitur fornicari.* Occurrit in illud: In
 b L. i. De Ser- *quo alterum judicas, temetipsum condemnas; eadem enim agis, que tu judicas.* Quapropter
 mon. Domini *quisquis fornicationis causa vult abdicere uxorem, prior debet esse a fornicatione purgatus;*
Rom. 2. *& immunis.* Et rursus alio in loco c: *Si duxi eis uxores, servate vos uxoris vestris;*
c Serm. 46. De *quales vultus eas inventire, tales & ipsa inventient vos.* *Quis juvenis est, qui non custos*
verbis Domini. *velit ducere uxorem? & si accepturus est virginem, quis non intactam desideret?* Intactam
L. 5. De publico *queris? intactus es tu; puram queris? noli esse impurus.* *Nam enim illa potest, & tu non*
potes? Poterit ergo crimen adulterii adultera mulier viro adultero objicere, non ut ipsa ex-
cusetur, sed ut vir tanquam occasio suæ turpitudinis puniatur & quia Constitutionibus cau-
tum fuit, ne relatione criminum, sed innocentia reus purgaretur.

COMMENTARII NOVI.

Lege Julia De adulteriis non aequaliter jus in adulteros competit uxor, atque viro. Licet enim occidere adulterum, & accusare uxorem de adulterio viro liceret; tamen mulieri non idem permittebatur. Nam cum de femina nihil in eadem Lega exprimeretur, idem jus ei denegatum credebatur. arg. Legis, *Si confantes, §. De viro, ff. Soluto matrimonii.* Et quanquam in ceteris causulis mulieribus publico judicio res accusare concedatur, si suam, suorumve, id est, parentum, liberorum, patroni, patronæ, eorum filii, filiæ, nepotis, neptive, & omnium, in quos ex Lega publicorum judiciorum in vita testimonium non dicunt, injuriam prosequantur. L. i. & 2. ff. *De accusationibus. L. Uxor. C. Qui accuseat &c. L. 3. §. Sed si mulier. ff. De liberis & minibus exhibet, tamen adulterii agere eis, nec si matrimonium suum violatum dicant, permittitur: hoc enim Lex facit, quæ de masculis tantum loqua, feminas ab accusatione repulide intelligitur; argum. L. Cum Prætor, ff. De judic. & ita Imperatores, Severus, & Antoninus rescriperunt in L. i. C. De adulter. Non habere mulieres accusationem, quamvis de matrimonio suo violato queri velint, Lex Julia declarat; quæ cum masculis jure mariti accusandi facultatem detulisset, non idem jus feminis detulit. Plane accusata a marito adulterii mulier, in eum, & lenocinii, & adulterii crimen retorquere potest, relationis utique, non accusationis via, ac modo. L. 2. §. *Si publico. L. Si uxor. §. Index. ff. Ad Leg. Jul. de adult.* Rationem hujus juris constituti, & criteriū si quis requirat, ex disparitate injuria petenda videtur; major est enim injuria, quæ sit marito ab uxore adultera, quam quæ sit ab adultero marito. Accedit, quia sexus iste admodum querulus, & zelotypus deditus est; itaque ne quotidie audiatur uxor accusans maritum, frumentum impotentis mulieri fuit injiciendum. Ad quod Romanorum jus respexerunt A Gellius L. 10. Noct. Attic. Cap. 1. *In adulterio, ait, uxorem tuam si depredasses, sine iudicio impune necares.* Illa te, si adulterares, dixi non auderet contingere, neque ius est. D. Gregor. Nazianzen. in Orat. ad Cap. 18. Matthiæ: *Cum enim mulier aliquando plectitur, sed viro parciat, & mulier malo mariti thalamo consuens mœchatur?* & hinc amara legum pena? vir autem ob scortationem uxori band quamquam est obnoxius? non suscipio legislationem*

bus mutua delicta pari compensatione tolluntur; dicta Lege, Viro, 39. Lege, *Cum mulier,* 47. ff. *Soluto matrimonio; aliter atque in criminali judicio de adulterio, ubi lenocinii replicatio mutuam criminum compensationem non inducit.* Lege 2. §. *Si publico, Lege, Si uxor 13. §. Si index, ff. ad 1. Ad Legem Julianam de adulteriis.* Jus autem Canonicum, quod tantum respectum fidem violatam in adulterio, & injuriam Sacramento, & conjugi irrogatam, aequaliter damnavit adulterium in viro, ac in uxore; & sicut marito ob adulterium permisit dimittere uxorem, Cap. *Si uxorum, 18. Cap. Praeceptum, 21 cum seq. 32. Quæst. 5. ita & uxori virum.* Cap. *Apud nos, 20. Cap. finali, 30. Quæst. 5.* Pluribus relatis illustrat Valenzuela Tomo 2. Consil. 144. Faciunt Textus in C. *Indignantur, 32. Quæst. 6. ibi: Indignantur mariti si audiant adulteros viros pendere similes adulteris feminis penas; cum ad eos pertineat, & virtute vincere, & exemplo regere*

CANON LXX.

De feminis, quæ consciis maritis adulterant.

Si conscio marito fuerit mœchata uxor; placuit, nec in fine dandam ei esse communionem. Si vero eam reliquerit; post decem annos accipiat communionem, si eam cum scierit adulteram, aliquo tempore in domo sua retinuit. vulgatus.

De feminis, quæ consciis maritis adulterantur.

Si conscio marito, & ipso consentiente, fuerit uxor mœchata; placuit nec in fine eis dandam esse communionem; si vero eam reliquerit, & separati fuerint, & digne pœnituerint; post decem annos accipient communionem. emendatus.

Poenitentiale antiquum Romanum apud Antonium Augustinum Tit. 3. Cap. 2. retulit hunc Canonem; et si non recte Concilio Moguntino tribuat, in cuius Notis idem Ant. Augusti se non reperiit in Conciliis hunc Canonem ait; sed exstat in hoc Iliberritano. Burchardus Lib. 9. Cap. 69. & Ivo Part. 8. Cap. 206. Concilio Moguntino tribuant etiam; sed huic nostro ille restituui debet.

CAPUT SEXAGESIMUM QUARTUM.

De pena uxoris adulterantis, & mariti consentientis.

Noluerunt hujus Concilii Patres in hoc Canone de pena solum feminarum, quæ scientia, & consensu mariti adulterantur, tractare, ut epigrapha habeat; sed de pena etiam ipsorum maritorum, qui sciunt, & consentiunt, ipsorum uxores esse adulteras; quod ostendit postremus versiculos, qui præcedenti connectitur: *Si vero eam reliquerit, inquit, post decem annos accipiat communionem.* Sed confirmat magis ejusdem Canonis contextus, quem superius ex Poenitentiali Romano a retulimus: *Si vero, ajunt, eam reliquerit, & separati fuerint, & digne pœnituerint, post decem annos accipient poenitentiam.* Olim enim nonnullæ uxores, audientes, quod ipse non habent potestatem sui corporis, sed vita, licere sibi putabant ad torum alterius viri accedere, connivente suo, vel licentiam dante; in quo historiam antiquam tempore Constantii Imperatoris ad propolitum satis accommodatam refert D. Augustinus b: *Sed tamen, inquit, utrum quod ait Apostolus: Mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir. Similiter & vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier; possit in tantum valere, ut permittere uxore, quæ maritalis corporis potestatem habet, possit vir cum altera, quæ nec aliena uxor sit, nec a viro disjuncta, concubere.* Sed non ita est existimandum; ne hoc etiam feminæ viro permittente posse videatur, quod omnium sensus excludit. Quamquam nonnullæ causæ possint existere, ubi & uxor mariti consensu, pro ipso marito hoc debere videatur; sicut Antiochus factum esse prohibetur. Nam Acindynus tunè Praefectus, qui etiam Consul fuit, cum quendam libra auri debitorem Fisci exigere, nescio unde commotus, quod plerumque in iis potestatibus perniciōsum est, quibus quodlibet licet, aut potius putatur licere, commotus est, jurans, & vehementer affirmans, quod si certo die, quem constituerat, memoratum aurum non exsolvet, occideretur. Itaque cum ille teneretur immani castodia, nec se posset debito illo ex-

a Apud Anton. Aug. Tit. 3. cap. 2.

b Lib. 1. De Serm. Domini in monte paulo post medium

Tom. II. pedi-

pedire; dies metuendus imminere, & propinquare caput; & forte babebat uxorem pulcherrimam, sed nullius pecunia, qua subvenire posset viro. Cujus mulieris pulchritudine, cum quidam dives esset accusus, & cognovisset maritum ejus in illo discrimine constitutum, misit ad eam; pullicens pro una nocte, si ei misceri velleret, se auri libram daturum. Tum illa, quæ se sciret non habere sui corporis potestatem, sed virum suum; pertulit ad eum, dicens, paratam se esse pro marito id facere, si tamen ipse conjugalis corporis dominus, cui tota illa castitas deberetur, tanquam de sua, pro vita sua vellet id fieri; egit ille gratias, & ut fieret, imperavit; nullo modo judicans, adulterinum esse concubitus; quod, & libido nulla, & magya mariti charitas, se jubente, & volente, flagaret. Venit mulier ad villam illius divitie, fecit quod voluit impudicus, sed illa corpus non nisi marito dedit, non concubere, ut solet, sed vivere cupienti. Accepit auram, sed ille qui dedit, fraude subtraxit quod dederat, & supposuit simile ligamentum cum terra; quod ubi mulier jam domi sue posita inventis, profiliuit in publicum, eadem mariti charitate clamatura quod fecerat, qua facere coacta est, interpellat Praefectum, fatetur omnia, quam fraudem passa esset, ostendit. Tum vero Praefectus primo se reum quod suis minis ad id ventum esset, pronunciat, tanquam in aliam sententiam diceret, de Aciindyni bonis auri libram Fisco inferendam, illam vero mulierem dominam in eam terram, unde pro auro terram accepisset, induci. Nihil hic in alteram partem disputo, licet cuicunque astimare quod velit; non enim de divinis auctoritatibus de prompta historiæ est; sed tamen narrato hoc facto, non ita respuit hoc sensus humanus, quod in illa muliere, viro vivente, commissum est, quemadmodum antea, cum fine ullo exemplo res ipsa poneretur, borruimus. Hoc etiam licere, non doctrina solum, sed exemplo, Viri olim sapientia, & auctoritate præstantes docuerunt. Gravissimum enim Romanorum Catonem uxorem suam Martiam alterius domum, Hortensi scilicet, filii impleturam tradidit;

a De bon. con-
jug. L. 18. &
De fide, & op. pe-
rib. C. 7.

b In Apologo-
tico C. 39.

D. Auguſtinus a refert. Socratem præterea, quem Apollinis oraculo ut sapientissimum omnium scimus judicatum, tanquam armenti matricem, amico suo ad propagandum sobolem, uxorem tradidisse, scribit, irridetque utriusque sapientiam Tertullianus ^b; certo enim certius est, neutrum conjugum, etiam alterius permisit, posse alienæ indulgere libidini sine crimine adulterii; idque adeo grave censuerunt Patres Hispani, ut admittentibus, & consentientibus, communionem etiam in ultimo vita spiritu negaverint; quod non nisi in peccatis gravissimi facere consueverunt.

Constat ex hoc Canone, quam antiqua sit in Hispania lenonum maritorum nota, & infamia. Quod si tanta esset animi turpitudine, ut uxores pudorem prolinuerent, severe c. Lib. 3. L. vii. lenocinium olim Gothi ^c vindicarunt, facultate uxori concessa, ut dimissio illo turpi mariti figitorum Tit. contuberino, honestas alterius nuptias possit contrahere; quod permitum lego in Pœnitentiæ, ad fin. L. 2. tiali Romano d antiquo: Contigit tibi, inquit, ut uxor tua, te conscientia, & bortante, cum d apud Anton. Cap. 20. aliо viro, illa autem nolente, adulterium perpetraret; si fecisti, quadraginta dies in pane & aqua paeniteas, & septem annos, unum ex his in pane, & aqua, & nunquam sis sine paenitentia. Si autem uxor tua hoc probare potuerit, quod tua culpa, & tuo iussu, se renueniente, & relataente, adulterata sit; si se continere non potest, nubat cui voluerit, tantum in Domino. Tu autem sine uxoria spe in perpetuum maneat. Illa autem si conscientius fuerit, eadem jejunet, quæ tibi propofitæ sunt, & sine spe conjugii maneat. Quæ Legæ quamquam non probaverint divortium, sed impunitatem in foro permiserint, contrariis tamen Ecclesiæ moribus, & Constitutionibus abrogatae sunt.

COMENTARII NOVI.

Lenocinii turpitudinem tam in marito, quam extraneis personis, probro habuit Jus Civilé, & tam antiquis, quam novis Legibus abjectum visum fuit lenonum nomen. Novel. 14. *De lenonibus*; dum quemlibet lenonem ut infamia notatum omnibus honoribus privavit. Leg. *Athletas*, §. Ait Praetor. L. 1. ff. *De bis qui not. infamia*. Lib. 64. Tit. 6. Partit. 7. & ingenuis hominibus Lege Julia, & Papia prohibebatur, lenam, id est mulierem, quæ alias quest'arias prolinuit, ut diffinit Ulpianus in Leg. *Palam*, 43. §. *Lenas*, ff. *De ritu nuptiarum*, uxorem ducere. Ulpianus in *Fragm. Tit. 13.* §. fin. Accusandi jus ipsi lenones non habent. L. 4. ff. *De accusat.* & in adulterio deprehensi occidi possunt a marito impune, ex Lege Julia, *De adult.* L. *Marrito*, 24. ff. ad Legem *Iuliam*, *de adult.* & mulierem ab hostibus redemptor prolinuerit, pretium redemptionis amitterit. Lege, *Fœdifice*, Cod. *De p. slim. revers.* Immo leno jus patriæ potestatis, & dominii, quod habebat in muliere, quam prolinuit, amitterit. Lege, *Si lenones*, 13. Cod. *De Episcop. audiencia*.

accepterunt præferentes illud vindictæ propriæ domus. L. *Nec timorem*, 7. §. 1. L. *Illi*, 8. ff. *De eo*, quod metus causa. Item poenis lenocinii ex ipsa Legi mariti tenebantur, qui ab inchoata adulterii accusatione deliterant, quam debebant usque ad finem prosequi, Leg. *Quæsitum*, 40. §. 1. ff. *Ad Leg. Iul. de adult.* Leg. 2. ff. *Ad Turpil.* Quid tamen de lenonibus nostro patro Jure cautum sit, late expōnit Didacus Perez in Legi finali, Tomo 14.

CANON LXXI.

De Stupratoribus puerorum.

Stupratoribus puerorum nec in fine dandam esse communionem.

CAPUT SEXAGESIMUM QUINTUM.

De pena stupri nefandi.

Multa, & ea gravissima crimina, incolumi honestate referri possunt, & argui; homicidium enim, latrocinium, sacrilegium, & alia quis non accuset? At hoc, cuius mentionem facere Illiberritani Patres nos cogunt; ipsos vero foedissima quorundam turpitudi, vel execrabilis potius, & summa infamia, adeo grave est, adeo putidum, ut etiam honestus sit, qui illa accusare velit, honestate tamen integra, nec accusando possit enunciare; vincit enim lingua officium sceleris magnitudo. Quam apte, quam scite, quam prudenter Constantius, & Constanus Imperatores AA. dum volentes gladii poena scelus tantum vindicare, sic ad populum scripserunt: Cum vir nubit, in femina viros paritura quid cupiatur? ubi Jesus perdidit locum? ubi scelus est, quod non proficit seire? ubi Venus mutatur in alteram formam? ubi amor queritur, nec videtur? jubemus insurgere Leges, armari Tura gladio utore, ut exquisitis penitibus subdantur infames, qui sunt, vel qui futuri sunt rei. Sodomæ, & Gomorræ incolas hujus criminis turpitudine foedatos, Divina Justitia ultrice, incendi poena conflagrasse, Sacris Literis proudit est; & id merito, ut quam extenuant turpis libidinis ardore culpam contrixerant, non dissimili alterius incendi flamma parem poenam persolverent. Divinum hoc exemplum Valentianus, Theodosius, & Arcadius AA. b sequuti sunt, dum ad Oronium Vicarium Urbis scripserunt: Omnes, quibus flagitii usus est virile corpus muliebriter constitutum, alieni sexus damnare patientia (nihil b. Lib. 6. Tit. 7.
c. Lib. 9. C. Theodo. c. Leg. 1. Tit. 21. I. 8. novi
sitorum Senatus eius punio reservata est, quod & in Regno Valentis observari audio. d. Ut testatur
Jac. Simancas
L. De Cathol.
Institut. C. 50.
e. Lib. 1. C. 34.
f. Exodi Cap. xxii. versu 22. 23. & Cap. xx. versu 13. 15.
g. Cap. xxvii. versu 29. Deuteronomii Cap. xxvi. & Genesis Cap. xxxvii. ait Do
minus: Defecudam, & videbo, utrum cl
morem ipsi opere compleverint. Quali in ad
mirare

Clericos autem hujus criminis reos, degradandos, & Judicii saculari tradendos, justissima, & sancta Pitti V. Constitutio decrevit. Quam non solum in eos exerceri, qui delictum consummatum, sed & eos, qui tentant, censuerim æquissimum, ne atroc illud, & grave in Rempublicam Christianam redundet periculum, quod ex perniciose tanti peccati contagione imminere, jam diu Gallicani Patres in Concilio Parisiensi e sanctissime prædixerunt: Hoc e Lib. 1. C. 34. namque peccatum, ajunt, Sancti Patres Divino Spiritu affati, merito in sacris Canonibus acris ceteris judicandum decreverunt, quoniam eo regnante, & statum Christi Ecclesiæ infirmari, & Regnum periclitari, aperte cognoverunt. Sed de his fatis; prudentius hæc enim tacentur, & doctius multo nesciuntur.

COMENTARII NOVI.

Mascula libido, preposta venus, seu monstruosa, recte vulgo nefandum peccatum dicitur, cum de eo fari pœnas aure non linant. Post ignem Sodomæ, Sodomæ scelus nuncupamus. Ejus patratores filios diffidentia dixerunt Patres Concilii Lateranensis in Cap. *Clerici*, 4. *De excessibus Prælatorum*; id est, desperatos, & filio pœnitionis; ut exponit Cajacius in Cap. *Ut Clericorum*, *De Vita*, & boneitate Clericorum. Illud scelus omni jure exosum, & deo pœnis vindicatum legimus. Naturæ

mirationis modum dixisset : Vix possum credere , nefas hoc perpetrari posse . Unde recte notavit Salvianus , *De gubernatione* , Deum Dominum nollrum ultorem hujus delicti se appellare , licet in aliis delictis nomen ultoris admodum abhorruerit , quia *Genesis* Cap. xix . legitur : *Dominus pluit super Sodomam* . Apud varias Gentes diversis poenis fuisse vindicatum , constat ex exemplis relatis a Borreollo in *Summa Decisi* . Tit. i. n. 31 . Jure civili variæ poena in hujus monstruosa Veneris patratores statute fuerunt , ut appareat ex *Lege* i. § . *Removet* , ff. *De postul.* L. i. § . ult. ff. *De extraord. crimin.* L. *Ejusdem* , § . Item bis , ff. *Ad Legem Cornel.* de *sicar.* *Paullo* Lib. 5 . Sent. Tit. 23 . & in eis lata fuit Lex *Scatinia* , cuius meminerunt , *Juvenali Satyra* 11 . *Quod si vexantur Leges , ac fura ; citari Ante omnes debet Scatinia ; respice finem.* Aufonis eleganti illo Epigrammate : *Furis consulto , cui vivit adultera conjux , Papia lex placuit , Julia displicuit.* *Quaritis , unde haec sit distantia? semivir ipsa , Scatiniam metuens , non metuit Titiam.*

Sed quia hujus Legis poena pecuniaria erat , (siquidem ex ea qui ingenuum stuprasset , sextertium decem millia ex solvebat) ideo conniventibus judicibus flagitiae huc frequenter peperabantur ; immo & palam viri , ut feminæ , viris nubebant , ut probat eruditus D. Joannes Suarez ad L. *Aquil* L. 2. C. 3 . Sect. 6 . usque dum Imperatores Constantius , & Constantius poenam capitum statuerunt in *Lege* , *Cum vir Cod.* *Ad Leg.* *Tul. de adult.* ubi verba illa , cum vir nubit in feminam viris porreturam , non recte legi Rübardi Lib. 4 . *Var.* Cap. ult. *nubit ut femina viris paritura.* Rectius D. Joannes Suarez ubi proxime num. 12 . reponit pro *viris porreturam* , liberos procreaturam ; ut sensus sit , cum vir sexum mentitur muliebribus vestibus induitus , & ut mulier cum altero publice nupst , profitendo se liberorum causa convenire , debitis compescendum est poenis . Recte etiam in eo Textu post Durantium , *Cæsellium* Lib. 1 . *Var.* Cap. 2 . probat Dorleans in *Not. ad Tacitum* , Lib. 4 . *Annal.* loco illorum verborum , ubi amor queritur , nec videtur ; legendum esse ; ubi amor queritur , nec invenitur . Eandem sanctionem firmavit Justinianus in *Novel.* 77 . *Ut non luxurientur contra naturam.* Et Legibus Gotthorum , nefarii hujus peccati parratores caltrari jubentur in L. 5 . Tit. Lib. 3 . *Fori judic.* Et Legibus nostris patriis poena ignis constituta est in eos simul cum confiscatione bonorum , Lib. 2 . Tit. 22 . Partit. 3 . L. 1 . Tit. 21 . Lib. 8 . Recopil.

Sed jam ad Jus Pontificium perveniamus , in quo plures Constitutiones contra præpostera libidinæ utentes editæ sunt , ut constat ex Cap. *Quod ait* , 14 . Distinct. Cap. *Si gens* , 56 . Distinct. Cap. *Flagitia* , 32 . Quælt. 7 . Cap. *Si Clericorum* , *De vita* , & *bonest* . Cleric. Cap. *Clerici* , 4 . *De excessib. Prælat.* Cap. *In Archiepiscopatu* , *De raptor.* Cap. *Solicitatores* , § . *Qui puer* , *De poenit.* Concilio Turonen. 11 . Can. xv . Tolet. xvi . Can. 111 . Troslejan. Canone xv . Et primis Ecclesiæ scæculis similibus monstris nec in fine venia concedebatur . *Tertull.* *De pudicit.* Cap. 4 . ibi : *Reliquas*

autem libidinum furias impias , & in corpora , & in sexus ultra jura naturæ , non modo limine , verum omni Ecclesiæ testo submoveamus. Ubi *Georg. Ambian. Observ.* 2 . fol. 739 . Albaspin. L. 2 . *Observ.* C. 13 . Balsam. in Can. xvi . Synodi Ancyranæ recte notarunt , temporibus hujus Concilii Illiberritanæ omnino veniam montris denegari . Potest tamen in Synodo Ancyranæ Can. xv paullo humanius , benigniusque statutum fuit ; ita ut si quis vicefimum atatis annum irrationaliter cum masculis versaretur , peviginti annos poenitentiam in Ecclesiæ publice faciat ; indulserunt enim Patres aliquid atati , ut faciendo in terminis ex jure Orientali referat Harmenop. in *Promptuar.* L. 6 . Tit. 4 . illi : *Prater naturam lascivientes , tamagens , quam patiens , gladio plectatur , nisi forte qui passus est , minor erat.* Prosequuntur PP. Ancyra . & agunt de majori viginti annis , tandemque concludunt : *Quod si uoxes habentes , & transcedentes quinquagesimum atatis annum , ita deliquerint ; ad exitum vita communionis gratiam consequentur.* Sequentibus Ecclesiæ Legibus , ad poenitentiam , & communionem admissi fuerunt , poenitentia peracta . D. Basil. ad Amphil. Cap. 7 . *Masculorum , & animalium initores , & homicida , & venefici , & adulteri , & idololatriæ , eadem condemnatio ne digni habentur.* Si tamen poenitentiam ritte , & perfecte peragere neglexissent , fuscata Canonis severitate , etiam in fine communio illis denegatur in Concilio Tolet. XVI . Can. 111 . his verbis : *Sicut cordis , corporis que munditia homines Deo proximos facit , ita incentive pollutionis atro Deo alienos statuit ; & sicut Sodomiticos populos borren da , nimiumque detestanda patratio igni cælitus confluent exurendis in præteritis tradidit , ita talibus immunditiis homines deditos aeterna damnationis rogus consummet ; loquente Domino per Prophetam : Vestimentum misum sanguine erit in combustione , & cibis ignis.* At nunc , quoniam haec funesta actio , & Sodomita operationis malum multos fauissime perpendit ; adeo nos ob hujus fauissimæ causæ exstirpandam consuetudinem zelo Domini ardentes , omnes in communione sanctimus , ut quicumque hujus nefaria actionis parratores exstirpant , quique in his turpitudinibus sese implicari permiserint , & contra naturam , masculi in masculos hanc turpitudinem operaverint ; siquidem Episcopus , Presbyter , aut Diaconus fuerit , de propriis honoris gradu dejectus , perpetui ex filii manebit damnatione perculsus . Sin vero cajuslibet ordinis , gradus , vel persona , & talius colluvionis voxis reperti fuerint applicati , illius Legis , quæ de talibus est edita , nibilominus feriantur sententia , & ab omnibus Christianorum sint alieni caterva ; & insuper centenis verberibus correpti , ac turpiter decalvati , ex filio mancipentur perpetuo ; ita ut nisi tam eos , qui Religionis cultum turpasse visi fuerint , quam etiam alios (ut diximus cuiuscumque ordinis homines) digna satisfatio poenitentia accipere Corpus , & Sanguinem Christi in fine permiserit , aut Christianorum societati reddiderit , nec in exitus sui diem secundum Canonum instituta com-

monstra apud Christianos , declarat idem Tertullianus in Libro , *De corona militis* , Cap. 5 . *Omne , quod contra naturam est , monstri meretur notam apud omnes ; penes nos vero elogium sacrilegii in Deum , naturæ Dominum , & Autorem . Infuper idem Albaspinus loco citato , affirmat temporibus Concilii Illiberritanæ peccata illa tam exterranda , tamque horribilia perpetua excommunicatione fuisse multata , ita ut illorum confisi nec in ipsa morte absolvii possent .*

Concilium Ancyranum anno Chr. ccxix . celebratum , cum hujusmodi monstris paullo humanius , & benignius agere coepit . Sic enim statuit Canone xv . *De his* , inquit , qui irrationaliter versati sunt (id est contra naturalem usum in masculos , vel pecora exarserunt) vel versantur , quotquot ante vicefimum annum tale crimen commiserint , quindecim annis exactis in penitentia , communionem mereantur orationem . Deinde quinquennio in hac communione darentes , tunc demum Oblationis Sacramenta contingant , & ita misericordiam consequantur . *Quod si inexplorabiliter his haesere criminibus , ad agendum penitentiam prolixius tempus infumant.* Quotquot autem , peracta viginti annorum aetate , & uxores habentes , in hoc peccature prolapsi sunt , viginti quinque annis penitendum gerentes , in communionem suscipiantur orationem , in qua quinquennio perdurantes , tunc demum Oblationis Sacramenta percipient . *Quod si quis , & uxores habentes , & transcedentes quinquagesimum annum atatis , ita deliquerint , ad exitum vita communionis gratiam consequantur.* Hactenus Canon Concilii Ancyrae .

Concilium Parisiense VI . anno Christi dcccxxix . celebratum , hujusmodi vitium contra naturam esse plectendum , secundum judicium Canonicum Concilii Ancyrae , quod supra retulimus : *Hoc namque peccatum , inquit , SS. Patres Divino Spiritu afflati , merito in favoris Canonibus acris ceteris judicandum decreverunt ; quoniam eo regnante , & statutum Christi Ecclesia confirmari , & Regnum periclitari , aperte cognoverunt . Hactenus præstatum Concilium Lib. 1 . Cap. 34 .*

Concilium Troslejanum anno Christi cmix . celebratum , de peccatis contra naturam sic loquitur : *Exstant & alia diversorum criminum mala , quæ improbat , & condemnat Lex Divina , pro quibus populus vastitate , & gladio , fame , & pestilentia attenatur , & Ecclesiæ status infirmatur , Regnumque periclitatur ; ut sunt nefandissime cum masculis , aut pecoribus pollutions , pro quibus dulcis , & benignus Deus noster ad amaritudinem iracundæ tanto gravius provocatur , quanto contra naturam fieri comprehenduntur . Hactenus Concilium Troslejanum , Capite 15 . cuius Titulus est : Epilogus ad Episcopos , & generaliter ad omnes .*

Hæc est doctrina Conciliorum , ex quæ fatis superque constat , quam sit abominabile peccatum contra naturam , & quanto studio homines illud effugere debeant . Siquidem flagitia , quæ sunt contra naturam , ubique , ac semper detestanda , atque punienda sunt , ait , his monstris nusquam indultam esse veniam . Quæ autem , & qualia sunt hujusmodi

Gentes facerent, eodem criminis reatu Divina Legi tenerentur, quæ non sic fecit homines, ut se illo uterentur modo. Violatur quippe ipsa societas, quæ cum Deo nobis esse debet, cum eadem natura, cuius ille Author est, libidinis perversitate polluit, ut ait S. Augustinus *Confessionum* Lib. 3. Cap. 8.

Hujusmodi peccatorum gravitatem graphicè depingit B. Petrus Damiani in eo, qui *Gomorrhianus* inscribitur, Libro: *Hoc saepe, inquit, nulli prorsus est virtus conferendum, quod omnium immanitatem superat vitiorum.* Et infra: *Nimirum, inquit, quem bac atrocissima bestia cruentem semel fauces devorat, a cunctis bonis operibus quibusdam suis vinculis obligat, per omnia nequissima gravitatis abrupta precipitanter effrenat.* *Mox nempe ut quisque in hanc extrema perditionis abyssum fuerit lapsus, a superna patria exsul efficitur, a Christi Corpore separatur, totius Ecclesiae auctoritate confunditur, omnium Sanctorum Patrum iudiciorum condemnatur, inter homines in terra despiciuntur, a Celestium civium cunctuberno reprobatur, sit sibi Cælum ferreum, & terra aerea, neque illuc potest pondere criminis gravatus assurgere, neque hic sua mala ignorantia latibulo diutius occultare. Non hic potest gaudere dum vivit, neque illuc sperare dum deficit; quia & nunc humanae derisionis opprimitur, & postmodum æternæ damnationis cogitur perferre tormentum.* Hactenus S. Petrus Damiani in Libro citato Cap. 16.

Hæsimus forte diutius in demonstranda peccatorum contra naturam immanitatem, ut omnibus liquido innotesceret, quam flagitiosa, & abominanda sint placita, vel commenta eorum, qui inquinatos hujusmodi vitiis, quorum vel nomina boni quippe perhorrefcant, temere interjecta Confessionis morula, ad Altare protrudere nihil dubitant, quasi certiores facti essent de hujusmodi hominum conversione, quæ tamen rarissima est; & ideo diligentius, & diutius exploranda, ne Confessarius hujusmodi criminum, in quorum emendationem legnius, & mollius incubuerit, apud Deum reus habeatur.

Præterea certum est, Canones supracitatos non eile omni ex parte abrogatos, ut causantur nonnulli, vel suæ, vel alienæ cupiditati omnia obsecuti. Nam ut supra monuimus, contat, Tertullianus, atque hujus Iliberritanii Concilii temporibus viris in prædicta contranaturam flagitia prolapsis, ne in ipsa quidem morte veniam, seu absolutionem esse concessam. Quod diserte afferit Tertullianus loco supra laudato, cum ait, homines talium criminum reos, esse submotos omni Ecclesiæ tacto; id est amandatos ab primis Ecclesiæ tectis, in quibus stabant peccatores, impetrando, & peragenda poenitentia spe prædicti, ut prætereunte omnes lacrymis, luctu, & squalore perditi propemodum, & profligati, ad misericordiam pellicerent, & eorum iudicio, sententiaque digni haberentur, qui diutius ab ingreliu Templi, & poenitentia non arcerentur, ut ait Albaspinæns *Observat.* Lib. 2. Observatione 13.

Verum cum hanc severitatem in peccatores, non tam delictorum, quam monstrorum

reos, exerci solitam, temperaverint Concilium Ancyranum, & Concilium Toletanum xvi. hujusmodi Conciliorum canonico iudicio adhærefcere necesse est; hoc enim decrevere posteriora Concilia, atque imprimis Parisiense vi. Lib. 1. Cap. 34.

Ergo vel citatarum Synodorum Canones ad Episcopos, & Presbyteros, & Diaconos pertinent, & revera pertinere debent, juxta decretum Concilii Tridentini, quod quidem omnia veterum Synodorum statuta ad Clericorum vitam, honestatemque pertinentia in usum revocavit; & tunc igitur si in prefata flagitia incurrerint, de suo gradu sunt in perpetuum dejiciendi. Vel pertinent ad laicos; si igitur sint etiam talium criminum concisi, ita eos satisfacere oportet, ut se per dignos poenitentia fructus, Corporis Christi in ipsa morte percipiendi communione dignos præbeant; si secus, sic tanquam excommunicatione perpetua multati deserantur, juxta statuta Canonum, ut decernit Concilium Toletanum xvi. loco supra laudato.

Ex dictis poterit colligere Christianus lector, utrum toleranda sint commenta, immo portenta quorundam hominum tot Conciliorum, & Patrum oraculis adversantium, & ajetium, Sacerdotem eo ipso die, quo prædictorum flagitorum horribili feditate se se poluerit, posse celebrare, si modo confessus fuerit.

Secundus fructus, qui potest ex superiori doctrina colligi, in eo positus est, ut sciat unusquisque Ecclesiæ spiritum in ipsa disciplina varietate eundem semper remanere, nec ullo pacto variari; atque adeo eum proprius ad eundem Ecclesiæ spiritum accellurum esse, qui Canones spiritu Dei conditos; & omnium saeculorum reverentia consecratos, religiosus observaverit, & ab aliis observando curaverit. MERBESIUS.

Sed præ altis legendus * Cardinalis B. Petrus Damiani Libro, seu Opusculo VII. supra citato, inter ipsius Opera Tomo III. sive Parte III. ubi late tonat, & fulminat in omne genus hominum huic horrendo sceleri deditorum. Eam porro tractationem scripsit circa annum Christi MLI. & misit ad S. Leonem IX. Papam, a quo benignissimam responsum accepit, que initio ejusdem Opusculi habetur.

Longe postea eodem spiritu ducti Pontifices Romani idem iminane flagitiorum innovatis antiquis penitentiæ exscrutari sunt, præsertim Leo X. Bulla VII. apud Cherubinum, §. 35. verbis illis: *Si quis vero, tam laicus, quam Clericus, de crimen, propter quod venit ira Dei in filios dissidentia, convictus fuerit;* *pennis per Sacros Canones, ant Jus Civile respectiue iuspositis, puniatur.* Et Beatus Pius V. Bulla LXII. apud eundem Cherubinum haec habet: *Horrendum illud scelus, quo pollutæ sedataque Civitates a tremendo Dei iudicio confagarunt, acerbissimum nobis dolorem inaurit, graviterque animum nostrum commovet, ut ad illud, quantum potest, comprehendam, studia nostra conferamus.*

Sane Lateranensi Concilio dignoscitur constitutum, ut quicumque Clerici, illa incontinentia, quæ contra naturam est, proper

quam

quam ira Dei venit in filios dissidentia, de prebensi fuerint laborare, a Clero dejiciantur, vel ad agendam in Monasteriis paenitentiam detrudantur.

Verum ne tanti flagitiæ contagium, impunitatis spe, quæ maxima piecandi illecebra est, fidientius invalefacit; Clericos hujus nefariorum criminis reos gravius ulciscendos liberavimus, ut qui animæ interitum non horrescant, hos certe deterreat Civilium Legum vindicis gladius saecularis.

Itaque quod nos jam in ipso Pontificatus nostri principio bac de re decrevimus, plenius nunc, fortiusque persequi intendentes, omnes, & quicumque Presbyteros, & alios Clericos Saeculares, & Regulares, cujuscumque gra-

duis, & dignitatis, tam dirum nefas exercentes, omni privilegio Clericali, omnius officio, dignitate, & Beneficio Ecclesiastico, presentis Canonis autoritate privamus. Ita quod per Judicem Ecclesiasticum degradati, potestatis statim saeculari tradantur, qui de eis illud idem capiat supplicium, quod in laicos hoc in exitio devolutum, legitimis reperitur Sanctionibus constitutum.

Nulli ergo &c.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MLI. tertia Kal. Septembris, Pont. nostri anni III.

Hactenus Beatus Pius V. Papa. Lege Baronum Tomo xi. ad annum Christi MLI. §. 10. & sequentib. CARDIN DE AGUIRRE.

C A N O N LXXII.

De Viduis mæchis, si eundem postea maritum duxerint.

Si qua Vidua fuerit mœchata, & eundem postea habuerit maritum, post quinquennii tempus, acta legitima poenitentia, placuit eam communioni reconciliari; si alium duxerit, relicto illo, nec in fine dandam ei esse communionem; vel si fuerit ille Fidelis, quem accepit, communionem non accipiat, nisi post decem annos, acta legitima poenitentia, nisi infirmitas coegerit, velocius dare communionem.

Prima hujus Canonis pars exstat apud Gratianum, Cap. *Siqua fuerit.* 31. Quest. 1. Si qua fuerit, ait, *Vidua mœchata, postea eundem habuerit maritum, post quinquennii tempus, acta legitima poenitentia, placuit eam communioni reconciliari.* Integrum Canum referunt vetusti Codices mss.

CAFUT SEXAGESIMUM SEXTUM.

Virgines, & Viduas mæchantes minori pena afficiendas, si cum eisdem viris nuptias celebrent.

Quod de Virginibus statuerunt Patres superius a, hoc de Viduis observandum hic decernunt, ut si illæ videlicet cum iis, quos ad concubitum ante admiserant, nuptias postea contraxerint, minori pena afficiantur. In eo tamen Canon ille ab hoc difcrepat, quod in illo Virgines peccantes unius tantum anni poenitentia, hic autem quinquennii afficiuntur. Cum enim virginitatis magisterium, Viduarum continentia, & exemplis valefcere debeat, ut docuit D. Ambrosius b, jure magis illæ puniuntur, quæ cum præclarus honestatis, & morum de se præbere debeant exemplum, turpius, deformius, & detestabilius præbeant.

a. Can. 14.

b. In principiis Libri, De Vi- duis.

COMENTARII NOVI.

Ferit mœchata.] Vidua potest mœchaturum homine conjugato.

Alla legitima poenitentia.) Illa vocabatur legitima, quæ omnes poenitentia gradus, vel tres ad minimum pertransiret, & in unoquoque bona fide, & ex animo poenitentium ritus, & ærumnas pateretur.

Vel si fuerit Fidelis ille, quem accepit.) Hoc ita intelligo, si relicto, viro alium & Fidelem duxerit, Fidelis ille decem annos communione privetur. Hæc multa viro, non mulieri imponitur; nam in minori non erat culpa, si Fidelis, quam si Gentili nupsilæ.

Post decem annos.) Quibus rebus toto hoc tempore vacarent, aut quot eis annos in unoquoque poenitentia gradu standum, & morandum esset, non prescrivent; quod, ni-

Tom. II.

fallor, id Episcopi arbitrio permitteretur, cujus partes animos poenitentium observare, & ita tractare, ut ad exitum poenitentia perveniret, & graduum moras, & discrimina præcepti festinatione non confundent. AL-BASPINÆUS.

Cum in præsenti Canone agatur de peccato mœchiæ, admitti non potest sententia Mendozæ, qui accipit Canonem hunc de Vidua lapsa, & postea matrimonium contrahente cum ipso viro, cum quo simplex fornicationis peccatum commiserat. Semper enim, quum in hoc Concilio mœchiæ delictum prohibetur, & punitur, adulterium significatur; quare existimo, aliam esse sententiam, aliumque sensum hujus Canonis, videlicet, mulierem, superstitie marito, cum alio adulterio.

M. m. rium

rium perpetrantem, defuncto marito, cum ipso adultero matrimonium contrahentem, non admitti ad communionem, nisi post quinquennium poenitentia peracta. Et antequam ad ultiora verba exponenda progrediamur, observandum est, uxorem adulteram non posse contrahere matrimonium cum adultero, etiam defuncto marito, Cap. i. Cap. Denique, 21. Quæstione 5. restituta negatione, quæ apud Divum Augustinum legitur ita: *Mortuo viro, cum quo connubium fuit, non potest fieri verum connubium, cum quo præcessit adulterium*, ut jam notavit Cujac. in Cap. i. *De eo qui duxit in matrimonium quam prius poluit &c.* Quod conjugium quavis sacri Canonones prohibeant nullo initio consilio in nectem viti, vel nulla fide data de futuro matrimonio, si inter adulteros celebretur, valet, & sustinetur, quia præcedens adulterium per se non parit impedimentum dirimens, sed tantum impediens, ut contingit in nuptiis incestuosis in gradu tantum prohibito celebratis, Cap. Nec illud, 30. Quæst. 5. Cap. ult. *Qui filii sunt legit. Sed ad purgandum vitium adulterii sequuto matrimonio confirmati, per quinquennium poenitentia adulterii injungitur in hoc Canone, quem merito compilavit Gratianus sub Causâ 31. Quæstione 1. ubi de eo, qui duxit in matrimonium quam prius poluit per adulterium, agebat, ut jam notavit Cironius in Paratit. ad Tit. De eo qui duxit in matrim. quem intellectum satis innunt, & probant verba illa: fuerat mochata, & eundem postea habuerit maritum. Id est, postquam adulterum in maritum accipit, expensis summarium Canonis, quod ita in omnibus Codicibus habetur, *Deviduis moebis, si eundem postea maritum duxerint*. Illi enim uxori poenitentia in quinquennium injungitur propter adulterium; quia ea est peculiariis*

Et eundem postea habuerit maritum.

CAPUT SEXAGESIMUM SEPTIMUM.

Secundas nuptias licere Viduis.

a L. De Viduis
1. Cor. 7.

ET clariores eas Viduis doceat D. Ambrosius a, quæ adolescentiæ calorem, & effervescientem juvioris ætatis edomant ardorem, nec maritorum gratiam, nec uberiora liberorum delectamenta desiderant; cum tamen ætas lubrica, & experta etiam matrimonii voluptas, impudicitæ postea usu repetita, & confirmata, exiguum spem præbeant stabilis, & perpetuæ continentia, nubere posse, placuit Episcopis nostris, Pauli Apoitoli doctrinam spectantibus, nubere præstantius esse, quam uri, docentis; præstat enim his magis connubium, quod Christi membra, conjugali honestate servata, lenonis membræ esse non linat, neque sacram, & purum Dei Templum, profanum libidinis, aut impurum fieri, permittat.

Hinc etiam fit, licere cuicunque Christiano absque peccato secundas inire nuptias, aduersus antiquum Montani errorem, quem postea heretici ejus sectatores Montanistæ, seu Cataphryges, & Pepusiani cum Novato, & Tertullianus b nimia amoris erga conjugem intemperantia lapsum, omnibus ingenii, & doctrina nervis defenderunt; sed confutarunt illum non multo post, ut ab orthodoxa veritate alienum, & cum Apostolorum doctrina pugnatum, Nicæni Patres c: *Si qui voluerint, ajunt, venire ad Ecclesiam Catholice ex Novatianis, placuit sancto Concilio, ut ordinetur, & sic me eant in Clero. Ante omnia autem banc habeant ab eis confessionem, quam per scripturam exigi oportet, ut fateantur. Se cum omni confessu Ecclesie Catholice statuta observatus, id est, communicatus se & his, qui forte secundas nuptias experti sunt.* Concilium Carthaginense IV. d inter ea, quæ ab Episcopo consecrando exquiruntur, illud unum e.t, num secunda matrimonii damnet? Simile quid in Concilio Toletano III. e legitur, & in Florentino, quod sub Eugenio IV. pro unione Graecorum habitum est: *Quoniam nonnullos, offeruntur, inquit, quartas nuptias tanquam condemnatas respovere, ne peccatum, ubi non est, esse putetur, cum secundum Apostolum, mortuo*

b L. De monogamia, & alio De exortione ad castitatem, & alio De pudicitia. c Can. 3.

d Can. 1.

e Can. 10.

viro, mulier sit ab ejus legi soluta, ut nubendi cui vult in Domino habeat facultatem, nec distinguat, mortuo secundo, vel tertio, declaramus, non solum secundas, aut tercias, aut quartas, sed ulteriores, si aliquod canonicum impedimentum non obstat, licite contrahi posse: commendationes tamen dicimus, si ulterius conjugio abstinentes, in castitate permanescunt. Confutarunt etiam eundem errorem gravem orationum, sententiarum, & locorum utriusque Testamenti pondere, D. Ambrosius a, Hieronymus b, Augustinus c, Epiphanius d, & alii. Sicut ergo nuptias secundas damnare, & stupro, vel fornicationi comparare, Christianorum Catholicorum non est, sed Montani, Tertulliani, aut Novati; sic illas facere conquare virginitati, Joviniani, Elvidii, aut Basilidis est, non Catholicæ Christiani; ut adversus eosdem Divus Hieronymus probavit, & illo anterior Syricius Papa e, ac tandem Divus Thomas f, & alii.

COMMENTARII NOVI.

ECCLÆ semper probavit, & ratas habuit secundas nuptias, mortuo primo matrimonio, celebratas, licet in Ecclesia Orientali aliqua poenitentia Viduis imponeretur propter signum, & suspicionem incontinentiae. Synodus Laodic. Can. i. Unde in Canone vii. Concilii Neo-casarensis, quem sue Collectioni, Can. xxxviii. inferuit Martinus Bracar. & Gratianus retulit in Cap. De bis, 31. Quæstione 1. Presbyteris prohibetur interesse convivis secundarum nuptiarum, his verbis: *Presbyterum convivio secundarum nuptiarum interesse non debere; maxime cum præcipiatur, secundis nuptiis poenitentiam tribuere.* Quis ergo erit Presbyter, qui propter convivium illis consentiat nuptiis? Ecclesia autem Latina secundas, & indistincte ulteriores nuptias approbavit, at late illustravimus in Cap. fin. De secund. nupt. & in Concil. Turonen. Can. xiiii. & Andegavensi, relatibus ab Spondano in Continuat. Baron. anno MCDXLVIII. prohibetur in secundis nuptiis fieri chariarium, id est, ne adhibeantur saltationes, clamores, soni, & alii tumultus fieri consueti in secundis nuptiis in contemptum eas celebrantium, ut exponunt Cironius in Paratit. ad Tit. De secundis nuptiis, Spondanus ubi proxime, num. 9. Salmasius in Notis ad Vopiscum fol. 493. In Ecclesia Hispana omni tempore secunda nuptia fuerunt permisæ, exceptis Viduis Regum, quibus prohibebatur ad secundas nuptias transire, tum ob honestatem, tum ne occasione nuptiarum Reginæ Viduae daretur occasio invadendæ tyranidis. Concilium Toletanum XIII. Canone v. Nulli ergo, ait, licebit superstitiæ Reginam sibi in conjugio ducere, non sordidis contabibus maculare; non hic secundis nuptiis fieri chariarium, statim ab accessu ab hoc seculo Principe westem sacrâ rem deponat, & alacris curiositate Religionis habitum assumat; quam etiam & confessum in Cœnobio Virginum mancipandam esse, censemus, & ab omni turbine mundi remota, nequaquam cuilibet locus attribuatur, per quod, aut contumeliosa tanta potestati in publico ingeratur, aut subdita plebi esse patescat, quorum ante dum agnoscitur domina, sed infra claustra Monasterii jugi sedulitate persistens, atque sanitimoniale vitam peragens, de Regno temporali opitulatione Divina ad Regnum aeternitatis mereatur pervenire. Quicunque igitur hujus Constitutionis nostræ presumperit, convellere, vel abradere sanctiōnem, sic nomen ejus abrasum, & deletum de Libro vita, ut tartarea judicis penas excipiat, qui hac Decreta honestatis violaverit. Et ut huic periculo in totum obviandum iacet, statutum fuit in Concilio Casaraugustano III. G. Tom. II.

a Lib. De Viduis.

b Epist. De Monogamia, & in aliâ ad Gerâtia, De Viduiate.

c Lib. 26. De Civitate Dei, cap. 34. & Lib. De heresi, 26. heresi, & alio De bono Viduitatis, & Lib. 2. contra adversari. legis, & Prophetarum, & contra Fanâcula Manichæum Lib. 32. Cap. 17.

d Adversus Montanum heresi 59. & adversus Catharos. Guido contra Græcos.

e Epistola ad Episcopos Africæ.

f Contra detrahentes religioni Cap. 6.

rit se excommunicationis percepturum sententiam, atque etiam exsilio damnationis divi- turno tempore incurvare fastigium. GON- ZALEZ ..

Si alium duxerit, relicto illo, nec in fine dandam ei esse communionem.

CAPUT · SEXAGESIMUM OCTAVUM .

*Gravior pœna Viduæ imponenda , quæ alii nubit , relicto eo ,
a quo semel cognita est .*

Noluerunt majores nostri, tot esse turpitudinis Viduarum testes, & consciens ; eaque de caula decernunt, quod si nuptias contrahant cum alio, relicto eo, cuius turpe consortium antea agnoverant, nec in fine communionem accipiant ; inhonestas enim cojunctionis poena aliquo futuri matrimonii praetextu, si non excusari, relevari tamen potest ; sed tunc praesertim, quem matrimonium cum eodem poltea celebratur. At cum eo spretato ante conubium initum alter ad matrimonium eligitur, accusari multo magis, quam defendi, excusari potest ; quod prater turpitudinem, insigne sit animi levis, & inconstantis indicium . Ex quo consequitur, multo minus excusari cas, que plurimum, quam que unius tantum impudica abutuntur consuetudine . Unum enim admittere, intemperantis animi est ; at duos, vel plures, servilis turpitudinis, & libidinis meretricia nota perspicua, ideoque Patres maiorem severitatem in illas exercent.

Vel si fuerit ille Fidelis, quem acceperit, communionem non accipiat,
nisi post decem annos, acta legitima poenitentia, nisi infirmitas coegerit,
velocius dare communionem.

Non solum penitentia afficitur Vidua , quum alii nupst diverso ab eo , quo antea cognita sit infideli , sed etiam si Fideli ; eo tamen discrimine , quod si infideli , preperuo ; si Fidei , decem tantum annorum spatio communione privatur .

C A N O N LXXIII.

De Delatoribus.

Delator si quis extiterit Fidelis , & per delationem ejus aliquis fuerit proscriptus , vel interfactus , placuit , eum nec in fine accipere communionem . Si levior caussa fuerit , intra quinquennium accipere poterit communionem . Si Catechumenus fuerit , post quinquennii tempora adiutatur ad Baptismum .

Burchardus Lib. 6. *Decretorum*, Cap. 27. ex Cap. 1. hujus Concilii Canonem citat, cum sit 73. Verba ejus paullo diversa: "Delator si quis exsuffiterit Fidelis, & per delationem ejus aliquis Fidelium fuerit prescriptus, vel interfictus placuit, eum non nisi in fine accipere communionem. Si levior causa fuerit, intra quinquennium accipere communionem poterit. Si Catechumenus fuerit, post quinquennii tempora admittatur ad Baptismum. Ivo Parte 10. Cap. 156. Delator si quis exsuffiterit Fidelis, & per delationem ejus aliquis Fidelium fuerit prescriptus, vel interfictus placuit, eum non nisi in fine vita accipere communionem. Si levior causa fuerit, intra quinquennium accipere communionem poterit. Si Catechumenus fuerit, post quinquennii tempora admittatur ad Baptismum: Sic & Gratianus in Can. Sigis Fidelis, 5. Q. 6. Vulgatam Concilii lectionem, cum negatione nec in fine, magis probo, quod saepissime eadem pena pro similibus delictis in hoc Concilio ficiuntur.

C A P U T S E X A G E S I M U M N O N U M .

De pena Delatorum, & qui dicerentur Proscripti.

G Raviter tulisse antiquos Ecclesiae Patres, ut ira, aut odio magis, quam pietate Christi-fideles aliorum crimina ad judices punienda deferrent, Lactantius a his verbis ostendit: *Non enim, ait, cum occidere Deus vetat, latrociniari nos tantum probibet; non ne per Leges quidem publicas licet; sed ea quoque ne fiant, monet, quæ apud homines pro liciti habentur.* Ita neque militare justo licebit, cujas militia est in ipso iustitia; neque vero accusare quemquam criminis capitali, quia nihil diffat, utrum ne ferro, an verbo patiens occidat, quoniam occisi ipsa probibetur. Itaque in hoc Dei præcepto nullum prouersus exceptio-nem fieri oportet, quin occidere hominem sit semper nefas, quem Deus sanctum animal esse voluit. Qui ergo aliorum crimina deferrent, ut interficerentur, vel proscriterentur, in perpetuum communione privantur ab Hispanis Episcopis. Burchardus^b perperam legit *prescriptus*, pro *proscriptus*. Vocabantur olim *proscripti*, quorum nomina in foro, libellis publice fixis, scripta exstabant, ut quererentur ad necem, & præmio percedori, & supplicio occultatori pro-positi.

posito . Ab Appiano traditum est , Lucium Syllam harum proscriptionum principem , ac inventorem fuisse . Lege autem Papia Poppaea criminum Delatoribus praemia proposita , ne perditii , & facinorosi homines , clandestina facinora admittentes , impuniti relinquenterunt , Suetonius a ^a Cap. 10. in refert . Ea autem cum dimidium multæ illatæ anteа fuisse , Nero Imperator Delatorum licentiam volens comprimere , ad quartas revocavit , ut in illius Vita scribit Suetonius ; unde quadruplatores dicti , quod quartam partem de proscriptorum bonis , quos detulerant , afficerentur , ut a Pædiano ^b proditum est . Cum autem multi eo quæstori turpiter vitam tolerarent , temporumque licentia ad calumnias sepe abuterentur , de illorum præmiis ab rogandis prudenter cœperunt Senatoris Romani cogitare . Sed Tiberius Caesar oblitus , dictatus , iura subverri , si Custodes Legum amoverentur , ut scriptit Tacitus ^c , & Suetonius ^d . Sicque in immensum hoc modo auctas fuisse opes sub Tiberio , Dion Cassius ^e refert . Vitellius quoque tantam Delatoribus fecit fidem , ut Mathematicos delatos , & inauditos capite punierit , ut in illius Vita prodit Suetonius ^f . Domitianus operum , & munerum impensis exhaustus , nihil pensi habuit , quin prædaretur omni modo ; bona vivorum , ac mortuorum , usquequaque , quolibet , & accusatore , & crimen corripiebantur ; satis erat objici qualemcumque factum , dilectumque adversus majestatem Principis , ut idem Suetonius ^g est auctor . Ne ergo Fideles , vel præmio , vel gratia , Imperatorum , aut Praefectorum allecti , aliorum crimina detergerent ; posita ab his Patribus constituta est . Nec pie solum , & Christiane Rempublicam suam gerunt Hispani Patres , sed prudenter ; ablatis enim his Delatoribus , odium , & invidia civium cœsat , contentio tollitur , studium maledicendi minuitur , & quod pluris est extimandum , eradicatur male acquirendi cupiditas , quibus pax , & concordia proborum civium turbari , & perturbari solent , ut doce Magistratus omnes admonuit Aristoteles ^h : Quare oportet eos , qui curam salutis habent Reipublica , contra moliri , Leges ponendas , ut damnatarum bona sacra sint , non in publicum , sed in sacrum referantur ; hæc enim Lex nibilominus injurias compescet , nam pœna eadem erit . Populas autem minus cupide dannabit , cum nibil sit utilitatis ex damnatione suscepturnus . Insuper publicas accusations quam rarissimas facere , magna pœna constituta adversus eos , qui falsi accusarint . Non enim populares in iudicium vocari consueverunt , sed nobiles . Oportet autem erga statum Reipublica , quantum fieri potest , omnes reddere benevolos ; quod si id fieri nequeat , saltem conari , ne hostes existimant eos , qui gubernant . Intelleixerunt id olim Vespasianus , & Titus Imperatores , quos tanto prosecutos odio fuisse Delatores , Dion commemorat , ut flagellis cæsos , per Amphitheatri arenam spectando traducerent , ut pœnis coerciti , a noxiis defendendis abiurerent . Pius vero Antoninus eos , qui crimina deferabant , si non probassent , capitali pœna affecit ; si probassent , oblato præmio privatos dimisit infames . Quinimum ab illo extinctos omnes , Capitolinus i refert . De Opilio Macri no idem recenset Herodianus K , de Trajano Plinius l , de Pertinace , & Gordiano Herodianus m , de Tiberio Dion Cassius ⁿ ; tametsi enim illis favillæ prius , comperiens tamen postea , perniciosem esse hominum genus , tampeque concessâ hac abusum fuisse potestate ; & ob leve , vel simulatum , & confictum crimen , ira , odio , & pretio optimorum civium mores , fortunas , salutem , & vitam in discrimen adduxisse ; omnes , qui inter Delatores precipui erant , una die occidi jussit , ut a Dione moria traditum est . Prudenter autem Constantinus Magnus o cavit , ne quisquam privatus Delator esset , sed delationes ab Advocate Fisci esse proponendas .

^a Cap. 10. in
Vita Neronis .
^b Actione 3. in
Verrem .
^c Lib. 4. An-
naliū .
^d In Vita Tibe-
rii Cap. 60.
^e Lib. 37. Hist.
Rom .
^f In Vita Vitel-
lii , Cap. 14.
^g In Vita Do-
mit. Cap. 12.
^h Lib. 6. Poli-
tic. Cap. 5 .
ⁱ In Vita Pil-
Antonini .
^j Lib. 5. De
Trajano .
^k In Panegyri-
co .
^l In Lib. 2. & 7.
Dion Cassius .
^m Lib. 58.
ⁿ Lib. 53.

COMMENTARII NOVI

Delator.] Qui ad judices seculares Christianos deferebat, quicunque eos eo nomine accusabat. Verba illa *proscriptus*, & *interfectus*, aperte coarguunt, ita rem se habere; neque enim unquam quemquam Ecclesia, aut proscribit, aut morte multat. Hoc propterea dixi, quod quam de falsis testibus, aut Delatoribus in Canonibus agitat, id de peccatis potius, quam de criminibus, & de Ecclesiasticis, quam de judicibus, & Magistratibus accipiendo sit. AL PASPINUS.

Inter Capitularia Caroli Magni , Lib. 7.
Cap. 244 ita refertur hic Canon : *Delator si quis exsisterit Fidelis, & per delationem eius aliquis fuerit proscriptus, vel imperfectus, placuit, eum nec in fine accipere communio- nem. Si levior causa fuerit, intra quin- quennium accipere poterit communio- nem. Si Catechumenus fuerit, post quinque anni tem- pora admittatur ad Baptismum.* Et in eodem Libro, Capite 126 *Delatores dicuntur, qui aut facultates prodiderint alienas, aut caput impetant alienum; qui si coventi fuerint, continuo strangulentur. Si servus fa-*
curios. Lib. 11. L. Non patimur, 13. Cod. De cursu publico. Notarunt Torrentius ad Sueton. in Augusto , Cap.27. P. Gregor. Lib. 32. Syntag. Cap. 4. num. 2. Appellabantur etiam frumentarii. Spartanus in Vita Adriani : Erat, inquit, curiosus non solum domus sua, sed etiam amicorum, ita ut per frumentarios occulta omnia exploraret, nec ad verterent amici sciri ab Imperatore suam vi- tam prius, quam ipse hoc Imperator offende- ret. Aurel. Victor in Diocletiano : Remorum pestilens frumentariorum genus, qui cum ad explorandum, annuncianturque, qui forte

forte motus existarent, instituti viderentur. Meminit frumentariorum Euseb. Lib. 7. Cap. 40. D. Hieronymus in Abdiam, Cap. 1. & fuisse Domitiano refert, ejus hanc vocem celebratam fuisse: *Principes, qui Delatores non castrigat, irritat.* Quare ei gratulatur Martialis Lib. 1. cclxxii. num. 17. Casaubonus, & Salmasius ad Spartiani locum, Pancirolus in Notis Imperat. Orient. Cap. 64. Bulengerus Lib. 6. *De Imper. Rom.* Cap. 42. Gutherus, *De officiis domus Auguſtæ*, Lib. 3. Cap. 10. in fine, & Cap. 13. ad fin. Cerdà in *Advers. Cap. 35.* num. 10. Indicesque dicebantur, quia facinorum, quorum ipsi consciū erant, latebras indicabant. Lege *Indicasse*, 197. ff. *De V. S.* Pollet. Lib. 4. *Historia fori*, Cap. 2. Item, *Quadruplatores*, juxta Asconium 4. in *Verrēm*. Capitolinum in Antonino Pio; eo quod se eo quāstū tuebantur, ut eas res persequerentur, quarum ex Legibus quadrupli actio erat; nam Nero eorum licentiam comprimere intendens, præmium ad quartam partem restrinxit; quod *vulgare præmium* dicitur in Legē, *Editio*, 13. §. *Ad bāredes*, ff. *De ju- re Fisci*. Docuerunt Tiraquellus in Notis ad Alex. Lib. 4. *Dierum genialium*, Cap. 22. P. Gregorius ubi supra, Cujacius in Lege 2. Cod. *De Delat.* Lib. 10. Dempster. ad Rosin. Lib. 9. *Antiquit.* Cap. 9. Osuald. Libro 18. *Comment.* Donel. Cap. 8. lit. O. Delatores sub Imperatoribus crudelioribus præmia asecurati fuerunt. L. 2. ff. *De jure Fisci*. Refert Tacitus Libro 4. *Annalium*, ibi: *Sic Delatores genus hominum publico exitio repertum, & panis quidem nunquam satis euercitum, per præmia aliciebantur.* Sub optimis vero Imperatoribus odio habiti sunt, diversis poenis in eos constitutis. Suetonius in Tito, Capite 8. ubi de illis ait: *Hos assidue in foro flagellis, ac suffibas casos, ac novissime traductos per Amphitheatri arenam, partim subiecti in servos, ac veire imperavist, par-*

Vcl interfictus fuerit.

C A P U T S E P T U A G E S I M U M .

De pœna ejus, qui aliquem interficiendum detulit.

A Deo singulari pietate, & modestia instituendos Christianos prisci Patres voluerunt, ut ab Spectaculis, in quibus homines interficerentur, abstinere præceperint, ut traxi superius a. Visu enim, dicti, auditu nihil esse volebant Christiano cum insania Circi, cum atrocitate Arenæ, cum fætore Spectaculi; quanto ergo magis nec cum ipsius editione? edit enim Spectaculum, qui Fratrem publice deferit, ut publice interficiatur, nec defert solum, sed interficit. Quid enim interelli, ferro, an verbo occidas, ut scripit Laetanius b? Isidorus autem: *Beatus, cuius testimonio innocens ab scelere obiecto purgatur; impius, cuius prodizione etiam iniquus perimitur.* Neque enim decet Christianum morti obnoxium subdere, & ad effundendum sanguinem infelicitum vocis testificationis præbere sermonem. Sermo enim justi, tantum ad ministerium debet esse salutis; ira vero indignationis, & tribulationis, & iniurias per angelos malos. Alio præterea animum intendere in hoc Canone potu erunt Patres, ne videlicet cum Edicta Imperatorum, aut Prælidiū ethni corum adversus Christianæ Fidei professores proponerentur, auderent Fideles, vel Catechumeni alios Christianos, vel Fratres odio deferre, ut aliena Præsidium manu propriæ injurias vindicarent; ut vindicasse multos olim, Antiquorum monumentis testatum est; vel saltem Edictorum, & Præfectorum metu. In Actu enim Passionis B. Cypriani Paternus Proconsul dixit: *Puto scire ex te, qui sint Presbyteri, qui in hac Civitate confidunt.* Cyprianus Episcopus respondit: *Legibus vestris bene, ac utiliter censifis, Delatores nos non esse.* Itaque detegi, & deferris a me non possunt, in Civitatibus suis invententur. Paternus Proconsul dixit: *Ego bude in hoc loco exquirio.* Cyprianus dixit: *Cum disciplina prohibeat, ut quis se ultra non offerat, & ita quoque hoc censuræ displiceat, nec offerri scipi possunt, sed a te exquisiti invententur.* Quare in eos, qui Fideles ethni corum Magistratibus deferrent, vel indicarent, pœnam

fla-

statuit Concilium Aneyranum a, & paulo ante Concilium Arclatense i.b: *De his, inquit, qui a Can. 9.* Scripturas sanctas tradidisse dicuntur, vel vasa Dominica, vel nomina Fratrum suorum, b Can. 13. placuit nobis, ut quicunque eorum in Actis publicis fuerit detectus, vel verbis nudis, ab ordine Cleri amoveatur. Noluerunt enim Hispani, & Gallicani Episcopi, Christianos ira- Fratrum, & odio, in Religionis, & vita discrimen inferri; tametsi ipsi Fideles judicari, ca- stigari, puniri, interfici sepiissime optarent pro Christo. Tertullianus c: *Christianus vero quid simile?* (egerat prius de delinquentibus ethniciis) *neminem pudet, neminem pœnitit,* c In Apologie plane retro non fuisse; si denotatur, gloriatur; si accusatur, non defendit; interrogatio, cap. 1. gatus, ultero confitetur; damnatus, gratias agit. *Quid hoc mali est, quod naturalia mali non habet? timorem, pudorem, tergiversationem, pœnitentiam, deplorationem?* *Quid hoc mali est, cujus reus gaudet, cujus accusatio votum est, & pœna felicitas?*

Si levior caufa fuerit, intra quinquennium accipere poterit communionem.

Q uam severi, & acres fuerint Hispani Patres in vindicanda Delatorum audacia, hinc conflat; dum non solum graviora crimina, ex quibus proscriptio bonorum, aut in- terfectio redundet, sed & leviora acriori multent pœnitentia, quam soleat ho- die adulterium, incestus, vel homicidium, dum quinque annorum pœnitentiam injungunt.

Si Catechumenus fuerit, post quinquennii tempora admittatur ad Baptismum.

NON Fidelium jam, & Christianorum tantum curam gessit olim Ecclesia, ut superius est animadversum, sed & Catechumenorum. Cum enim illi Christianæ Reipublicæ cives fieri cupiant, non injurya Christianorum Legibus subduntur. Qui alicuius enim Reipublicæ honores, & commoda sentire vult, incommoda, & onera (si haec onera sunt) ut sentiat, necesse est, in his præfertim, quæ ad eandem causam spectant. Quare cum Ca- techumenis ad Baptismum recipiendum biennum præscriptissent antea d Patres; si postea crimen aliquod admiserint, ut illius fortes purgare valeant, triennium additum est in præ- senti. De aliis pœnis Catechumenorum actum late superius e.

d Can. 42, bu-
e Hoc lib. 3.
cap. 59. & 60.

C A N O N L X X I V .

De falsis Testibus.

Falsus Testis, prout crimen est, abstinebitur *; si tamen non fuerit mortis, quod objecit, & probaverit, quod diu tacuerit, biennii tempore absti- * Abstinebitur.
nebitur *. Si autem non probaverit in conventu Clericorum, placuit, per * Si.
quinq. abstineri * Abstinebitur.
* Abstinebitur.

B Erhardus Lib. 16. Cap. 18. ex Canone x. hujus Concilii citat Decretum, cum sit lxxiv. *Falsus Testis*, ait, prout crimen est, abstinebitur: si tamen non fuerit mortis, quod objecit, & probaverit, quod diu tacuerit, biennii tempore abstinebitur. Si autem non probaverit in conventu Clericorum, placuit per quinquennium abstinere. Bernardus autem Pipiens Præpositus in prima Epistolarum Decretalium Collectione Lib. 5. Tit. 6. *De crimine falsi*, Cap. 1. aliter: *Falsus Testis*, ait, prout crimen est, punietur; si tamen non fuerit mortis, quod objecit, & probaverit, quod diu tacuerit, biennii tempore puniebitur; si autem non probaverit in conventu Clericorum, placuit per quinquennium abstinere. In Codicibus ms. Lucensi, & S. Emilianii: *Falsus Testis*, prout crimen est, abstinebit; si tamen non fuerit mortis, quod objecit, et si probaverit, quod non tacuerit, biennii tempore abstinebit, Sed magis placet lectio editorum Codicum, quod diu tacuerit. Quibus alii etiam Codices nostri ms. consentiunt.

C A P U T S E P T U A G E S I M U M P R I M U M .

De pœna falsi Testis.

S erbit Isidorus f falsum Testem triplicem injuriam irrogare; primam Deo, cuius præsen- f L. 3. De san-
tum bono C. 59
tiam contempnit; secundam judici, quem mentiendo sefelli; tertiam innocentem, quem suo testimonio, seu mendacio læsit. Ideo tam severa ab Hispanis Episcopis excom- municatione multatur. Si crimen, in quo depositum, mortis esset, perpetua excommunicatione puniri voluisse, crediderim, ut Delatores Canone præcedenti; et si expressum hic non sit. Si vero illud non esset mortis, & probaverit Testem accusatus se, non sponte ad testimonium ferendum profiliue, sed diu tacuisse, & velut adactum Delatoris impulsu, biennio communione privandum; si vero hoc non probasset, quinquennio, quod majori esset culpe obnoxius. g. L. 2. Polit. C. 10.
Aristoteles g cum Charondam Catinensem Legislatorem summis esset laudibus, illud unicum illius inventum commemorat, quod primus omnium falsi Testibus Legem, multaque atq. cap. 1. J. lib. 20. Null.
Ipsius lib. 4. Ju-
posuerit. Apud Romanos Tarpejo monte, dejici Gallius h est Auctor. Lege Divina a Moyse pro- daica antiquit.
multa cap. 6.

^a Lege 80. Taur.
^b Can. 13.
^c Can. 59. Ex
stat apud Graec.
in C. Si Episc.
50. Dif.

mulgata, ea poena afficiendos, quam essent passuri hi, quibus imposuerunt calumniam, si verum fuisset testimonium, tradit Josephus; quod Legibus nostris receptum est ^a.

Quod si Clericus sit, qui falso testimonio, alterius vitam, fortunas, aut famam laedit, capitalis criminis reum censendum, docuit Concilium Veneticum ^b; & ab officii honore depositum in Monasterium detrudendum, Agathense ^c.

De his autem, qui Teitem ad falso jurandum induxerunt, nulla hic poena exstat, ni mavis, ut falsum Testem illum puniendum; quid enim intereft, sua, an aliorum lingua ipse noceat? exstat tamen expresa in Concilio Matisconensi: *Qui convictus fuerit alios ad falsum testimonium, vel perjurium attrahisse, aut quacumque corruptione solicitatasse, ipsi quidem usque ad exitum non communicent; eis vero, qui ei in perjurio consenserint probantur, post ab omnibus testimoniis probibendi, & secundum Legem, infamia notabuntur; sed & hi, qui mendacio veritatem, quam sacrosanctam venerari debebant, violasse comperti sunt.*

COMMENTARII NOVI.

Vere editio vulgaris multo melior quam Garsiae. Neque enim sententia ulla, aut sensus Canonis illius ex ejus editione elici potest. Meo quidem judicio, Canone illo agi videmus de iis, qui apud Episcopum, aut Clericum aliquos insimulant peccati, aut flagitiis alicuius admissi; ut verba illa, *non probaverit conventus Clericorum; aut, in conventu Clericorum; clarissime demonstrant.* Primaque illa Canonis ejus parte disseri de modo, quo puniendi sunt, qui falsum crimen, & peccatum innocentibus coram Ecclesiasticis obtrudunt. In secunda vero parte, quemadmodum ii castigandi sunt, qui diutius accusationem protulerint, quamvis accusationis sua crimina illata probent; quod sua illa dilatione, seu protractione forsitan contigerit, ut peccati contagione, seu labe contaminatus aliquis aliis Fidelibus suo congressu labem intulerit, & cum eis communicaverit. In ultima parte, de iis, qui non falsum testimonium quidem attulerunt, sed cum aliquem deliquerint, criminentur, id argumentis, signisque verissimis probare non possunt. Quo fit, ut tota ista vivendi disciplina, ratioque accuratius multo, soleriusque alibi suo loco cum otio pertractanda videatur. Ideoque Canone illo precedentem Delatores, nec in fine accipiant communionem; & in ipso falsi Testes ipsi levius, humaniusque tractantur, quod uno Canone de judicibus secularibus, altero autem de Ecclesiasticis agatur.

Falsus Testis.] Qui coram Episcopis, & Ecclesiasticis aliquem criminatur.

Prout est crimen.] De minimis offensis id accipiendum.

Abstinebit.] Pauco tempore ab Euchariastia removetur.

Si tamen non fuerit mortis.] Nam si grave, & atrox aliquod facinus falso objecisset, graviori poenitentia erat multandus, poenitentia scilicet ad mortem, ut liquet ex Conciliis Arelatensis, Canone xiv. & xxiv.

Et si probaverit.] Si vero non sit falsus Testis, sed diu retineretur quod potuit probare, hoc est, scelerum reos, & confessi non determinerit, biennio abstineat. Cum ad ea animum adverterem, suspicari coepi, verba non esse de Testibus, qui coram judicibus ad accusationem instruendam adducebantur, quos Ecclesia a testimoniis dictione dimovisset potius, quam ad quemquam accusandum instigasset.

Diu tacuerit.] Quod Ecclesia aperire debuerat, ut a communione rabidae, & morbidae oves extruderentur, ne ceteras inficerent. Et

est cauſa, cur Clericis Christianorum erant crimina detegenda, sed laicis judicibus ex sententia Ecclesie nunquam satis diu occulteri poterant.

Si autem probaverit.] Testis eti non est falsus, aut redemptus, si non probaverit quod objecerat, quinquennio abstinebat.

In conventu Clericorum.] Nonnulli, etiam ex Prebyteris, cum Episcopo judices erant constituti ad Fidelium crimina, que ab aliis ducerentur estimanda, & examinanda; siccirco ajunt, *in conventu Clericorum.* Eisdem enim crimini probationes erant expondere, quibus eadem ipsa crimina judicanda proponebantur. Tertullianus docet in *Apologeticis*, Episcopis Presbyteros adsedisse: *Ibidem etiam exhortationes, castigationes, & censura divina; nam & judicatur magno cum ponde re, apud certos de Dei conspectu, summum que futuri judicii praedictum est, si quis ita deliquerit, ut a communicatione orationis, & conventus, & omnis sancti commercii relegate.* ALBASPINÆUS.

Teitis falsus Deum pejerando contemnit, judicem mentiendo fallit, innocentiam deprimit, iniuriam foveat, vera judicia subvertit. D. August. in Cap. i. *De criminis falsi,* ibi: *Falsidicus Testis tribus personis est obnoxius; primum Deo, cuius presentiam contemnit; inde judicii, quem mentiendo fallit; postremo innocentem, quem falso testimonio laedit.*

Vterque reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacum dicit; quia & ille prodeſſe non vult, & iſe nocere desiderat. Unde apud omnes nationes diversi prenisi Testes falsi affecti fuerunt. Apud Hebreos eisdem penas luebat Teitis, quas is, cui calumniam fecerat, paſſurus erat. Deuter. Cap. 19. Joseph. Lib. 4. *Antiquit. Capit. 6.* Apud Romanos primis seculis & Tarpejo monte deiciebantur, poltea varie, nec eodem modo, falsi Testes puniebantur. Paulus in Leg. *Qui falsa, f. De testibus, scriptis: Qui falsa, vel variis testimonia dixerunt, vel unique parti prodiderunt, a judicibus competenter puniuntur.* Fatetur quoque Martian. in Leg. 1. & 9. *ff. Ad Leg. Cornel. de falsi poenam legis Corneliae interrogari ei, qui in falsis testationes faciendas, testimoniave falsa invicem dicenda, dolo malo coierit; & subſicit, poenam falsi, deportationem effe.* Apud Graecos, teste Julio Polluce Lib. 6. falsi testimoniis convictionem Tribunus primum sultanebat, deinde milites undique irruentes non modo fultibus cœdebant, verum & faxis; si poterant, obruebant.

recte PP. in presenti docent, falsum Testem, prout crimen est, quod objecit, puniri videbilet, ut si ob illud testimonium reus occidetur, ut in Canone antecedenti, nec in fine accipiat communionem; sed si levius delictum sit, ut poenam mortis non mereatur, & probaverit, se, postquam corruptus pecunia fuit, ut testimonium diceret, diu tacuisse, per biennium tantum a communione arceri. Si autem id non probaverit, immo in iudicio constituit, ipsum corruptum pecunia statim testimonium dixisse, in delicto leviori, per quinquennium communione privari. GONZALEZ.

bant. Variis etiam Ecclesiæ Canonibus falsus Testis plebitur, & ejus delictum detestatur, ac vindicatur. Cap. Nullus, 2. 4. Quæſione 4. Cap. Si Episcopus, 7. 50. Dicit Cap. Itaque, 20. 24. Quæſ. 4. Concil. Arelaten. Can. xiv. Falsus Testis juxta Scripturam impunitus non sit. Concilium Epaunense, Canone xiiii. Si quis Clericus in falso testimonio convictus fuerit, reus capitalis criminis censetur. Aurel. 111. Can. viii. Siquis Clericus furtum, aut falsitatem admiserit, quia capitalia etiam ipsa sunt crimina, communione conceſſa, ab Ordine degradetur. Alios congerit Antonius Augustin. in Epit. Jur. Lib. 32. Tit. 4. Unde

Si autem non probaverit in conventu Clericorum, placuit per quinquennium abstineri.

CAPUT SEPTUAGESIMUM SECUNDUM.

A tempore Apostolorum Ecclesiam habuisse jurisdictionem forensem, & hoc Canone comprobari.

Ex his etiam verbis observare licebit, audientiam clīm, sive jurisdictionem forensem Episcopos, & Clericos habuisse in Christianos; nec de foro penitentiali tantum, sed de exteriori judiciali, Decretum hoc intelligi oportere; ne hæretici externam hanc Ecclesiam jurisdictionem, & potestatem, vel stulte negent, vel impie calumnientur, ut nimis recentem, & novam jactitantes. Nec a Constantini Magni ætate ejus initium repetendum est, sed ab ipsis Apostolorum temporibus, Apostolica auctoritate firmatum, ut propter hoc Hispanorum Episcoporum Decretum, Augustinus a probat, & de moleſſia litium, & litigantium pertinacia his verbis conqueſtus: *Suis vitiōſis, & negotiōſis cupiditatibus adjuvandis, ut occupemur, & eis nostra tempora impendamus, efflagitant, aut certe infirmos premunt, ut causas suas ad nos deferre compellant, quibus dicere non audemus: Dic homo, quis me constituit judicem, aut divisum inter vos?* Constituit enim in talibus causis Apostolus Ecclesiasticos cognitores, in foro prohibens jurgare Christianos. Nec illis quidem, qui non aliena rapient, sed sua cupide repetunt, dicimus: *Cavete ab omni cupiditate, constituentes eis ante oculos hominem, cui dictum est: Stulte, bac nocte auferetur a te anima tua; quæ preparasti chrysos erunt?* quia & quando dicimus, non recedant, nec declinant a nobis, sed iuſtant, urgent, precantur, tumultuantur, extorquent, ut ipsi ad ipsa, quæ diligunt, quam servandis Dei mandatis, quæ diligimus, occupemur. O quanto tædio turborum turbulentarum, & quanto desiderio Divinorum e quiorum dictum est: Declinate a me maligni, & scrutabor mandata Dei mei. Ignorantibus obedientes Fideles, qui pro suis secularibus causis raro nos querunt, & judiciis nostris facillime acquiescent, nec nos conterunt litigando, sed obtemperando potius consolantur. Certo propter eos, qui & inter se pertinaciter agunt, quando bonos premunt, nostra judicata contemnunt, faciuntque n̄bis perire temporarebus ergoanda Divinis. Certe, inquam, propter ipsos, & nobis licet exclamare in hac voce Corporis Christi: Declinate a me maligni, & scrutabor mandata Dei mei. Et rursum h. Dominum Iesum, inquit, in cuius nomine securus hec dico, *testem invocat super animam meam, quoniam quantum attinet ad meum commodum, multo mallem per singulos dies certis horis, quantum bene in moderatis Monasteriis constitutum est, aliquid manibus operari, & horas certas habere ad legendum, & orandum, aut aliquid de Divinis literis agendum, liberas, quam tumultuofissimas perplexitates causarum alienarum pati de negotiis secularibus, vel judicando dirimendis, vel interveniendo praescribendis, quibus nos moleſſis idem affixit Apostolus, non utique suo, sed ejus, qui in eis loquebatur, arbitrio.* Idem docet D. Clemens, Ambrosius, Chrysostomus, & Possidius Episcopus Calamensis; quorum sententias, quia superius retulimus, non est sane vīsum opere pretium easdem ita rūm hic repeteret.

De conventu autem Clericorum ideo meminerunt, quod Episcopi olim nihil inconsulto Clero agere solerent, ut teſtantur eidem Clemens, & Chrysostomus. Unus Divus Ignatius i ad Trallianos, Presbyteros, Consiliarios, & Confessores Episcoporum appellat, quod illorum consilio publicas res capesserent. Hæc enim erat antiquorum Episcoporum consuetudo, hæc sanctitas, & prudentia, ut si forte aliquando quispjam eorum vellet aliquatenus deviare (quod de Pontifice, & ejus Confiliariis scripsit Divus Bernardus) ipsi non sinerent, frangarent precipitem, dormitantem excitarent; quorum reverentia, & libertas ipsum extollentem reprimere, cedentem corrigeret; quorum subſtantia, & fortitudo nutantem firmaret, difſidentem erigeret; quorum fides, & sanctitas ad quæque sancta, quæque honesta, ad quæque pudica, ad quæque amabilia, & bona fama provocaret. Quod adeo probarent Patres Africani in Concilio Carthaginensi IV. ut irritam decreverint eorum Episcoporum sententiam, quam illi sine praesentia Clericorum tulissent: *Ut Episcopus, ajunt, nullus.* Tom. II.

^a In Comment. ad Ps. 118.

^b Psalm. 118.
^c Libro de ope re Monach. Cap. 29.

^d Cor. 6.

^e L. 2. Apost. Constit. C. 40.

^f 50.

^g Oratione con tra Ausentium.

^h Hom. 16.

ⁱ In Vita D. August. cap. 19.

^j Lib. 2. C. 2.

^k Situ. Apost. cap. 51.

^l Lib. De Se ccessione.

^m Lib. 4. De considerat. ad Eugenium cap.

ⁿ Can. 23.

^o Extat apud Graec. in cap. Nullius, 15.

^p Quæſ. 7.

N n cap.

causam audiat absque praesentia Clericorum suorum, alioquin irrita erit sententia Episcopi, nisi praesentia Clericorum confirmetur. Nec forenses causas tantum civiles, aut criminales, sed nec spirituales tractabant, nec ad Sacerdotium Fideles admitebant sine Clericorum praesentia, ut una illi prospicerent cum Episcopis, an qui Sacro Senatu forent adscribendi, digni essent tanta dignitatis honore, ne illis inconsultis, Respublica Christiana quid detrim enti caperet, ut eodem Concilio Carthaginensi IV. a decernitur. Quam antiquam Ecclesia inter Episcopos, & Clerum pacem, vel unitatem potius, hec utinam etas nostra fideli s observasset non enim tot inter Episcopos, & Capitula, ut vocant, discordie, lites, & contentiones orirentur.

a Can. 22.

COMMENTARII NOVI.

Reste ex hoc Canone deducitur, jam primis Ecclesiis saeculis Episcopos habuisse forum, in quo jus dicerent, & reos convictos punirent. Idem constat ex Canone xxxvi i. Apol. D. Clemens Lib. 2. Constitut. Cap. 47. Concilium Carthaginense III. Can. ix. ibi: *Privatorum Christianorum causas Apostolus ad Ecclesias deferri, atque ibi terminari praecepit.* Et quidem Apolotulus 1. ad Corinthios, Cap. 6. ait: *Nescitis, quoniam Angelos judicabimus? quanto magis saecularia?* In Concilio apud Palatum Vernis sub Pipino, Canone 111. statuitur, ut unusquisque Episcoporum potestatem habeat in sua Parochia, tam de Clero, quam de Regularibus, vel secularibus, ad corrigendum, vel emendandum secundum Ordinem Canonicum spiritualem, ut sic vivant, qualiter Deo placere possint; immo & causas civiles etiam laicorum, ipsi terminabant ex concessione Im-

peratorum in Lege 1. Codicis Theodosiani^a, *De Episcopali audentia.* Unde B. Gregorius Neo-caesareensem Episcopum terminalē controversies saeculares, & temporales, refert B. Gregorius Nyctenus in ejus Vita. Etiam ex hoc Canone facile probatur, Episcopos cum consensu, & consilio Clericorum in causis civilibus, & criminalibus jus dixisse; quod similiter probatur ex Libro 6. Capitul. Cap. 245. ibi: *Ut nullus Episcopus, vel quis infra positus, die Dominico causas judicare presumat.* Ceteris vero diebus conhibentibus personis, illa, que iusta fusa, habeat licentiam judicandi. Ubi conhibentibus personis interpretatur Filescus in Cap. 1. §. 18. *De Officio Ordin.* id est, consentientibus. Ex Tectulliano post Albaspinæum hic probabant Cerdæ in *Adversar. Sacr.* Cap. 146. Número 22. Cironius Libro 2. *Observ.* Cap. 4. & 5. GONZALEZ.

CANON LXXV.

De his, qui Sacerdotes accusant, De his, qui Sacerdotes, vel Ministros accusant, nec probant.

Si quis autem Episcopum, Presbyterum, vel Diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem.

Adrianus Papa in ea Collectione Canonum, quam superius dixi ad causæ sue tuitiōnem fecide, hunc Canonem LX. illorum numero retulit: *Si quis, ait, Episcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit, nec in fine dandam ei esse communionem.* Exstat enim Canon confirmatus in Actis Concilii apud Sanctum Medardum in Suburbio Sueffonsi, tempore Caroli Regis Francorum anno Domini CCCIII. & apud Iovem, 6. Parte *Decretorum*, Capite 288. eti Concilio Carthaginensi tribuerit, sicut & Laurentius Surius primo Tomo Conciliorum ad finem Carthaginensis III. Exstat & apud Gratianum in Capite, *Si quis Episcopum*, 8. Quæst. 3. & Anselmum, Lib. 3. Cap. 92. Ivo, & Surius, nisi in fine, non recte.

CAPUT SEPTUAGESIMUM TERTIUM.

De falsa Episcoporum, & Clericorum accusatione punienda.

Ut ex loco, & tempore, sic ex dignitatis gradu, vitæque merito atrocitas injuriæ crevit. Qua de causa, falsa Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum, quam secularium accusatio acrius sane est punienda. Una quinquenii, altera perpetua excommunicatione multatur. Accedit huic & alia ratio, ne videatur temere Laici ad Clericorum accusationem profiriens; dissidebant enim olim ab eis odio capitali, ideo auctiori poena cohiberi debebant. Nec Laici quicumque Clericos accusare poterant, sed omni crimen vacui, & tales, ut a' Ordinibus suscipiendis repelli non possent; ut refert, & comprobat Adrianus ^b Collectione Decretorum, Papa I. ^b Placuit, ait, *ut nullus servus, nullus liberus, nulla infamis persona Sacerdotem accuset; omnes vero infames esse dicimus, quos Leges facili infames appellant;* & omnes,

a Collectione
Decretorum
cap. 2a.

qui

qui, culpis exigentibus, ad Sacerdotium non possunt provehi. Indignum est enim, ut illi eos accusent, qui esse non possunt, quod ipsi sunt. Quoniam sicut majores a minoribus non judicantur, ita nec criminari possunt. In accusatione autem succumbentes, damnari anathematæ, Concilium Bracarense a constituit; accusationem autem hanc coram Episcopis, & Propositis Ecclesiæ proponendam, vel ex Canone precedenti intelligi potest. a Can. 8.

COMMENTARII NOVI

Hoc ipsum referri debet ad accusations, quæ coram Ecclesia disceptantur. *Falsis] Falsis, & gravioribus.*

Acce in fine] Iis, qui ceteris præsiderent, crimen quamvis falsum affigere, gravis erat culpa, eaque severius vindicanda, quam si Fidelem accusarent. ALBASPINÆUS.

Licet regulariter, ubi accusator crimen, quod objicit, non probavit, ut calumniator eandem pœnam, quam accusatus, paucus erat, ipse debebat sustinere (Cap. Crimen, 4. 2. Quæst. 6. Cap. 1. & ult. 3. Quæst. 6. Cap. Quæsquis, 3. 2. Quæst. 8. Cap. 2. 2. Quæst. 3. cum aliis congettis ab Antonio Aug. in Epit. Jur. Lib. 30. Tit. 1. & Lib. 37. Tit. 57. Crespetio in Summa, verb. Accusator, T. Raynando in Hoplotheca, *De calunnia*, Cap. 2. cum seq.) tamen cum sublimis persona accusatur, majori pœna calumniator plebitur, ut in accusante Episcopum, Presbyterum, aut Diaconum, docetur in Cap. 1. 2. Quæst. 3. Cap. 4. 5. Quæst. 6. ult. 1. Quæst. 6. Quare PP. Hispani in præsenti illis falso accusantibus Episcopum, Presbyterum, aut Diaconum, nec in fine veniam indulserunt. Postea tamen ex

misericordia in exitu communio illis fuit concessa a PP. Conc. Arelat. I. Can. xiv. his verbis:

Qui falso accusant fratres suos, usque ad exitum non communicent. Arelat. II. Can. xxiv. Eos, qui falsa fratribus capitula obferrisse convicti fuerint, placuit, usque ad exitum non communicare. Exstat apud Gratian.

in Cap. 2. 3. Quæst. 10. Xylistus III. Epistola, unica post præm. Scitote, me criminari a quodam Bassu, & iniuste persequi. Quod audiens Valentianus Augustus, nostra autoritate Synodus congregari jussit, & facto Concilio cum magna examinatione satisfaciens omnibus; licet evadere satis aliter portuissim, suspicionem tamen fugiens, coram omnibus me purgavi, scilicet a suspicione, & emulatione liberans; sed non alii, qui nötuerint, aut sponte hoc non elegerint faciendo formam, exemplumque dans &c. Condemnatus est autem memoratus Bassus a jam dicta Synodo, ita tamen ut in ultima die Viaticum ei non denegetur propter humanitatem pietatis Ecclesiæ. Plura de hujus delicti immitate, & pœnis congettimus in Capite 1. *De calunnioribus.* GONZALEZ.

CANON LXXVI.

De Diaconis, si ante honorem peccasse probentur.

Si quis Diaconum se permiserit ordinari, & postea fuerit in criminis detenus mortis, quod aliquando commiserit, si sponte fuerit confessus, placuit, eum, acta legitima pœnitentia, post triennium accipere communionem; quod si alius eum detexerit, post quinquennium, acta pœnitentia, accipere communionem laicam debere.

CAPUT SEPTUAGESIMUM QUARTUM.

Diaconus in criminis mortis detectus, etiam ante ordinationem admisso, deponitur, & quod esset crimen mortis.

Vetus est Phavorini ^b Philosophi sententia, loquendum esse sermone recenti, vivendum autem antiquis motibus; quod si prius ut obseruant multi, observarent posterius vel pauciores, vel meliores certe essent in Ecclesia Ministrorum. Olim enim, ut ex Canonice apparet, ea morum integritate, & innocentia prædictos eligi oportebat, non Episcopos neque Diacinos, sed etiam Diaconos, ut ob antiquum crimen ante Ordinem admisum, illo postea fungi impedirentur; si vel propria confessione, vel probationibus legitimis illud Ecclesiae postea constitisset. Simile est, quod de hereticis ordinatis edixerunt superius c; quod & placuit Concilii Patribus: *Si qui, inquit, sine examinatione promoti Presbyteri sunt, & postea examinati, confessi sunt peccata sua, & cum confessi fuissent, contra regulam venientes homines manus eis temere imposuerunt; huius Ecclesiasticus Ordo non recipit.* In omnibus enim quod irreprehensibile est, defendit Ecclesia Catholica. Concilium Bracarense d 11. Si Presbyter, aut Diaconus sine aliqua examinatione promoti sunt, aut certe cum discuterentur, criminosa peccata sua celaverunt; & post ordinationem ab aliis sunt detecti, abijcantur a Clero; similiter & de universo Ordine Cleri servetur; nam hoc sibi, quod irreprehensibile est, Santa, & Catholica defendit Ecclesia.

^b Apud Cellum.
Noctium Attic.
cat. Lib. 1. C.
20.

^c Superiori Can.
51. Concilium
Nicanum C. n.
9.

d Can. 24.

In crimen detectus mortis.

Quid mortis crimen sit, indicat sane etymon ipsius nominis, docetque Theodorus Bal-
samus ^a: Peccatum ad mortem, inquit, mibi videtur esse omne peccatum, quod ca-
pitale inducit supplicium, mortem scilicet peccatori. Ante Theodorum Cyrus b,
Divus Chrysostomus c, Origenes d, Clemens Alexandrinus e. Nec a Graecis dis-
sentient Latini. Pacianus parvanius ad pœnitentiam, ubi legit: id est, peccatum, quod dicit
ad mortem. Eiusdem sententia fuerit Beatus Ambrosius f, Hieronymus g, & Bernardus h.
Quod autem levius est, veniale dicitur, quod ex se hoc veniam, ob levitatem materiae, &
ipius humana natura imbecillitatem; illud autem mortem, ob gravitatem mereatur. Ex
his edocemur, quam antiqua, certaque fuerit semper in Ecclesia peccati mortalitatis, ut vocant,
venialisque differentia, nec omnia esse aequalia, ut cum veteri Stoicorum paradoxo, impie
censuit Jovinianus, Auctore Augustino. Nec omnia esse mortalia, ut nove asseruit Calvi-
nus; nam non ex omni peccato, etiam levissimo, deponebantur olim a suscepito Ordine Dia-
coni; nam sic qui possent eo munere fungi? Deponebantur ergo ex gravibus, illis videlicet,
misericordia, quorum reatus mortalitatis erat, hoc est, pœnam merebatur aeternam.

COMMENTARII NOVI.

Quod vero hoc Canone tractatur, illud
est, si Diaconus quadam sua facilita-
te, seu consilio adductus, promo-
veri se siverit ad Diaconatum, peccati
alicujus mortalitatis conscientia, quod reticue-
rit, cum examinandum se se obtulisset, quo
poitea peccato contra ipsum prolatum, probato-
que, aut ipsomet auctore confitente, quod
conscientia maleficii examinaretur, Diaconatu-
tu ipso abdicet se, triumque, aut quinque
annorum pœnitentiam subeat, qui peracta,
in coetum, numerum que laicorum aggrega-
tur, nec amplius e numero Ecclesiasticorum
censeatur.

Diaconum.) De aliis minoribus Ordinibus idem non fuisset judicium.

Si permiserit ordinari.) Nam lethali-
ter se peccasse, si confessus fuisset, Laicus
remansisset.

In crimen mortis.) In gravi, & mor-
tali culpa.

Quod aliquando commiserit.) Si a Ba-
ptismo semel tantum peccasset, indignus erat
qui promoveretur.

Accipere communionem.) Laicam scilicet, & in Laicorum numerum, & ordinem detrudere. Quicumque enim inter pœnitentes visus esset, & legitimam egerat pœnitentiam, is procul a Clero relegabatur. AL-
BASPINÆUS.

Hic proponitur secunda pars, aut sal-
tim explicatio Canonis xxx, ubi dissimilitum-
fuit, Subdiaconum eum ordinari non debere,
qui in adolescentia sua fuerit moechatus, eo
quod postmodum per subreptionem ad altior-
em gradum non sit promovendus. Ex quo
facile conitat, non agi in praesenti Canone
de quolibet peccato mortali, sed de crimine
mortali. Magnum enim discrimen agnoscitur
inter peccatum mortale, & crimen mortale.
Iccirco & Paullus, ut notavit D. Augustinus
Tract. 41. in Joan. Non ait: Si quis sine pec-
cato est; hoc enim si diceret, omnis homo re-
probaretur, nullus ordinaretur; sed ait:
Si quis sine crimen est. Hujus enim Concilii
temporibus tria potissimum notabantur, & re-
cencebantur crimina mortis, idololatria vide-
lacet, quod dicitur crimen capitale supra in-
Canone 1. homicidium, & moechia. Divus
Augustinus, De Fide, & operibus, Cap. 19.
Qui opinantur, inquit, & cetera elemosynis

compensari; tria tamen mortifera esse non
dubitant excommunicatione punienda, donec
pœnitentia humiliore sanentur, impudici-
am, idololatriam, homicidium. Probat
Georgius Ambianus ad Tertullianum, Lib.
De pudicitia, Cap. 6. Observatione 2. Unde
verba illa hujus Canonis, *in crimen mortis*,
referenda sunt ad moechiam, ut in dicto Ca-
none xxx, vel idololatriam, ut in dicto Ca-
none 1. aut homicidium, ut Canone 11. ita
ut utriusque Canonis contextura sit: Subdia-
coni illi ordinari non debent, qui in ado-
lescentia sua fuerint moechati, ne poitea cum
reperiantur in ministerio positi, per obrep-
tionem ad altiores gradus ascendant. Sed si
poit moechiam in Subdiaconos ordinentur,
ipsique per subreptionem in Diaconos se per-
mitterent ordinari, & poitea detecti fuerint
ante ordinationem in moechiam incidisse; si
sponte reatum fuerint confessi, placuit, eos,
acta legitima pœnitentia, post triennium ac-
cipere communionem; quod si alius eum de-
texerit, post quinquennium communionem
laicam accipere posse. Cui definitioni con-
veniunt Concilium Nicænum, Can. x. Qui-
cumque de lapsis ad Ordinem Cleri promoti
sunt per ignorantiam, vel ordinantium dis-
simulationem, hoc Ecclesiastica non preju-
dicat Regulae; cogniti namque deponuntur.
Valent. Gall. Can. iv. Quicumque sub Or-
dinatione Diaconatus, vel Presbyteratus,
vel Episcopatus, mortali crimen dixerint
se esse pollutos, ab Ordinationibus submo-
vendos; reos scilicet, vel veri confessio,
vel mendacio falsitatis &c. Gelasius Epist. 1.
Cap. 20. Comperimus, horrendis quibusdam
criminibus implicatos, tota discretione sub-
mota, non solum de factis atrocibus pœnitentia-
dinem non habere, sed nec aliqua correctione
penitus succedente, ad Divinum ministrum
honoremque contendere; nonnullus
autem etiam in ipsis Ordinibus constitutos,
gravibus delinquentes facinoribus non repelli,
cum & Apostolus clamet, nemini cito
manus imponendas, neque communicandum
peccatis alienis; & majorum veneranda
constituta pronuntiant, bujusmodi, etiam si
forte subrepserint, tam qui ante peccave-
runt, detectos oportere repellendi, quam sacra
professionis oblitos, prævaricatores fun-
cti propositi proculdubio submovendos. Za-
cha-

charias Epistola vi. ad Bonifacium Episco-
pum: Si quos tua Fraternitas repererit Epi-
scopos, Presbyteros, aut Diaconos, contra
Canones, vel Statuta Patrum exceperit; id
est, in adulterio, vel si plures uxores habuer-
runt, aut si sanguinem Christianorum, sive
Paganorum effuderunt, vel etiam alii Ca-
pitalis, vel Canonibus obviae repererit,
nulla ratione a pastorali autoritate permit-
tat Sacerdotio fungi; quia tales a suo pro-
prio ore falsi nominari Sacerdotes, &
pejores secularibus esse noscuntur, qui ne-
que a fornicationibus, neque a nefariis ma-
trimoniis abstinent, neque ab hominum san-
guinis effusione manus servant innoxias.
An tamen in ipso, vel inferiori gradu ita-

Si sponte fuerit confessus, placuit eum, acta legitima pœnitentia,
post triennium accipere communionem; quod si alius eum detexerit,
post quinquennium, acta pœnitentia, accipere communionem
laicam debere.

CAPUT SEPTUAGESIMUM QUINTUM.

Levius qui se deferunt, quam convictos puniendos.

Ut modesti, & Christiani animi est, ingenuique pudoris, peccata propria, lapsusque
sponte fateri; sic duri, obstinati, & pertinaci, probationes judicij, sententiam
que expectare forent. Rechte enim Tertullianus ^a: Tantum, inquit, relevat con-
fessio delictorum, quantum dissimilatio exaggerat; confessio enim satisfactionis confitit
est, dissimilatio contumacia. Confessio præterea satisfactio disponitur, confessio pœni-
tentia nascitur; & ut pœnitentia Deus, sic & judex pœnitentia mitigatur. Est enim apud
eos spontanea accusatio, justa excusatio; spontanea damnatio, vera absolutione. Ideoque
decrevit Concilium, ut si Diaconus crimen, quod admisit, vel ante Ordinem suscepit, vel
post, sponte Ecclesiae detulisset, velletque maculas illius Ecclesiastice disciplinae me licina
purgare; nonnisi trium annorum spatio pœnitentia illi injungeretur; quod si, invito illo, &
repugnante, alius detulisset, legitimeque probasset, quinquennii supplicium indiceretur.
Eodem exemplo pœnam longe diversam constituerunt ^b hi Patres Fidelis habenti uxorem, si
cum Judæa, vel Gentili moechatus, scipsum detulisset, vel invito illo, alius detulisset. Si
mile est, quod decrevit Concilium Neo-cœfarens ^c: Qui admisit corporale peccatum,
ait, & hic poitea Presbyter ordinatus est; si confessus fuerit, quod ante ordinationem suam
peccaverit; non quidem offerat, maneat tamen in aliis officiis, propter ejus studii utilitatem:
nam cetera peccata censuerunt plurimi etiam ordinatione privari. Et mox: Similiter &
Diaconus, si eodem culpa genere fuerit involutus, sese a ministerio cohibebit. Concilium
Bracarense ^d 11. Siquis Presbyter ante ordinationem peccaverit, & post ordinationem con-
fessus fuerit quia antea erravit, non offerat, sed tantum pro Religione nomen Presbyteri
portet; similiter & de Diaconis servandum est, ut si ipse confessus fuerit, Ordinem Subdia-
conatus accipiat; hoc est, illo fungatur.

COMMENTARII NOVI.

Certum est, eum qui sponte de lemet
confessus est, mitius puniendum esse,
quam si convictus foret, Cap. fin. &
Gloio. De furtis, Cap. ult. in princ. 82 Dist.
Cap. Sicut: crimen, Quæst. 7. Cap. Impr.
mis, vers. Si autem, 2. Quæst. 1. Cap. Non
dicatis, 11. 12. Quæst. 2. Cap. Qui admisit,
15. Quæst. 8. Lege, Quisquis, §. Sane, Cod.
Ad Legem Jul. majest. Auth. Sed novo jure,
Cod. De pœn. jud. qui mal. jud. Lege unica,
Cod. Ne tut. vel curat. vestig. cond. L. 5. §.
ult. fl. De remilit. Lege, Editio, 13. ff. De
jave Fisci, L. 3. §. ultimo, ff. De alienis jud.
mut. caus. Lege, In eos, 11. Cod. De custod.
reor. Proverb. Cap. 28. ibi: Qui confessus
fuerit sceleras sua, misericordiam conseq-
etur. Num. Cap. 5. vers. 6. Concil. Tolet. X.
ubi Pontamio Episcopo Bracarense, quia fui

^a L. De pœnit. Cap. 3.

^b Can. 7.

^c Can. 9. & 10.

^d Can. 25.

^e Can. 25.

^f Can. 25.

^g Can. 25.

^h Can. 25.

ⁱ Can. 25.

^j Can. 25.

^k Can. 25.

^l Can. 25.

^m Can. 25.

ⁿ Can. 25.

^o Can. 25.

^p Can. 25.

^q Can. 25.

^r Can. 25.

^s Can. 25.

^t Can. 25.

^u Can. 25.

^v Can. 25.

^w Can. 25.

rum secularem dissentiat A. Matheus, *De criminis ad Tit. De pan.* Cap. 5. tamen quoad Ecclesiam extra dubium est, de se confitum docent Simancas ubi supra, Garena, *De offic. Inquisit.* Parte 2. Titulo 18. §. 1. per totum. *GONZALEZ.*

Accipere communionem laicam debere.

CAPUT SEPTUAGESIMUM SEXTUM.

Quæ fuerit laica communio.

QUAE fuerit laica communio, adhuc inter doctiores non convenit, quibusdam a materia, aliis a loco nomen laicæ inditum interpretantibus; sed magis placet a materia, & loco simul laicæ nomen, communionem laicam accepisse, sed a loco præsertim. Olim enim in Ecclesia ad audiendam rem sacram, percipiendamque Sacri Corporis communionem, diversa loca Fidelibus a Clericis præscripta erant; intra cancellos enim Ecclesia (hodie Choru m vocamus, & in Ecclesiis minoribus Cappellam majorem) non intrabant laici, nec ibi orare, aut communicare poterant; quod præclarum Divi Ambrosii a factum, omnium Episcoporum imitatione dignissimum, perspicue probat. Theodosium enim Imperatorem, post oblatum munus ad Altare intra cancellos hærentem, per Diaconum interrogari iussit, num quid vellet, quod iithic hæretet; dicenti se nihil aliud velle, quam ut Divina Mysteria peragi videret: Ea, inquit ille, iſſhinc videre tibi non licet; habens in Deo Templo Sacerdotes, habent & laici locum suum. In Concilio etiam Laodiceno b id decreatum est: Solis, ait, Ministris Altaris liceat ingredi ad Altare, & ibidem communicare. Quod in Hispania cavit Concilium Bracarense I. c Item placuit, inquit, ut ingredi Sacra- rium ad communicandam non liceat laicis viris, vel mulieribus, nisi tantum Clericis, sicut & antiquis Canonibus institutum est. Et in Sexta, ut perhibetur, Synodo d: Nullè omnium, ait, qui sit in laicorum numero, liceat intra sacrum Altare ingredi; ab eo tam nequaquam probita potestate, & auctoritate Regia, quand. quidem voluerit Creatori dona offerre, ex antiquissima consuetudine. Clarius Concilium Toletanum e: Nonnulli, ait, Sacerdotes post dictam Orationem Dominicam, statim communicant, & postea benedictionem in populo dant, quod deinceps interdicimus; sed data benedictione ad populum, sunc Corporis, & Sanguinis Domini Sacramentum sumatur, eo videlicet ordine, ut Sacerdotes, & Levitas ante Altare communicent, in Choro Clerus, extra Chorum populus. Laici autem, ut refert Micrologus, consiltebant ad meridiem, feminæ ad aquilonem, Monachi autem (Auctore Dionysio Areopagita) cancellis proximi erant, tanquam Clero viciniores. Introitus virorum custodiabant Ostiariorum, feminarum vero Diaconiæ, ut refert Clemens Papa f. Quare cum Episcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi, vel alii quicunque ex Clero (his enim solis poena communionis laicæ imponebatur, non laicis) aliquod crimen grave admisissent, e loco suo detrudebantur, jubebanturque cum laicis esse, & cum illis extra cancellos per ministerium Archidiaconi post Ecclesiaticos communicare. De Episcopis exitat exemplum in Concilio Sardicensi g: Oſtis Episcopus dixit: Non minus mala consuetudo, quam pernicioſa corrupela funditus eradicanda est, ne cui liceat Episcopo de Civitate ad aliam transire Civitatem; manifesta est enim cauſa, qua hoc facere tentant, cum nullus in hac re inventus sit Episcopus, qui de majori Civitate ad minorem transiret; unde appareat, avaritia ardore eos inflammari, & ambitione servire, & ut dominacionem agunt. Si omnibus placet, hujusmodi pernicioſes savios, & austeriori vindicetur, ut nec laicam communionem habeat qui talis est. Responderunt univerſi: Placet. Et mox, eandem poenam laicæ communionis Episcopis translationem quocumque praetextu affectantibus decernit. De Episcopo, Presbytero, & Diacono falsariis Canon est in Concilio Agathensi h, ut communionem laicam suscipiant. Aliquando autem non laicam communionem sumere, sed inter laicos communicare jubebantur. Concilium Toletanum I. agens de Subdiacono tertiam uxorem accipiente: Qui vero tertiam, inquit, quod nec dicendum est, acceperit, abstentus biennio, postea inter laicos reconciliatus, per poenitentiam communicet. Cornelius i Papa loquens de Episcopis, qui Novatianum ordinaverant: Unum eorum, inquit, ad laicam communionem recipimus. Divus Cyprianus k eandem loquendi formulam usurpavit. Innocentius l, Gregorius m, Nicolaus n, & alii. Nec loco tantum, sed & materia, laicam communionem a Sacerdotali discretam, inde colligitur, quod Felix Papa o jubeat Episcopos, Presbyteros, vel Diaconos rebaptizationes in se admittentes, usque ad obitum communionem privando; in obitu vero communionem laicam illis reddendam. Non enim est probable, illos morientes ad Ecclesiam esse deducendos, vel si in Ecclesia morarentur, lectulis jacentes ad eam Ecclesiam partem, quæ laicis præscripta erat; sed probabilius multo, illos gradu, & ministerii functions dejectos, in ordine populi fuille redactos, ut cum laicis ad communionem venirent; sive unius speciei, in his Provinciis, in quibus una species laicis concebatur, sive utriusque, in aliis, quæ utriusque speciei usum receperint. Sicque legimus in Concilio Sardicensi p, in fine vita communionem laicam Episcopis ampliorem Episcopatum ambientibus denegari.

Quod autem inter laicos communicare, & laicam communionem accipere Ecclesia Mini-

stri supplicii, & poenitentiae causa juberentur; ideo aliquando inter laicos poenitentiam agere dicebantur. Non quod poenitentiam publicam agerent, sicut laici; nam ab ea arecban- tur Ecclesia Ministri, ut cautum est in Concilio Carthaginensi V. a, & a Syricio Papa b, & a Can. 11. Leone I. c sed ea, ut dixi, ratione, quod poenitentiam communionis laicæ impositam ageb. Ep. ad Hir. rent, communicando cum laicis; ut hinc apertior fiat sententia Concilii Neo-cafarensis d, merium Tarra dum ait; Presbyter, si uxorem duxerit, ab Ordine suo illum deponi debere. Quod si forniciatus fuerit, vel adulterium commiserit, extra Ecclesiam ab ijsi, & ad poenitentiam inter Roficum Epis. laicus redigi. Quæ verba postrema tam grave doctis facebantur negotium, ut tollenda illa Narbonenj. cap. ex contextu (ut falso addita) juxta versionem Dionysii Exigui contendant, ut notatum est in d Can. 2. Decreti Gregoriani Notis e ad Gratianum. Sed cum commodam ea interpretationem admitt. e Can. 2. Pref. ut existant in reliquis exemplaribus; non video sane, cur illa sint expungenda. Quid enim byter, z. Di- interell, si cum Concilio dicamus, poenitentiam agere inter laicos, vel poenitentia cauſa inter f Can. 2. Pref. laicos communicare, ut usurpasse Cyprianum, Gregorium, Innocentium, Nicolaum, & alios, C. q. quis Pres. supra est animadversum? Quamquam inficias non ierim, Sacerdotes olim, & Clericos gravi- byt. 30. Dif. bus irreitos criminibus, publica potuisse aliquando poenitentia multari, suis tamen prius Ordinibus degradatos, ut hodie fieri solet cum his, qui ob atrociora delicta carceri perpetuo, vel triremibus addicuntur; quod miror, ut novum, & insolens doctissimos Gregoriani Decreti Cen- forès rejeciſe, cum id compertissimum habeatur antiquorum Conciliorum Decretis. Toleta- f Cap. 46. num. 1. v. l. Si quis Clericus, inquit, in demolitiſis ſepulchris fuerit deprehēnſus; quia fa- cinus hoc pro ſacrilegio legibus publicis Sanguine vindicatur; oportet Canonibus in tali ſe- lere proditum Clericatus Ordine ſubmoveri, & poenitentia triennio depuſari. Quod si de his degradatis poenitentiam publicam agentibus intelligamus Decretum a Martino Papa g, ſive g Collect. num. Epifoco Bracarensi relatum in ſua Collectione a Gratiano h, dum ait: Si quis Presbyter h Can. Si qui propter publicam poenitentiam a Sacerdote acceptam, abſque aliqua neceſſitate diem Domi- Presbyt. 51. vicam pro quadam religione jejunaverit, ſicut Manichæi, anathema fit. Et locos præ- rea Cypriani, Gregorii, & Nicolai jam citatos, nihil oberit, quod recenti, huic, & anti- quo Ecclesia uſi ſit contentaneum.

COMMENTARII NOVI.

Mendoza interpretationem, ſeu accep- tionem laicæ communionis pro illa, que extra cancellos inter laicos in poenam delicti admissi Clericis imponitur, amplectuntur Durantiū, De ritib. Lib. 2. Cap. 55. num. 6. Pamelius in Not. ad D. Cyprian. Epist. LII. num. 37. Loaifa, & Binius ad Can. nonem xvi. Concil. Hlerden. & ad Can. xxi. Concil. Bracar. I. Suarez. 3. Part. Quest. 73. in Comment. Art. 4. 5. Valterius, De triplici can. Christi. Cap. 14. Coenæ. Saintes, Repet. 10. De Euchar. Cap. 2. P. Herrera, Lib. 3. De origine, & progreſſ. rituum Missæ, Cap. 22. num. 3. & seqq. Itaque Clericum ad communionem laicam redigi, idem elset, ac inter laicos communicare, & poenitentiam facere, ut de ſe ajebat S. Hilarius in libello, quem, cum elset Constantinopoli, ipfe Constantio Imperatori tradidit, ante medium: Ut si indi- genum aliquid non modo Episcopi ſanctitate, ſed etiam laici integritate geſiſſe doceat; non jam Sacerdotium per veniam ſpeſtem, ſed intra poenitentiam laici conſenſam. Se hec interpretatio facile convincit ex Cap. Eos. 118. De conſecr. Distinct. 4. ubi tantum in fine conceditur communio laica. Quomodo autem illa posset in ultimis exiſtentia concedi, ſi ejus ratio ſumeretur a loco Ecclesia? Alter alii deducunt rationem communionis laicæ, videlicet a materia; quia, ſicut Sacerdotes communicarent ſub utraque ſpecie, ob aliqua ſcelera ab eis perpetrata tantum illis ut laicis ſub unica ſpecie concedebatur. Ita docuerent Vasquez 3. Part. Disputatione 216. num. 23. Bellarminus 2. Tom. De controv. De Euchar. Lib. 5. Cap. 24. §. 5. alii apud Lindan. Lib. 4. Panopl. Cap. 58. Valent. To. 4. Controv. Disp. 6. Quæſit. 8. Punct. 5. §. 8. P. Salmeron. Tomo 9. In Ewang. Tract. 25. pag. 369. Quæſententia facile refellitur, cum quia in pre-

rerum sacrarum, & vitæ commercio datur ut probant late Albaspin. & Gibalin. ubi supra. Ea duplex est; aut generalis cum omnibus, tam Ecclesiasticis, quam laicis; aut specialis, quæ inter Ecclesiasticas personas tantum datur, ut Episcoporum cum Episcopis, & Presbyteris. Presbyterorum cum aliis Clericis. Unde paucum occurrit in antiquis Ecclesiæ Canonibus, Episcopum privari communione aliorum Episcoporum, Presbyterum arceri a communione cum aliis Presbyteris. Concil. Arsilaten. 11. Canone xxx. Concil. Aurel. V. Can. xvii. Notavit Morinus Lib. 2. Exercit. Cap. 6. & 7. Et si adeo grave peccatum eorum erat, ut depositionis poenam mererentur, tum omni communione, Coepiscoporum, & Clericorum privabantur, tantum communione cum laicis concessa; & hæc poena nunquam, nisi post depositionem infligebatur, ut post Morinum, & Gibalinum docuit D. Joan. Anton. de Otarola *De irregular. ex paenit. Part. 2.* Excurfu 3. Unde constat, communionem laicam concedi, in hoc Canonie, & similibus, idem esse, ac communione Clericorum, & Diaconorum privare, tantum cum laicis communione concessa; & e contrario, communionem laicam denegari, esse, ne communionem cum laicis permitti. De qua communione laica ita accepta audiendi sunt Text. in Can. xv. Apost. Conc. Agath. GONZALEZ.

C A N O N L X X V I I .

De baptizatis, qui nondum confirmati moriuntur.

Si quis Diaconus regens plebem, sine Episcopo, vel Presbytero aliquos baptizaverit, Episcopus eos per benedictionem perfidere debet. Quod si ante de seculo recesserit, sub Fide, qua quis crediderit, poterit esse justus.

Martinus Perez Ayala Episcopus Guadicensis in Libro, *De Traditionibus Apostolicis*, 3. Parte, Considerat. 2. Aſert. 6. & ab illo mutuatus Alphonsus Pisanus Libro 3. *De Actis Concilii Nicæni*, ad Canonem lv. Arabicum, decepti videntur, dum Canonem hunc septuageſimum septimum Concilii Nicæni esse affirmant, cum germanum, & proprium hujus Concilii Illiberritani, & postliminio illi restituendum, ex hoc manifestum sit; niſi dicamus, ab hoc in Nicænum, Oſium ejus Concilii Præfitem, ut plerique alios, tranſtulisse. Burchardus præterea Libro 4. *Decretorum*, Capite 92. hunc Canonem Concilio Turonico, Canone 111. tribuit; sed ea citatio huic etiam restituenda est.

Si quis Diaconus regens plebem, sine Episcopo, vel Presbytero aliquos baptizaverit.

CAPUT SEPTUAGESIMUM SEPTIMUM.

Jurisdictionis Ecclesiastice esse capacem Diaconum.

Hinc observandum, Jurisdictionis Ecclesiastice Diaconum fieri posse participem. Ideoque excommunicare posse, Beatus Clemens, & Cyprianus docent, ut superius a ostendit. Hic regere posse plebem Diaconum, hoc est, curam Parochiæ habere, Hispani Episcopi docent, & baptizare posse.

COMMENTARII NOVI.

Intrelligitur de Sacramento Confirmationis, quia a Sanctis Patribus *perfektio*, Graece *τέλεως* appellatur, ex Dionysio Lib. *De Eccles. bierarch.* & Ambroſio, Lib. 3. *De Sacram.* Cap. 2. & Clemente, Epist. i. v. & Melchiade Papa ad Episcopos Hispanie. Alia

multa nomina sunt hujus Sacramenti, de quibus alibi. BINIUS.

Quod hic dicitur, *Episcopus eos per benedictionem* &c. intelligitur de Sacramento Confirmationis; quia a Sanctis Patribus *perfektio*, Graece *τέλεως* appellatur, ex Dionysio

nyſio Lib. *De Eccles. bierarch.* & Ambroſio Lib. 3. *De Sacram.* Cap. 2. & Clemente Epist. i. v. & Melchiade Papa ad Episcopos Hispanie. Confirmationis appellatur *perfektio Baptismi*, non sane quod Baptismus circa Confirmationem nihil gratia tribuat, aut baptizari peccatum plane, & perfecte non tollat, sed quod per Confirmationem baptizato augmentum, & robur gratia superaddatur ad Fidem in Baptismo susceptam conlante profundum. Suarez Tom. 3. Disp. 34. *De Confirmatione.* Sect. 1. GORIOLANUS.

Quis tandem hujus Canonis, amabo vos, sensus est, aut quid tandem in dubium revocabant? nonne omnia Baptismo deleri, & exterminari peccata, profitebantur? Quod si expungenter; quamobrem, quæſo, qui baptizati absque Confirmationis Sacramento e vita decesserint, non iusti habiti, judicative fuissent? Ad extreum, quid sibi illa vox *justi*, in illo vult Canonie? Quod si *justi* nomen, significatioque in illum non caderet, quorū de ea re disceptatio? Ecclesiæ nullum amplius cum illis erat commercium. Canonis hujus sensus est, mens, & intelligentia: Si oblationes admitti possint, atque adeo communione conjungi cum illis possumus, qui sine Confirmatione, & sacrosancto Sacramento interiorint (hac enim ratione post mortem in communionem admittebantur) quod perfectione Christianorum non essent aſsecuti; atque adeo cognomine *justi* non dicerentur. Confirmatione namque extremam quasi manum perfectioni addere videbatur, & tamquam faltigium imponere, qua quis Christiani nomine, & Eucharistia sumptio dignus putetur. Qui igitur non eſſet confirmatus, Eucharistia non donabatur, quam qui nondum eſſet aſsecutus, neque iustus, aut Fidelis nominabatur; quod Eucharistia extremus eſſet actus, formaque Christiani hominis, cuius quadam vi, atque efficacia, sanctitatis laude praestans, & Divinitatis cuiusdam particeps, Christique Domini membrum redderetur, quod ejus sacrosancta Carne paitus eſſet, Christoque cum Domino quadam consociatione conjungeretur. Primitus quidem temporibus subdubitatio illa non defuit, utrum admitterentur oblationes, communioque Christianis omnibus intercederet cum eo, qui his omnibus quasi præsidii minus intructus cum eſſet, perfecti, verique Christiani hominis virtute spoliaretur; adeo incorrupta, & omni religione munita primorum Patrum tempora dicebantur.

Dici & illud potest, illam dubitationem non alienam a temporum illorum disciplina. Nam quamplurimi, quamvis omni vitiorum labore, & colluvione purgatos eos eſſe conitaret, non ideo ad sacram Synaxin accedebant, neque eorum oblationes probabantur, ut eorum, qui eſſent in quarto penitentia gradu, quorum exemplum quidam sibi proponentes, facile co propellebantur, ut crederent, eorum etiam oblationes repudiandas, qui sacro pane non refecti, omnibus licet peccatorum maculis deterſi, occidient. Tanta cura, tanta que animi provisione, ac præcautione propriecebat, ne quid offendarent, aut titubarent in recipiendis, iisque Deo representandis, Tom. II.

alicujus oblationibus; neque vero cujusquam, nisi sanctissimi, justissimique viri, oblationis sequo animo ferebant.

Id ita eſſe, quod hoc Canonie constitutum est, cum hujs verbī tensus, *justus*; tum voces istæ, poterit eſſe *justus*, eo me pertrahunt. Videntur quippe voces illæ insinuare, & sonare aliquid; quo posito, quis iustus, & haberet, & eſſe poterat; defunctique affinibus, & agnatis permettere aliquid, quod ejus causa præstent, ut oblationes offerre, adeo ut nomen *iusti* defunctus sibi vindicet; ut & ipsi Concilii hujus Canonies omnes non alio spectent, quam, ut certa quedam forma disciplinae praescribatur iis in rebus, quæ ad proxim rediguntur; quo constituto, credibile est, hunc Canonem ad ea, quæ geri, transfigurare possint, revocari tantum, ut ad oblationes defunctorum recipiendas; neque vero eo Patres definire, aut statuere, quemquam aeternæ vita compotem sine Confirmatione fieri posse. Sed certe id corroborare, oblationes ejus scilicet, qui sine Confirmatione obiueret, tamquam hominis iusti, ab Ecclesia non eſſe negligendas.

Sub Fide.] Per Fidem, quam in Baptismo adeptus eſt.

Poterit eſſe iustus.] Sanctus, & in communione Sanctorum recipi. ALBASPINÆUS.

Innocentius Cironius in *Paroſipl.* ad Tit.

De offic. Archid. circa medium, refert Canone hunc ad tempora illa, quum Diaconus superbia elati non solum Presbyteris, verum & Episcopis, aliquando præferri intendebant, cuius elationis causas congelli in Cap. *Statutum. De majorit. & obedient.* Sed sevæ persecutions, seculique procellæ hujus Concilii non admittunt, hujusmodi elationem. Quum enim vix Christianis vivere sinebatur, quomodo Diaconi populos usurpare, & privatim regere, ut vult Cironius, poterant? Facilius ergo hujus Canonis diffinitio percipietur, si obseruemus, olim ob penuriam Presbyterorum, aliquando Diaconos plebibus, & earum spirituali regimini fidele praefectos, ut patet ex Canone xxxv. Apostolorum, ibi: *Si quis ordinatus Episcopus, ministertum, & curam populi sibi commissam non suscepit, hic a communione sejunctus eſſe tandem, donec suscepit, obedientia n accommodans; similiter autem & Presbyter, & Diaconus.* Ubi supponunt Apostoli, Presbyteros, & Diaconos etiam populi suscipere curam. Expressius ex Canone xxxviii. quem ita vertit Zonaras: *Presbyteris, & Diaconis, qui sub Episcopis per vicos, seu regiones dant operam Sacris &c.* Concilium Antiochenum juxta versionem Dionysii Exigu, Canone 1. *Si quis autem eorum, qui præesse noscantur Ecclesia, aut Episcopus, aut Presbyter, aut Diaconus, post banc diffinitionem tentaverit, aut subversionem populorum, Ecclesiaramque perturbationem seorsum colligere, & Pascha cum Iudeis peragere &c.* Alibi quoque in eisdem Hispanie Concilii jubetur, ut in Ecclesia vicana, si Presbyterum ejus facultas habere non permittit, Diaconus institutus. Toletanum IV. Canone viceſimo ſexto: *Quando Presbyteri, vel Diaconi per Parochias conſtituantur, oportet, eos primam profiſſionem*

nem Episcopo suo facere. Exemplum etiam habemus apud Gregorium Turonensem, *De gloria Confessorum*, Cap. 30. referentem, Cantinum, qui postea Armenorum fuit Episcopus, Ecclesiam Vici Isidorensis rexisse in Diaconatu; & apud Bedam Lib. 2. Cap. 12. in quo mentio fit Jacobi Diaconi a Paullino in sua Ecclesia relieti, qui magnas antiquo hosti prædas, docendo, & baptizando, eripuit. Eoque sensu intelligi debet Decretum illud Leonis IV. Epistola 2. *Regendam esse*, dicentes, *anamquamque Parochiam sub provisione, ac cœtu Episcopi, per Sacerdotes, vel cœteros Clericos, quos ipse cum Dei timore prouiderit.* Si enim Clerici a Sacerdotibus distingui, non sunt alii, quam Diaconi, qui ex Concilio Toletano IV. citato, aliquando in Parochiis ordinantur, & Monasteriis, tam Monachorum, quam Monialium regimini Diaconi etiam preficiebantur. D. Cyprianus Epistola lxxi. ad Pomponium: *Et cum, inquit, omnes omnino disciplinam tenere oporteat, multo magis Præpositos, & Diaconos curare hoc fas est, qui exemplum, & documentum exteris de misericordiis suis præbeant.* Novella 133. Cap. 36. *Mnachæ sibi eligant vel Presbyterum, vel Diaconum.* D. Benedictus Cap. 62. sua Regula: *Si quis, inquit, Abbas sibi Presbyterum, vel Diaconum, dividari petierit, de suis eligat, qui dignus sit Sacerdotio fungi.* Et licet Diaconi prepositi in Vicis, & Pagis, ut ordinarii Ministri Baptismum solenniter non conferrent, quia non sunt Ministri ordinarii hujus Sacramenti (Capite, Diaconi, 37. Dist. Cap. Constat, De consecr. Dist. 4. Concil. Londonien. sub Innocentio III. Cap. 3. apud Roger. P. posteriori Annal. ibi: *Et ut non liceat Diaconis baptizare, vel penitentias dare, nisi duplice necessitate, verbi gratia, quia Sacerdos non potest, vel absens, vel stulte non valeat, & mors imminent pueru, vel agro.* Florentinus, *De unione Armen. Sect. De Baptismo.* Probat contra Cellotium Franciscus Hallerius, *De hierarchia jurisdic.* Lib. 3. Art. 2. §. 3.) tamen ex delegatione solenniter Baptismum conferebant, ut contat ex Synodo Romana ad Italiam Episcopos, Canone vii. Pascha tempore Presbyter, & Diaconus per Parochias dare reprobationem peccatorum, & ministrari implere conseruerunt, etiam praesente Episcopo. In factum quoque ipsi descendunt, illi in officio sunt, sed illius nomen factum summa conceditur. Ubi notandum, Pascha temporibus id tantum concedi, quia major multitudo baptizandorum hoc die, quam in per vigilio Pentecostes, ad Baptismum accedebant; hoc siquidem die baptizari solebant quicunque a die Pentecostes nati fuerant ad diem Festum Pasche; in per vigilio vero Pentecostes ii dumatixat, qui a Festo Paschatis ad instant tempus, quod longe brevius est, nati fuerant; concedebar ergo propter necessitatem, ut Diaconi aliquando hoc die baptizarent, ita tamen ut non potestate propria, sed delegata id facere viderentur. Ut autem confitetur, ordinariam solenniter baptizandi potestatem Presbyteris, non autem Diaconis concessam esse, subdunt: *Reliquis vero temporibus, ubi aegritudinis necessitas consequi-*

unumquemque compellit (nam extra prædicta tempora vetitum erat, sublata aegritudinis necessitate, quemquam baptizari) *specialiter Presbytero licentia est, per salutariis aquæ gratiam dare indulgentiam peccatorum, quoniam & munus ipsi licet causa mundationis offerre;* Diaconis vero nulla licentia inventur esse concessa, sed quod semel forte contigit, usurpare per necessitatem, dicuntur excusati, nec postea in securitate commissum. Docuerunt Franciscus Hallerius, *De hierarchia jurisdic.* ubi supra, §. 3. Caspar, *De Ecclesiastica hierarchia*, in dicta Disp. 8. §. 3. Num. 13. Aloix in Vita S. Aburtii, Cap. 18. Illustrissimus Praeceptor Hontiveros, *De Sacramento Ordinis*, Tractatu 4. *De effectibus.* Unde in præsenti recte supponitur a Patribus, Diaconum plebem regente Baptismum contulisse. GONZALEZ.

Si quis Diaconus regens plebem &c. Non defunt, qui interpretantes Canone m. hunc, censeant olim in usi fuisse plurimis locis, ut Diaconi in easu necessitatibus non modo baptizarent, prout hoc loco dicitur, sed etiam a peccatis absolverent. Id enim significari volunt verbis iis: *Si quis Diaconus regens plebem.* Quali aliquibus Diaconorum commissa esset poretales gerendi in necessitate quicquid opus esset ad plebis salutem, ac proinde etiam absolvendi a peccatis, ubi nullus adebet Sacerdos, & initaret mortis, live æternæ damnationis periculum. Ita doctissimus Joannes Morinus, Lib. 8. *De penitentia*, Cap. 23. late, præsertim num. five §. 11. & Pamelius verbis mox allegandis.

Dicuntur variis antiquorum testimoniis, præsertim S. Cypriani Epist. xxi. ubi post multa alia circa pacem lapsis dari solitam, inquit: *Si incommodo aliquo, & infirmitatis periculo occupati fuerint, non expectata præsentia nostra, apud Presbyterum quemcumque præsentem, vel, si Presbyter reperius non fuerit, & urgere exitus cœperit, apud Diaconum quoque exomologeum facere delicti sui possit, at manu eius in penitentiam impensa, veniant ad Dominum cum pace, quam dari Martyres literis ad nos factis desideraverunt.* In quo Pamelius, Fortassis, inquit, quam Episcopus absens, & Presbyteri multi carceribus inclusi essent, ex privilegio quodam Diaconis in necessitate permisso est penitentium reconciliatio; sicut a S. Gregorio Presbyteris aliquando concessum legimus Sacramenti Confirmationis administrationem, quæ filii alioquin Episcopis convenit.

Id ipsum tradere videtur Alcuinus, *De Divinis officiis*, In Capite Fejuni, & Burchardus ex Penitentiali Romano, Libro 19. Cap. 153. & 154. quibus consonant Concilia, Aneyranum in Canone 11. Eboracense anni mccciv. Londoniense anni mccc. quorum verba exscribit Morinus.

Sed enim nunquam mihi persuaderi poterit, prædictos Patres, aut Concilia, in ea opinione fuisse; cum Fidei Divina certum sit, & palam definitum in Conciliis, præsertim in Tridentino, ad solos Sacerdotes speciale administrationem Sacramenti Penitentie, sive potestatem remittendi peccata. Qua de re, innumera cuiusque fere scienzi testimonia pro-

produci possent, tam ex Græcis Conciliis, & Patribus, quam ex Latinis.

Loca autem a Morino in oppositum allegata facile explicari possunt, ut sensus sit, absente Sacerdote, & urgente extrema necessitate, Diaconos olim interdum, & aliquibus locis, solitos *ex delegatione Episcoporum*, audire confessiones laporum poenitentium; non quidem ad absolvendum illos (non enim unquam id facere potuerunt, aut possunt, adhuc per delegationem Episcopi, immo nec Romani Pontificis) sed ad explorandum. il-

Episcopus eos per benedictionem perficere debet.

CAPUT SEPTUAGESIMUM OCTAVUM.

Benedictionem hic Sacramentum Confirmationis intelligi; & cur Christiani ea perfici dicantur.

Confirmationis Sacramentum fuisse semper in Ecclesia, ex hoc Canone discimus; non ad catechesin quandam, qua adolescentia proximi Fidei sua rationem coram Ecclesia exponebant, ut perverse efficiunt hereticis; sed ad constantiam Christianam, prudentiam que accipiendam per impositionem manus Episcopi, ut diserte loquitur Fabianus^a Pontifex, dicitur in institutionem. Edocemur præterea hoc Canone, Confirmationis Sacramentum ad solos Episcopos spectare, contra Lutherum, qui Presbyteris id muneri deferri impudenter asseverat: quod adversus quendam, Sancto Spiritu afflati Patres Concilii Tridentini b pari judicio, & consensu statuerunt. Illud præterea observandum, Confirmationem olim variis nominibus, consignationem scilicet, manus impositionem, obsignaculum, benedictionem, operationem. Spiritus Sancti, Chrisma, Chrismati Sacramentum, appellari. Primus, ut opinor, qui ex re Sacramento apte nomen indidit, & Confirmationem vocavit, B. Ambrosius^b fuit, quem Patres recentiores sequuntur. Voluerunt ergo Illiberritani Episcopi, si Diaconi, absente Episcopo, vel Presbytero, Baptismum ministraliter (quod nondum perfectus Christianus esset sine Confirmatione, id est, virtute, & fortitudine esset destitutus, qua omnes Fideles Sacramento Confirmationis ad decertandum cum hoste minori cum discrimine corroborantur) ut illum baptizatum deducant ad Episcopum; ut eum per benedictionem, sive manus impositionem confirmet. Idem sentiendum, si Presbyter, absente Episcopo, Baptismum contulisset; ad Episcopum enim baptizatus erat deducendus, ejusdem Confirmationis impetrande gratia.

COMMENTARII NOVI.

Hec verba ita disjunctive prolatæ, sive Episcopo, vel Presbytero, non levem continent difficultatem; siquidem in eis innu videtur, Diaconum cum Presbytero populum regenter, perfecte conferre Baptismum, ut non sit properandum festinante ad Episcopum, ut per benedictionem, hoc est, Confirmationis Sacramentum, Baptismum perficiat, aut Presbyterum illam benedictionem periclitanti baptizanti prestari posse; sed ut disjunctive illius, vel magna proprietas in hoc Canone perpendatur, sciendum est, olim Sacramentum Confirmationis statim post Baptismum conferri consuevit ad perfectionem Baptismi, & ut novæ virtutis robur, cum latiorque gratia impertiretur. Clemens Pontifex Epist. iv. Decretali, dum scribit: *Omnibus feliciter est sine mora renasci Deo, & demum configurari ab Episcopo, id est, septiformem gratiam Spiritus Sancti percipere; quia aliter perfectus Christianus esse non poterit;* si non recessante, sed inuria, vel voluntate sic remanerit. Et rursus ibidem: *Nisi regeneratus fuerit ab Episcopo confirmatus, perfectus esse Christianus nequaquam potest.* B. Cyprianus Epistola lxxxi. ad Januarium, & ceteros Episcopos Numidiæ: *Vagi quoque neceſſe est eum, qui baptizatus sit, ut accepto Tom. II.*

^a Ep. ad omnes. Orient. Episc.

^b Sc. 7. 7. De confirmat. C. 5.

^c L. De his, qui Mysteriis initiantur, Cap. 6.

Quod Sylvestri institutum patet ex Rituallum Scriptorum venerandæ antiquitatis monumentis authenticis, & exploratis testimoniis; siquidem Amalarius Fortunatus Episcopus Trevirensis, Lib. 1. *De Ecclesiasticis officiis*, Cap. 27. hoc ipsum Decretum B. Sylvester sic obseruat: *In gestis Pontificibus legitur: Sylvester Papa instituit, ut a Presbytero ungeretur neophythus in cerebro, & capite.* Et paullo infra: *Si quis sine isto Chrysimate migraverit de seculo, periculum iter accipit. Hoc prævidens Sylvester Papa, quantum potest, subvenit, & propter absentiam Episcopi, necessitate addidit, ut a Presbytero ungerentur.* Rhabanus Maurus ex Abbatie Fuldensi Archiepiscopus Moguntinus, Lib. 1. *De institutione Cleric.* Cap. 28. idem insinuat; ait enim: *Legimus & in gestis PP. quod Sylvester Papa in Romana Ecclesia constituerit, ut si potest, & privilegium apud solum Episcopum constat, quod sacrum Chrysima ipse conficiat, & baptizatum per manus impositionem cum ipso Chrysimate consignet propter haereticam fausti nem, ita Presbyter eodem Chrysimate liniat baptizatum levatum ex aqua propter occasionem transitus mortis.* Vvalfridus Strabo Abbas Augiensis in Libro, *De rebus Ecclesiasticis*, Cap. 26. hoc ipsum commemorat, dicens: *Testantur Decreta Innocentii Papæ, & Statuta Sylvestri, quia & ipse instituit, ut Presbyter baptizatum Chrysimate liniat propter occasionem transitus mortis.* Rupertus Tutiensis Abbas, Libro 5. *De Divinis Officiis*, Cap. 16. eodem tramite incensus, ait: *Legitur autem in gestis Pontificibus, quod Sylvester Papa constituit, ut baptizatum Presbyter liniat Chrysimate, & levatum de aqua propter occasions transitus mortis, ne propter absentiam Episcopi, & difficultatem eum consequendi, sine manus impositione baptizati migrant.* Hæc Ruperni, qui tamen non satis apte linitionem illam baptizati in vertice, manus impositionem applicat. Quo nomine Patres Sacramentum Confirmationis, quod solus Episcopus conferit, designare solent; longe enim eile diversam hanc unctionem Chrysatis in vertice baptizati, quæ sit a Presbytero, ab ea, quæ

Quod si ante de seculo recesserit, sub Fide, qua quis crediderit, poterit esse justus.

CAPUT SEPTUAGESIMUM NONUM.

Solo Baptismo in necessitate posse quemquam salvum fieri.

His verbis satis manifestum sit, Patres hujus Concilii non ideo antea dixisse, perfici Christianum Confirmationem, quod solo Baptismo quis non efficeretur Christianus, & particeps eternæ beatitudinis; nam ea Fide, qua quis credit in Baptismo, eum salutem neri poterit, modo nullo scelere obstrictus sit, declarant. Perfici autem Christianum ideo dixerunt, quoad plenum robur Sancti Spiritus, quod per Confirmationem confertur. Id etiam docuit Melchiades^a PP. ad omnes Hispania Episcopos: *De his vero, inquit, super quibus rogatas vos informari; id est, utrum maius esset Sacramentum, manus impositione Episcoporum, aut Baptismus? Scitote, utrumque magnum esse Sacramentum; & sicut unum a majoribus sit, id est, a summis Pontificibus, quod a minoribus perfici non potest; ita & majori venerandum, & tenendum est; sed ita conjuncta sunt hec duo Sacramenta, ut adiuvicem, nisi morte præveniente, nullatenus possint segregari, & unum sine altero potest, aliquid autem non potest.*

^a Cap. 2.

C A N O N LXXVIII.

De Fidelibus conjugatis, si cum Judæa, vel Gentili moechati fuerint.

Si quis Fidelis habens uxorem, cum Judæa, vel Gentili fuerit moechatus, a communione areatur. Quod si alius eum detexerit, post quinquennium, acta legitima poenitentia, poterit Dominicæ sociari communioni.

Iisdem verbis retulit Ivo hunc Canonem Parte 8. Cap. 28.

C A P U T O C T O G E S I M U M.

Gravius. Fidelem virum delinquere, si ad feminam infidelem acceperit, quam e contrario.

Gravi censura interdixerunt Patres superius, solutum Fidelem jungi cum Judæa, vel infidelis matrimonii nexu, nunc vero in maritos se cum eisdem adulterio polluentes, quinquenni poenitentia merito animadverunt. Gravius enim vir fidelis delinquit, si ad Judæam, vel infidelem acceperit, quam femina fidelis, si ad virum Judæum. Cum enim proles matrem, non patrem sequi debet, si Juris Civilis spectenus præcepta, qua in filiis educandis observari solent; periculum erat grave, si femina Judæa, vel ethnica ex viro fidelis liberos suscipieret; nam Judaismi vanis superstitionibus, vel gentilitatis vesanis erroribus illi imbui poterant, & contaminari.

C O M M E N T A R I I N O V I.

Dicitur prohibita communione, etiam politica, & cum Judæis, & Gentilibus late differui supra in Canone L. Hic tamen agitur de moechia a Fideli cum Judæa, vel Gentili commissâ, quam fœdissimam omnino esse, & aptissimam ad cor Fidelis depravandum, docetur in Capite, *In nonnullis. §. Unde contingit, De Judæis. L. Ne quis Christianum, C. eod. Tit.* Nullum enim efficacius telum ad Israelitarum Fidem evertendam excoxitavit diabolica perfidia, quam si cum alienigenis Moabitis feminis idolorum cultricibus fornicarentur, de quo præclare philosophatur Philo Lib. *De fortitud. ab illis verbis: Arabum gen.* Unde acriter Ecclesiae Patres commissionem Fideli cum infidiли damnarunt in Concilio Arlatensi. Can. xi. Nicano Can. LXVII. Arvenen. Can. vi. Et Pius V. sua constitut. edita die 20. Maii anno MDLXVI. præcepit, ne quis Judæorum de cæstro auderet quovis prætextu, & quæsto coloro, etiam emptionis, ingredi domos meretricum Fidellum. Antiquis etiam Hispanie Legibus (quas vulgo dicimus *Fueros de Sepulveda*) non semel constitutum fuit, ut Fidelis cum Judæa, vel Saracena, vel e contrario, in simili comi-

missione deprehensus, vir præcipitio pereat, mulier igne. Quæ poena mortis confirmata reperitur in Lib. 9. Tit. 24. *Partit.* Lib. 7. Tit. 19. Lib. 8. *Ordin.* Plura congerunt Didacus Perez in dict. Lib. 7. Tiberius Decian. Lib. 5. Taracr crimin. Cap. 12. num. 20. Farinacius *De delict. carn.* Quæst. 139. num. 1. Riciulus *De jure person.* Lib. 2. Cap. 41. num. 6. Unde recte in præsenti jubent Patres, Fidelem moechantem cum Judæa, vel Gentili non statim admittendum esse ad communionem; ut in eo qui semel moechatus est cum Fideli, sanxerunt supra in Canone XLVII. sed post quinquennium, si alius eum detexerit. Si autem ipse sponte reatum confiteatur, forsan post triennium; quod secundum poenitentia tempus omiserunt Patres. Peracta tamen legitima poenitentia, jubent, ipsum Dominicæ sociari communioni, id est, reconciliari Altari, & Sacramentis, seu communionis participem fieri, ut in Concilio Bracarense 11. Canone LX XXI. arthaginensis 11. Canone IV. Agathensis Canone LX. Epauensis Canone XI. Toletani Canone 11. relato in Cap. *Placuit*, penultimo, 50. Dist. cum aliis, quæ consulto omitto. GONZALEZ.

Quod si alius eum detexerit, post quinquennium, acta legitima poenitentia, poterit Dominicæ sociari communioni.

C A P U T O C T O G E S I M U M P R I M U M.

Diversa in eum, qui se defert, vel qui convincitur, poena statuenda.

Sipse crimen palam confiteretur, ut majorem pudoris, & modestie fractum, perciperet, nullum excommunicationi tempus præscribit; si alter detexerit, quinquennii, quo elapsio reconciliari communioni posse decernitur. Deesse duo verba in prima parte hujus

puto, ut congruat cum Canone lxxvi. precedenti, in quo Diacono lapso, si crimen confiteatur, ipsi triennii tempus ad pœnitentiam præscribitur; sin autem alias detexerit, quinquennii; sive si ipse confiteatur, triennio abstinere debere; sin alter, quinquennio intelligendum arbitror.

CANON LXXIX.

De his, qui * alea ludunt.

Si quis Fidelis alea, idest, tabula, luserit, placuit eum abstinere; & si emendatus essaverit, post annum poterit communioni reconciliari.

CAPUT OCTOGESIMUM SECUNDUM.

De pœnitentia alea ludentis.

a L. 18. Ety-
molog. v. 51. **L**udum aleæ a Græcis in otio Trojani belli a quadam milite Alea nomine inventum, & ab illo eo nomine nuncupatum, Divus Isidorus^a tradit. Quod in tabula foret, ludum tabula etiam appellantur: Tabula autem (ut idem Isidorus refert) ludebatur pyrgo, cuculis, tesserisque. Pyrgus dicebatur, quod per eum tesseræ pergerent, quod turris speciem habebat, nam Græci turrim πύργον vocant. Calculi vocati, quod leves sint, & rotundi; unde & calculas dicitur lapis brevis, qui sine molestia sui brevitate calcatur. Item calculi, quod per vias ordinales, quasi per callas eant. Tesseræ autem vocatae, quia quadræ sunt ex partibus omnibus. Has alii lepusculos vocant, eo quod ex filiendo discurrunt. Olim autem tesseræ jacula appellabantur, a jaciendo. Hoc autem ludi genus, quare prohibuerint Patres, idem Isidorus recenset: Ab bac arte, inquit, fraus, & mendaciam, atque perjurium nunquam abest; postremo, & odium, & damna rerum; unde & aliquando proprie bac sceleræ interdicta Legibus fuit.

b L. 4. Eth. ad
Nicomach. C. 1. Ob huc, & alia multa, quæ ex tali ludo redundant, Plato sensit, aleam, & reliquas perniciose artes a demone, quem nominat *Theuth*, inventatas esse, & ad Thamam Ægypti Regem delatas. Aristoteles etiam aleatores fures, atque latrones illiberales dicit esse; quia in turpi lucro versantur, & omnia questus causa sustinent probra. Adeo autem frequens erat hic ludus olim, ut Imperator Caligula ex usu illius compendium non spreverit; tributo ilius nomine his, qui lucrum fecerant, imposito, ut in illius Vita tradit Suetonius^c. Cum autem pecunia deessent, libertatem ipsam, quam rebus omnibus pretiosiorem sani judicari negabat nemo, periculo aleæ exponebant, ut Tacitus^d refert: Inter seria, inquit, sobri Germani aleam exercenter, tanta lucrandi, perdendive temeritate, ut cum omnia defecerant, extremo, ac novissimo iactu de corpore contendant. Qua ratione Julianianus Imperator ei providere volens his malis, nulli licere voluit, aut in privatis domibus, vel alea ludere, vel inspicere. Alia præterea in ludo hoc nefaria admitti tentant Veterans. Zabulo quippe illius primo inventori ante erat sacrificandum, quam quis manum in tabulam porrigeret, ut Divus Cyprianus^e testatur. Quam magna, inquit, & larga pietas Dei Filii, quod in futuram præscius nobis confulat, ne quis frater incanus denuo laqueis diaboli capiat, sollicito esse iussit, & providos, atque eruditos; quoniam hostis ille antiquus circuit pulsus Dei servos, non uno genere tantans. Multæ enim sunt tentationes ejus, quorum primordia sunt, idolatria, mæcia, furta, rapina, avaritia, fraus, ebrietas, impunitia, adulterium, homicidium, zelus, perfidia, falsa testimonio, eloquium falsum, invidia, extollentia, maledictum, error, & si qua sunt similia, quæ bis congruant; ex quibus est aleæ tabula. Præsto est diaboli laqueus manifestus, eveniens portans letale serpentis, & induxit corrumptus; quæ cum videtur nihil esse, magna amplexi operitur deletio. Quid illud est, quæso, Fideles, ut manus, quæ jam ab injuriis humanis expiata est, & ad Sacrificium Dominicum admissa, & quod ad salutem totius huminis pertinet, dignatione suscipit; quæ ad laudem Domini in oraculo exsurgit; quæ signum Crucis, per quod tuemur, frontibus imprimis; ipsaque Divina Sacramenta consummat? Quid est, inquam, ut iterum laquei diaboli, unde exuta est, implicetur, & per ipsa damnetur? Aleatrices manus libidinoso studio consuoverunt, id est, aleæ tabula; quod est diabolus venabulum, & delicti vulnus insanabile. Aleæ tabulam dico, ubi diabolus præstò est, ad capiendum summum, & cum cœperit de captivo triumphum, perfidia, falsa testimonio. Tabulam aleæ dico, ubi dementia, & furia, & venale perjurium, imperium, & colloquium serpentum. Illic rabiosa amicitia, illic atrocissimi sceleris fraternitas discordans, illic convicia & audacia seva, & mens insana, & fera impunitia. Aleæ tabulam dico, ubi possessorum amissio, & pecuniarum ingentium perditio, monstrum, & demonstrans litigium, furax dementia. O aleatorum vox sedentaria, & pigra inequitas! O manus crudeles, & ad periculum sui armata, quæ bona paterna, & opes avorum sudore quæstus ignominioso Sudore dilapidavit! manus trux, noxia, & insomnis, nocte dieque continuis instrumentorum suorum armigera, quæ peccando seipsum damnavit, & post peccata non definit ire. O nequa manus in perniciem dominii sui armata, quæ sordidissimi æris totam substantiam perdit; & cum tot effent augendæ rei familiaris, & multarum abundantie opum, modo

inops

inops, & pauper est! Alea est, quam Lex edit; alea est, quam sequitur crimen ignobile, ubi manifesta tentatio, & pœna occulta. Alea est alveus mali, & supplantatio amici, quæ nec lucrum confert, sed totum consumit. Hinc deinde pauperes sunt, hinc opes suas perdunt, hinc jam consumptis omnibus rebus suis, mutis pecuniis se obruant: hinc patrimonium sine ulla fr̄i calunnia amittunt. Qualis est lis, ut quos nemo persequitur, se ipsos per invidiam persequantur? ut paternas suas hereditates sub hostium sursum multi-formi numero dispergant? Est & quando ipsi aleatores cum proflitis mulieribus, penes autorem suum nocturnas vigilias clausis foribus celebrant; armantur adversus se miseri, spiritu diaboli repleti, & illis duplex, aut geminum crimen adiungunt. Hic concrepat aleæ sonus, illuc silentio operatur incestus; hic sine ullo dignitatis juxa respectu, sine ulla excusatione, pestifero studio cedere bonis sicut cogitur; illuc secreto mortale venenum bibitur. Unde hæc sacrilega meditatio, unde hoc crimen, auctorum testimonio comprabamus? Cum enim quidam studio literarum bene eruditus, multum meditando, hoc malum, & tam perniciosum studium adinvenit, instinctu solius Zabuli, qui eum artibus suis repleverat; hanc ergo artem ostendit, quam & colendam sculpturis cum sua imagine fabricavit. Statuit itaque imaginem suam cum nominis sui subscriptione, fuggerente sibi amico, qui ut banc artem excogitaret, in peccatorem subveniret. Sic ergo se in imagine speciosa demonstrans, alto quodam loco condidit, & in sinus suos banc aleæ tabulam gestans, ut quasi ipse Iusor, & ad inventor bujus malitia appareret, cuius nomen a Dei servis nominari non debet (sic enim in nomine turpis est, quomodo in factis iniquis) & quisque Dei servus aleæ tabulam amplectitur, auctoris nomine vocaretur. Ille enim cum se in statu sculpsit, & simulacri formaret, aliud crimen adinvenit, quo se ab imitatoribus suis colendum, & sibi sacrificandum instituit, ita ut qui vellent studio ejus adbarerere, non ante manum in tabulam porrigeret, nisi auctori bujus prius sacrificasset. Iude factum est, ut olim qui homo fuerat, & facinoris admissionis adulter, post mortem a pronis, & errantibus sub scilicet nomine Dei talis colli meruerit. Alea tabula qui ludit, & maleficia nosse debet, quid a Dei servis lugeat; sciens quoniam foris maleficus, & venarius, & iterum in iudicis diem in igne rotante torquebitur. Alea tabula qui ludit, prius auctori ejus sacrificare debet; quod Christianis non licet, dicente Domino: Sacrificans Diis eradicabitur, nisi Deo soli. Et iterum: Nolite sacrificare Diis alienis, ne incitetis me in operibus manuum vestrarum ad disperendum vos. Christianus qui es, & aleæ tabula Indis; licet non sacrificies, lege bujus facinoris particeps es; & utique Dominus occurrit, & dicit: Exi de ea populus meus, ne sis particeps delictorum ejus. Et iterum: Discede, discede inde, exite de medio ejus qui portatis vasa Domini, & immundum ne terigeritis. Christianus quicumque es, & alea ludis, hoc primum in hoc credere debes, quia non Christianum, sed ethicum tibi nomen est, & illud ad Sacrificium Dominicum pertinet, in vacuum sumis; sic enim dicit: Omnis immundus non tangat Sacrificium Sancti. Dicit enim Scriptura: Omnis vir manducans carnem Sacrificii, & immunditia ejus super ipsum, pereat anima illa de populo meo. Aleator qui cumque es, Christianum te dicas; quod non es, eo quod scalo particeps es, nec amicus Christi potes esse, qui cum inimico Christi tenet amicitiam.

a Lib. 18. Cap.
Exod. 22.
Hieron. 25. Non dissentit a Cypriano D. Isidorus^a: Quidam autem, inquit, aleatores sibi videntur physiologicæ per allegorianam banc artem exercere, & sub quadam rerum similitudine singere. Nam tribus tesseris ludere perhibent, propter tria saecula tempora, præterita, præsenta, & futura; quia non sunt, sed decurrent. Sed & ipsas vias senariis locis distinctas, propter estates hominum; triuariis lineis, propter tempora argumentantur. Inde tabulam ternis descriptam dicunt lineis. Hæc sunt, quæ moverunt Hispanos Patres, ut ludum aleæ, seu tabulæ pœna excommunicationis proposita prohibuerint; quorum sententiam sequuntur sunt qui Constantiopolitana Synodo Canones adjecerunt. b Conc. Conf. 7. C. 6. C. 5. 9. Nullum, inquit, omnino, sive Clericum, sive laicum, ab hoc deinceps tempore aleæ ludere; qui secus fecerit, excommunicetur.

Constat etiam ex hoc Canone, posse Episcopos, & Concilia Provincialia, ludis saecularium leges imponere, & eas violante Ecclesiastica coercere disciplina.

COMMENTARII NOVI

Detalis, ni fallor, Canon accipiendus, quibus ludere nefas videbatur, quod speciem quandam idolatriæ committeret qui eos jaclaret. Deorum enim Gentilium effigies pro numeris habebant, iisque invocabantur, ut felicissimus evenierit iactus. Suetonius in Augusto: Quos tollebat universi qui Venerem jecerat. ALBASPINÆUS,

Aleæ lusum perantiquum esse, & apud varias nationes usitatum, Iustianus auctor in Lege, Alearium, Cor. De aleat. vulgo, & ful. Tit. De religiis. & sumpt. De Hunnis testatur D. Ambros. in Lib. de Tobia, Cap. 11. Hunnorum populi in procinctu ludunt, tef-

hatur.

batur, luderet, & Librum de illius Iudi arte ediderit. De Hispanis sufficiat referre quod cecinit eleganter Jacobus Falco nobilis Hispanus Satyra 8. in *Aleatores*.

*Hispani militis audi
Grande nefas. Hic ille fuit, qui primus ad
Albim*

*Sprevit aquas, hostisque minas; nudusque
nudavit
Contra armatum hostem gestus in dentibus
ensem.*

*Ausum horrendum, ingens, & dignum, Ca-
role, castris,
Temporibusque tuis. Verum hic tum fortis,
& audax*

*Strictius a magno laudatus Cesare miles,
Nunc miser abraso capite, & tenuis inguine
nudus,
Atque etiam multis religatus crura catenis,
Remum utraque manu spumosa per aquora
versat.*

*Hoc sceleris non pena fuit, non supplicium, nec
Bellone vulnus. Sese pro pignore passus
Alveolo, numerum pediculi remigis auxit.
Namque inter nantas ne debet dedecus ullum,
Non tantum argentum, non tantum luditur
aurum,*

*Sed quoque libertas. Hic transbro quatror
annos
Debet, at ille duos. Est qui non exuit anquam
Se pedica, & vinclo, nisi vindice morte, vel
auro.*

Res sacra, & cunctis est alea noxia.

*Eius ludi formam, & leges tradit Pantoja in
Lege fin. Cod. De aleator. Sed damna, quae
ex aleæ usu emergunt, & contingunt, expen-
damus; ut propriam hujus Illiberitanæ Legis
rationem capiamus. Ea refert Horatius Lib. i.
Ep. stola penult.*

*Displaceat iste locus, clamo, & diluvia posco,
Ludus enim genuit trepidum certamen, &
iram:*

*Utra truces inimicitias, & funebre bellum.
Juvenalis Satyra 1. ubi de statu Reipublicæ
sue suo ævo ita conqueritur:*

*Et quando uberior vitiorum copia? quando
Major avaritia patuit sinus? alea quando
Hos animos? nec enim loculis cumitanibus
itur*

*Ad easam tabulæ, pisto sed luditur arca.
Ovidius Lib. 3. De arte amandi:*

*Sed major labor est sapienter jactibus uti,
Majus opus, mores compostissime suos.*

*Tunc sumus incerti, studioque aperimus in
ipso:*

*Nudaque per lusus peccora nostra patene.
Ira subit, deformis malum, lucrique cupido;
Furgiaque, & rixa, sollicitusque dolor.
Crimina dicuntur, resonat clamoribus aether,
Invocat iratos & sibi quisque Deos.*

*Nulla fides tabulis, quæ nō per vota petuntur,
Et lacrymis vidi sepe madere genas.*

*Supiter a vobis tam turpia crimina pellat,
In queis est illuc cura placere viro.*

*Husignava jucos tribuit natura pueris:
Materia ludans uberiore viri.*

*A quo accepile videtur Imperator in Le-
ge fin. Cod. De aleatoribus. Joannes Sarisber.
Polycratici, Lib. 1. De nugis Curial. Cap. 5.
Quis enim, ait, non erubescat, si fortis suæ*

*gratiam non virtuti debeat, sed taxillis?
Quis frithili cautelam sua prudentia non de-
beat anteferre? Nonne satis improba est cu-
jusque artis exercitatio, qua quanto quisque
doctior, tanto nequior? Aleator quidem am-
nis hic est. Mendaciorum siquidem, & per-
juriorum mater est alea, & ex alieni concu-
piscencia sua prodigit, & nullam habens pa-
trimonii reverentiam; cum illud effuderit,
sensim in farta dilabitur, & rapinas. Illam
vero nonnulli preferunt, in qua Olysses lusus
legitur, et quod ingenii aliquatenus multa
meditatione exercitare videatur acumen. Sed
ex eo mibi videtur perditior, cum nihil infe-
licius sit, quam in eo, in quo minimum pro-
ficiis, plurimum laborare. Est enim inati-
lis importunitas deprecantis, qua inutilia
adquiruntur, & querendi inanis est diligen-
tia, cum invenisse non profuerit. Posset ita-
que motus animi, & mentis agitatio, quæ
ibi frustra distractabitur, rebus palibetribus,
& melioribus accommodari. Aleam vero a
regione morum illius autoritas prorsus ex-
terminat, qui universum orbem docens in filio
eam denunciat omnibus fugiendam. Ab
ea siq' uidem armantur ad lites homines, incur-
runt inimicitias, in miseram, et si non misera-
bilem, incident egestatem. Si denunciatio-
nis quaris auctorem, illum agnoscere, qui
Non sibi, sed toti genitum se credit orbi.*

*Et quot crimina ludus aleæ vehat, Car-
dinalis Odiensis in Summa, De excessibus Praetorium, §. Clericus, his non tam cultis, quam
religiosis versibus recenset:
Hæc cum taxillis ludendo crimina sunt:
Ecclesia spretus, usuraque, sive rapina,
Scandala, cum nuga, blasphemia, tum faciendo
Furti doctrina, violentia, crimina falsi,
Et mortis causa deceptio, perditioque
Temporis, & desiderium, corruptioque ingens.
Iffis prædictis adulatio, vitaque turpis.
Quæ sexdecim vitia suo ordine exponit Pan-
toja ubi supra in dicta Lege fin. ex num. 7.
Plura alia in aleæ detestationem congeruntur
M. A. Majoragius Lib. 8. Epist. 11. Ange-
lus Rocca in Comment. Contra ludum aleæ.
Hieronymus Osorio, Lib. 7. De Regis in fin.*

*Ea denique tam ingentia crimina ludi
aleæ Ecclesiæ PP. intuentes, ut evellerent
omnino, ejus usum prohibuerunt, Apollo-
licas sanctiones amplectentes, ubi Can. XLII.
ita legitur: Episcopus, aut Presbyter, aut
Diaconus, qui vel aleæ, vel ebrietatu: indulget, vel definito, vel deponitor. Et Can-
one XLII. Subdiaconus, aut Cantor, aut
Locutor, qui confamilia facit, vel definito, vel
a communione sejan gitor; similiter & laici.*

*Concilium Senonense, Canone xxv. Clerici
nec in publico ludant pila, maxime cum laici-
cis. A ludo aleatorum, aliisque, qui a for-
te pendent, se abstineant. Sexta Synodus
Trullana, Can. L. Concilium Tridentinum,
Sessione 24. Capite 12. Nec tantum Clericis
suum aleæ prohibuerunt, verum & inspectio-
nem ipsius ludi. Cap. His igitur, 23. Dicit.
Cap. 1. 35. Dicit. Cap. Nullus, 44. Dicit. Cap.
Clerici, 15. De vita, & honestate Clerico-
rum, Cap. 1. Ne Clerici, vel Monachi, Capite,
Inter, De excessibus Praetorum.*

I.c.

*Ligibus etiam Civilibus hujusmodi aleæ lusus
prohibitus est, Lege 1. ff. De aleatoribus,
Lege ultima, Cod. De Episcopali audience, Lege 25. eodem Titulo, ibi: Episcopi perqui-
rant eos, qui aleam ludant contra formam
Constitutionis, eosque tradant Praesidibus
Provinciarum, & Patribas, vel Defensori
Civitatis, ut eos coercant. Novella 123. Ju-
stinius, Novella 115. Julianus, Cap. 13 ibit:
Clericus nec tabulari, seu aleam ludat, ne-
que socius aleatoris sit, vel aleatores spectet,*

C A N O N L X X X .

De libertis.

Prohibendum est, ut liberti, quorum patroni in sæculo fuerint,
ad Clerum promoveantur.

Gratianus retulit hunc Canonem in Cap. Prohibendum, 54. Dist.

C A P U T O C T O G E S I M U M T E R T I U M .

Liberti qui, & cur ab Ordinibus suscipiendis repellantur.

E OS dici libertos, tradit Ulpianus a, qui servi esse desierunt. Eodem vocat libertinos
Cajus b: *Libertini*, inquit, sunt, qui ex justa servitute manumisisti sunt. Olim au-
tem, id est, Appii Cæci temporibus, & deinceps aliquando, libertini dicebantur
non ipsi, qui manumiscebantur, sed ingenui ex his procreati, quod Modeltinus c observasse
videtur; sed clarissimus Suetonus in Claudio d. Post vero, alterum usurpari pro altero a Juris
consultis, perspicuum est. Quare illorum sententiae non est locus, qui *libertini* nomen sta-
tum ipsum, *liberti*, personam designare scripserunt e. Libertini autem, sive liberti, ideo
ad Clerum promoveri vetabantur, quia si forte quam ingratitudinis cauillam adversus patronum
committerent, licentiam habebat patronus revocandi illos iterum in servitutem. Servos au-
tem Clericos fieri non debere, jam ab ipso fere Apostolorum tempore receptum fuerat. Erant
& altae patroni viventis in libertum jura, quæ dignitatem Cleri non decebant. Tenebantur
enim liberti operas praestare patronis; sunt autem opera (Auctoribus Paullo, & Pompo-
nio f) officium diurnum; officii vero praestatio ad nutum esse debebat patroni, ut docet Ca-
jus g. Tenebantur patronum inopem alere, ut Imperatores Severus, & Antoninus h rescrip-
serunt, & libero locupleti mortuo, ei seculit, qui plusquam centum aureos haberet in fa-
cilitatibus, succedebat patronus, adhibita etiam actione Calvisiana, qua revocabantur aliena-
ta in fraudem hujus successionis. Sublato autem e vivis patrono, jura simul haec tolleban-
tur, et si alia supererent in eorum filiis, & successoribus; que ut minoris momenti ad impe-
diendum Sacerdotium, parvi fecerunt hujus Concilii Patres.

Potuit & alia ratio ad Decretum ferendum eosdem incitare. Ne videlicet ethnicorum
servi, etiam servitute per manumissionem vindicati, Clero adscriberentur. Nam occasione
oblata, dum patroni viventer, et cum domos ventitandi, & infidelium actibus se plerum-
que immiscendi, quod solebant se pessime, ut suscepta libertatis beneficium, fide, benevolen-
tia, obsequiis, & omni gratitudinis genere compensarent; periculum erat, vel apostolice
in libertis, vel proditionis Librorum sacrorum, & Rituum Ecclesiasticorum, quos incepto,
& profano risu legere solebant Gentes; neve persona jam Ecclesiastica infidelium molebilis
oneribus, & gravibus premerentur. Quam rationem observasse videntur Concilii Niceni; Pa-
tres, sancientes, ut Christiani infideli servi, non prius ordinarentur, quam manumisisti,
& maturo Superiorum iudicio examinati: Servi, inquit, infidelium, quamvis ab eis dili-
gantur, quia res eorum fideliter custodiunt, & quamvis sint bone famæ, & vita; tamen
quia difficili, ac dura servitute servos Fideles premunt; non prius fieri debent Clerici, quam
sunt manumisisti, ac liberi, satisque probati, an digni sint gradu.

C O M M E N T A R I I N O V I .

Merito cavebant, ne liberti, quorum
patroni essent Gentiles, ordinaren-
tur; nam ab eis fabriles, aut officiales
operas exigere poterant patroni, quas
soliti erant ripulari, cum eos libertate do-
narent, tenebanturque liberti non solum pa-
tronis eas praestare, sed aliis etiam, quibus
ex locatæ essent. At indignum prorsus, ne-
que in quodcumque spectaculum spectandi
causa veniat. Jure noto Hispano aleatores
variis compescuntur pœnis in Lege 1. 2. 3.
cum sequentibus Tit. 7. Lib. Recupil. & cum
hoc delictum multi fori sit, ut probant Pu-
teus, De ludo, Num. 43. Costa eodem Tra-
ctatu, Art. 2. Num. 20. Pantoja ubi proxime
recte in praesenti etiam Episcopi contra laicos
excommunicationem per annum indixerunt,
contra quos quilibet in propria Diocesi in-
quirere, & procedere poterat. GONZALEZ.

a L. 4. De just.
& iure.
b L. 6. De stat.
homin.
c L. 1. De ex-
emiat. tut.
d Cap. 23.
e Laurentius
Valk, lib. 4.
Elegat. C. 1.
Impp. Valent.
Valens, & Gra-
tian. L. 1. De
ingrat. libert.
Impr. Conflan-
tiai 1.2. De li-
bert. & eorum
liber.
Concil. Tolet.
IV. C. 18.
f L. 1. & 3. De
oper. libertor.
g L. Cum pa-
tronu, 22. De
oper. libertor.
h Eodem Titul.
Ulpianus,
L. Si libertus.
De jure patro-
nat. & Justinia.
in Titul. infinit.
De supr. liber.

Alphon. Pisan.
L. 3. De Attic.
Conc. Niceni.
Can. 2.

Pri-
Tut. II.

Prima solutio Mendozæ, in qua affirmat, libertum ordinari non posse, ne post suscepitos Sacros Ordines ob ingratitudinem patronus revocet, retrahatque ipsum in servitum, refellitur ex eo; nam ea retenta nuncquam libertus patronum habens, Sacris posset initiari Ordinibus, cum contrarium certum sit, & probetur Cap. *De servorum*, 54. Dist. Cap. 1. & 2. *De successione ab interstatu*, Cap. 2. *De conditione appositi*. Secunda etiam Mendozæ interpretatio quatenus refert Canonem hunc ad libertum, patronum Gentilem hebentem, divinationis vitio laborat. Siquidem ex verbis Canonis tantum constat, Patres agere de liberto, qui patronum in saeculo habet, id est, superstitio adhuc in hac vita, non vero ethnico, aut infidelem. Non tamen me latet, aliquando Gentiles appellari saeculares, & in saeculo degentes, Cap. *Si quis ex fratribus*, 11. Quaest. 1. ubi Judices Gentilium dicuntur a Clemente *Judices saeculi*. Notavit Cironius ad Tit. *De iudiciis*. His ergo omisssis sententiis, existimo, Canonem hunc esse accipendum de libertis habentibus patronos superstites, quibus non solum obsequium verum, sed operas praestare tenebantur. Id enim proprie significant nomina liberti, & patroni, Legge 1. Lege, *Cum patronus*, 22. ff. *De operis libertorum*. Unde quamvis Liberti patronos habentes, quibus operas non promiserant, ordinari valeant; qui tamen operas debent, & praestant, ad Clericorum promoveri non debent, cum non possint simul Ecclesiæ, & alteri deservire, Deique cultui mancipari, & simul operas patrono praestare, Cap. *Clericus*, 7. 54. Distinctione cum aliis congestis ab Antonio Augustino Lib. 28. Epit. Titulo 27. Accedit & alia ratio, videbet, ne vilescait Ecclesiasticus Ordo. Si enim libertus propter dedecus militie terrestre non dare non poterat (Leg. *Operis*, 45. ff. *De operis liberti*, nisi consentiente patrono, quo casu ingenuus siebat; Ulpianus, *Fragm. Titulo*, *De Latinis*, §. *Militia*; & virgo Ve-

C A N O N LXXXI.

De seminarum Epistolis.

* Qui.

Ne feminæ suo potius, quam maritorum nominibus laicis scribere audeant, quæ * Fideles sunt, vel Literas alicujus pacificas ad suum nomen scriptas accipiunt.

C A P U T O C T O G E S I M U M Q U A R T U M .

Cur feminis scribere sine maritorum nominibus, aut eis scribi non liceat.

Quid caussæ est, Patres Religiosi, ac Sancti, ut Literas ad nomen solum seminarum a laicis scriptas accipi, vel ab eis suo nomine scribiri laicis non patiamini? Confueruntne vobis, experti uxorum naturam, conditionem, statum? Auditis ex frequenti Literarum scriptione feminas solicitari? Providerene voluitis maritorum honori, & auctoritati, ut omnia, tam domestica, quam externa, sua manu gubernentur? An audacie solicitorum, an feminarum, ut vulgo jactatur, levitati? Habuitisne persuasum, interdictis his mutis intercessoribus aditum ad turpitudinem intercludi? Putatis Literarum jacturam, industria, & solicitudine, non virorum tantum, quod referre dolet, sed aliarum seminarum non posse compensari? Credidistisne, hoc folio Decreto uxorum cum ma-

ritis solicitari concordiam? vel tanto obsequio matrimonii Leges reliquas indicari? Placuitne vobis, ut quemadmodum postea Sacerdotes, & Clericos ab his Literulis seminarum scribendis, vel recipiendis abstineret Hieronymus^a, id & facerent nunc uxores? *Visumne a Epistola ad Nepotianum.* vobis est, generali hac veltra Constitutione, laicorum uxores exprefte, tacite tamen Clericorum, quas habebant, vel Diaconorum, Sacerdotum, & Episcoporum, quas habuerunt, & domi ut sorores alebant, fore subventum? Aliquis ne zelotypia stimulus Presbyteros, & Diaconos vestro cœtu adstantes, ad hanc Constitutionem ferendam solicitavit? Vel adeo progressa est Religio veltra, sanctitas, piusque Christi zelus, ut nütamini, feminas Christianas in primitiva Ecclesiæ initia religiosis, non presentis, sed antiqui seculi fore persimiles, quibus deinceps harum Epistolarum scriptiōnēm vetusti, & sanctissimi Patres, Augustinus^b, & Benedictus^c interdixerunt? Cum haec, Beatisime Pater, ab Episcopis Hispanis^b In Regula quævissem, mihi responderunt omnes: PLACET. Nec defuncti his temporibus, quibus non Monachorum, dispiceat, in quibusdam Provinciis hujus Canonis Decretum renovari, easque Literulas, que exstat Epistola 109. quarum usus est frequentissimus, non ad uxores, vel virginis, quibus sœpe illæ solicitantur, c In sua Regula & quandoque solicitant; sed ad maritos, vel propinquiores parentes, quibus earum cura mandata est, inscribi, rescribique, ut aditus tentandæ seminarum pudicitia (quam tam late patero docent multi) aliqua ex parte intercludatur. Quod si uxoris domum ingredi quemquam sine exprefso viri præcepto, ad eam visendam, vel rem domesticam tractandam, non debere permitti, Aristotelē placuit, homini ethnico d: *Veritatem, inquit, maxime verba, quæ de lib. 2. Oe mulierum corruptela circumferuntur.* Et si quid intus accidat, ut sibi notum sit filii, & conmicor. G. si quod malum ab ingredientibus committatur, ut penes virum sit culpa neque homines urbanos tantum, quod Aristotelem dixisse legimus, sed neque medicos mulierem ingenuam infirmam Gotthi, majores nostri, permisissent curare poelle sine præfentia patris, matris, fratris, filii, aut avunculi, vel alterius propinqui, excepto si necessitas emersisset agritudinis. (eorum verbis loquor) Quod si tunc eas personas abesse contigisset, tunc aut coram vicinis honestis, aut servis, aut ancillis idoneis, medicum accessurum. Quod si aliter præsumperit, inquit Rex, decem solidos propinquis, aut marito coactus exsolvat: quia difficultissimum est, ut sub tali occasione ludibriū interdum adhærescat; quid mirum, si Christiani, Lex Lib. 11. & Religiosi Patres, Literas, quæ tacite sermonis expressi officio funguntur, minori forsan gothicorum Leg. prohibuerint severitate?

Liquet igitur ex hoc Canone, Hispanis Patribus justius multo ejus laudis præconium tribui posse, quod Socrati olim honorifice impertitus est Cicero; eos nimicum, philosophiam morum non e Cælo tantum devocasse, collocasse in Urbibus, & in domos etiam introduxit; sed in ipsis etiam Fidelium animis summa cura inserere studuisse, dum non libidinem tantum, sed libidinis indicia coerceri voluerunt. Grave enim delicti, atque turpitudinis genus est in feminis, praesertim nobilibus, turpes videri, etiam si non sint. Utinam omnes antiquæ pudicitæ, honestatis, & omnium virtutum, non vero, ut quædam solent, turpitudinis, & vitiorum hypocritæ esse, atque videri cuparent; nam haec tanto peccantior hypocritis, quanto exempla vitiorum magis, quam virtutum nocere possunt, & solent. Julius Cæsar Pompejanum uxorem, Magni Pompeji filiam, Clodianam turpitudinis suspicione notatam repudiavit, dictans, ejus torum non tantum crimine, sed & criminis suspicione carere oportere. Maxime enim interest Reipublicæ, ob communem parentum, & consanguineorum pacem, ob maritorum concordiam, ob familiarum honorem, ob certitudinem liberorum, ob hereditatum, & successionum securitatem, dimidiam populi partem, quæ, ut Aristoteles prudenter consideravit, seminarium est, sanctis continentio, & honestatis legibus institui, & informari. At illarum pudicitiam, qui, quæve folio Venerea libidinis contemptu, non etiam decenti vestium, & ornatus cultu, gravi oculorum aspectu, temperato lingua usu, casta aurium attentione, ac tandem mode toto corporis habitu conservari, aut violari putant, falluntur. Ea enim de causa olim Cæcina Severus gravem in Senatu orationem habuit adversus matronam in publico prodeuntem sine stola. Lentilique Auguris consultis, quæ ita se exauditorasset, pro stupro pœna fuit, ut referri Tertullianus g. Quoniam quidem, ait, indices, custodesque dignitatis habitus, & lenocinii facilitandi impedimenta. Quare Gaius Sulpicius Gallus uxorem repudiale dicitur, quod aperto capite folis fuisse. Pater Sempronius Sophus eadem nota conjugem affectit, quod se ignorante ludos spectasset. Quintus Antilius Vetus h non aliter sensit; uxorem enim repudiavit, quod illam in publico eum quadam libertina vulgari secreto loquentem vidisset. Quod si hunc decorem h Valerius Max. lib. 6. cap. 3. quæ non observarunt, errasse dicuntur, errabunt sane & illæ, quæ sibi persuadent, honestarum matrum-familias nomen, auctoritatemque retinere posse, & conservare, etiam si suspectos, aut suspicelas grato, & hilari vultu excipiunt; sua suspectis non solum munera, sed neque honorem deferri placeat. Sequantur uxores, vel earum mariti, Alexandri Severi exemplum, quem tradit Lampridius, ab impudicis mulieribus matrem suam, & uxorem salutari vetus; omnia enim, quæ honestissima non sunt in feminis, in honesta sunt, sedla sunt, turpia sunt, dignissimaque tandem, ut a matronis nobilibus, tamquam capitalis, & funesta pestis honoris, & auctoritatis fugiantur, ut a Patribus Hispanis in Literis recipiendis, vel scribendis, in hoc Canonone honestissime, sapientissimeque admonentur.

COMMENTARII NOVI.

A Feminis, quas vitæ sanctimonia commendaret, quoque effent Ecclesiasticiorum uxores, Literas nonnulli commercia, & pacificas extorquent, ut eorum quasi beneficio, & commendatione apud amicos, aut Ecclesiasticos hospitalitatis jure fruerentur. Patres igitur hunc ipsum non non sati pie, & honeste in vectum morem carpunt hoc Canone, prohibentque, ne feminæ Clericorum eo nomine Literas communicatorias rescribant, aut accipiant; quod et respones sit Episcopos, corumque curæ, ac solitudinē commissi. Quod si hoc modo non obviā itum suillet pravæ illi consuetudini, sceleratissimi sane, & excommunicationis nota inuiti, per facilem communicandi viam natæ, his Literis acceptis toto orbe communicaentes vagati suillent.

Feminae Clericorum, quæ conversæ dicebantur. Laicis scribere audeant. Literas communicatoria. ALBASPINÆUS.

Potius de Literis profanis, & sacerditalibus accipio Canonem hunc, quam de Ecclesiastis pacificis, ut vult Albaspinæus; nam eas tantum Episcopi dare poterant, & aliquando Chorépiscopi, non autem Presbyteri. Citari solet Canon quidam sub his verbis: *Nec Presbyteri, qui sunt in Pagis, dent Canonicas Epistolæ, vel ad solos Episcopos vicinos Epistolæ emittant; Chorépiscopi autem nulli reprobensioni affines dent pacificas.* Deinde, quia prohibetur in præsenti feminis Literas dare tantum laicis; cum pacificæ, & commendatissimæ plerumque Clericis darentur: nec unquam legimus apud Baronium, Ferrarium, & Turrianum, qui de Literis pacificis late scriperunt, inferiores Ecclesiæ Prelatos eas dedisse, quanto magis nec eorum uxores? Verius ergo credo cum Mendoza, Hispanæ Patres pudicitæ sectatores, ut omnem machiæ suspicionem, occasionemque evellerent, quam magno odio prosequabantur, vetuisse, ne feminæ Literas laicis scriberent proprio nomine, id est, in se marito, vel eas recipieren, ne ulla daretur calitatis violandæ occasio. Unde Monachis, & Viris Religiosis privatas

FERDINANDI MENDOZÆ CONCLUSIO.

AD CLEMENTEM PAPAM VIII.
DE CONFIRMANDO CONCILIO ILLIBERRITANO.

Hæ sunt, Beatissime Pater, quæ in Religionis adolescentis, aut nascentis potius incunabulis, Hispaniæ Episcopi, ad refinendam, & propagandam Ecclesiastice disciplinæ integratatem, quam ab Apostolis Petro, Paulo, & Jacobo Divinitus acceperant, non singulari modo humana sapientia, & prudentia laude scriperunt; sed divina morum, & vite sanctitate stabilierunt, & gloriose proprii sanguinis subscriptio confignerunt. Quæ licet Sedi Tuæ sacrosanctæ difficillimis Ecclesiæ temporibus, non sine maxima obsequii laude, retulerint, atque piissima Religionis Fide consecrarent; denuo tamen, sapientissimo, & maximo Beatitudinis Tuæ judicio renovari cupiunt, & renovata confirmari impensis optant; ne temporis diuturnitate suffulta, & corroborata, ut solet, quorundam audacia, quæ Concilio cœpit admere, sibi vires conciliet; paremque faciat facturam Hispanorum dignitas, atque Religio, quam suscepit adhuc Conciliū vetustas. Quod si id labores nostri, lucubrationes, studia, & preces a Te non impetraverint; hoc impetrare ipsa caußâ debet, hoc Ecclesiæ auctoritas, hoc Christiana pietas, hoc Divina Religio, quæ dolet sane, nec docet tantum, sed conqueritur, hujus Concilii dignitatem, cum in eadem, quæ cætera, caußâ sit,

sit, non eadem esse existimationis publicæ, & auctoritatis conditione; quam demum si Tu conceris, vel olim a Christo, & Sece Tua conceilam, sed invidia temporum, & quorundam licentia contemptam, ac pene collapsam refecris, crexeris, & in prælium antiquæ majestatis statum reduceris; efficies profecto, Te non restituotem solum, sed auctorem nostræ dignitatis, defensorem Fidei, propugnatorem avitæ Religionis, & tanquam piissimum Patri parentem agnoscat, veneretur, & colat Hispania tota, quod non minorem intelligat Tibi virtutis, & beneficentiae gloriam deferandam, in erigenda labiente jam Concilii auctoritate, ac ipsis Episcopis Concilii Auctoribus in condenda. Quinimmo superiorem longe hanc illa nec inviti fatebuntur omnes, qui agnoscant sincerius, tanto esse præstantius, gratiusque futurum, rellitui injurya sublatum, quam tribui recenter; quanto etiam miserabilius, acceptum perdidisse, quam omnino non accepisse beneficium. Praeterea igitur illud, præsta, Sanctissime Clemens, aut reddi potius Catholicæ Hispaniæ, Catholicæ Ecclesiæ, Catholicæ Religioni, quæ una a Te habere omnes impense cupiunt, & a Te solo habere possunt; reddi illud libenter, reddi benigne, ut verissime de Te prædicare possit posteritas, quod de Sanctissimo Patrum Stephano gloriose retulit, & laudavit antiquitas. Cum ad novitatem enim erroris Agrippini Carthaginenses Episcopi cuncti reclamarent, atque omnes undique orthodoxi Sacerdotes, pro suo quisque studio reniterentur; tunc beatæ memorie Stephanus Apostolica Tua Sedis, ut auctor est Vincentius Lirinensis, cum cæteris quidem collegis suis, sed tamen præ cæteris redit, dignum, ut opinor, exstremans, si reliquos omnes tantum Fidei devotione vinceret, quantum loci auctoritate superabat. Quod & in Epistola ad Africam milia his verbis sanxit: *Nihil innovandum, nihil pervertendum eorum, quæ tradita sunt a majoribus.* Satis intelligentes Vir Sanctus, ac prudens, pietatis rationem nihil aliud admittere, nisi ut omnia qua Fide a Patribus suscepta forent, eadem Fide filiis consignarentur, nosque Religionem, & præclara Religionis Decreta, non qua vellemus ducere, sed qua nos illa ducent, agnoscere, sequi, amplecti, colere, & venerari oportere; idque esse proprium Christianæ moderationis, & grayitatis, non sua posteris tradere, sed tradita a majoribus præclare cognita, & accepta servare. Si omnia ergo, ut vidilli, hujus Concilii Decreta, sanctæ doctrinæ plena, plena pietatis Christianæ, plena Catholicæ Religionis, plene probavimus; ne patiaris, illa profana quorundam auctoritatem immutari, labefactari, perverti. Si aurum purum accepimus a Catholicis; ne feras plumbeum impudenter, vel cramenta ab hæreticis fraudulenter supponi. Si salubrem aquam, si perennem, si claram, si cælestem a Divino Sancti Spiritus fonte haustam Religiosi Episcopi in hoc Concilio reconditam reliquerunt; ne a perfidis putidam, exenofam, & peccatentem, vel subjici, vel miseri permittas. Si uniones, & gemmas pretiosas Tuæ Sedi sanctissima Christi membra obtulerunt; ne patiare, impura quasdam, & adulterinas inferri, sed si necesse sit, oblatas ab his polias, si ab his, & Hispanica Ecclesia politas, Catholicæ artificiose infereres; si infertas jam a Pontificibus aliis, Tu tutare fideliter, adorna sapienter, adjuice venustatem, splendorem, & gratiam; ut Te poliente reddatur illultrius, quod antea obscenius credebat; per Te intellectum gratuletur posteritas, quod antea venerabatur non adeo intellectum vetustas. Doce Fideles omnes quod a Christo didicisti, doce, & confirma nove, non novam, sed sanctam, & veterem hujus Concilii doctrinam; & adeo veterem, ut fore cum ipsam Christiana Religionem cœpisse videatur. Crescat florenti Tuo Imperio in dies, & proficiat tam singulorum, quam omnium; tam Hispaniarum, quam aliarum provinciarum; tam Concilii unius, quam totius Ecclesiæ sacra dignitas, sacra auctoritas, sacra maiestas. Crescat rerum divinarum cognitio, scientia, sapientia, sed in suo dumtaxat genere, in codem scilicet Dogmate, codem sensu, eadem intelligentia. Imitetur Religio nostra corporum rationem, quæ licet annorum decursu numeros omnes suos evolvant, & explicent, eadem tamen permanent, quæ antea erant. Inter pueritiam florem, & maturitatem senectutis interest plurimum, sed iidem tamen ipsi senescunt, qui fuerant antea adolescentes; ut quamvis unius, ejusdemque hominis status, habitusque mutetur, una tamen nihilominus eademque natura, una eademque persona sit. Quod si humana species in aliquam deinceps, non sui generis vertatur effigiem, aut certe addatur quippiam membrorum numero, vel detracit loco, quid aliud non proprium, sed alienum subjiciatur, necesse est, ut totum corpus, vel nitescat, vel prodigiolum fiat, vel certe debilitetur. Absit ergo, ut sano Hispano Corpori, ut Sacro Hispano Concilio, ut Sanctæ Hispaniæ Religioni, quinimmo & Catholicæ, quid temerarium, quid profanum, quid impium fas' tribuatur. Absit, ut pro cælesti Dogmate humanæ superstitiones introducantur. Absit, ut bene fundata antiquitas impia novitate subvertatur. Quod si senescente, aut caduca pene jam ætate (ut rerum est viciſſitudo) si temporum injurya, si hæreticorum impietate, si Catholicorum incuria, quid immutatum, quid eretum, quid detractum, vel ablatum de Religione hujus Concilii, vel de honore potius est; hoc ipsum singulari Tua pietate, & clementia recuperari, sarciri, rellituique oportet; ut quod in Hispanica Ecclesia veterum Patrum Fides, quod charitas, & Religio, quod sapientia Doctorum, quod Confessorum constantia, quod Martyrum sanguis, quod ipsius tandem Optimi, & Præpotentis Dei agricultura sevit, hoc ipsum, revulsa hæreticorum zizania, a Te sapientissime excolatur, excultum floreat, matureseat, proficiat, & perficiatur, ac tandem verissimum fiat his temporibus, in recenti hac Hispaniæ Religionis prælura, quod superioribus etiam de Catholicæ dixit Hilarius: *Tum vincit, cum luditur; tum intelligit, cum arguitur; tum obtinet, cum deservit; dum opprimitur, crescit; dum persequitur, floret; dum contemnitur, proficit; tunc fiat, cum superari videatur; proficit a afflictionibus, Sanguine, Martyrum irrigatur, tristitia erigitur, angustia latetur, jejuniis resicitur.* Alter enim Beatissime Clemens, si permutterat antiquorum Decreta, si ad eujusque fani, vel infani arbitrium intelligi, vel violari potius, & pollui Patrum instituta; si extra sacrate, atque incor-

ruptæ vetustatis fines egredi, profanæ, ac novellæ curiositatis libidinem, vel vagari permisæ; si lascivientem hanc hæreticorum licentiam, vel impudentiam potius, debacchandi in Catholicæ Ecclesiæ Concilia, non cohibueris; horro dicere, quantum excedendæ, atque abloenda Religionis periculum consequatur; abdicata enim qualibet parte Catholicæ Religinis (obtinent enim non minimam sacra Ecclesiæ Concilia, sed præsertim antiquiora) alia quoque, atque etiam alia, ac deinceps alia, & alia jam quasi ex more, lictioque abdicabuntur. Porro singulatim partibus repudiatis (ut docte satis idem Vincentius Lirinenis persequitur) quid aliud ad extremum consequetur, nisi ut totum pariter repudietur? Si novellæ quedam, & insolitæ, vel insolentes potius, Decretorum Ecclesiæ interpretationes, pro antiquis Ecclesiæ Sententiis, si extraneæ pro domesticis, si pro sacratis profanæ, si impia pro Catholicis inferuntur, traduntur, & publicantur; proserpat hic mos in universum necesse erit, ut nihil polthac apud Ecclesiam intactum, nihil illibatum, nihil integrum, nihil sanctum, nihil tandem immaculatum relinquatur; sed sit ibidem deinceps impiorum, & turpium errorum seminarium, ubi erat antea calx, & incorruptæ sacrarum veritatis a quo vel leviter dissimulando, tam pia, & religiosa Sanctæ Romanae, & Catholicæ Ecclesiæ cura, & sollicitudo debet abesse, quam ipsa, præter reliquias omnium salutis, & incolumitatis majoris, & sacratoris imperii ratione, & confusione, & providore tenetur. Hoc autem facilius consequi posse tradiderunt majores, si vetera fideliter, sapienterque tractando, si qua sunt antiquitas informata, & inchoata, accuret & expletat; si qua obscura, declarat; si qua recondita, exprimat; si expressa, & enucleata contolleret, firmet; si qua consolidata, & firmata, custodiat; hoc enim Nicæni, Ephesini, Chalcedonensis, Constantinopolitanorum, Lateranensis, Tridentini, & reliquorum Conciliorum Decretis (quotquot exstant hodie) enixa semper est Catholicæ Ecclesiæ; hoc semper, neque quicquam aliud hæreticorum erroribus, aut recentiorum commentis excitata contendit. Hoc etiam Hispanica præclaris Catholicæ vestigiis insulens adversus vanas Gentium superstitiones, & vesanas hæreticorum novitates hoc Concilio olim constituit, decrevit; & hoc ipsum hodie declarari, stabiliri, & confirmari, lata a Te recenti Constitutione, exoptat, & orat. En oratum etiam veniunt antiquissimi Hispania Confessores, & Martyres, Tuis pedibus humiliime advolvi cupientes. En accedit jam, suscepta pro Religione vulnera, & obductas cicatrices modelitu potius quam gloriolus Tuæ Sanctitati monstrantes. Ecce jam adiungunt Heroes Sanctissimi, aeterna gaudentes felicitates Tuæ tamen divinae clementiae & pietatis uberrimum hunc fructum adhuc expectantes. Ecce instant acrius, & urgent Beatitudinem Tuam, ut si quid de Fide, si quid de Religione bene sint meriti, si quod luuen in Ecclesiæ exordio, Gentium, & hæreticorum tenetris, propria, aut caelesti potius Sancti Spiritus doctrina, intulerunt, si quod poteritati beneficium tam sancti labores compararunt, si non vivi modo, sed moriente (mori potuerunt, quorum mortalis magis, quam vita finita est) tanquam athletæ fortissimi pro Ecclesia pugnantes divinam Ecclesiæ ab Ecclesiæ inimicis, pacis, & unitatis victoriam, tropheaque reportarunt; hoc a Te, velut præmissi, & mercedis loco consequantur, ut si non disparem, saltem non inferiorem in terris apud homines Sanctissimæ illorum Reliquiarum, & doctrina, ac in Cœlis apud Deum angustissimi illorum spiritus dignitatem, & auctoritatem obtineant; ne divinitate sententie præjudicium profana quorundam levitate spernatur; ne hi, quos ut doctiores, quos ut meliores, quos ut sanctiores elegit, & amplexus est Christus, tanquam ob immanissima seculera, bonis Sacris interdicti, ab Ecclesia deportentur; sed quos alii judices, & censores, nullis suffragiis creati, nulla auctoritate selecti, sed severo nimis, & rigido privato suo iudicio relegarunt, æquitas Tuæ singularis, & clementia, patefacta jam poti tot annorum decursum, quæ hactenus oppressa est, veritate, revocet, & refluit. Nihil enim habet, nec sacra Tuæ dignitas majus, quam ut possit; nec sancta mens Tuæ melius, quam ut velis, omnium, sed Sanctorum præsertim auctoritatem, conservari, sublatram restitui, restitutam augeri, & auctam tandem quo possit splendore exornari; & ut felicitatis est, posse quantum vell; sic & magnitudinis, velle quantum possit. Longiorum forsitan disputationem Calvinii, Magdeburgensem, atque reliquorum hæreticorum iniipientias postulabat; æquitas autem cauila, & natura Tuæ multo breviorem. Quare cum, & mihi, & Martyribus, & universi Concilii dignitati utilius futurum esse arbitrer, Te ipsum, quam aut me, aut quemquam alium loqui Tecum, siem jam dicendi faciam; si modo prius illud solum addiderim, restituta hujus Concilii dignitate, non tantum Martyribus, & Confessoribus Hispania rem Te jacundissimam, gratissimamque facturum; ut & ipsi etiam aetatem hanc Tuam propriis Tuis virtutibus florentem; sed ingravescentem diu publicis calamitatibus, perpetua apud Dominum soveant intercessione, Divinum beneficium beneficio Divino mutuo compensantes. Nec universam solum Hispaniam, quod in ea exornanda nullum amoris, nullum studii, nullum pietatis officium prætermiseris; sed Italiam præterea, Galliam, Germaniam, Angliam, Græciam, Asiam, atque omnes Orbis Provincias eximio beneficio devincies, quod inclinantem jam hujus Concilii erigens auctoritatem, iisdem Provinciis, que ab hoc Concilio Canones, & Decreta lubentissime satentur accepisse, præclara, Divinaque providentia comprobos, defendas, sustentes, confirmes; & evincta etiam recenter gratulabitur Tibi ipsi, & nominis, & animi Tui singularis clementia, quæ tanti beneficij magnitudinem, gloriamque a se ipsa debitum iri putat. Gratulabitur omnis poteritas, quod antiquissimi hujus Concilii Canones, senescentes aetate multa, & multorum offensione nutantes, auctoritate Tuæ confirmatos laudare possit polthac securius. Gratulabitur tandem, & gratificabitur Christus, quod dignitatem, & Hispanicæ, & Catholicæ sua Ecclesiæ Tibi Sancto ipsius Spiritu, & gratia commillam, non solum sartam rectangulæ custodieris, sed novo splendore illustratam, nova etiam auctoritate cohonestaveris. Quod, ut oro, & exopto, sic spero,

&

& confido, ad cultum Dei, ad obsequium Christi, ad dignitatem Ecclesiæ, ad honorem Hispaniæ, ad jucundam, & gratam Tui nominis recordationem (cui tam egregiam, & illustrem laudem divina videtur referuisse providentia) ad aeternam posteritatis memoriam, & ad aeternæ beatitudinis præmium felicissime succellurum. Nam si omnibus illis, qui post Platonem, aut potius ex Platone Tullius scriptis, qui patriam conservaverint, adjuverint, auxerint, cives suos adamarint, & studiose coluerint, certus est in Cœlo, ac dissimilis locus, ut beati aeo sempiterno fruantur (nihil est enim illi principi Deo, qui omnem hunc mundum ut e nihilo admirabilis potentia eduxit, ita singulari providentia regit, & usquequa moderatur; quod quidem in terris fiat acceptius, quam concilia, cœtusque hominum jure sociati, quæ Civitates appellantur, quorum Rectores, & Conservatores cœlitus profecti, illuc revertantur) quanto magis merebitur, qui militantem hanc Ecclesiam, munitionem Dei Civitatem, inexpugnabilem arem Fidei, cujas imperii amplitudo ipsius solidi terminatur, quam charissimam sibi Sponsam impendio sui Sanginis Christi devinctam tenet, qui omni officiorum genere coluerit, qui summo studio, & pietate protexerit, qui ab impugnatum telis singulari vigilancia defenderit, qui ardenter charitatem adamaverit? quanto, inquam, ubiorem fructum, auctiorem mercedem, ampliora præmia, a Deo Optimo, & Maximo, æquissimo, & liberalissimo laborum, atque virtutum estimatore, percipiet? cum enim exactis longissimæ, & felicissimæ vita spatiis, inter purissimas mentes Cœlitum, merito sperabimus aeterna beatitudine fruiturum.

Cæterum si quid in his tandem est, Clemens Sanctissime, aut culpa negligenter omisum, aut rerum ignoratione offendit, aut aetatis conditione peccatum; ejus a te veniam precor, & quam humillimis possum precibus, supplex rogo, supplex efflagito. A te ignarum doceri, tardum impelli, elatum reprimi, errantem corrigi, lapsum erigi, stantem firmari me cupio vehementer. Habes, habebisque semper, summo ingenio alios, singulari alios eloquentia, præclaris studiis, eruditio, & literarum copia omni florentissimos alios, multo, quod lubentissime fatear, superiores; sed qui Fidem Petri firmius tenet, qui Sedem Petri sanctius colat, qui Te in ea divina providentia sedentem religiosius veneretur, & ab ejus nutu usquequa ad extremum vite spiritum pendere magis velit, habebis neminem. Scio cum Bernardo a, quam in Christi Ecclesia personam geras: *Tu es Sacerdos Summus, Tu Pontifex Maximus, Tu Princeps Episcoporum, bares Apostolorum, Tu primatu Abel, gubernata Noe, Patriarchatu Abram, ordine Melchise Iach. dignitate Aaron, auctoritate Moyses, judicata Samuel, potestate Petrus, & unitione Gbrisstus.* Fateor cum Cypriano, Ecclesiam Romanam, cui totam doctrinam Apolito cum sangine suo profuderunt. Catholicæ radicem esse, & matricem; & in hac una Sancta, Catholicæ, & Apostolica, ut in verba suis Matri, acquiesco. Hujus doctrinam sanctam cum lacte nutritis infans hausit, puer didici, & constanti jam aetate conitans retineo, amplector, defendo, & in hac tandem confescere, & emori cupio; in ea ediscendo, & penitus percipienda operam indefesso labore impendere, & ab hoc studio nihil unquam remittere plane expto; huic me, meaque omnia uti reverenter, ita & liberenter subjicio; & si quid, vel ingenitus patriæ amor, vel justa in gravissimi hujus Concilii reprehensiones intemperantius dictum extorsere indignatio; si pii hujus operis dignitate, & Sanctissimæ Tuæ Majestatis gravissimis, & eruditissimus auribus indignum aliquid, vel me invito, his traditum monumentis exciderit, hoc in primis summa, & judicissima erga Fidem, Sedemque itam Tuam Apostolicam hereditaria, & peculiari quadam Mendozæ Gentis nostræ maximis semper ab eadem honoribus exornata, observantia, & obsequio, hoc flagrantí eruenda, & propugnandæ veritatis studio, hoc singulari in Divos, & Ecclesiæ Catholicæ pietatis, & Religionis zelo, sinceraque tandem, & præclaræ meæ conscientia, & Fidei testimonio excusari, indulgeri, & conlonari, obnixe rogo; & certo me impenetratur, singularis, & nominis, & animi Tui Clementia spem firmissimam pollicetur, Deus Optimus Maximus Sanctitatem Tuam quamdiutissime servet incolumem, ut Te gubernante, fedatis temporum difficillimorum fluctibus, & parta de communis hoite victoria, Republica Christiana in optata pace, & tranquillitate conquiescat. Dat. Frexni apud Torotum, iv. Kal. Aprilis, MDXGIII.

^a De consideratione ad Etenum, C. 8.
Lib. 2.

^b Epist. 45. ad Cornel. PP.
Terull. De prescript. adversus hæreticos, Cap. 96.

AL REY NUESTRO SEÑOR
DON FELIPE II.
Sobre la defensa y aprobacion
DEL CONCILIO ILLIBERRITANO
DON FERNANDO DE MENDOZA.
SEÑOR

Si el estudio y diligencia que he procurado poner en este trabajo, que ofrezco ahora a V. M. correspondieren al zelo, con que le empecé y acabé, pensaría havia hecho a V. M. un servicio muy de su gusto; pues quanto se alcanzase del de Dios, de su Iglesia, y destos Reynos, a que se endereza; tanto es cierto hauria alcanzado del de V. M. viendo a ser en esto todos uno.

Es defensa de un Concilio de España, que aunque en doctrina y Religion es muy conforme a los demás aprobados de la Iglesia, en numero de Decretos igual a muchos, y en antiguedad de tiempo superior a todos; no han faltado hereges en Inglaterra, Francia, y Alemania, que en lo primero y posterior hayan intendido hacerle dos injurias, tan proprias de sus autores, Calvinos, Ingleses, y Magdeburgenses, quan agenas de la Fe, y Religion de los Santos Martyres, y Confesores, que se hallaron en el; cuya autoridad, y doctrina fue antes deste Concilio muy estimada en las Provincias de España; y despues tenida, y seguida en las demás de la Chriitiandad, por todos los Concilios Generales, y Provinciales, que en aquella Era celebró la Iglesia.

La que toca al tiempo, es de los hereges Ingleses, y Magdeburgenses, que le procuran quitar los unos nuevecientos, y los otros quatrocientos annos enteros de su antiguedad, a con menor Fe, y caridad, y mayor impiedad, que lo que suena; porque no solo pretenden quitar a España la honra, que de justicia se le deve, así por la antiguedad de la Religion, como por la confession de la Fe, que aquí hizo y deixó escrita; sino tambien pretenden quitar a la Iglesia Catholica la parte de los argumentos, y fuerzas que tiene, en ochenta, y un Cap. 2. bages Decretos deste Concilio, para probar la antiguedad de las tradiciones Divinas, y Ecclesiasticas; porque con ellos se compruevan casi todas las que hoy conserva, y guarda la Iglesia.

Este agravio pretendido se deshaga, y que se convierta en una honra mayor, tan devida a este Concilio, quanto olvidada de todos los escritores deste Reyno; que es, ser este EL PRIMIER CONCILIO de la Iglesia; no solo de la de España, sino aun tambien de la Catholica, y de quien se han aprovechado casi todos los que en mil y trecientos años se han celebrado en ella. Dexo los que hicieron los Apóstoles en Jurasalem despues de la muerte de Christo; que por referirlos S. Lucas en los Actos de los Apóstoles, vienen a ser mas parte del Nuevo Testamento que están, que Concilios de por si: y con esta consideracion jamas se han puesto en el numero y tomos dellos.

La honra, que digo deverse a España, por ser della el primero de los Concilios, que hay de la Iglesia, aunque es tan grande, pienso se la han de venir a conceder facilmente las demás Naciones del Mundo; pues sabiendo que fue la primera, que nuestro Señor quiso honrar, y regalar, allí en su nacimiento, como despues de su muerte; en su nacimiento, haciendo parecer en España (como refiere S. Thomas b) tres Soles de igual grandeza, que poco a poco se vinieron a juntar, y convertir en uno, representando la distinción y igualdad de las Personas Divinas, y la unidad de la ellencia; y que lo uno y lo otro havia de ser conocido en este Reyno, antes que en otro del Mundo, y tan fielmente siempre conservado, despues de su muerte, en que quiso, y ordenó, que fuese tambien la primera adonde se predicase, y publicase su Evangelio; es forzoso que confielen con esto, no solo que es este Concilio Español el primero de todos los, que tiene la Iglesia, sino que tenía España precisamente obligación, y necesidad de hacerle, y profesar en el publicamente, y por escrito, como lo hizo, todo, ó lo mas substancial de la Religion, que de palabra havia recibido de los Apóstoles; pues era este reconocimiento muy devido, lo uno a la antiguedad de la Religion, lo otro a la grandeza del beneficio, y gracia, que havia recibido.

Con la segunda injuria han procurado Calvinos, y otros hereges, y lo que es mas desfentir, no heredes solos, sino muchos Catholicos, quitar toda su autoridad a este Concilio; los unos confirmando con el sus errores, los otros afirmando no ser Catholica su doctrina; y allí vienen ya a hablar del muchos, como si fuera Conciliabulo de Novaciano, de Arrio, de Macedonio, ó Vigilancio; y esto no lo han dicho, y publicado solo en los Libros de particulares, que andan esparcidos (aunque estos son muchos, así de extranjeros como de naturales deste Reyno) sino que tambien en los Tomos de Concilios Generales, y Provinciales, que tiene la Iglesia para su gobierno; y adonde no se suela, ni deve, ni puede poner cosa,

b Parte 1. Qu.
36. art. 3. in
Salut. ad 3.

que no sea sacrosanta, y que se tenga como por regla, y Canon de la Iglesia, en la edición ultima de cinco Tomos, dirigida a la Santidad de Sixto V. se pone al principio de este como por cabeza, que es Concilio nunca recibido de la Iglesia, por los Canones erroneos, que tiene; injuria por cierto bien indigna de la Religion de tal Concilio; y que convenia deshacerse, respondiendo, y satisfaciendo a los Catholicos con estudio, y cuidado igual a su descuido; y a los hereges con pena, y castigo corporal, muy conforme a su impiedad, y delito. Esto segundo toca al Emperador, y Rey de Francia, en cuyos Reynos se maltrata esta santa doctrina: pero lo primero a V. M. y a sus vassallos, por quienes conviene se responda a las calumnias, que oponen a este Reyno, y a su Religion.

Entre muchos, que España ha criado en virtud, y letras muy insignes, no he visto que hasta ahora haya querido alguno encargarse de la empresa, sirviendo a su ley, a su Rey, y a su nación, como pedía la obligación de todo esto junto; habiendo ahora, y siempre acudido con gran valor a todas las, que en armas, y letras se les han ofrecido. Solo he visto de pocos días a esta parte, acabada ya esta obra, que le defiende otra suya García de Loaysa, Maestro del Príncipe nuestro Señor, y Limosnero mayor de V. M. que parece que este cargo, que tiene de ayudar, y favorecer a los pobres vivos, ha querido tambien estenderle con nuevo genero de piedad a los difuntos, tan necesitados de esta defensa, como estotras de su limosna.

Pero como el fin de García de Loaysa ha sido mas general, que es recoger, y corregir la letra de todos los Concilios de España, conforme a diversos originales antiguos, que ha tenido, y que han bien aprovechado para emendar las faltas de los comunes, y despues añadir algunas notas en declaración de los Canones dificultosos, que se ofrecían; no pudo, ni convino a la brevedad de su instituto, satisfacer tan copiosamente a la malicia de los hereges, a la necesidad, que havia de una defensa particular de este Concilio, contra los errores, que le oponen; como en otro tiempo la tomó a su cargo del Ephesino S. Cirilo, contra Nestorio Arzobispo de Constantiopla; y en defensa de nuestra Religion, contra los errores, que en ella notaván los Gentiles, hicieron lo mismo San Justino Martyr, en la Apología, que ofreció al Emperador Antonino Pio, Melito Sardense, Apolinario, y Athenagoras en las, que ofrecieron a Antonino Vero, Quadrato Discípulo de los Apóstoles, y Aristides Filósofo Atheniense en las, que presentaron al Emperador Adriano; y finalmente como escrivieron sobre la misma defensa Tertuliano en su Apologetico contra Scapula, y San Cipriano contra Demetriano, y San Augustin en los Libros, que intituló de la Ciudad de Dios a Marcellino.

Muchos días ha que yo he deseado hacer esto, con fin de suplicar a V. M. señoría de volver en esta causa (como en todas) por la Religion de la Iglesia, por la autoridad de sus Santos, y por la honra de Dios, y de sus Reynos. Y que por medio de V. M. (vista, y averiguada la verdad de la doctrina, y Religion de este Concilio, como se procura probar en este mismo Libro) se perfunda su Santidad, que conviene confirmarle, declarando ser su doctrina muy conforme a la de Christo, y su Evangelio, y a todos los demás Decretos de Concilios, Pontifices, y Santos, que ha havido hasta hoy en la Iglesia; para que ni los hereges se atrevan, ni los Catholicos se desfuyden en hablar del con menor respecto, y consideracion, de la que se deve.

Bien veo ser este trabajo muy superior a mis fuerzas; pero como se que es igual a la Religion, piedad, y zelo de V. M. vengo a cobrar las, que por mi me faltan; y a esperar que la autoridad de V. M. con la justicia de la causa, ha de restituir en muy breve tiempo a sus Reynos, y a la Religion Catholica, la que le han quitado los muchos, que ha que se celebró este Concilio, y la impiedad de los hereges.

Para alcanzar esto, y para creer que la doctrina de este Concilio es Catholica, y santa, concurren todas las razones, que se podian ofrecer ó desfear, así mirando el lugar donde se celebró, y el tiempo, como las personas, que le celebraron; porque el lugar fue santo, santo el tiempo, y los Obispos santos.

El lugar fue Illiberris, una Ciudad grande, y antigua de España, de cuyas ruinas se vino despues a edificar la de Granada, que está a dos leguas, y quarto della. Fue siempre Illiberris Ciudad muy noble, así por la antiguedad de su fundacion, que es de las mas antiguas de España, y de quien Ptolomeo, Estepano, y Plinio hacen honranda memoria; como por la antiguedad de la Fe, y Religion Christiana, que recibió en ella, antes mucho que otras destos Reynos^a. Porque a S. Cecilio, Discípulo de S. Pedro, le recibieron con tanto gusto, y oyeron su doctrina con tan buena atención, y zelo, que holgó poner allí su Cathedra principal, y tomarla como por cabeza, y seminario de aquella Provincia. De manera que viene a ser la Iglesia Illiberritana fundada, instituida, y enseñada por potestad, y orden de San Pedro, y por San Cecilio su primer Obispo, Iglesia santa, y Apostólica, que así solía llamar la antiguedad a las que los Apóstoles, ó sus Discípulos fundaron; y honravánlas, y veneravánlas tanto, que cuando se ofrecía alguna duda, ó en materia de la Fe, ó de tradiciones Divinas, y Ecclesiásticas, el juicio, que solían hacer, era acudir a lo que tenían, y guardavan estas Iglesias; pareciéndoles (y con mucha razon) que lo que los Obispos havían recibido de los Apóstoles sus Maestros, y los Apóstoles de Christo, y Christo de Dios, lo tendrían mas en la memoria, y harían procurado guardarlo

Tom. II.

Qqq Siempre

*Postea Abbas p.
neui qui in ca
none 34. Men
dozam non vi
diffe profiter.*

*Martyr. Rom.
14. Maji.*

a S. Ireneus, Lib. 3. aduersus heret. C. 3. § 4.

b Lib. de prescript. aduersus heret. Cap. 31. § 32.

c Lib. 2. De doctrina Christia- na, cap. 8.

d Idem lib. 28. contra ratifac- tio- nes. 2.

siempre, y executarlo mejor. Así se aprovechó este argumento S. a Ireneo disputando contra Valentino, Marcion, y Menandro, Discípulo de Simon, y satisfaciendo con la doctrina de la Iglesia de Smyrna, instituida, y enseñada por San Polycarpo, Discípulo de S. Juan. Deste mismo se aprovechó San Ignacio escribiendo a los de Philadelpho; y del mismo b Tertuliano, disputando contra los Gnosticos; a los cuales opone la Iglesia de Copirinio en Achaya, la de Philippos en Macedonia, la de Epheso en Asia, enseñadas por San Pablo. Esta misma doctrina enseña S. c Augustin a los Catholicos; el qual aun estiene de la opinion, y estima, que se deve tener de las Iglesias, a tanto que dice, que si en algun tiempo se dudare, qual sea Libro Canonico, o Divino de la Sagrada Escritura (como antigualemente se dudó por algunos de los Machabeos, y del de Tobias, y de la Epistola de S. Pablo a los Hebreos) que aquél se tenga por Canonico, y Divino, que estas Iglesias tuvieren por tal; y así vino a convencer a Fausto Manicheo, que negava ser el Evangelio de S. Matheo suyo, con tenerle por tal las Iglesias, que los Apostoles, o sus Discípulos fundaron, o enseñaron. No es cosa pueril, ni justa, que se reprove por sospecha, y errada la doctrina de una Iglesia Apostólica, y santa, que para convencer los errores de los hereges, la siguieron siempre los Santos, y aconsejaron que siempre la sigamos. Y si de una Iglesia sola, fundada por los Apostoles, o sus Discípulos, se saca argumento bastante para provar la verdad de una doctrina, como estos Santos enseñan; que se deve decir, o pensar de diez, y nueve Iglesias juntas, que casi todas lo son, pero particularmente, fuerza de la que digo de Illyberis, cuatro; la de Zaragoza fundada por el Apostol Sant-Jago, la de Toledo por San Eugenio Discípulo de San Dionysio Areopagita, la de Ebora por San Mancio Discípulo de Christo nuestro Señor, la de Guadix por San Torquato Discípulo de San Pedro; por la primera Valerio, por la segunda Melanthio, por la tercera Quinciano, y por la postrera Felix.

De los cuales, cierto, y de los demás no podemos formar queja de que huviessen sido tan poco agradecidos a sus maestros, que en todo el Concilio no hiziesen memoria dellos, o tan poco zelosos del bien de sus Discípulos, y suyo propio, que quisiesen callar, y encubrir el origen, y autoridad de su doctrina, sabiendo que publicandola venian a alcanzar mejor el fruto, y fin, que pretendian della, y dellos; pues no solo hay argumentos e indicios probables, de que no se olvidaron desto, sino que hay certidumbre, y evidencia tan clara de la santa memoria que dellos para entrambos fines tuvieron, que aun los contrarios advirtiendolo bien, no podrán dexar de confesarla. Porque dudandose en e una Sesión deste Concilio, si era cosa licita derribar, y deshacer con fuerza los Idolos de los Gentiles, para acabar de destruir su falsa secta, y supersticion; las razones que dan para resolverse en que no lo era, son dos. La primera, decir que no tienen desto doctrina escrita en el Evangelio; la segunda, que ni fa ben, ni hallan tradicion de los Apostoles sus maestros que lo huviessen hecho o enseñado en su vida. De que podemos tambien colegir otras dos cosas para honra particular destos santos Obispos. La una, su gran modestia, y humildad; pues en materia de Religion no quisieron dar regla propia de nuevo, sino teniendo, y haciendo el reconocimiento que devian a sus maestros, seguir la que ellos havian hecho o enseñado en su vida; la otra, el exemplo, y doctrina que nos dexan, para convencer a los hereges, pues a falta de escritura, nos dizen la mucha autoridad, que tienen, y devan tener las tradiciones Apostolicas de la Iglesia.

El tiempo, en que este Concilio se celebró tambien fue santo, porque si llamamos tiempo santo al que particularmente se dedica a las cosas de Dios, el que escogieron los Obispos para celebrar este Concilio, era dos veces santo f; santo por ser en Quaresma, en que se representa la memoria de la muerte de Christo, y de nuestra redencion; y santo tambien por juntarse a cosa tan santa, como reprovar los errores de los Judios, y Gentiles, reformar las costumbres de los fieles, confirmar, y declarar la doctrina de nuestra Santa Fe, y Religion.

Pues las personas, que asistieron en el, no fueron menos santas, porque se hallaron entre otras Valerio Obispo de Zaragoza, que despues en la persecucion de Diocletiano, y Maximiano padeció por defensa de la Fe un Martyrio tan glorioso como santo; y así le celebra la Iglesia a los veinte, y ocho de Henero. Hallose juntamente San Vicente Martyr su Diacono e Interpreté, cuyas vidas, y muertes santas, porque los h. Martyrologios de la Iglesia estan llenos dellas, dexo de referir, pero bien basta saber, ser Santos canonizados de la Iglesia; y como esta no puede errar en la aprobacion que haze de su muerte, y de su vida: así tambien se deve creer, no erraron ellos, principalmente en cosas tan graves de la Fe; ni en su vida, ni en su muerte. Hallose tambien Osio Obispo de Cordova, Confessor, y Santo, que así le llama S. Athanasio, y K Theodoro Balsamon Patriarcha de Antiochia dice, que por su virtud, y santidad le dieron este nombre de Osio, que en Griego significa Santo. Y no solo fue santo, sino tan grave en dignidad, tan docto en letras, tan bien reputado cerca de los Emperadores, y Pontifices de aquellos tiempos; que el primero que embió a Egypto Constantino Magno a componer las dissensiones de Alexandria entre Arrio, y Alejandro, y a reprobar error tan grave como el de Arrio, que negava la igualdad del Hijo con el Padre, fue Osio. El primero, que hizo absolver a Ceciliiano Obispo de Carthago, y Primado de Africa en el Concilio Arelatense primero, del testimonio, y error que le havian levantado, y condenar a Donato y su scisma, y heregia, cosa tan importante para la Iglesia (como refiere S. m Augustin) fue Osio. El primero que escogió S. Sylvester Papa, para que juntase el Concilio Niceno General en Bithynia, con cargo de a Presidente del

del, fue Osio. El primero a quien encomendó todo el Concilio compusiesse el Symbolo de nuestra Fe, que llamamos comunmente el Niceno, para declaracion mayor de los articulos, en que havian reparado los hereges, y el que le compuso, como refiere San a Athanasio, fue Osio. El primero, que ayudó a reprobar la heregia de Eustachio monje, y Obispo de Sebastia. juntando en Paphlagonia el Concilio b Gangrense, fue Osio. El Presidente del Concilio Sardicense o General en Thracia de casi quatrocientos Obispos, en tiempo de Julio Papa primero, fue Osio. El que sustentó, y defendió en toda aquella Era la Religion Catholica contra los Arrianos, y Novacianos, fue Osio; al qual estimavan tanto los fieles, que dice a Nicephoro que le tenian, y reverenciavan como a un milagro del mundo; y por otra parte le temian tanto los hereges, que teniendo de su parte gran numero de Obispos, Presbiteros, y Diaconos, y mucho mayor de los principales del pueblo, con todo dezian, y afirmavon, que ni havian acabado, ni empeçado su negocio, mientras tuviessen a Osio por contrario. Pues conforme a esto suplico a V. M. se sirva mandar considerar, que si Osio por sustentar la doctrina Catholica de nuestra Religion, sufrió destierro, y no destierro solo, sino scfiales impressas con fuego en la f frente, que le mando poner por su constancia, y confession Dacia no Presidente en España de Diocletiano, y Maximiano, en la decima persecucion de la Iglesia; si sufrió otro destierro en edad tan madura, y con autoridad, y canas tan venerables, por Constantino y Emperador y los Arrianos: si S. Valerio, y S. Vicente padecieron los tormentos, y muerte que se sabe, por defensa no solo de la doctrina de Christo, sino aun por conservacion de los Libros sagrados que pretendia quemar h Diocleciano, como se deve, ni puede creer, que a quienes no movieron amenazas, azotes, fuegos, tormentos, destierros; a quienes no pudo persuadir cosa illicita la eloquencia, y alagos de los Gentiles; a quienes no pudo espantar, ni vida, ni muerte, ni finalmente mundo, carne, ni demonios, en tantas guerras, y tan graves como les hicieron; como es de creer, que la fortaleza, y constancia que tuvieron para resistir, y vencer tan felizmente todas estas dificultades, les viniesen a faltar tan miserablemente en un tiempo santo, en una quietud y paz santa, en una congregacion santa, y que ellos havian procurado juntar con tan santo zelo, de tan diversas, y distantes Provincias, como son las de Castilla, Leon, Aragon, Navarra, Portugal, y el Andaluzia, mas con espíritu de Dios, que de hombres? Como se puede justamente asegurar, decir, ni aun pensar, que en el secreto de aquél Concilio tratasen de injuriar a quien honravan, y de ofender a quien publicamente defendian con peligro de hacienda, de honra, y de vida? Si Christo i ensenia, que asistirá a la junta que dos o tres hijosen en su nombre, porque hemos de creer, que a la de diez y nueve Obispos, y entre ellos Santos, y Confessores, de treynta y feys Presbiteros, y noventena, y tantos Diaconos, faltasse? Si no basta, Señor, a movernos la bondad, y santidad de los hombres, podrianos a lo menos mover la singular providencia de Dios, que no es de creer faltasse a su Iglesia en tiempo que tanta necesidad tenia de su amparo, así por las pocas raíces que havia hechado en aquella edad, como por las muchas persecuciones, que havia padecido, y padecia, de los Emperadores Gentiles.

Y luce mucho mas esta su Divina providencia, si consideramos, que parece que quiso con este Concilio, y con los exemplares que se facaron del, dar una gran recompensa a la Iglesia de los muchos Libros Divinos, que los K Emperadores de allí a poco mandaron recoger, y quemar, así en las Provincias de España, como en las demás de su imperio.

Teniendo voy cansar a V. M. con relacion tan larga, pero hazme fiar, el ver que al fin es memoria de Santos, y de Santos vasallos de V. M. que son dos prendas bien grandes, para que yo crea que puedo proponer a V. M. su causa con atrevimiento, y esperar que la oírá V. M. con gusto.

Con todo no quiero referir, aunque sea mucho en su confirmation, y defensa, otros santos diversos Pontifices, y Concilios, que de Italia, Alemania, Francia, Africa, y Grecia, en discurso de mil, y trecientos años se aprovecharon desto. No quiero decir, aunque pudiera, que todos, o los mas Canones del Concilio Niceno, del Sardicense, del Antiocheno, de los Arelatenenses primero, y segundo, de los Moguntinos, del Vormaciense, del Suestionense, de algunos Toledanos, Bracarenses, y otros, se facaron de este palabra por palabra, o haciendo del particular mencion. No quiero tampoco referir la que hacen del Innocentio primero, y Adriano Papas. No la que S. Isidoro, y S. Ieron Obispo Carnotense. No la que Martino Bracarense, Burchardo Vormaciense, Juan Gallente, y Graciano en las compilaciones de Decretos, que la Iglesia ha siempre tenido para su governo; que pues no dexan casi ninguno deste Concilio que no resieran, es buena señal, que en todos tiempos fue tenida por Catholica, y santa la doctrina del, pues no se huviieran, ni pudieran haber aprovechado, loandole, y citandole con tanta veneracion, si vieran que havia confirmado errores tan graves como son los que le oponen. Todo ello quiero dejar, contentandomse con decir, que no solo no es cierto que erró: pero que es muy probable que no pudo errar; pues fuera de la doctrina, y santidad de los Obispos de España, se hallaron Legados de la Sede Apostolica de Roma, como se refiere en los Actos del Concilio m Suestionense en Francia, en tiempo de Carlos hijo de Ludovico Rey, que por ser Concilio Francés tan antiguo, y en confirmation desto de España, debe tener mucha fuerza. De lo qual tambien podemos descubrir el zelo, y Religion antigua destos santos Obispos, pues ni quisieron establecer Decretos en materia de la Fe, y de los Sacramentos, y tradiciones de la Iglesia, ni aun empeçar a tratar dello, sin que asistiese en el Concilio la regla mas cierta è

a D. Athan. in Epistola ad jo- lituriam vitium agentes.

b Epistola Conc. Gangrenus ad Episcopos armenie.

c Canone Conc. Saracensis, Ep. ejusdem concilii ad omnes Episcopos Ecclesia Calvola- bice, que expiat apud D. Theodo- retum, 1. lib. 2. Hist. Eccles. Cap. 8.

d Niceph. Lib. 9. Cap. 31.

e D. Athanas. in Epist. ad jo- lituriam vitium agentes.

f Niceph. Lib. 2. Hist. Eccles. cap. 14.

g D. Athanas. in Epist. ad jo- lituriam vitium agentes.

h Prudentius in Peristeph. by mo in laudem S. Vincentii.

i Matth. c. 18.

k Prudentius in Peristeph. by mo in laudem S. Vincentii.

l Arnobius Lib. 4. advers. Gen- tes. Nicophor. Lib. 7. Histor. Eccles. Cap. 3.

m De comuni- bui pontificum & conciliorum approbatione fu- se agitur Lib. 1. ad Clementem Concilii Illyri- tani, C. 4.

n In Actis Con- ciliis Siveponen- tibus S. Ricardus.

infalible que Christo les havia dexado que siguiesen , que fue el juicio , y sentencia de San Pedro , y de los , que en su Iglesia sucediesen .

Y si queremos renovar con diligencia y cuidado la memoria de la antiguedad , hallaremos claramente , no solo que los Obispos santos y doctos deste Concilio no fueron Hereticas (que tales venian á ser , si fuera verdad que havian sido autores de estos errores , que les oponen) pero ni aun de hombres particulares , ignorantes ó impios se lee , ni sabe , que huijesen inventado alguna heregia en España en aquel tiempo , ni aun en cien años cali despues . Porque de Prisciliano solo se dice que fue el primer Heretico de España en tiempo de Syricio Papa , y de Valentiniano segundo . Y esto todo se confirma mas con saber , que

a. D. Hier. ad-
versus Vigilan-
tium .
b. Gennadius
in Catalogo Vi-
rorum illustrum
Cap. 35.

c. D. Isid. Lib.
3. De summo
bono , cap. 39.
Concilium Pa-
riense , Lib. 2.
Cap. 1. U. 2.

d. Canone 75.
hujus Concilii.

e. D. Greg. Lib.
3. Pastoral. cap.
103. Symmac.
Ep. 34. ad Theu-
dolum & Ar-
cadium .

haviendo a Vigilancio herege Presbytero en Barcelona , aunque de nacion b Francés , reprovado tanto las Reliquias , y veneracion de los Santos , y los cirios ó luces , que por culto , y Religion se ponian en sus sepulcros , y haviendo procurado confirmar su error con todos los argumentos flacos que pudo , jamas alegó , ni se acordó de los Canones deste Concilio , que en la misma materia se reprehendien . Lo mismo hizo Claudio Presbytero Español , y despues Obispo Taurinense , en los errores que tuvo acerca de las imagenes , que jamas se acordó de este Concilio que acusán ; porque aunque hereges , conocian , y fabian bien , que sus errores antes se destruian que confirmavan con los Canones deste Concilio , de cuya doctrina no hay para que tratar aqui nada , pues se haze tan largamente en estos tres Libros , que ofrecio á V. M. Solo pido , que pues esta es tan Catholica , y santa , quanto ha parecido á todas las personas doctas , que por mandado de V. M. la han ya visto . V. M. sea servido defenderla , y ampararla como Rey , y Señor soberano de los , que la dieron . Porque si el oficio del Rey (como dicen San Isidoro , y los c Concilios Parisiense , Aquisgranense , y Moguntino) es hacer justicia , y deshacer agravios ; no veo cierto , Señor , que ocasion mayor que esta se haya ofrecido , ni pueda ofrecer á V. M. para confirmar el zelo que della ha siempre mostrado ; pues es cierto , que crece la gravedad de la injuria , con la autoridad , y santidad del injuriado ; y aqui no lo son los Santos que he referido (aunque bastava) sino que tambien lo son todos los Obispos de Africa , Asia , y Europa , que confirmaron despues este Concilio , ó lo que en el fue decretado .

Y si la injuria ó agravio que se haze un solo Obispo , Presbytero , ó Diacono , juzgaron los Santos deste Concilio (dexando otros ejemplos de la antiguedad) que era tan digno de castigarse exemplarmente , que le vinieron á poner una de las mas graves penas que jamas á usado contra delinquentes la Iglesia ; parece que adivinando con el espíritu de Dios , el que á ellos se les havia de hacer con el tiempo ; y significando á V. M. juntamente lo que havian de sentir el comun de todos , pues del de los particulares determinavan aquello . Mandaron pues , d que el que injuriase , ó levantasse falso testimonio á algun Obispo , Presbytero , ó Diacono , le privassen de la comunión , no solo por todos los dias de su vida , sino tambien en el mismo articulo de la muerte ; pareciendoles (no sin mucha consideracion , como á este proposito enseñan San Gregorio , y el Concilio Aquisgranense) que quien injuriava al Ministro de Dios , en cierta manera injuriava tambien á su Señor , y se venia con ello á hacer indigno de recibirsle jamas ; como ahora tambien lo vendria á ser de que V. M. recibiere en su gracia , y casa , haciendo la misma merced que antes á quien haviese injuriado á un Presidente , ó á una persona del Consejo de Estado de V. M. por haverse ocupado en cumplir muy justa , y rectamente las cosas del servicio de V. M. que estuviesen á su cargo ; aunque el otro por ignorancia , ó malicia lo quisiese entender al revés . Pues si esto se determina contra el agravio de un solo Obispo , Presbytero , ó Diacono , que diremos del que se haze á mas de tres mil juntos , y juntos en forma de Concilio , adonde ordinariamente suele asistir el Espíritu Santo ? que tantos , y muchos mas vienen á ser , si bien se cuentan , los que asistieron en los Concilios de Grecia , de Italia , de Alemania , y Francia , que aprobaron este , que por haver muerto ya todos , y engracia de nuestro Señor , á lo que se deba creer , y por padecer injuria de tan falso testimonio , y testimonio en materia tan grave , que aun á los muertos infama , pues es materia de heregia , y violada Religion ; dan clamores santos desde el Cielo , pidiendo el favor de Dios , y de V. M. para que en recompensa de lo que por él padecieron , y de la sangre que derramaron por su Iglesia , se haga siquiera con ellos lo que ordinariamente suele conceder la Santa Inquisicion á qualquier hombre particular , á quien hayan acusado fallamente , restituyendole con aprobacion publica la honra que particulares le han quitado .

De Dios podemos muy bien creer , que haurá oido tan justos clamores , que siente mucho se haga á nadie injuria , pero á aquellos mucho mas , como dixo Platon , que le son en piedad , y virtud algo conformes ; y de V. M. que procura tanto imitar su bondad , y gobierno , esperan lo mismo estos Santos . Porque si los que hasta aqui han estado fuera de sus Iglesias , aunque honrados , y reverenciados por los Catholicos , han alcanzado de V. M. ser restituicos á ellas con alabanza de su nombre , muy conforme al merecimiento de su Religion , la qual hoy en dia estan reconociendo la de Toledo con San Eugenio , y Santa Leocadia ; y la de Cartagena con San Fulgencio , y Florentina ; tanto mayor parece que ha de ser ahora el merecimiento de V. M. boliendo por la causa de los , quanto es mayor el fruto , que ellos reciben de ser restituicos á su honra , que los otros al lugar donde los facaron .

Y como han visto desde el Cielo mucho mayor que nosotros , la veneracion , que V. M. ha hecho , y haze , á todos los que lo han sido , ó lo son ; y haviendo conocido el cuidado , y zelo piadoso , con que M. V. ha tratado siempre sus cosas ; y como han sabido la santa solicitud , con que V. M. ha procurado alcanzar de la Sede Apostolica de Roma la Canoniza-

ciones

cion ahora destos , ahora de los otros ; vienen no solo á concebir iguales prendas , sino á prometerse , y alegurarse igual gracia de V. M. pues no han sido desiguales sus merecimientos , así para con Christo , y su Iglesia , como para estos Reynos .

Ayudan tambien para alcanzar lo que pretenden , con dezir , que no es solo causa suya propia , sino de Dios , cuyo Ministro es V. M. en tantas Provincias , y Reynos de su Iglesia , que parece haber querido cargar á V. M. el cuidado de la Fé , y Religion , que antiguamente solia dar á quinze ó veinte Reyes Catholicos ; señal á su parecer muy clara , que ha hallado en V. M. solo el caudal que podia desfearle en todos juntos , y que á este deve corresponder (como siempre lo ha hecho) el reconocimiento de tantas obligaciones .

Añaden , que si con ser causa de Dios , y de tantas Iglesias , se junta tambien el serlo de la Romana , y Catholica , por haver assitido aqui sus Legados , y despues haver referido , y confirmado muchos Decretos deste Concilio los Pontifices , que fucieron ; que á nadie toca tanto la defensa de la Religion Catholica , como á un Rey Catholico , titulo que parece haverse concedido á los progenitores de V. M. por gracia ; y á V. M. diversale de justicia , por el zelo de la Religion , que siempre ha mostrado .

Desean que V. M. se sirva traer á la memoria el cuidado que tiene , y siempre ha tenido de que á todas las cosas se dé su propio lugar , con tan singular prudencia , ó providencia , así en las civiles , y del gobierno seglar de sus Estados , como en las Ecclesiasticas , y que tocan á la Religion ; que representa bien , en las unas , la dignidad de tan gran Rey , y Monarca como Dios le hizo ; y en la Santa solicitud de las otras , la de Rey , y Pontifice junto , y que siendo esto así , es cosa muy indigna de la felicidad de este Imperio , que consienta que todos seamos , ó tan soberbios , ó tan ignorantes , que vengamos á dar mas inferior , y bajo lugar á estos Santos , y su doctrina en la tierra , del que sabemos cierto les ha dado Dios nuestro Señor , con tantas ventajas en el Cielo , y que será bien imitando este juicio , y sentencia Divina , que V. M. interceda con su Santidad , como suele , á que les restituya á ellos , y á su doctrina el lugar que tan sin razón les han quitado .

Dizen , que aunque en tantos años con han paliado , despues que algunos escritores empegaron á desacreditar su doctrina , pudieran muy bien haver intercedido con nuestro Señor , para que moviera la devocion , y autoridad de algun Principe de sus progenitores , ó los estudios , y diligencia de algun subdito suyo de los antiguos muy nombrado ; con todo esto no lo han querido hazer hasta ahora , esperando la edad de V. M. y en su edad la parte mas prudente , y madura , porque para la satisfaccion publica de todo el mundo , quando faltara á V. M. la autoridad , y grandeza de su Imperio , sola su sabiduria , y Religion era la que podian desfear , para que igualasen con la autoridad de la emperatriz , y satisfaccion de su injuria . Y á lo que podemos pensar , no solo ha sido este juicio de los Santos , sino ordenacion particular de Dios , que ha querido reservar á V. M. como antiguamente á Salomon , la grandeza , y fruto de hecho tan santo , y religioso , por parecerle que los muchos que V. M. ha emprendido , y acabado en su vida , lo uno hauran merecido este , lo otro facilitaran mucho su buena , y santa expedicion .

Tambien suplican esto mismo á V. M. las Iglesias de España , que haviendo hecho de su parte , como Catholicas , y santas , todo lo que podian , y devian professado , embiendo en tiempos tan trabajosos , de tan diversas Provincias á este Concilio sus Obispos , solo para asistir las cosas de Dios , y de su Religion , y á reprobar los errores de los Judios , y Gentiles , sienten , y duelense mucho , que tan extraordinarias , y santas muestras de su Fé , y caridad , no solo no se reconoczan , pero que con escandalo publico de los fieles , y de la Religion , se las muden , y perviertan , diciendo que fueron autores de los mismos errores que ellos reprobaron .

Y no solo las Iglesias acuden á esto , sino todo el Reyno lo pide á V. M. para conservacion de su autoridad presente , y prueba de su Religion antigua ; todos como lo piden lo esperan , fiados en la obediencia , y amor que V. M. les deve , y en la benignidad , y clemencia que ellos deven á V. M. Y mal digo que lo pidan , Señor , sino acuerdanlo á V. M. porque estan ciertos , que el amor de la Religion , y de las cosas publicas de los Reynos , mueve tanto á V. M. y mas que á todos el de las proprias , y así su cuidado no es ni sera de supplicar á V. M. acuda á remediar esta su necesidad y otras , sino solo que las sepa ; porque ellos saben que es este el mejor medio que para su remedio podian dilliar ; y así dizen , que aunque hasta aqui ha estado España , y con razon , muy ufana , y agraciada á sus Trajanos , Adrianos , y Theodosios , que aunque reconoce á los Recaredos , Vvambas , Svintilas , Sifebutos , que aunque ensalza , y loa á los Pelayos , á los Alfonso , á los Fernandos , y Carlos ; á los unos por prudentes , á los otros por poderosos , y fabios , y á los demas por buenos , pios , y religiosos ; mas que ya todos estos oficios , y reconocimientos se deven á V. M. pues ha hallado siempre , y va hallando en V. M. todas estas grandezas juntas . No es esta adulacion , ni querria dezirla á V. M. porque ni este instituto lo sufre , ni lo permite la condicion de V. M. Pero al fin es verdad , que se han visto en su feliz etad todas las cotas grandes , que divididas han podido ennoblecer , y ilustrar las de muchos , y diversos Principes . El conservar en paz y quietud los Reynos heredados , ha dado á algunos renombre de prudentes . El haver cobrado parte de los perdidos , ó ganado parte de los no heredados , ha hecho loarse á otros de valerosos . Con haver administrado justicia en sus Reynos puntual , y severamente , sin excepcion de personas , le han cobrado de justos . Con haver perdonado injurias propias , de clementes . Con honrar á hombres doctos , y savios , se han tenido algunas veces por fabios , y doctos . Y si queremos ir discurriendo por otras vir- tudes .

tudes, los gastos grandes de Templos, de Iglesias, y edificios sumptuosos, han hecho a muchos magníficos. Por respetar los Clerigos, los Sacerdotes, y Religiosos, y venerar las cosas de Dios, y de sus Santos, han sido muchos venerados como Sacerdotes santos, y Religiosos. Pues todo esto junto haverse visto en la edad de V. M. no hay hombre que se tenga por tan ruin, que lo niegue, ni por tam poco fabio que lo ignore. Pero con ser todas estas proezas tan grandes, y tan dignas de un Príncipe Católico; con todo vienen a ser, y serán siempre muy inferiores, comparadas con la que espero, ó la que veo ya alcanzada de V. M. en la protección, y defensa de este Concilio confirmado por su Santidad; porque aunque nosotros, y los que nos han de suceder, las loarán como tan justas, como son muchas las razones, pero al fin tienen este peligro, que es estar sujetas al tiempo, y que con la injuria del, ó se pierda su valor, ó se desminuya su memoria; mas la que alcanzare V. M. de este beneficio, ó servicio que hace a la Religion, ha de venir a ser eterna; y no es mucho sea eterna, pues ha de durar lo que dure la Iglesia; porque lo que una vez fuere canonicamente aprobado por la de Roma, tiene la certidumbre de verdad que nuestra Fe, y la verdad, la misma duración, y eternidad que Dios.

Bien è el poco caso que V. M. haze de qualquier genero de honra, que muestra edad, y las venideras pueden darle; porque sabe que es tan glorioso el merecerlas sin tenerlas, quan cierto el conseguirlas, y tenerlas de todas las cosas en que V. M. se ocupare; pero esta que digo, ni puede, ni deve V. M. menosciciarla; porque siendo de justicia, y de piedad, es muy propia de la condición de V. M. y de la Religion que profeta, a la qual, que quiera, que no quiera V. M. ha de corresponder el ser, valor, y premio, que Dios, y la naturaleza le han dado, y han dado tanto a este servicio que pide ahora a V. M. la Iglesia, quantos son los que vendrán a gozarla, y gozaránle muchos; porque no solo les reciben los presentes que lo suplican ahora a V. M. ni la posteridad de los que han de suceder, que tambien se han de aprovechar del; sino que juntamente le reciben, y quedan obligados con nuevo genero de la liberalidad, y beneficencia de V. M. los que parece que por su naturaleza estan imposibilitados de recibirlo, digo, los que ya paliaron, y murieron, los cuales aunque gozando de Dios, viven en una summa bienaventuranza, con todo esto etan anora de leando que V. M. los ayude a alcanzar esta de su Santidad, que les sera sin duda una gloria accidental muy grande. Y si es felicidad de los Reyes, hazer a sus subditos felices, summa felicidad será cierto de V. M. ayudar a que tengas feliz sueldo la causa de aquellos, que pueden ayudar tanto con Dios a hacer mas feliz el Imperio de V. M.

Y si los de Francia, Italia, y Alemania, los de Inglaterra, Suevia, y Polonia, los de Africa, Grecia, y Armenia, y de las ultimas partes del Mundo, digo del Japon, y entradas Indias, han hallado siempre, y hallan en V. M. favor y amparo, estos para cobrar sus Reynos, aquellos para defender sus Republicas, los demas para restituir, y conservar la Religion; justo es que de la bondad, y clemencia, no participen menos los propios que los extraños, los conitantes que los flacos, los jutos, piros, y fantos, que los no tales; pues en el reconocimiento que V. M. haze cada dia tantas veces a nuestro Señor, en todas sus provisiones, y cedulas Reales, diciendo, que tiene estos Reynos de Castilla, de Leon, de Aragon, de Portugal, de Navarra, y los demas, por gracia de Dios, a en este mismo confiella, que esta mas obligado a nuestro Señor en estos, que en aquellos; y asi que le será mas acepta la piedad, y clemencia que con ellos usare V. M.

Y deito, Señor, no solo ha de redundar honra, y autoridad a la Religion, y a la Iglesia, a los Reynos de España, y a la persona de V. M. sino que como suele suceder en todas las cosas de Dios, asi ha ha venir con esta a los que he dicho, honra y provecho todo junto. Porque con ninguna riqueza, ni presidios, ni con prudencia humana, ni gobiernos, se sustentan, y aumentan tanto las Republicas, como con el cuidado de la Religion, y de las cosas, que tocan al servicio de Dios nuestro Señor, como lo enseñan San Fulgencio, y los Concilios de Parisiense, d' Aquigranente, y Moguntino; asi San Leon Papa, hablando con la Imperatriz Pulcheria, dixo, que en ninguna manera los Príncipes podian allegar a los Estados de su Reynos, sino era uniendose con los Pontifices, para autorizar, y defender las cosas tocantes a Dios. Y el Concilio de Moguntino, que los Príncipes no devuen dar credito a los que quisieren engañarles, diciendo, que no les incumbe tanto acudir a la defensa de las cosas de Dios, como a la conservacion de sus Reynos; porque quanra ventaja haze Dios al hombre (dice) tanto mas excelente, y superior es el cuidado que tiene, y deve tener con la causa Divina de la Iglesia, que con la feglar, y humana de los estados de los hombres. Y de la manera, que los Príncipes se ocuparen en defender las causas de Dios, y de su Iglesia, asi Dios defendera la de los Príncipes, y de sus Reynos; como dixeron Elpidio en el Concilio de Calcedonense, y S. Leon Papa, hablando con el Emperador Theodosio. Entendieron bien esto aun los Gentiles, Griegos, y Romanos; pues Platon, queriendo formar una Republica perfecta, las primeras leyes con que dixo se havia de criar, establecer, y confirmar, eran las que tocavan al culto de Dios. Lo mismo entendio Numa y Pompilio, paises con ninguna cosa procurò tanto aisentar, y poner en orden la Republica de los Romanos, como con el respecto, y reverencia de las cosas de la Religion. Lo mismo entendieron Constantino Magno, Theodosio, Valentiano, Joviniano, Marciano, Julianiano, Carlo Magno, Ludovico, y los demas Emperadores antepasados, que por haver defendido a la Iglesia, y a la Religion; ayudando a celebrar Concilios nuevos, ó haciendo guardar de nuevo los antiguos, han sido sus nombres en todos tiempos venerados, asi en la Iglesia, como en el Imperio. Y tuvo tanta Fe y esperanza de la doctrina, y exemplo Theodosio

b Lib. De veritate p. 20
c. 2. & 3.
c. Cap. 1. & 4.
d Parte 2. C. 2.
e Epist. 29.
f San Rab. C. 6.
g Act. 2.
h Epist. 2.
i L. 4. De Rep.
K. Iberiarum
m cens. 1. p. 1.
L. 10.
U. Ecol. Ca-
p. 10.
m Ep. ad Di-
j. 1. 2. 3. 4. 5.
l. 1. 2. 3. 4. 5.
q. 1. 2. 3. 4. 5.
C. 1. 2. 3. 4. 5.
a. 1. 2. 3. 4. 5.
n. 1. 2. 3. 4. 5.
o. 1. 2. 3. 4. 5.
p. 1. 2. 3. 4. 5.
q. 1. 2. 3. 4. 5.
r. 1. 2. 3. 4. 5.
s. 1. 2. 3. 4. 5.
t. 1. 2. 3. 4. 5.
u. 1. 2. 3. 4. 5.
v. 1. 2. 3. 4. 5.
w. 1. 2. 3. 4. 5.
x. 1. 2. 3. 4. 5.
y. 1. 2. 3. 4. 5.
z. 1. 2. 3. 4. 5.

Emperador, que estando ya al fin de su Imperio, y de su vida, ningun otro precepto dexò a sus hijos para confirmation de sus Estados, que encargarles tuviélen gran cuidado del servicio de Dios, y de su Iglesia. Porque con esto (dice) conservareys en paz y quietud nuestros Reynos, dareys singlorioso a vuestras guerras, traereys siempre con temor a vueiros enemigos, y al cabo alcanzareys de todos triumphos, y victorias.

Y no solo con esto, Señor, se alleguran, y conservan los Reynos, y los Estados (comodiso Theodosio) sino que tambien crece y se augmenta el tiempo del gobierno, y del Imperio, que suele acabarse, como el de las edades. Porque los Príncipes no viven, y reyhan solo viviendo, sino que aun tambien reyhan, y goviernan, sus Republicas con la memoria, y exemplo de sus virtudes despues de muertos. Esta grandeza, fuera de otras, espero en Dios se ha de ver de V. M. porque creciendo cada dia mas con su edad, el numero, y excelencia de las obras de piedad, y Religion, en que siempre se ha exercitado, y exerce; y ha de venir V. M. a acabar en sus felices dias tantas, que al fin de muy largos siglos viva, y goviene esta Republica con el mismo renombre, y autoridad que hoy, viviendo en memoria de todos el exemplo de justicia, prudencia, y Religion, que les va V. M. enseñando, con que han de recibir de V. M. el Príncipe nuestro Señor, y los Reynos, un singular beneficio; su Alteza en ir ganando en edad tan tierna, sabiduria, y prudencia de otra tan madura, que es el mayor tesoro que puede recibir, para igualar a la grandeza del gobierno de los Estados que V. M. le deixara; los Reynos tambien le reciben, porque gobernados por hijo de V. M. criado, instruido, y ensenado con su doctrina, iran siempre persuadidos, y con mucha razon a creer, que los mandatos de su Alteza, son propios de V. M. y asi el uno tendrá mas poder, y autoridad en el Imperio, y los demas quedaran con mas facilidad, y gusto en la obediencia. Y este Estado, a mi parecer, es tan feliz para todos, que devemos suplicar a nuestro Señor mas por su conservacion, que por nuevo aumento de otros. Uno solo nos queda que delear, para venir a ser mas dichosos, y es que se sirva Dios nuestro Señor dar a V. M. tan largos años de vida, quantos le estan pidiendo el servicio suyo, y de su Iglesia, y quantos ha menester la necesidad de estos Reynos. En Madrid a x. de Marzo de M. D. XCIV.

Don Fernando de Mendoza.

FINIS TOMI II.

